
Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALIUM AUSTRIÆ

PARS I.

Digitized by Google

Digitized by Google

Collegii Soc. Jesu Monachii 1750.

ANNALES AUSTRIÆ

AB

ULTIMÆ ÆTATIS MEMORIA

AD

HABSBURGICÆ GENTIS PRINCIPES

DEDUCTI.

PARS I.

RES AUSTRIÆ VETERIS

SUB

Romanis, Auſtraſiæ, Germaniæque

REGIBUS, AC IMPP.

AC PRÆCIPUE

BABENBERGICÆ STIRPIS

IN AUSTRIA

MARCHIONIBUS

GESTÆ.

Subjunctis ubique Scriptorum, veterumque monumentorum teſtimoniis, notisque.

AUTHORE

P. SIGISMUNDO CALLES,

E SOCIETATE JESU.

VIENNÆ AUSTRIÆ,

SUMPTIBUS LEOPOLDI JOANNIS KALIWODA,

Aulæ Imperialis Typographi.

ANNO SALUTIS M. DCC. L.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Udum in votis erat, ut poſt collecta ab eruditiſſimis Viris tot rerum Auſtriacarum documenta, Scriptorum exiſteret aliquis, qui diſperſa ea omnium ætatum fragmenta in unum colligeret; totamque veteris Auſtriæ Hiſtoriam, certos in annos digeſtam, ad propiora ævo noſtro tempora cum fide deduceret. Hunc enim præcipuum arbitrabar fructum, quem operoſi veterum monumentorum collectores ſpectarint unice; patriæ vero antiquitatis amatores deſiderent. Sed quod annos bene multos ne fama quidem accepiſſem, eſſe, qui onus id in ſe ſuſciperet; mihi in mentem venit, ea in re ut operam illuſtrandæ Patriæ commodarem meam. Otium tamen deerat aliis tum laboribus diſtento: & terrebat illud, quod in Patriæ rebus nemo hoſpes; nemo ſe non videre aliquid, etiam qui nihil videt, arbitretur. Sed, quod commune iſtud mihi cum omnibus, atque adeo ferendum putarem: & nonnullam poſt id tempus conſilii opportunitatem demandata mihi Viennenſi in Academia tradendæ Hiſtoriæ provincia præbere videretur; adjeci quamprimum animum ad deſtinatum propoſitum, quoad vires, tempusque permitterent, exequendum.

Argumentum delegi primorum Sæculorum, quæ a remotiſſimæ ætatis memoria ad Habsburgicæ Gentis in Auſtria primordia decurrerent: quod ejus temporis res, vetuſtate obſcuræ, meliori in lumine collocandæ viderentur. Annales, an Hiſtoriam appellarem, nonnulla deliberatio erat: quod nec materiæ ſatis, ut in remotis a memoria noſtra Sæculis ad juſtæ Hiſtoriæ modum; nec ad ſolennem Annalium ordinem, perpetuam rerum geſtarum ſeriem habiturum me putarem. Mixtum itaque genus quoddam, ac Annales inter, Hiſtoriamque medium amplexus ſum, quo res annis ſic redderem ſuis, ne tamen anxie abjungerem, quæ ſuapte natura, quanquam disjuncta temporibus, cum iis cohærerent. Id in Principum noſtrorum Liberis, Conjugibusque, uno eodemque tempore, a Patris, aut Mariti obitu recenſendis, obſervandum præcipue duxi: ne & crebris a propoſito digreſſionibus perpetua rerum ſeries abrumperetur; & quorum res ceteræ in oculis eſſent, eorum poſteritas lateret.

Jam vero cum Auſtriam Superiorem, quæ Bojorum olim erat Marchia, hoc in opere complexus ſim; fieri non potuit, quin ad Bavariæ Duces, qui ad Sæculi XII. pene medium illam rexerant, ſæpenumero recurrerem, eorumque res ac vices, quanquam parce ac breviter, delibarem. Regum, ac Imperatorum

Digitized by Google

torum alia cauſa eſt, Scriptorum omnium exemplo, Hiſtoricis conceſſa: quos, qui tanquam ab argumento alienos ſtudio prætermitteret, breviorem quidem condet Patriæ Hiſtoriam, ſed iis luminibus deſtitutam, quæ afferre lucem rebus, ac temporibus debent. Longius fortaſſe paulo in recenſendis in Palæſtinam expeditionibus digreſſus videri poſſim: ſed quod nulla ſit earum, in quam non Principes noſtri aut nomen dederint, aut in partem laboris, gloriæque venerint; tam aliena ab inſtituto digreſſio videri non debet: nec patriæ notitiæ ſubtrahenda, quæ tametſi non in Auſtria, ab Auſtriacis tamen gerebantur. Politicarum obſervationum, niſi quæ ſub manu quodammodo natæ ſunt, haud adeo curioſus fui: quod inter Juris Publici Conſultos nomen nunquam profeſſus ſim: & vitæ, quam profiteor, rationes hoc a foro non invitum me removerint.

Stili cura nec anxia, nec nulla fuit: ſic ut ne illa quidem ornamenta penitus reſpuerem, quæ veteribus in uſu, ad ſæculi noſtri ſtomachum minus nunc facere videntur. Neque enim ea mihi ſecta placere adhuc potuit, quæ Thucydidem, Saluſtium, Livium, Tacitum, Herodianum Hiſtoricorum pene tribu movet, quod orationes eas ducibus, virisque illuſtribus tribuant, quas ſuo ipſi e cerebro deprompſiſſent. At ego neminem iſtorum tam hebetem fuiſſe puto, ut quis ſenſus aliorum ea de re futurus eſſet, non adverterent: voluiſſe tamen hæc velut condimenta Hiſtoriæ ſuæ inſpergere, tum ut ſuavior evaderet legentibus narratio; tum ut multarum rerum cauſas, quæ lectorem alioquin fugerent, Hiſtorico non ignotæ eſſent, compendio non inutili afferrent.

Ceterum verbis meis Scriptorum veterum locos, & antiqua id genus alia documenta ſubjicere ubique placuit: tum ut fidei conſulerem meæ; tum ut in Hiſtoria, parum antehac tractata, legentibus in promptu eſſet, quibus e fontibus iſta peterentur: aut ſiquando mentem authorum non ſatis aſſecutus eſſem, perſpicaciores haberent, unde ab errore in viam revocentur. His enim, quæ de meo adjeci, majorem fidem non poſtulo, quam aut ratio, aut conjectura veroſimilis admittit. Notas nonnunquam criticas aſperſi in loco, breves plerumque, ut tenerem etiam in pugnaci hoc genere modum: parcior tamen in notandis aliorum Scriptorum erratis fui, niſi cum boni publici intereſſet: inofficioſum ratus, quorum doctis laboribus profeceris, eorum aberrationibus, quæ contingere doctiſſimo cuique poſſunt, nusquam ignoſcere; neque modeſtum ſatis, aliena ex umbra fœnerari ſibi lucem velle.

Una in re parum ſatis mihi ipſe feci, in obſcuris, parumque nunc cognitis locorum vocabulis explicandis: tum quod

Digitized by Google

quod aqua mihi hæreret ſæpius; tum quod feſtinantem ad alia calamum importunius morarentur. Huic ut mederer incommodo, Indicem Topologicum ad calcem operis adjeci, non qualem cuperem, ſed qualem præſens notitia homini, unius fere urbis ambitu continenter incluſo, ſuggerebat. Neque enim ignarus ſum, obſoleta id genus, & corrupto vulgi uſu ſæpius demutata, non ex tabulis Chorographicis, ſed ex antiquis provincialium rationum, & id genus aliis codicibus repetenda, in quibus me hoſpitem plane, ac peregrinum agnoſco. Quod unum potui, Philiberti Huberi, viri in hoc genere exercitatiſſimi, commentarium in conſilium adhibui: is ubi me deſtituebat, ad veroſimilem nominum affinitatem deſcendendum erat, nonnullo quidem errandi periculo; ſed, ut mihi blandior, venia non indigno.

Hac ratione cum procederent Annales mei, & jam pene affecta eſſet operis totius ſeries; in manus venere Ortilonis ex Aloldo Pecklarienſi Notulæ, quæ Auſtriacæ Hiſtoriæ novam pene faciem inducere videbantur. Mirabar, fateor, authorem tam ſingularem, tam antiquum, & qualem ipſe ſe prædicat, Marchionum noſtrorum domeſticum, latere tot Sæculis potuiſſe, ignotum Ottoni Friſingenſi, ætati illi proximo, & ex eadem Familia, cui a ſacris obſequiis erat Aloldus, in Auſtria nato; ignotum Mellicenſibus, quorum pene in oculis, Adalberti domeſticus, commentarium ille ſuum conſcribere debuiſſet. Occurrebat deinde quærere, cum ab Aloldi obitu, ad Cœnobii S. Crucis exordia, anni interceſſerint facile quinquaginta; ubi locorum interim Aloldi Chronicon latuiſſet? noveritne de illo aliquid Leopoldus, Dux Auſtriæ II. qui S. Crucis Cœnobium, in quo & mortuus requieſcit, peculiari ſemper benevolentia complexus erat? Si novit; cur Aloldi ſententiæ non acquievit? cur Mellicenſibus (quod ex Conradi Wizenbergii conſtat Chronico) negotium dedit Gentis ſuæ Origines conſcribendi? ſi non novit; ecquid cauſæ erat, cur tam bene merito Principi, tantoque cognoſcendæ familiæ ſuæ ſtudio incenſo, tam illuſtre Aloldi monumentum non exhiberetur? Qui deinde factum, ut cum duo Aloldiani Chronici exempla Ortilonis tempore extarent, nullus tamen ex tot Chronicorum Scriptoribus, quorum alii ſubinde alios in Auſtria excepere, Aloldum (quod ſolenne paſſim iis temporibus) vel exſcriberet, vel ejus ſaltem ſententiam ſuis verbis referret?

Hæc, & plura id genus inter primum cogitationum æſtum occurrere: ſed opportune in mentem venit illud Minutii Felicis in Octavio: *ineſſe* nonnunquam *& incredibili verum.* Quare alio mentem verti, & quid recte, quid ſecus, collatæ cum ceteris indubitatæ fidei Scriptoribus, conſignarent Ortilonis ex Aloldo

Notu-

Digitized by Google

Notulæ, diſpicere ſingillatim cœpi. Hunc enim velut Lydium cenſebam lapidem, ad quem nova hæc inventa exploranda viderentur. Auxit ea contentio dubium: neque enim pauca ſe offerebant, quæ ab Aloldo aliter, aliter a ceteris narrarentur. Ac ne ſingula perſequar, quæ magnam partem ex Mandiodarrei, neſcio cujus, diſceptatione peti poſſunt; vim controverſiæ præcipuam in *Erneſto*, Alemanniæ Duce; in aſſignando ſacræ, quam *Poppo* Trevirenſis in Palæſtinam ſuſcepit, peregrinationis tempore; in *Adalberti* Auſtriæ Marchionis III. conjuge nuruque, collocatam video.

Ac *Erneſtum* quidem Alemanniæ Ducem Aloldus in recenſendis *Leopoldi Illuſtris*, Auſtriæ Marchionis I. Liberis omnino prætermittit. Atqui *Erneſtum* hunc Alemanniæ Ducem, *Leopoldi I.* Auſtriæ Marchionis fuiſſe filium, tam firmis, apertisque veterum teſtimoniis oſtendit Illuſtr. mem. Eckartus in Origin. Saxon. ſup. pauca ut Genealogicæ rei veteris capita majori optimorum Scriptorum conſenſu ſtabilita reperiantur. Ex his alii aperte *Erneſtum* Luipoldi Marchionis *filium:* alii, quod eodem recidit, *Popponis* Trevirenſis Archiepiſcopi (quem Aloldus ipſe Luipoldi Marchionis filium agnoſcit) *fratrem:* alii *Adalberti*, ſuperioris Pannoniæ Marchionis, *germanum* appellant. Hos inter primus occurrit apud Eckartum Ditmarus, Merſeburgenſis Epiſcopus, *Erneſto* plane ſynchronus, & ſanguine propinquus, qui L. 7. p. 403. ſic habet: „ Erneſtus, *inclytus* „ *Alemaniæ Dux - - de luce hac II. Cal. Junii diſceſſit, ſepultus* „ Wirzeburg *juxta patrem ſuum* Luipoldum, *ut ipſe rogavit.* „ Dimaro adjungere poterat Eckartus Annalium Einſidlenſium brevium Scriptorem apud Mabillonium Analect. veter. p. 368. qui Chronicum id ſuum ab An. 972. inchoatum, uno tantum decennio poſt *Erneſti* Ducis mortem, An. 1025. terminat, & ab Antonio Pagio etiam Synchronus appellatur. Is igitur *Erneſto* Duci & loco, & tempore tam vicinus, ſic ſcribit: „ *T. XII.* Erniſt, *filius* Luitpaldi *Marchionis*, *Dux conſtituitur.* „ En *Erneſtum* & *Luitpaldi*, & Marchionis Auſtriæ (is enim *Wirceburgi* ſepultus erat, ut Aloldus ipſe fatetur) filium. Quod teſtimonium eo majoris ad rem præſentem momenti eſſe debet, quo minus credibile eſt, id ex Ditmaro eſſe acceptum. Quorſum enim Ditmari libris, forte ad eum diem nondum editis, nedum in Suevia, & Helvetia viſis, opus erat ad Annales ſui temporis, eosque tam breves, mediam ut paginam non impleant? Quid ex Saxone Scriptore quæreret, quo patre natus eſſet Princeps ſibi tam vicinus, ut ejus familiam non magis, quam natales ipſe ſuos ignorare potuiſſe videatur? Rem igitur notam, ac teſtatam omnium accolarum fide ſcripſit.

Erne-

Digitized by Google

Erneſtum, *Leopoldo* Auſtriæ Marchione natum, alia tamen via, oſtendit Wippo, ætate iis proximus, in Vita Conradi II. p. 462. quam Henrico III. ejus filio dedicavit. Sic enim ibi: „ *Treverenſem quoque Archiepiſcopatum gubernavit* Poppo, *frater* „ Erneſti *Ducis*, *vir pius*, *& humilis*, *qui eodem tempore filium* „ *fratris ſui* Erneſtum (*juniorem*) *cum Ducatu Alemanniæ ſub* „ *tutela habuit.* „ Atqui *Poppo* Treverenſis, Aloldo ipſo teſte, *Leopoldi Auſtrii* erat filius: igitur & *Erneſtus*, frater *Popponis*. Wipponi conſentit Hermannus Contractus, ejusdem Sæculi XI. Scriptor nobilis, ad An. 1015. „ Poppo, *vir venerabilis*, *frater* „ *ipſius Ducis* Ernuſti (*Megingaudo*) *Trevirenſi ſucceſſit.* „ Si frater *Ernuſti* Ducis, quidni uterque *Leopoldi* I. Marchionis Auſtriæ filius.

Una eademque opera *Erneſtum Adalberti* Auſtriæ Marchionis III. germanum fratrem, & utrumque *Leopoldi* I. filium oſtendit Eckartus ex Ottone Friſingenſi, Adalberti hujus abnepote: is enim Lib. VI. c. 28. loquens de *Giſela*, Conradi II. Regis Conjuge, ſic ſcribit: „ *Hæc primum* Ernuſto *Duci Suevorum*, „ *fratri* Alberti, *ſuperioris Pannoniæ Marchionis*, *nupta fuit.* „ Atqui idem Otto *Adalbertum*, ſive *Albertum* hunc pro fratre *Popponis* Trevirenſis habet, ut mox patebit: itaque & *Erneſtum*, & *Popponem*, & *Adalbertum* fratres; eosdemque omnes *Leopoldi* I. Auſtriæ Marchionis filios fuiſſe cenſet. *Popponis* enim fuiſſe fratrem *Adalbertum* aperte indicat Otto Friſingenſis idem Lib. VI. cap. 32. „ *Illuſtriſſimus* (inquit) Alberti *Marchionis filius*, „ Leopaldus *Adoleſcens*, *immatura morte omnium planctu rapitur*, „ *& a Patruo ſuo* Popione, *Treverorum Archiepiſcopo*, *in urbe* „ *Trevirenſi ſepelitur.* „ Idem in Hermanno Contracto legimus, Popponi ſynchrono, ad An. 1043. „ Luitpoldus (ſcribit ille) „ Adalberti *Marchionis filius*, *magnæ virtutis & pietatis adole-* „ *ſcens*, *ab ipſo Rege Marchio promotus*, *& poſt paucos dies defun-* „ *ctus*, *Treviri a patruo ſuo* Poppone *Archiepiſcopo ſepultus.* „ Si igitur *Leopoldo* adoleſcenti, *Adalberti* Marchionis filio *Patruus* erat *Poppo*, *Adalberti* frater fuerit, neceſſe eſt. Et vero talem aperte nominat vetuſtiſſimum documentum Trevirenſe, quod Browerus affert Annal. Trevir. L. XI. Num. 76. pag. 521. ab Eckarto non obſervatum: ſic enim ibi: „ *Anno Dominicæ In-* „ *carnationis MXLIII. III. Non. Julii commiſſum eſt bellum in Hun-* „ *garia a Rege* Henrico, *& Marchione* Adalberto, Popponis *fra-* „ *tre*, *& occiſi ſunt* Sizzo *Comes*, *&* Arnolt, *& cæteri quamplu-* „ *rimi.* „ Quæ notandi ratio ſimplex, & ſine familiarum discrimine in *Sizzone* Comite, & *Arnolto*, ſinceram documento huic adſtruit antiquitatis fidem.

Quodſi igitur *Erneſtus*, & *Adalbertus* fuere *Popponis* fratres; illud I^mo per ſe conſequi jam videtur, *Leopoldum* Illuſtrem, eorundem patrem, Anno 924. quod vult Aloldus, non eſſe natum: nam ut illud non repugnet, rari & ipſum inter Principes exempli, patrem & filium annos CXXXII. (tot enim inter *Leopoldi* ortum, mortemque *Adalberti* filii intercedere debuiſſent) ſimul confeciſſe; *Erneſtus* Dux certe, qui Anno 1015. quo occiſus eſt, *juvenis* a Ditmaro, id eſt, ut ego interpretor, annos circiter triginta natus, appellatur; parentes adeo ſenes habere non potuit: niſi ſexagenariam pene matrem (una enim erat *Leopoldo* Illuſtri Conjux *Richarda*, haud dubie ſene marito non multo junior) poſt longum alioquin XVIII. annorum, quod *Henricum* inter, & *Popponem* filios, ſine vitali prole, interceſſiſſe vult Aloldus intervallum, tuliſſe adhuc liberos, quod portento ſimile, credamus. II^do *Erneſtum*, ſi aut filius non fuiſſet; aut *Leopoldi* Patris oſſa in Auſtriam reportata jam ſciviſſet, quod Aloldus Anno 996. factum ſcribit; non rogaturum fuiſſe An. 1015. morti vicinum, ut *Wirceburgi* (quod ex Ditmaro ſupra relatum) *juxta Patrem ſuum, Marchionem Luipoldum*, ſepeliretur. Valde enim a recepto loquendi more alienum eſſet, ſiquis eo nomine *Leopoldum* Marchionem Anno adhuc 1015. ſepultum *Wirzburgi* manſiſſe diceret, quod ejus carnes in cineres reſolutæ, oſſibus jam An. 996. *Mellicium* deportatis, *Wirzburgi* manſerint: atque adeo recte *Erneſtum* petere potuiſſe, ut *Wirceburgi juxta Patrem ſuum*, Marchionem Luipoldum (ſaltem ea ſui parte ibi adhuc ſepultum) collocaretur. Nam ut nihil dicam de Auguſtiſſimis Principibus noſtris, quorum corda viſceraque alibi condita; corpora tamen, ſeu oſſa apud RR. PP. Capuccinos Viennæ in Foro novo cubant: quos tamen nemo alibi, quam apud iſtos, ſepultos dicit; ſi *Fridericus Bellicoſus*, Dux Auſtriæ, ſepeliri juxta Patrem ſuum petiiſſet, neminem tam iniquum verborum iſtorum interpretem futurum fuiſſe exiſtimo, qui de *Caſſinenſi* potius Cœnobio, ubi *Leopoldi Glorioſi*, patris ejus, carnes, viſceraque ſepulta ſunt; quam de *Campilienſi* crypta in Presbyterio, quo ejus oſſa, Ortilone teſte, illata ſunt, ſermonem fuiſſe *Friderico* filio putaret.

Nihilo minoris in re præſenti momenti eſt pia *Popponis* Treverenſis peregrinatio in Palæſtinam ſuſcepta. Hanc ad An. 1016. retrahit Aloldus his verbis: „ *MXVI. E Palæſtina re-* „ *diens* Poppo, *Trevirenſis Præſul*, *a Rege* Stephano *ſancto tam-* „ *diu precibus fatigatus fuit, donec polliceretur, ſe ſupplicaturum fra-* „ *tri ſuo* Henrico *Marchioni*, *ut ſanctum* Cholomani *corpus Regi* „ *cederet &c.* „ Qua ex ſententia illud conſequitur: *Popponem* aut ante Annum 1016. in Palæſtinam moviſſe; aut eodem An-

no

no 1016. eo peregrinatum, & reverſum eſſe. Sed neutrum horum admitti poteſt: non primum: conſtat enim ex Litteris S. Henrici Imp. Ratisbonæ Nonis Julii An. MXV. datis, *Popponem*, tum adhuc Bambergenſis Eccleſiæ Præpoſitum, eo tempore adhuc in Germania fuiſſe, ac Eccleſiæ ejus nomine beneficium accepiſſe. Sic enim literæ mox laudatæ in Codice Udalriciano Num. 74. apud Eccardum Tom. II. Corp. Hiſt. medii ævi habent: „ *Noverit univerſitas Fidelium noſtrorum tam præſentium, quam fu-* „ *turorum, qualiter Dominus* Popo, *ſanctæ Babebergenſis Eccleſiæ Præ-* „ *poſitus nuper conſtitutus, noſtram Clementiam adiit, devote ſupplican-* „ *do, quatenus eadem Eccleſia in primitiis miniſterii ſui, noſtræ be-* „ *nignitatis aliquod reciperet emolumentum &c.* „ Non ſecundum: cum enim pridie Calendas Junii Anni MXV. *Erneſtus*, frater *Popponis*, Dux Alemanniæ, repentino caſu extinctus, orbum reliquiſſet filiolum, pueri tutelam S. Henricus Imp. *Popponi* ejus Patruo commendavit, ut ex Wippone ſupra oſtenſum eſt. Jam vero quis credat, *Popponem* ejus prudentiæ ac Sanctitatis Virum, ſuſcepta hodie Nepotis pupilli cura, averſa cras in alia omnia mente, tam longinquam & tempore, & loco peregrinationem ſuſcipere voluiſſe? Quæ tam impia, ut ſic loquar, pietas fuiſſet iſta, ut privato ſuo in luſtrandis Palæſtinæ locis ſacris indulgeret ardori, pupillum Principem, fratris filium, eo tempore deſtituere, quo Tutoris conſilio & auxilio tum ille, tum commendata fidei ſuæ Alemannia, maxime indigebat? An vero Cæſare inconſulto, apud quem gratia tantum poterat, id facturus erat? an rogatus etiam Sanctus id Imperator permiſiſſet? id vero perſuadere ſibi nemo facile poſſit. Conſtat præterea, in rebus gerendis mire ſtrenuum fuiſſe *Popponem:* ut ea propter, cum de dando Trevirenſibus novo Præſule ageretur, *Adalberoni*, Treverenſi Eccleſiæ multis annis infeſto, S. Henricus Imp. reſponderit: „ *Talem virum debeo dirigere, qui tuæ væſaniæ* „ *valeat reſiſtere.* „ cujus experimentum habuiſſet nullum, ſi *Poppo* longe extra Germaniam in Palæſtina peregrinatus, nullum in tutando Alemanniæ Ducatu ſpecimen edidiſſet.

Gravius etiam evaderet argumentum, ſi *Popponem*, jam Anni MXVI. principio, creatum eſſe Treverenſem Archiepiſcopum, tueri vellem. Extant enim apud Marteneum & Durandum Tom. IV. p. 163. Literæ Benedicti VIII. Rom. Pontificis ad *Popponem* Sanctæ Trevericæ ſedis Archiepiſcopum, datæ VI. Idus Aprilis Anno Heinrici invictiſſimi Regis Romanorum XIV. (nondum plene elapſo) Imperii vero ejus tertio, indictione XIV. qui eſt Annus Chriſti MXVI. Hæ, ſi eo, cujus notas omnes præferunt, datæ ſunt anno; manifeſtum eſt, *Megingaudum*, cui ſucceſſit *Poppo*, Treverenſem Archiepiſcopum

pum mortuum esse in Vigilia Natalis Domini Anno MXV. quo anno ejus mortem consignant etiam Historia Treverensis apud Lucam Acherium Spicileg. T. II. Gesta Treverensia apud Leibnitium in Access. Histor. & Marteneum T. IV. Ditmarus Lib. VII. p. 406. qui mortem *Meingaudi* Trevir. statim post obitum *Eidi*, Misnensis Episcopi XX. Dec. An. MXV. defuncti, ad XXIV. Dec. subjungit. Hermannus Contractus, & accuratissimum Necrolog. Fuldense apud Schannatum in Cod. Probat. Hist. Fuld. p. 478. tum vero audita *Megingaudi* morte, S. Henrici Imp. voluntate, successorem ei mox datum *Popponem*, ut constat ex Gestis Trev. cap. 13. *Popponem* illico electionem suam significasse Benedicto VIII. Pontifici, a quo Pallii usus, redditis jam VI. Idus Aprilis Anni MXVI. Apostolicis Literis, quarum initium est: *Apostolicæ sollicitudini convenit &c. Popponi* est concessus. Scio his adversari, quæ Browerus ex annorum XXX. mensium V. ac dierum X. quos Gestorum Trevirensium Scriptor *Popponi* in regenda illa Ecclesia tribuit, computatione colligit: sed enim ut in Diplomate, tot notis chronicis rite distincto, nulla erroris suspicio; ita in computandis annorum rationibus Gestorum Treverensium Scriptori obrepere error facile potuit, quemadmodum in numero dierum, qui non X. sed XV. supra menses V. numerandi erant, eidem accidit.

Sed enim quid multis opus est ostendere, *Popponem* duobus hisce annis in Palæstinam proficisci non potuisse; quando plures una in Terram Sanctam peregrinationes nemo veterum eidem tribuit; eaque, quam suscepit, ab An. MXXVI. removeri non potest. Constat enim ex Gestis Trevirens. *Popponem* Archiepiscopum ob exturbatas e Cœnobio suo Sacras DEO Virgines, quarum una magicis artibus insidias castitati ejus struxerat, religione tactum, iter in Palæstinam suscepisse: cap. XIX. abfuisse peregre in annum tertium (utrinque incompletum) cap. XXIV. reduxisse secum B. *Symeonem*, qui septem tantum annis Treviris superstes, diem ibidem obiit A. MXXXV. a quo anno proinde si septem subtrahamus, restabit Annus MXXVIII. quo redeuntem Hierosolymis Præsulem suum Treverenses receperunt. Atqui eo anno, non *Henricus*, quod vult Aloldus, sed *Adalbertus* Austriæ Marchio fuit, a quo fratre frater S. *Colomanni* corpus Regi Hungarorum *Stephano* impetravit.

Nimis aperte Aloldum labefactare hoc argumentum videtur: quare negant Gestis Treverensibus multum fidei tribuendum: quidquid secus sentiant Marteneus, & Durandus, quorum istud est in observat. prævia monitum: „ *Hinc colliges*, „ *quanto haberi debeat in pretio Historia illa, tot a coævis, & doctis auctoribus* (Eberardo nempe, Adalberto, Theodorico, Gol-

Golſchero, Joanne Scholaſtico ſibi ſuccedentibus) *conſcripta.* „ Sed enim hanc ego litem meam non faciam: do hoc ultro, ineſſe in Geſtis Trevirenſibus ſubleſtæ nonnulla fidei: in *Poppo-nis* vero ad Benedictum IX. PP. ut Marteneus eas affert, literis, mendum cubare, libens fateor. Cum enim ea in epiſtola B. *Symeonis* mortem, & ſecuta ab ejus obitu miracula Benedicto IX. PP. *Poppo* ſignificet, ſcripta ante An. MXXXV. quo B. *Symeon* ad meliorem vitam tranſiit, eſſe non potuit: jam cum literas eas ſic ordiatur Poppo: „ *Superiori anno, cum annuente Venerandæ memoriæ Domino* Johanne (ſedit is ab An. MXXIV. ad Annum MXXXIII.) *in hac ſancta ſede Apoſtolica Prædeceſſore veſtro, amore viſionis Sepulchri DEI-Hominis JESU Chriſti, Jeruſalem peregre profectus fuiſſem; in regione noſtra pravorum hominum ſupercrevit iniquitas &c.* „ Manifeſtum eſt, verba illa duo: *Superiori anno*, quo *Johannes* PP. non amplius in vivis fuit, in apographum irrepſiſſe. Sed corrigamus librarii errorem, & pro *ſuperiori anno*, cum Browero, Henſchenio, Mabillonio (idoneis, ut reor, Criticis) *ſuperiori tempore*, ut res ipſa poſtulat, ſcribamus, & ſalva erunt omnia. Quodſi enim ex uno librarii mendo rejicere vellemus omnia id genus documenta vetera, rebus alioquin ac temporibus congruentia, quanta univerſim ſtrages Hiſtoriæ veteri importaretur. Monet ſapienter Mabillonius de Re Diplom. L. VI. p. 622. literas ac diplomata, alioquin ſibi conſtantia, ob leve Indictionis vitium, rejicienda haud eſſe: id cur de Indictionis numero, ac non etiam de aliis, apographorum maxime, mendis minoribus intelligendum ſit, equidem non video. Et certe cauſa non erat, cur *Popponis* illam epiſtolam fingere quisquam vellet, quam datam eſſe, reſponſum Pontificis illi ſubjunctum, abunde confirmat. *Cui* enim *bono*, ut Caſſiano utar diverbio, falſarius tam improbe mentiretur? nondum exorta, quæ nunc in controverſia eſt, quæſtione.

Quanquam quid opus eſt, unius hujus epiſtolæ niti fundamento? ſatis enim certam ſententiam noſtram, de anno profectionis in Palæſtinam, Vita B. *Symeonis*, ut eſt ab Henſchenio noſtro edita, notisque illuſtrata, reddit. Scriptor vitæ hujus *Eberwinus* eſt, Trevirenſis ad S. Martinum Abbas, qui B. *Symeoni* comes priori ejus ex Syria itinere *Belgradum* usque fuit, ac morienti ſubinde Treviris, poſt ſecundum in Europam reditum, oculos clauſit, ut ipſe de ſe §. 13. & 20. teſtatur. Hoc tam certo, & indubitato teſte, qui vitam B. *Symeonis* ipſi, de quo hic ſermo eſt, *Popponi* Archiep. Treverenſi adhuc ſuperſtiti nuncupavit, conſtat, B. *Symeonem* Rothomagum in Gallias veniſſe, & aliquamdiu apud *Wilhelmum* Comitem (forte Pictavorum)

vorum) moratum: mortuo interea *Richardo* II. Normannorum Duce, cujus potiſſimum gratia ex Syria venerat, cum jam nulla de promiſſa Monaſterio ſuo pecunia ſpes ſupereſſet, ad *Richardum*, S. Vitoni Abbatem, ſibi ex priori itinere cognitum ſe contuliſſe, longoque tempore ibi manſiſſe §. XIV. Mortem porro *Richardi* II. Normannorum Ducis Wilhelmus Gemmetic. L. V. Hiſt. Norman. cap. 17. apud Ant. Pagium, Radulphus de Diceto in Abbreviat. Chron. p. 468. Bromtonus in Chron. pag. 910. apud Rogerium Twysdenum Anno MXXVI. conſignant, a qua usque ad V. Idus Septembris Anni ejusdem, quo die *Poppo* Archiep. *Brunonem* (qui poſtea S. *Leonis* IX. nomine Rom. Eccleſiam rexit) Tullenſem Epiſcopum conſecrarat, ut ſcribit Wibertus in vita S. Leonis IX. PP. apud Mabillon. in Actis SS. Ord. S. Bened. T. IX. p. 61. longum ſatis tempus intercedere poterat. Hoc igitur perfunctus conſecrationis munere *Poppo* Trevirenſis, adulto jam autumno, (quemadmodum poſtea An. 1064. Sigefridus Moguntinus, Guntherus Babenbergenſis, & B. Altmannus, ut conſtat ex Mariano Scoto, qui *poſt tranſitum S. Martini* primo in viam ſe dedere) peregrinationem in Palæſtinam ſuſcepit, adjuncto ſibi viæ duce, ac comite B. *Symeone*. „ *Interea* (ſubjungit Eberwinus §. XV.) „ *Dominus* Poppo *Archiepiſcopus, ſanctæ Treverenſis Eccleſiæ ſtre-* „ *nuus proviſor - - gratia orationis Hieroſolimam ivit: huncque* „ *famulum DEI* (*B. Symeonem*) *eundo, & redeundo comitatorem,* „ *ac conviatorem habuit.* „ En tempus, en occaſionem, qua *Poppo* in Palæſtinam movit: poſt *Richardi* nempe II. Normannorum Ducis mortem An. MXXVI. ſub Pontificatu Joannis XIX. Archiepiſcopatu jam multis annis geſto: quodſi enim Archiepiſcopus non jam tunc fuiſſet, votivum ejus, ac ſociorum *jejunium, quod promiſerunt Domino facere quotannis, qui fuerunt in Hieruſalem cum TR. Archiepiſcopo* Poppone, in Treverenſis Eccleſiæ veteri Diario (ut eſt apud Browerum) ad VI. Non. Maji ſignatum non fuiſſet.

Adalberto denique Marchioni Auſtriæ III. cui a ſacris obſequiis fuit, Aloldus *Adelheidem* conjugem, eamque unicam; nurum vero, *Erneſti* nempe filii uxorem, *Mechtildem* tribuit. De *Adelheide* Aloldus ſic ſcribit: „ MXXI. Adalbertus *nuptias* „ *fecit cum* Alhaide *&c.* „ his ad An. MLV. adjungit: „ Al- „ haid Adalberti *Marchionis conjunx devote moritur, & in* Me- „ dilik *ſepelitur III. Non. Febr.* „ Sed his aperte adverſantur Diplomata Henrici III. Imp. inter hos annos data. In horum priori An. 1048. dato profitetur ſe largiri *Marchioni* Adalberto, *& Conjugi ſuæ* Froizæ *XXX. regales manſos:* in poſteriori An. 1051. ſignato, eidem *Marchioni* Adalberto, *Uxorique ſuæ* Froizæ

manſos

manſos Graſenberch, *& circa eundem locum ſumendos* tranſcribit. Extant ambo apud Rdmum. claræ mem. Abb. Gottwic. Tom. Prodromo L. 2. ex ipſo autographo, quantum ad rem præſentem ſatis, tabulis æreis expreſſa. Ex his apparet, *Adalberto* Marchioni per hos annos *Froizam* fuiſſe conjugem; & *Albaidem*, ſi modo *Adalberti* conjux unquam fuit, ante Annum 1048. fuiſſe mortuam: nam *Froiza* Adalberto Marchioni Conjugi ſuperſtes fuiſſe legitur, ut apparet ex literis Henrici IV. An. 1058. datis, ſeu donatione *Froizæ*, relictæ *Adalberti* Marchionis Viduæ, ab eodem Rege facta, quam recenſet Repertorium vetus Tabularii Cæſarei a me conſpectum. Sed enim Sigilla abſunt in iis, quas Rdmus Abbas æri incidi curavit, literis. Miſeram enimvero Hiſtoricorum conditionem, ſi, ut fidem inveniant, omnium, quas laudant, recitantque, literarum ſigilla lectoribus ſingulis exhibenda forent! Ego fidem Viro tanto habendam cenſeo, qui ſi ſuſpectæ eas fidei putaſſet literas, nunquam pro paradigmate characteriſtico Orbi literato obtruſiſſet.

De *Adalberti* porro Marchionis Nuru, *Mechtilde*, *Erneſti* filii Conjuge, Aloldus hæc habet ad An. MLVI. „ Ernuſtus „ *filius* (Adalberti) - - *jam tunc ex uxore* Mechtilde *filium ha-* „ *buit ſpecioſum* Liupoldum. „ *Adelheidem Erneſto* uxorem tri-buunt Annales Vetero-Cellenſes apud Mencken. T. II. col. 381 Sic enim ibi: „ *Hic* Dedo (Marchio Luſatiæ) *duxit uxorem* „ *nomine* Odam, *genuitque ex ea - - duas filias, quarum una* Adel- „ heidis *nupſit* Erneſto *Marchioni de Bavaria, genuitque ei* Lup- „ poldum *Marchionem &c.* „ At enim *Erneſtus* Marchio in literis, quas cum ſigillo Mellicenſibus ab eo datas affert Philibertus Huberus in ſua Auſtria ex Archiv. Mellic. illuſtrata, vocat Conjugem ſuam *Swaenehildem*, „ *Ego*, inquit, Erneſto *Auſtriæ* „ *Marchio, cum dilectiſſima thori noſtri ſocia, Domina* Swaenehildi „ *Marchioniſſa, & filio noſtro* Liupoldo *&c.* „ Igitur non *Mechtildis*, ſed *Swaenehildis* mater *Liupoldi*, & *Adalberti* nurus, ab Aloldo appellanda erat. Jam cum una tantum occurrat in Monumentis Mellicenſibus *Swanehildis*, eaque non *Henrici*, ut vult Aloldus, ſed *Erneſti* uxor, una etiam tantum *Mechtildis*; iſta potius *Henrico*, illa *Erneſto* tribuenda Conjux videtur.

Hæc, & id genus plura, quæ conſulto prætereo, ſatis momenti habere mihi videbantur, ut ſuſpenſo interim Aloldi judicio, & erudito orbi in præſens relicto, trita aliorum Scriptorum ſemita in Annalibus progrederer meis, nec de cœpto jam operis curſu quidquam demutarem. Alia incunda erat ratio de *Ortilonis* rebus Campilienſibus, de *Rikardo Newnburgenſi*, & *Lewpoldo Campilienſi*; de *Pernoldo* denique Dominicanæ Familiæ Scriptore, quos omnes rara felicitate in-

venit,

venit, & doctiſſimis commentariis illuſtravit Faſtorum Campilienſium Author Clariſſimus. Hos cum & illuſtrandæ Hiſtoriæ Auſtriæ veteris, & ordinandæ, quæ confuſa perſæpe iis Sæculis, & perturbata occurrit, temporum rationi peridoneos viderem; geminato quidem labore meo, ſed pari Lectorum commodo, prætereundos hoc in opere non putavi. Tenui tamen & hic ſolenne meum, ut ſiquos his conſentientes nactus eſſem Scriptores alios, iis adjungerem: ſiquid ſecus ſentirent; aut monerem breviter, aut in loco ſubjicerem.

Erunt fortaſſe, qui non paulo plura, pro tot ſæculorum decurſu, cognoſcere ex Auſtria antiqua vellent; quærenturque complura, in vulgus nota, a me prætérita. His ego, quod reſpondeam, non habeo: id ſcio, operam me dediſſe non indiligentem, nequid veterum monumentorum, quorum ad manum eſſet copia, oculos effugeret meos. Obire vicatim omnia, & ſiquid usquam in Tabulariis aut publicis aut privatis reconditum, excutere, nec otii erat, nec conſilii. Multa, ut in quavis fere provincia, ex memoria veteri, ac velut per manus tradita referuntur; multa intento etiam digito notantur: ſed ea niſi certa fide, & ſincero antiquorum monumentorum teſtimonio firmata ſint, a cordato Scriptore facile negliguntur. Ceterum omnia noſſe, omnia in lucem efferre, nec unius puto hominis eſſe, imo nec ætatis. Multa dies aperiet: multa jam detexit, plura certe, quam ſpe præceperim. Tu itaque, Lector, præſentibus utere, aut ſiquid alicunde certa fide acceperis, de tuo adjunge.



ANNA-

ANNALIUM AUSTRIÆ
PARTIS I. CONSPECTUS.
BREVIARIUM LIBRI I.

Uſtria, cujus nomen recentius, pars olim Germaniæ, Norici, ac Pannoniæ. Bojorum Celticorum in Bojohæmum, & Auſtriam Ulteriorem adventus ante Chriſtum natum An. circ. 591. Boji alii, ex Italia pulſi, in citeriorem Auſtriam commigrant poſt annum ante Chriſti Natalem 191. Romani Pannoniam, ac Noricum aggrediuntur An. ante C. N. 35. & 16. Marcomanni, depulſis Bojis Bojohæmum occupant, & Auſtriam Trans-Danubianam; Quadosque ſibi in Moravia, parteque ulterioris Auſtriæ adjungunt. An. ante C. N. 10. Marcomannorum, & Quadorum nomen, religio, mores, victus, cultus, inſtituta politica, militaria, civilia cum ceteris Germanis fere communia. Bojorum inſtituta politica, religioſa, nuptialia, funebria ex Gallia mutuata. Norici, gens Celtica, & Semi-Germana. Belenus, Noricorum Numen. Pannonii unde dicti: eorum indoles, & vitæ ratio. Bellum Romanorum in Maroboduum, Marcomannorum Regem, in Auſtria apparatum, & ſubita pace diſcuſſum. Anno poſt C. N. 6. Aliud in Pannonios triennio geſtum. Auſtriæ Cis-Danubianæ loca, Auguſti ævo, cognita: Carnuntum, & Lauriacum. Forma regiminis ſub Romanis. Marobodui Regis fata. An. C. 19. Religio Chriſtiana Auſtriæ illata. Cetium, Vindobona, Municipia Romana. Ovilabis Colonia Aurelia Antoniniana, & cetera Auſtriæ loca Romanis cognita. Bellum Marcomannicum, Alexandri Pontici dolo inflammatum, & impetrata per Chriſtianos prodigioſa pluvia reſtinctum An. C. 174. Pax Quadis data. Romana præſidia per Auſtriam Trans-Danubianam diſtributa. M. Aurel. Antonini Aug. mors Vindobonæ. An. C. 180. Pax Quadis, & Marcomannis data a M. Aurelio Commodo. Romani Pannoniæ & Norico Præfecti. S. Maximilianus, Laureacenſis Epiſcopus. An. C. 257. Mortem pro Chriſto Cilejæ in patria ſua obit An. 284. Auſtria ſub Galerio Maximiano Chriſtianis infeſtiſſimo. An. 292. Norici in Ripenſe, & Mediterraneum diviſio. Chriſtianorum perſecutio ſub Diocletiano, inſtigante Galerio Maximiano. SS. Floriani, & Soc. MM. pro Chriſto certamina Laureaci in Auſtria. S. Quirini Siſcienſis, & S. Victorini Petovienſis Epp. & MM. mors glorioſa in Pannonia, & Norico. An. 304.

Quatuor Tyrannorum, ac Chriſtiani nominis hoſtium conventus Carnunti in Auſtria An. 311. Auſtria ſub Conſtantino M. An. 314. Præfecto Prætorio Italiæ, cum olim eſſet ſub Præfecto Prætorii Illyrici, ſubjicitur. Auſtria ſub Conſtante, & Conſtantio Augg. Julianus Apoſtata Auſtriam ingreditur. An. 361. Valentinianus I. Aug. Carnunti in Auſtria æſtatem exigit: Caſtella in Trans-Danubiana Auſtria erigit: unde Quadorum tumultus. An. 374. Religionis Chriſtianæ lumen Marcomannis illatum. An. 396.

BREVIARIUM LIBRI II.

GOthi, Scythæque ſub Alarico, & Radagaiſo per Pannoniam, & Noricum in Italiam irrumpunt; Vandali in Galliam & Hiſpaniam: unde poſt in Africam trajecerunt. Alaricus Rex Gothorum Romam obſidet, & negato ſibi Norico, captam diripit. An. 409. Generidus Dux Pannoniam ſuperiorem, Noricum, & Rhætiam conſervat. Attila Hunnorum Rex primum in Galliam, mox in Italiam irrumpit: moritur. An. 454. Pannoniæ, quo pars Auſtriæ pertinebat, variæ per id tempus vices. Oſtrogothi in Pannonia, Heruli, Rugique in Trans-Danubiana Auſtria conſident. Herulorum mores barbari. S. Severini, Noricorum Apoſtoli, in Auſtriam adventus. An. 455. Res ejusdem Auſturi, & Comagenis geſtæ. Favianam, ſeu Viennam invitatus, famem depellit, prædones cohibet, Monaſterium condit. Ad Vineas, & Burgum precandi cauſa ſecedit. Flaccitheum, Rugorum Regem, Gothos metuentem, periculi ſecurum præſtat. Odoacro, Herulorum Regi, Regnum Italiæ prædicit An. 475. Feletheus, ſeu Fava, ſuccedit Flaccitheo Regi. Giſa Felethei conjux improba divinitus caſtigatur. S. Severinus Bojodurenſes, & Laureacenſes ſervat. Feletheum a conſilio abducendi Laureacenſes abſterret. Viennam ſe recipit. Ejus ad Feletheum, Giſam, & Fridericum Rugum ſuprema monita, & mors ſancta An. 482. Sanctitatis ejus fama, vaticinia, prodigia. Vitæ aſperitas, charitas & humilitas. Friderici Rugi perjura rapacitas, & præſens pœna. Odoacer Rex Italiæ Rugos in Auſtria opprimit. Feletheum & Giſam captivos abducit. An. 487. Romanos omnes ex Norico in Italiam revocat, qui S. Severini corpus ſecum in Italiam deportarunt. An. 488. Theodoricus, Gothorum Rex, Italiam petit. Odoacrem Regem vincit, fugat, ac Veronæ primum, poſt Ravennæ concluſum, ad partiendum ſecum Italiæ dominatum adigit, An. 490. ac tandem occidit. An. 493. Conſtantii Laureacenſis Antiſtitis obitus. Religio per Auſtriam eo Antiſtite floret. Viri ſanctitate inclyti per Noricum. Alemanni Auſtriæ alias infeſti

a Clo-

a Clodoveo Rege Francorum victi & oppressi. Franci ad Christi fidem transeunt An. 496. Theodorus Laureacensis Antistes Pallio ornatur. Austria superior sub Francis Austrasiæ Regibus; inferior sub Longobardis. An. 527. Longobardi in Italiam migrant, sedesque suas in Pannonia, & Austria inferiore Hunnis, amicis suis, relinquunt. An. 568. Austria superior sub Christianis Austrasiæ Regibus, a Sclavis Vindicis, qui sub Samone eorum Rege colonias eo duxisse videntur, non sine metu fuit. S. Emmerammus in Pannoniam Evangelii causa ire parat: mors ejus glorioſa. An. 649. Aliquanto post eodem consilio S. Rupertus in Austriam descendit, & Pannoniam: unde reversus Laureacum; alios ad Christi fidem adduxit, alios a morbis, variisque corporis incommodis precando liberavit. Juvavum deinde delatus, structa ibi Ecclesia, Salzburgensi Episcopatui initium fecit post An. 696. Laureacensis Antistes, Vivilus, Laureaco Passavium se recipit. An. 737. Mannseensis Cœnobii exordium sub Utilone, Bavariæ Duce, An. 746. quo fere tempore S. Hippolyti M. Reliquiæ in Austriam inferiorem, excitata sub ejus nomine, Æde sacra ad Treismam fluvium, ab Alberto & Otkario deportatæ leguntur. Tassilo II. Dux Bavariæ, Francorum obsequium detrectat: ad officium revocatur. Cremisanensis Cœnobii exordium. An. 777. Tassilo semel, iterum, ac tertio Francorum jugum excutere nititur: accusatus etiam a suis, & in Conventu Ingelheimensi condemnatus, cum Luitpurga uxore, liberisque in Monasterium detruditur. An. 788.

BREVIARIUM LIBRI III.

HUnni in Austriam, & Forum Julium irrumpunt: utrobique cæduntur. An. 788. Carolus M. res in Bavaria ordinat. Laureaci forum Provinciale constituit. Bellum in Hunnos decernit An. 790. Caroli M. copiæ adversus Hunnos trifariam partitæ. Pippini, ejus filii, Italicis copiis præfecti, cum Hunnis congressus, & victoria. Expeditio Caroli M. adversus Hunnos Laureaci religiose inchoata. Munimenta Hunnorum ad Cambum fluvium, & Comagenum montem eversa. Austria, & Pannonia superior Hunnis erepta. An. 791. Limitis Pannonici præfecti Comites. Coloniæ Bojorum, & Slavorum in Austriam deductæ. Fundi complures inter Episcopos, & Cœnobia a Carolo M. distributi. Novi in Hunnos belli consilia turbantur. Hunnorum Ringus, seu Regia, expugnatur. Hunni a Pippino, Caroli M. filio, ultra Tibiscum rejiciuntur. Tudun eorum regulus sacro fonte abluitur. An. 796. Pannoniæ procuratio sacra Arnoni Salisburgensi Antistiti, Archiepiscopi honore per id tempus aucto, interim committitur. An. 798. Erici, & Gerol-

di, clarorum militari ſcientia ducum, luctuoſa cædes, laudesque. An. 799. Carolus M. Romæ Imperator, & Auguſtus acclamatur. An. 800. Idem Diœceſeon Salisburgenſis, & Paſſavienſis fines conſtituit. An. 803. Paſſavienſi Eccleſiæ multa per Auſtriam largitur. Urolphus, Paſſavienſis Antiſtes, Laureacenſis Eccleſiæ jura inſtaurare nititur. Reſtituitur Favianenſis Epiſcopatus in Auſtria cum tribus aliis, eidem Laureacenſi Metropoli olim ſubjectis: Hunni complures ad Chriſtiana ſacra traducuntur. An. 805. Carolus M. provincias inter filios partitur, An. 806. quæ tamen Pippini, ac Caroli filiorum morte, excepta Italia, ad Ludovicum Pium omnes transferuntur An. 813. Caroli M. obitus. An. 814. Ejus de Auſtria noſtra merita. Cur præter morem Limitis Pannonici tam diffuſi curam Præfecto uni commiſerit. Quæ provincialium eo tempore fuerint belli onera. Quæ per Auſtriam loca ævo Caroli M. cognita. Ludovicus Pius a Caroli patris morte Imperium adit: Lotharium, filiorum natu maximum Bojariæ Regem renunciat An. 815. Biennio poſt Ludovicum Germanicum illi ſufficit. An. 817. Bernardum, Pippini fratris filium, ac Italiæ Regem opprimit, & oculis mulctat An. 818. Bellum cum Liudewito Sclavoniæ regulo An. 820. Paſſavienſis Eccleſiæ jura per Auſtriam a Goidefrido, & Theoderico Limitum Præfectis violata reſtituuntur An. 823. Laureacenſis Archiepiſcopatus inſtauratur An. 824. Geroldus Pannonici limitis Præfectus. Bellum cum Ortomago, Bulgarorum Rege. An. 827. Ludovici Pii liberalitas in Cœnobia ex fundis Auſtriæ. Salisburgenſis & Laureacenſis Archi-Epiſcopatuum novi limites. An. 829. Radwodus, Pannonici limitis Præfectus, Priwinam, Moravorum regulum, in Auſtriam profugum recipit. Priwinæ Baptismus Treismæ in Eccleſia S. Martini, & variæ fortunæ vices. Ludovici Germanici pia liberalitas ex fundis Auſtriæ. Ludovicus Pius Imp. a filiis impie exagitatus. An. 833. 834. 838. Ejus mors An. 840. Nova inter filios ejus bella, & Regnorum partitio An. 843. Ludovici Germanici cum gentibus Slavicis bellum An. 844. Bohemorum aliquot ducum ad Chriſtum acceſſio. An. 845. Res cum Raſtice, Moravorum Duce An. 846. 849. Radwodi, Pannonico limiti præfecti, & aliorum exauctoratio: An. 860. cui ſuccedunt Wilhelmus, & Engelſcalcus fratres. Carolomannus filius Ludovico Germanico patri ſuſpectus ob remotos Pannonici, & Carentani limitis Præfectos, purgat ſe utcumque, iterum accuſatus, & a Gundaccaro Comite proditus, Patri ſe ſubmittit An. 863. Gundaccari Comitis perfidia, & præſens pœna. An. 869. Raſtices, & Zwentibaldus vincuntur in Moravia. Raſtices dolo, quem Zwentibaldo nectit, ipſe capitur, & oculis orba-

orbatur An. 870. Wilhelmi, & Engelſcalci limitis Comitum in Moravos expeditio, Zwentibaldi Moravorum Ducis perfidia corrupta An. 873. Ludovici Germanici bellum in Carolum Calvum fratrem, & mors An. 875. 876. Germania ab ejus morte triſariam diviſa inter filios: quorum natu maximus, Carolomannus, Bavariam, Auſtriam, Pannoniam, Carentaniam, cum Moravia ac Bohemia accepit: ſed bello Italico paralyſi oppreſſus, Regnum ſuum Ludovico fratri reliquit. Moritur An. 880. Ludovicus Rex frater biennio poſt conſecutus, Germaniam totam Carolo Craſſo, fratrum natu minimo, relinquit. An. 882. Arbo, Pannonici limitis Præfectus, a filiis Wilhelmi & Engelſcalci, laudatiſſimorum nuper Marchionum, provincia ejectus, ope Zwentibaldi Moravi, ad quem confugit, crudeliter ſe ulciſcitur. Zwentibaldus Moravus Pannoniam dire populatur. Caroli Craſſi in Auſtriam adventus, & colloquium cum Zwentibaldo prope Tulnam. Arboni limitis Præfectura reſtituitur. An. 884. Carolo Craſſo Arnulphus Carolomanni filius, in Regno ſubrogatur. An. 887. Caroli Craſſi mors An. 888.

BREVIARIUM LIBRI IV.

ARnulpho Germaniæ Rege Hungari innoteſcunt. Eorum habitus corporum, & animorum: cultus exterior, belli pacisque ratio. Arnulphi cum Zwentibaldo amicitia in bellum deſinit, Hungarorum auxiliis, ab Arnulpho improvide excitis, confectum. An. 890. Engelſcalcus II. rapta Arnulphi Regis filia ad Moravos profugit: aſtu inde retractus, Marchæ Bojaricæ præficitur, ac paulo poſt judicio oppreſſus oculis orbatur. An. 893. Novum cum Zwentibaldo bellum, fuga ejus, & incertus vitæ exitus. An. 894. Pro Engelſcalco II. Leopoldus; pro Zwentibaldo, Moymarus & Zwentibaldus junior ſufficiuntur. Arbo Pannonici limitis Præfectus Moymarum, & Zwentibaldum inter ſe committit: cognita fraude a Præfecturæ honore tantiſper amovetur. Iſenricus, Arbonis filius, Mauteram, Auſtriæ urbem, occupat: captus ibi, & Ratisbonam deportari juſſus, in Moraviam elabitur. Arnulphi Imp. mors. An. 899. Succedit in Regnum Germaniæ Ludovicus filius, puer. Arbo limitis præfecturæ iterum reſtituitur. Hungari Pannoniam vaſtant, & in Italiam irrumpunt. Reverſi a Leopoldo Marchione, & Richario Paſſavienſi Antiſtite cæduntur. Anaſiburgum ad veteris Laureaci ruinas condi, ac muniri adverſus Hungaros juſſum. Moymari, Moravorum Ducis, criminationes ad Rom. Pontificem delatæ: ab Epiſcopis Bajoariæ, & Hatthone Moguntino refutatæ. An. 900. Anaſiburgum nuper conditum, Ædi S. Floriani contribuitur. Hungari in Carentania cæſi. Pax cum

Moravis renovata. Iſenricus in gratiam receptus. An. 901. De Auſtriæ inferioris ſtatu, invaleſcentibus Hungaris, ignota per id tempus omnia, aut incerta. Adalberti Babenbergici, fratrumque, quorum e ſanguine ſanguinem duxere ſuum Auſtriæ Marchiones Ducesque veteres, cum Wetteravicis Comitibus diſſidia. Adalbertus ob eas turbas in jus vocatus a Rege, forum refugit: obſidetur in arce ſua: in caſtra tandem Regia dolo pertractus, capite mulctatur circa An. 906. vel 908. Bellum a Ludovico Rege in Hungaros decernitur. Cædes Leopoldi Marchionis, ſtragesque ab Hungaris illata. An. 907. Iteratæ Hungarorum in Germaniam irruptiones An. 908. & 909. Bellum in hos a Rege Ludovico ſumma ope comparatum: clades noſtratium, pax auro redempta. An. 910. Ludovici Regis mors, & extincta cum eo in Germania Caroli M. familia. Suffectus in ejus locum Conradus Rex Germaniæ. An. 911. Arnolphus Dux Bavariæ, Erchangerus, & Pertholdus, Comites Sueviæ, Hungaros ad Ænum cædunt. An. 912. Arnolphus Dux Bavariæ cum Henrico Saxone aliisque in Conradum Regem inſurgit: fugit ad Hungaros. A morte Conradi Regis, bona Henrici Regis, cognomento Aucupis pace, Bavariam recipit. An. 919. Hungarorum novæ in Germaniam irruptiones. An. 924. 925. Henrici Regis cum Hungaris induciæ in annos novem. Belli apparatus pacis tempore: Hungarorum finitis vixdum induciis in Thuringiam & Saxoniam irruptio, & clades ad Merſeburgum. An. 933. Henrici Regis mors, cui ſuccedit filius Otto M. An. 936. Laureacenſis Archiepiſcopatus ſub Gerardo Antiſtite iterum inſtauratur. Bertholfus Dux Bavariæ, ab Ottone M. renunciatus, Hungaros in Trungovia, Auſtriæ ſuperioris Comitatu, cædit. An. 943. Anno ſequenti in Carentania iterum cladem accipiunt Hungari. Controverſiæ quædam inter Salisburgenſem, & Laureacenſem Archiepiſcopos ab Agapito II. PP. componuntur. An. 946. Henricus, Ottonis M. frater, fit Dux Bavariæ: Hungaros cædit. An. 948. Anesburgum permutatione ab Adalberto Paſſavienſi Epiſcopo acquirit. Luidolphus filius, aliique complures in Ottonem M. inſurgunt: Hungaros in auxilium evocant: An. 953. 954. in gratiam cum Ottone M. redeunt. Hungari Bavariæ ſe infundunt: Auguſtam Vindelic. obſident, a S. Udalrico defenſam: ab Ottone M. ad internecionem cæduntur. An. 955. Sub id tempus Rudigerus Pechlarienſis Auſtriam rexiſſe videtur: poſt quem Burchardus Marchionis nomen in Auſtria inferiore geſſiſſe legitur. Quo tempore Piligrinus etiam Paſſavienſem Eccleſiam adiit An. 971. Hoc Antiſtite, S. Wolfgangus in Auſtriam ac Pannoniam deſcendit, legemque Chriſti annunciavit Hungaris: ſed revocatus

brevi,

brevi, Ratisbonenſibus datus eſt Epiſcopus. An. 972. In Hungaria Toxo ſucceſſit Geyſa, Princeps Chriſtianis æquior. Mittuntur in Hungariam Chriſtianæ Legis doctores, a quibus ad quinque hominum millia Chriſto initiantur. In Piligrino Laureacenſis Archiepiſcopi dignitas renovatur: nova de honoris ejus prærogativa inter Laureacenſem, & Salisburgenſem Antiſtites ſanctio Benedicti VII. Pontif. Otto M. Imperator obit, renunciato jam prius Ottone II. filio Auguſto. An. 973. Turbæ ab Henrico II. Duce Bavariæ, aliisque Principibus. An. 974. S. Wolfgangus in Auſtriæ ſuperioris fines, ut opinio eſt, ſecedit. Ottonem II. in bellum Gallicum aſſectatur: Axonam fluvium primus transmittit. An. 978. Coloniam Steinenkirchium in Auſtriam deducit: Wiſelburgenſe caſtrum exſtruit. An. 979. Ottonis II. infauſta adverſus Græcos in Apulia expeditio. An. 982. Mors anno ſequenti conſecuta. Succedit Otto III. ejus filius. Auſtria ab Hungaris evaſtatur. An. 983.

BREVIARIUM LIBRI V.

LEOPOLDI ILLUSTRIS, ex gente Babenbergica, Auſtriæ Marchionis I. adventus: quo tempore. Ejus Majores, & ſeries Genealogica ex mente Aloldi Pechlarienſis; alia ex Eckardo. Hungaris caſtrum Mellicenſe eripit, idque in Collegium Canonicorum Secularium convertit. Hungaros ultra montem Cetium rejicit. An. 984. Conventus Tulnenſis, ubi de coloniis in Auſtriam deducendis, deque oppidis, caſtrisque condendis, muniendisque actum. Jura Eccleſiæ Paſſavienſis per id tempus in Auſtria recognita. Quædam de notis ea ætate Auſtriæ oppidis: de ſede Marchionum: de Nobilitate Auſtriaca: an Bavariæ Duci Auſtria inferior per id tempus fuerit obnoxia. Piligrini Laureacenſis Archiepiſcopi mors, & ſucceſſor Chriſtianus, Paſſavienſis Epiſcopus. An. 992. Hujus de Eccleſiæ ſuæ quibusdam juribus cum Leopoldo Marchione controverſia. An. 993. Leopoldus, reclinato, ut Aloldus vult, in Henricum filium regendæ provinciæ onere, liberius ad pietatis opera otium nactus, ſibi deinceps Deoque vacat. Wirzburgum, invitatus a Berwardo Epiſcopo, ad feſtum S. Kiliani diem ibidem celebrandum proficiſcitur: ubi injecto per feneſtram telo, percuſſoris errore ſauciatus, VI. Idus Julii exſpiravit: ſepultus Wirzburgi. An. 994. Unde poſt id tempus ejus oſſa Mellicium in Auſtriam ſunt reportata. Leopoldi I. Conjux Richarda, & liberi Henricus, Erneſtus, Poppo, Adalbertus, Chriſtiana. Ex his Henricus, & Adalbertus in regenda Auſtria Patri ſucceſſere: Erneſtus poſt varias fortunæ vices, ducta Giſela, Hermanni Alemanniæ Ducis filia, Alemanniæ Dux creatus, in venatione obiit,

obiit, amica manu per errorem ſauciatus; liberosque reliquit Erneſtum II. & Hermannum, Alemanniæ Duces. Poppo, Præpoſitus primo Bambergenſis Eccleſiæ; tum vero Trevirenſis Archiepiſcopus ab ipſo Imperatore, S. Henrico, nominatus, jura ſuæ Eccleſiæ ſtrenue defendit: piam peregrinationem in Palæſtinam ſuſcepit: B. Symeonem, peregrinationis ſuæ comitem, Sanctis adſcribendum curavit: poſt multa Religionis, & miſericordiæ exempla in pace obiit Treviri: quo loco etiam Chriſtiana, ſoror ejus, ſolitariam pro Chriſto vitam profeſſa, ſepulta eſt.

HENRICUS, Leopoldi Illuſtris filius, & Auſtriæ Marchio II. AN. 994. quo ipſo anno S. Wolfgangus, Ratisbonenſis Epiſcopus, Puppingæ in ſuperiore Auſtria obiit. Suprema ejus ad mortem comparatio, & vaticinia. S. Henricus ſuccedit Henrico patri in Ducatu Bavariæ, & ſuperiore Auſtria. AN. 995. Friſingenſis Eccleſia fundos aliquot Cremſii, Ulmerfeldæ, & Waidhoffii ad Ibſam in inferiore Auſtria obtinet ab Ottone III. Imp. AN. 996. S. Stephanus Geyſæ, patri ſuo, ſuccedit in Hungaria AN. 997. Ejus pro Religione Chriſtiana ſtudium: Conjux Giſela, S. Henrici, poſtea Imperatoris, ſoror. Corona Regni S. Stephano miſſa a Silveſtro II. PP. AN. 1000. Giſelæ Reginæ ſalutaris Religioni opera. S. Henricus ſuccedit Ottoni III. in Regno Germaniæ. AN. 1002. Henrico Auſtriæ Marchioni donat aliquot prædia inter Marcham, & Cambum fluvios. Turbæ Regni in Italia, & Germania enatæ: quibus Erneſtus, Leopoldi I. Auſtriæ Marchionis filius, miſcetur, Henrico, fratre ejus, in fide Regis perſtante. Erneſtus capitur. AN. 1003. Poppo, Erneſti frater, majori Collegio Bambergenſi Præpoſitus datur poſt AN. 1007. Turbæ Bohemicæ Auſtriacis ſuſpectæ. S. Colomannus, Palæſtinæ religioſe luſtrandæ cauſa, ex Hybernia in Auſtriam venit: pro exploratore habitus, a rudi populo cruciatur, & ſuſpendio innocens necatur. AN. 1012. Prodigia ejus mortem conſecuta. Corpus ejus primum in inſula Stockeraviæ vicina conditum, poſt aliquanto Mellicium, Henrici Marchionis voluntate, honorifice deductum. Honor publicus, Templaque ſub ejus nomine DEO dicata. Gothalmus, pius etiam peregrinus, Mellicii pariter non ſine opinione ſanctitatis ſepultus. Erneſtus Auſtrius, AN. 1012. Dux Alemanniæ creatus, in venatione, accepto letali vulnere, extinguitur AN. 1015. Henrici, fratris ejus, Marchionis Auſtriæ res contra Polonos, Moravosque ſtrenue geſtæ. Poppo ejus item Germanus Trevirenſis Archiepiſcopus conſecratur AN. 1016. vel ſequ. Henricus, Auſtriæ Marchio, ſine liberis moritur AN. 1018. Status Auſtriæ illo Marchione.

BRE-

BREVIARIUM LIBRI VI.

ADALBERTUS, Leopoldi Illuſtris filius, Auſtriæ Marchio III. S. Henrici Imp. mors. An. 1024. Succedit Conradus II. Rex Germaniæ, qui Paſſavienſi Eccleſiæ decimas per Auſtriam Trans-Danubianam contulit An. 1025. Poppo, Adalberti Marchionis frater, & Trevirenſis Archiepiſcopus in Palæſtinam proficiſcitur An. 1026. Belli Hungarici ſemina. Wernhero, Argentinenſi Epiſcopo, & ad Græcos Legato, tranſitus per Hungariam negatur. Reverſus ex Palæſtina Poppo, corpus S. Colomanni a fratre Marchione impetrat, S. Stephano Regi, id petenti, in Hungariam deportandum: An. 1028. Sed id brevi Mellicium eſt remiſſum. Bellum Conradi II. in S. Stephanum Hungariæ Regem; ſed pace ſubita mox compoſitum. Erneſtus II. Dux Alemanniæ, Adalberti Auſtrii ex fratre nepos a Conrado II. proſcriptus, & in pugna cæſus. Suffectus eidem Hermannus junior frater. An. 1030. Oſtentum horribile in Pannonia ex Arnolfo Vochburgico. Conradi II. Regis piæ largitiones ex fundis Auſtriæ. S. Stephani Hungariæ Regis I. obitus An. 1038. Petrus in Regno ſucceſſor, peregrinitate Hungaris, & moribus inviſus, Auſtriam infeſtat An. 1040. Ejectus Regno Abæ æmuli viribus, ad Adalbertum, Marchionem Auſtriæ; tum vero ad Henricum III. Regem Germaniæ confugit. An. 1041. Aba in Auſtriam irrumpit, Tulnam diripit. Adalberti, & Leopoldi, ejus filii, virtute Hungari ex Auſtria depulſi, cæſi in finibus Styriæ. Henricus III. Heimburgum expugnat. Hungariam ad Granam usque fluvium evaſtat. Pax cum Hungaris compoſita. An. 1042. Bellum in Hungaros iterum reſumptum, iterum pace concluſum, qua Pannoniæ pars ſuperioris a monte Cetio ad Leytham usque fluvium, ab Adalberto Marchione antea occupata, Auſtriæ eſt confirmata. Leopoldus Auſtrius, Adalberti Marchionis filius, & propter egregiam bello virtutem jam Marchio a Cæſare deſignatus, immatura morte extinctus, & a Poppone, Trevirenſi Archiepiſcopo, patruo Treviris ſepultus. An. 1043. Bellum tertio Hungariæ illatum, Petrus Regni ſolio reſtitutus. An. 1044. Iteratus Henrici III. in Auſtriam adventus. Ferale oſtentum Greinæ ad Danubium: Cæſaris diſcrimen Beſenbeugi. Res ab eo in Hungaria geſtæ. Ager inter Fiſcham & Leytham Sigefrido Marchioni collatus. An. 1045. Petrus Rex Hungariæ tumultu ſuorum in cuſtodiam datus, in qua oculis orbatus, brevi exſpiravit. An. 1046. Mors Popponis Auſtrii, Trevirenſis Archiepiſcopi. Andreas Rex Hungariæ electus Henricum III. conciliare ſibi nititur. An. 1047. Henrici III. Imp. piæ largitiones ex fundis Auſtriæ. An. 1049. Novum ex Hungaria bellum: inſtauratum a noſtratibus Heimburgum, ſemel iterumque oppugnatur incaſſum ab Hungaris. An. 1050. Henricus III. Imp.

in Hungariam movet. Exercitus incommodum ab eluvionibus: reditus vi apertus. Cæſaris in Heimburgenſem eccleſiam, & Adalbertum Marchionem munificentia. An. 1051. Expeditio nova in Hungariam. Poſonium irrito labore obſeſſum. An. 1052. Actum de pace per Leonem IX. PP. quæ tandem Triburiæ concluſa eſt. An. 1053. Novæ a Conrado, exauthorato nuper Bavariæ Duce, & Andrea Hungariæ Rege turbæ. An. 1054. Viſum Gunthero, Cæſaris Cancellario, divinitus oblatum. Adalberti, Auſtriæ Marchionis obitus, vitæ decora, filii. Status Auſtriæ illo Marchione, & Lambacenſis Cœnobii in ſuperiore Auſtria exordium. An. 1056.

Ernestus, Adalberti filius, Auſtriæ Marchio IV. Andreas Rex Hungariæ Salomoni filiolo ſponſam petit, Henrici IV. qui Henrico III. Patri nuper defuncto puer ſucceſſerat, ſororem: & impetrat. Agnes Auguſta cum Henrico IV. filio in Auſtriam deſcendit. An. 1058. Andreas ratis his ſponſalibus, Salomoni puero Regni coronam imponit: offenſus ea re Bela in Andream Regem inſurgit. An. 1060. Andreas conjugem ſuam cum Salomone filiolo Mellicium in Auſtriam ſecuritatis cauſa mittit. Henricus IV. eidem auxilia ex Germania mittit. Andreas Rex in prælio, equo effuſus, perit. An. 1061. Bela Auſtriam invadit, ſed ab Erneſto Marchione rejicitur. An. 1062. Turbæ quædam ob Henrici IV. tutelam in Germania excitatæ. Bellum in Hungariam decretum: ſed Bela Rege ſub id tempus repente extincto, Salomoni Regnum Hungariæ ſine ſanguine redditur. An. 1063. Complures Germaniæ Antiſtites in Palæſtinam per Auſtriam proficiſcuntur. An. 1064. Reverſus inde B. Altmannus, ad Paſſavienſem Epiſcopatum evehitur: An. 1065. quem ille poſtea & ornavit inſigniter, & locupletavit. Florianenſe in Auſtria ſuperiore, S. Nicolai prope Paſſavium Canonicorum Collegia: in Auſtria inferiore Gottwicenſe Cœnobium pro Clericis Sæcularibus inſtituit. An. 1072. S. Leopoldus, Auſtriæ poſtea Marchio, ſuperſtite adhuc Erneſto Avo, naſcitur. An. 1073. Geyſæ cum Salomone Hungariæ Rege bellum. Henricus IV. in auxilium vocatus, annonæ inopia revocare copias ex hoſtico cogitur. An. 1074. Belli Saxonici adverſus Henricum IV. initia. Pugna ad Unſtrutum fluvium, in qua Erneſtus Auſtriæ Marchio graviter ſauciatus, poſtridie ex vulnere obiit. An. 1075. Erneſti Conjux, & liberi. Auſtriæ ſtatus ſub hoc Marchione.

BREVIARIUM LIBRI VII.

Leopoldus Pulcher, Erneſti filius, Auſtriæ Marchio V. Res inter S. Gregorium VII. PP. & Henricum IV. Imp. actæ, diſtractis in partes Germaniæ Principibus. Burchardus Halberſta-

ſtadenſis Epiſcopus, Henrici IV. voluntate captus, cuſtodum manibus ex itinere in Pannoniam ereptus. B. Altmannus ob promulgata Pontificia Decreta ſuorum odia incurrit, ſedeque pellitur. Leopoldus Auſtriæ Marchio Collegii Canonicorum ad S. Nicolai prope Paſſavium ab eodem Altmanno in fundis per Auſtriam eodem pertinentibus *Advocatus* conſtituitur. An. 1076. Henrici IV. iter in Italiam, & reconciliatio cum Rom. Pontifice parum firma. Rudolphus Dux Sueviæ æmulus Henrico IV. opponitur. Henricus IV. Salisburgenſem, & Paſſavienſem Eccleſiam vexat. Leopoldus Auſtriæ Marchio ea rerum perturbatione offenſus, Ratisbonæ a Cæſare diſcedit. An. 1077. Henricus IV. facto ancipiti in Saxones prælio, An. 1078. armatus in Auſtriam deſcendit: Leopoldum Marchionem ad deditionem adigit. Fæda per eam occaſionem conficta in Leopoldum calumnia. An. 1079. Rudolpho, Henrici IV. æmulo, Germaniæ Regi ex vulnere extincto An. 1080. Hermannus Luzenburgicus ſufficitur. Leopoldi Marchionis pro eo ſtudia adverſus Henricum IV. An. 1081. Gravi idcirco bello ab Henricianis appetitur. Victus ad Maurbergam a Bohemis & Moravis, qui tamen paulo poſt ab Azzone Gobatsburgico in Bohemiam rejiciuntur. An. 1082. B. Altmanni pia liberalitas in miſeros, & belli injuriis afflictos. Garſtenſis Cœnobii in ſuperiore Auſtria prima initia. Gottwicenſe Templum ac Cœnobium conſecratur a B. Altmanno. An. 1083. Sancta ejus in uſurpatorem boni Eccleſiaſtici ſeveritas. Lambacenſe Auſtriæ ſuperioris Cœnobium, D. Benedicti Sodalibus traditum a B. Adalberone Wirzburgenſi Epiſcopo, conſecratur. Ejusdem inſtituti Sodales Mellicenſe in Cœnobium introducuntur. An. 1089. B. Adalbero, Wirzburgenſis Epiſcopus moritur, & Lambaci ſepelitur. Vitæ ejusdem ſeries. An. 1090. B. Altmanni, Paſſavienſis Epiſcopi obitus, & ſepultura Gottwici. An. 1091. B. Altmanni ortus: res ante, & in Epiſcopatu geſtæ: Cœnobia ab eo condita, vel ad veterem ſanctimoniam revocata ad S. Hippolyti, S. Floriani, S. Agapiti: Templis, ſacrisque ſplendor reſtitutus: animi ejus conſtantia: res ſupra vires naturæ factæ: ingens de virtute ejus opinio. Hermanni, Paſſavio pro eo intruſi Epiſcopi, mors timoris plena. Gottwicenſe Cœnobium ad S. Benedicti inſtituta traductum. Primi ejus inſtituti Religioſi ex Monaſterio S. Blaſii evocantur. An. 1094. Formbacenſis Bavariæ Cœnobii bona per Auſtriam. Leopoldi Pulchri, Auſtriæ Marchionis obitus, laudesque. An. 1096. Status rerum in Auſtria ſub hoc Marchione. Conjux Itha. Liberi ſequioris ſexus. S. Leopoldus filius, & ſucceſſor.

S. Leopoldus, Leopoldi Pulchri filius, Auſtriæ Marchio VI. An. 1096. Expeditio ſacra in Palæſtinam: nata inde incommoda. Godefridi Bullionii iter per Auſtriam, & Hungariam in Terram ſanctam. Nonnulli ex Auſtria eodem commigrant. S. Leopoldus militiam ſacram in Palæſtina argento juvat. Hieroſolymorum urbs capitur, Rexque primus Godefridus Bullionius conſtituitur. An. 1099. Herbirgis, S. Leopoldi ſoror, Znoymæ Borivojo Bohemorum Duci nubit. An. 1100. Itha S. Leopoldi Mater cum Welfone Duce, & Thietmaro Salisburgenſi Archiepiſcopo in Palæſtinam proficiſcitur. An. 1101. Varia eorundem pericula: fames in caſtris Chriſtianorum: clades a Saracenis illata. Itha Auſtriaca aut capta, aut obtrita. Varii de illa rumores. Thietmari Salisburgenſis Archiepiſcopi præclarum pro Chriſto teſtimonium, ſua morte firmatum. S. Leopoldus Marchio militari baltheo accingitur. Henrici V. Regis ab Henrico IV. patre diſceſſio. An. 1104. Res inter utrumque geſtæ. Caſtra ad Ratisbonam caſtris oppoſita. S. Leopoldus Marchio, & Borivojus Dux Bohemiæ e caſtris Henrici IV. ſe ſubducunt: quibus de cauſis. An. 1105. S. Leopoldi cum Agnete, Henrici IV. filia nuptiæ Mellicii celebratæ. Sedes in Cetii montis caſtro. Flammeolum Agneti ejus conjugi ominoſo venti turbine de capite dereptum. An. 1106. Garſtenſe Cœnobium Benedictinis traditum, Gottwico evocatis. Ottocarus Marchio Styr. quosdam ejus Cœnobii Clericos ad amplectendum Monaſticum inſtitutum cogit meliore eventu, quam conſilio. An. 1107. Eodem anno naſcitur S. Leopoldo Adalbertus filius; ſequenti vero Leopoldus. Henrici V. Regis in Hungariam expeditio, & ſecuta pax. An. 1108. Seitenſtettenſis Cœnobii exordia. Wirntonis ex Priore Garſtenſi, Formbacenſis Abbatis vita, & res mirabiliter geſtæ. An. 1109. Otto S. Leopoldi filius, & Friſingenſis poſtea Epiſcopus naſcitur. Mellicenſis Cœnobii exemptio An. 1110. Collegii Canonicorum, quod poſtea Ducumburgum translatum eſt, fundamenta ad Danubium prope Hollenburgum ab Udalrico Paſſavienſium Epiſcopo jaciuntur. An. 1111. Mellicenſe Cœnobium nova dote a S. Leopoldo augetur. An. 1113. Ortus Henrici, primi poſtea Auſtriæ Ducis, & S. Leopoldi filii. Neoburgenſis Eccleſia major eo loco condi cœpta, ubi flammeolum Agnetis conjugis nono abhinc anno abreptum, integrum repertum eſt. An. 1114. S. Leopoldus in Florianenſe Canonicorum Collegium pie munificus. An. 1115. Hungarorum in Auſtriam excurſiones An. 1117. & ſequenti, quo Conradus, Salisburgenſis olim Archiepiſcopus futurus, S. Leopoldo natus eſt. Idem S. Marchio illatam ſemel iterumque Auſtriæ populationem, exuſto Caſtro

Ferreo

Ferreo ulciſcitur. An. 1119. Glunicenſis Cœnobii in ſuperiore Auſtria exordia. Otto a S. Leopoldo patre Neoburgenſis Collegii Canonicorum Secularium Præpoſitus nominatur: & ſubſtituto Opoldo ejus Vicario Pariſios ad proſequenda ſtudia mittitur. An. 1122. Unde poſtea complures SS. Reliquias in Patriam retulit, Neoburgenſi Eccleſiæ a Patre collatas. Erneſtus S. Leopoldi filius naſcitur. An. 1124. Mors Henrici V. Imp. S. Leopoldus, Imperii Candidatus, Regium honorem deprecatur. Succedit Lotharius Saxo An. 1125. quo ipſo anno Adalbertus S. Leopoldi filiorum natu maximus armis accinctus eſt. S. Leopoldi in Canonicos S. Nicolai prope Paſſavium pia liberalitas. Otto, ejus filius, Pariſiis reverſurus, Ciſtercienſe inſtitutum Morimundi in Gallia amplectitur. An. 1126. Mors Henrici Ducis Carinthiæ ex gente Eppenſteinia. An. 1127. & Leopoldi Styriæ Marchionis. An. 1129. Henricus, & Engelbertus, Duces Carinthiæ, ex gente Ortenburgica, Epiſcopis infeſti. Henricus S. Leopoldi filius An. 1130., Leopoldus ejus frater anno ſequenti armis equeſtribus accinguntur. S. Leopoldus auxiliares copias adverſus Engelbertum Ducem Epiſcopo Gurcenſi in Carinthiam; alias Ratisbonenſi Antiſtiti ad defenſionem mittit. An. 1131. quo Otto, S. Marchionis filius Abbas Morimundi conſtituitur. Frater ejus natu maximus, Adalbertus, conjugem ducit Belæ Regis ſororem Hathwigem. An. 1132. quem contra Boritium armis poſtea tutatus eſt. Clauſtro-Neoburgenſibus Canonicis Secularibus, Regulares S. Auguſtini ſubſtituuntur, B. Hartmanno, Brixinenſi poſtea Epiſcopo, loci Præpoſito deſignato. An. 1133. Ottonis filii conſilio, hortatuque Ciſtercienſes in Auſtriam a S. Leopoldo e Gallia evocantur. An. 1134. Eorum ſtatio in Satelbach, poſtea ad S. Crucem dicto. Controverſiæ quædam cum Salisburgenſi S. Petri Cœnobio, & Reginmaro, Paſſavienſi Epiſcopo compoſitæ. Mellicenſis Cœnobii jura ab adminiſtris bonorum Henrici Marchionis, S. Leopoldi filii, inique gravata. An. 1135. Oratorium ad Cellas Marianas in Auſtria a S. Leopoldo conditum, & S. Benedicti Sodalibus ejus Cœnobii datum. Cœnobium in Satelbach Ciſtercienſis inſtituti ſub nomine S. Crucis conditur, & dotatur. Collegium Canonicorum Regularium S. Auguſtini Neoburgi abſolvitur, & dedicatur. S. Leopoldi Marchionis obitus, & ingens de virtute ejus opinio. An. 1136. Ortus S. Leopoldi, pia educatio, ardua Principatus exordia, illuſtre connubium. Conjugii fructus liberi, eorumque pia inſtitutio: in regenda Provincia felicitas: belli, pacisque ſtudia. Juſtitia, clementia, munificentia, animi modeſtia. Divini cultus impenſum ſtudium, in DEUM, & Cœlites pietas. Religioſæ munificentiæ præ-

mia a DEO reddita. Incrementa publicæ rei hoc Principe. Funeris honores, & conſecuta Neoburgi ad ejus tumulum prodigia. Numerum Sanctorum auget. Aræ, Templaque ſub ejus nomine DEO dicata. Innocentii II. PP. ad Agnetem ejus Viduam, Liberosque honorificentiſſimæ literæ. Adalberti filiorum natu maximi mors. Leopoldus, Otto, Henricus, Conradus, Erneſtus filii ſuperſtites. Sequioris ſexus liberi. Agnes Vidua annorum, & meritorum plena.

BREVIARIUM LIBRI IX.

LEOPOLDUS, S. Leopoldi filius, Auſtriæ Marchio VII. Lotharius Imp. moritur. AN. 1137. Succedit in Regno Germaniæ Conradus III. Marchionis noſtri frater uterinus. Otto germanus ex Morimundenſi Abbate fit Friſingenſis Epiſcopus. Leopoldus Auſtrius conjugem ducit Mariam, Sobieslai Bohem. Ducis filiam. Ejus ſoror, Gertrudis Auſtriaca, Wladislao, poſtea Bohemiæ Duci, ac tandem Regi, deſpondetur. AN. 1138. Henrico Superbo exauthorato, Leopoldus Auſtrius Dux Bavariæ renunciatur. Conradum III. Regem in Saxoniam comitatur. Cœnobii Zwetlenſis, Ordinis Ciſtercienſis, origo ab Hadmaro de Cuopharn. AN. 1139. Gertrudis cum Wladislao, Bohemiæ Duce nuptiæ. Leopoldo Auſtrio, adita Bavariæ poſſeſſione, turbæ ibidem naſcuntur. Phalejam caſtrum obſidet; ſed adventu Welfonis, qui pro tutore Henrici Leonis (Henrici Superbi is erat filius) ſe gerebat, adventu cum clade rejicitur. Vices Welfoni ad Weinſpergam redditæ. Novum Leopoldi Auſtrii periculum Ratisbonæ: quam urbem ille celeriter ad officium revocavit. Severa in contumaces alios vindicta. Morbus Leopoldi, & conſecuta in itinere mors Altachii. Sepultura ad S. Crucem in Auſtria. AN. 1141. Status Auſtriæ hoc Principe.

HENRICUS JOSOMIRGOTT, S. Leopoldi filius, Auſtriæ Marchio VIII. & ultimus, voluntate Conradi III. Regis, Gertrudem Lotharii Imp. filiam, & Henrici Leonis matrem, viduam Henrici Superbi ducit conjugem, & dotalem quodammodo acquirit Bavariam, Dux ejus Provinciæ a Cæſare renuntiatus. Eliſabeta, ſoror ejus, nubit Hermanno de Winzeburg, Thuringiæ Landgravio. Novæ in Bavaria a Welfone turbæ. Henricus Auſtrius acriter in vindictam aſſurgit, Dachavium caſtrum diruit: Friſingam mœnibus nudat. Cœnobii Paumgartenbergenſis Ciſtercienſis inſtituti; & Erlahenſis Virginum olim Ord. S. Benedicti origo. Mors Erneſti, filii S. Leopoldi. Sigehardi Comitis de Scala, & Gerbirgis, filiæ Leopoldi Pulchri, obitus. Wladislaus Dux Bohemiæ, Gertrudis Auſtriacæ maritus, a ſuis exa-

exagitatus, a Conrado Rege in Principatum reſtituitur. Mors B. Bertholdi, Garſtenſis Abbatis I. An. 1142. Ejus ortus, in Auſtriam adventus, Garſtenſis Cœnobii Præfectura, & regendi forma. Aſſidua pro ſacro tribunali opera. Voluntaria vitæ aſperitas. Liberalitas in egentes, ſeveritas in avaros rei domeſticæ adminiſtros: imperium in Dæmones: viri nobilis emendatio. Prodigia, arcanorum cognitio. Mors ſancta, honor ſepulturæ. Gertrudis Henrici Auſtrii conjux: ejus item ſoror, Eliſabeta ex partu extinctæ. An. 1143. Altenburgenſis Cœnobii in Auſtria, Ordinis S. Benedicti, exordium. An. 1144. Henricus Auſtrius Ratisbonam obſidet. Bellum Auſtriæ eodem pene tempore e Styria, & Hungaria enatum. Captum a Nobilibus Auſtriæ Poſonienſe caſtrum, ſed perſoluto pretio a Geyſa Rege redemptum. An. 1145. Geyſa Rex Hungariæ bellum in Auſtriam transfert. Pugna noſtratium intra Leytham, & Fiſcham fluvios, fuga, cladeque terminata. Henricus Auſtrius ex fuga Viennam ſe recipit. An. 1146. Ea urbs ex Favianæ ruderibus paulo ante inſtaurata: unde Favianæ, ac Viennæ nomen, conjectura. Expeditio ſacra in Palæſtinam decreta. Henricus Leo Bavariam repetit, ea cauſa in aliud tempus rejicitur. Templum S. Stephani Viennæ conſecratur. Waldhuſani Collegii Canonicorum Regularium S. Auguſtini initia. Conradus R. in Palæſtinam movet cum exercitu: quem Henricus Auſtrius, cum Ottone Friſingenſi eodem comitatur. Chriſtiani exercitus calamitas ex eluvione in Thracia. Trajectus in Aſiam: Græcorum injuriæ: perfidia ducum itineris: clades a Saracenis. Conradi III. & Ludovici VII. Francorum Regis prope Niceam congreſſus. An. 1147. Conradus III. cum Henrico Auſtrio, Conſtantinopolim redit: inde Jeroſolymam navigat. Damaſcum obſidet. Conradus, S. Leopoldi filius, ex Abbate S. Crucis fit Epiſcopus Paſſavienſis. An. 1148. Conradus III. R. cum Henrico Auſtrio, qui Theodoram Comnenam ibi acceperat conjugem, ex Græcia in Germaniam revertitur. An. 1149. Res Conradi Regis, fratrumque Auſtriacorum cum Welfone, cum Henrico Leone, & Ottone Bavariæ Palatino. An. 1150. Conradus III. moritur. Succedit eidem in Regno Germaniæ, fratris filius Fridericus I. Controverſia de Bavaria reſuſcitatur. An. 1152. Varii ea de cauſa Imperii Conventus. An. 1153. Fridericus I. Henricum Auſtrium, qui legitime ſe vocatum ad Imperii Conventus negabat, Bavariæ Ducatu excidiſſe pronuntiat: in Italiam movet. An. 1154. Scoti ex Ordine S. Benedicti per id tempus Viennam Ratisbona evocati. Henricus Leo Dux Bavariæ, Auſtrio nondum acquieſcente, a Friderico I. renuntiatur.

An. 1155.

FACUL-

FACULTAS
REVERENDI PATRIS PROVINCIALIS
SOCIETATIS JESU.

EGo infra ſcriptus per Provinciam Auſtriæ Societatis JESU Præpoſitus Provincialis, facta mihi ab Admodum Reverendo Patre noſtro FRANCISCO RETZ, PRÆPOSITO GENERALI poteſtate, facultatem concedo, ut ANNALES AUSTRIÆ ab ultimæ ætatis memoria ad Habſpurgicos Principes a Patre SIGISMUNDO CALLES, Societatis Noſtræ Sacerdote deducti, & ab aliquot ejusdem Societatis Patribus, ad id deputatis, reviſi, & approbati; Aulæ etiam Viennenſis judicio ſubjecti, & exhibiti, typis mandentur. In cujus rei fidem has literas manu mea ſubſcriptas, & Officii Sigillo munitas dedi, Viennæ in Domo Profeſſa 28. Auguſti 1746.

(L.S.) MATHIAS POCK
m. pr.

PROTESTATIO AUTHORIS.

UT ea, qua par eſt, obſervantia URBANI VIII. Pont. Max. Decretis de Viris Martyrii, aut alia Sanctitatis laude inſignibus, de SS. Reliquiis & miraculis morem geram, profiteor, me, quidquid hoc in opere continetur, haud alio ſenſu accipere, aut accipi ab ullo velle, quam quo ſolent, quæ humana duntaxat fide, atque authoritate nituntur.

LIBER

ANNALES AUSTRIÆ,

AB

ULTIMA ÆTATIS MEMORIA,

AD

HABSPURGICÆ GENTIS PRINCIPES DEDUCTI.

LIBER PRIMUS.



AUSTRIA, cui a prolatis in Orientem Imperii finibus, auguſtius hodie nomen eſt, (A) olim ſub Norici, Pannoniæ, Germaniæ, quarum pars erat, vocabulis latebat. Norici limes, idemque Pannoniæ principium mons erat Cetius; (B) ab his Germaniam Danubius dirimebat. (C) Sui cuique generis primum populi, quos aliæ ſubinde ex aliis nationes excepere. Prima Colonos veteres, quæ ſupra Danubium eſt, Auſtria mutavit. Boji, gens Celtica, quo tempore ſumma rerum penes Priſcum Tarquinium Romæ erat, Sigoveſi

Auſtria pars Germaniæ, Norici, Pannoniæ veteris.

Ante C. N. Anno 600

Bojorum in Auſtriam Trans-Danubianam

(A) Lud. Muratorius Antiqu. Ital. T. I. Diſſ. II. p. 72. „ Auſtriæ, ſeu „ *Marchæ Orientalis*, appellatio - impoſita eſt nobili illi Provinciæ Germanicæ - unde tot nobiliſſimi Cæſares prodierunt - eo, quod ipſa eſſet *Limes Orientalis* Germanici Regni. „ Gerard. Roo L. I. „ Auſtriæ nomen non ab *Auſtro* Latina „ voce, ſed a Germanica *Ooſt*, dicitur - - Germanis *Oſterreich* (quod „ *Orientale Regnum* ſonat) Latino ſexu *Auſtria* vocatur. „ Vid. Cangius, v. *Auſtria*.

(B) Ptol. Coſm. l. 2. c. 14. „ *Noricum* terminos habet - - ab ortu „ Solis ipſum montem *Cetium* „ & l. 2. c. 15. „ *Pannonia Superior* limites habet, ab occaſu montem *Cetium*. „

(C) Tacit. de Germ. c. 1. „ Germania omnis a Galliis, Rhætiisque „ ac Pannoniis, Rheno & Danubio „ fluminibus - - ſeparatur. „ Ptol. l. 2. c. 10.

goveſi auſpiciis, (A) e Gallia profecti, in Herciniam primum ſylvam, quibus locis Bojohæmum veterem gentis memoriam hodiedum retinet; (B) poſt ad Danubii etiam litus penetrarunt. (C) Ante C. N. Anno

Conſecuta hos, quadringentos & amplius poſt annos, cognati ſanguinis multitudo, poſteritas Celtarum, qui Belloveſo Duce, Sigoveſi fratre, diverſis itineribus in Italiam flexerant; ea multis illatis, acceptisque ibi cladibus, ad extremum vicinorum odio ad Iſtrum ejecta, Noricum, 188
& Cis-Danubianam advenus. ac Pannoniam coloniis replevit. (D) Is ſtatus rerum ad Caji Cæſaris, qui poſt Dictator fuit, ætatem tenuit. Hoc in Gallia omnia permiſcente, rerum quoque in Norico facta eſt quædam inclinatio. *Vocio Rex Norici.* Norico per id tempus Vocio Rex imperitabat: ampla illi pro regni finibus potentia, nec Germanis ignota: quidquid Danubium inter, alpesque Noricas ab Æno flumine ad Cetii montis jugum terrarum interjacet, ejus imperio parebat. (E) Ea res illi amicitiam primo, tum ſororis nuptiis affinitatem etiam cum Arioviſto Germanorum Rege conciliavit. Sed novum conjugii fœdus novæ conjugi exitio fuit; nam cum Arioviſtum fortuna, qua comite ſibi magnam Galliarum partem per annos quatuordecim ſubjecerat, noviſſimo tandem adverſus Cæſarem prælio deſtituiſſet; victo, fugatoque Rege, conjux quoque in fuga periit. (F) Germanis bello fractis, 58
Vocio ad partes Cæſaris tranſiit; metu, an gratia, incompertum. Illud certius, quo tempore bellum civile Pompejum

(A) Liv. Dec. 1. lib. 5. „ Priſco „ Tarquinio Romæ regnante, Celtarum - - - penes Bituriges Summa „ Imperii fuit. Ii Regem Celtico dabant: *Ambigatus* is fuit. Hic - - „ *Belloveſum* ac *Sigoveſum*, ſororis filios, impigros juvenes, miſſurum „ ſe eſſe, in quas Dii dediſſent auguriis ſedes, oſtendit, - - tum *Sigoveſo* ſortibus dati *Hercinii* ſaltus. „

(B) Tacit. de Germ. c. 28. „ Manet „ adhuc *Bojemi* nomen, ſignificatque „ loci veterem memoriam, quamvis „ mutatis cultoribus. „ Strabo L. 7. p. 450. „ Idem (Poſidonius) perhibet *Bojos* quondam *Herciniam* incoluiſſe ſylvam. „

(C) Ptol. L. 2. c. 11. „ Gens magna *Baemi* uſque Danubium. „ Unde fortaſſe nomen *Boigreich* parti Auſtriæ trans-danubianæ ad noſtram pene ætatem manſit.

(D) Strab. L. 5. p. 326. „ Hos quidem (Gæſatas) poſtea temporis de„ leverunt Romani: *Bojos* autem ſuis „ domiciliis ejecerunt. Qui deinde „ ad *Iſtrum* cum commigraſſent, apud „ *Tauriſcos* habitarunt. „ Et Juſtin. L. 24. c. 4. „ Galli abundanti multitudine, cum eos non caperent „ terræ, quæ genuerant, trecenta millia hominum ad ſedes novas quærendas, velut ver ſacrum miſerunt. „ Ex his - - portio Illyricos ſinus -, „ per ſtrages barbarorum penetravit, „ & in *Pannonia* conſedit: gens aſpera, audax, bellicoſa. „

(E) Ptol. L. 2. c. 14. „ *Noricum* terminos habet ab occaſu *Ænum* fluvium, a ſeptentrione *Danubii* partem, „ - ab ortu Solis ipſum monte *Cetium*. „

(F) Jul. Cæſar. Bell. Gall. L. 1. c. 53. „ Duæ fuerunt *Arioviſti* uxores, „ una Sueva natione, quam domo „ ſecum abduxerat; altera *Norica*, Regis *Vocionis* ſoror, quam in Gallia „ duxerat, a fratre miſſam, utraque „ in fuga periit. „

Ante C. N. Anno 42

jum inter & Cæſarem exarſit, miſſos a Rege Norico trecentos equites, qui obſidenti Corfinium Cæſari præſto eſſent. (A) Nec plura de Vocione.

Critaſiri, & Bojorum clades a Dacis accepta.

Critaſirum illi ſufficiunt Scriptores multi, (B) a Bærebiſta Daco cum Bojis, Tauriſciſque deletum. Dacorum (nam id gentis nomen Iſtro proximis) (C) Bærebiſta Princeps erat, qui vix ſuſcepto in gentem ſuam imperio, trajecto Danubio ex Daciæ ſtatim latebris erupit. Thracia ac Macedonia evaſtata, nihil propius factum, quam ut Cæſar Dictator adverſus hoſtem tam ferocem arma indueret. (D) Sed Bærebiſta, ſi fides his Authoribus, in Pannoniam flexit. Pannoniæ ea tempeſtate Iſter, Savus, Dravusque pro vallo erant, (E) raris adhuc urbibus communitæ; agri duntaxat villæque in familiam diviſæ agreſte regnum fecerant, nulla judiciorum forma, nullis legum præſidiis ſtabilitum; & quanquam centum facile hominum millia in armis eſſe poterant; (F) quod tamen certo Ducis imperio nondum regerentur, aditum hoſti haud difficilem præbitura. Boji igitur, Tauriſcique armorum torrenti agger erant unicus, qui ut fama rerum inclyti, ita uſu ad ſubita bellorum aſſuefacti, hoſti jam cervicibus incumbenti, futuri haud impares videbantur. Firmabant latera, Noricæ, Tauriſcæque alpes, & quid quid a tergo erat cognati ſanguinis; ſed Bærebiſtæ, navo homini, ac ſobrio, ea virtus erat, ut ejus armis, niſi quod Danubius, aut alpes a clade removiſſent, invictum eſſet nihil. Critaſirus per id tempus

(A) Cæſ. Bell. Civ. L. 1. c. 5. „ Eo „ triduo Legio VIII. ad eum (J. Cæſarem) venit - - equitesque a Rege „ *Norico* circiter CCC. quorum adventu altera caſtra ad alteram oppidi (*Corfinii*) partem ponit. „

(B) Brunnerus P. 1. L. 3. c. 9. Adlzreit. P. 1. l. 4. c. 18. aliique.

(C) Strab. L. 7. p. 466. „ Eſt & „ alia regionis diſtributio - - ut alii „ *Daci*, alii *Getæ* appellentur. *Getæ*, „ qui verſus Pontum & Orientem inclinant; *Daci*, qui in diverſum ad „ Germaniam, & Iſtri fontes vergunt. „

(D) Strab. l. 7. p. 465. „ Bærebiſtes natione Geta, cum imperium „ in ſuam gentem ſuſcepiſſet - - Romanis jam cœpit terrorem afferre, „ Iſtrum audacter tranſiens, Thraciamque ad Macedoniam uſque & Illyricum populans; idem Celtas Thracibus & Illyriis permixtos evaſtavit; *Bojos*, qui ſub *Critaſiro* erant, „ prorſus delevit, itemque *Tauriſcos*. „ Item l. 7. p. 457. „ *Bærebiſtas* Getis „ præfuit, in quem jam Divus Cæſar „ adornabat expeditionem. „ Appian. Bell. Illyr. p. 499. „ Devicto „ deinde Pompejo - - Romam rediit, (*Cæſar*) expeditionemque in „ Getas, Parthosque præparavit. „

(E) Flor. l. 4. „ Pannonii duobus ſaltibus, ac tribus fluviis, *Dravo*, *Savo*, *Hiſtroque* vallantur. „

(F) Appian. Bell. Illyric. p. 503. „ *Peones* (ſic enim appellat ſemper „ *Pannonios*) nullas urbes habent; „ agros duntaxat, & villas per cognationes poſſident. Neque judicia „ communia illis adſunt: neque Principes, qui cæteris præſint. Ipſi „ centum millia virorum, ætate ad „ bellum integra, habebant: verum „ imperio carentes minime in unum „ congregabant. „

tempus Bojis præerat; ſed vanum ſuis adverſus barbaros præſidium: victi, deletique omnes una cum Tauriſcis; (A) ut quibus locis bellicoſa alias natio conſtiterit, neſciretur, niſi Bojorum deſerta, quæ a Neuſidlenſi lacu in Auſtriam, Styriam, Hungariam procul excurrunt, cladis veſtigia exhiberent. (B) Hæc ii: mihi ea clades non ad Noricum, aut Pannoniam; ſed ad Mæſiam, ſeu Serviam, quibus locis Bojos etiam, Tauriſcosque conſediſſe conſtat, pertinere videtur. Strabo certe, quem authorem ſequor, Critaſirum eorum Principem, Scordiſcis admovet, per quos amnis Pariſus in Iſtrum ſe exonerat, quosque alias Myſis vicinos cum Bojis, Tauriſcisque collocat. (C)

Ante C. N. Anno

Deſerta Bojorum.

Bærebiſta ſuorum odio paulo poſt extincto, (D) reſpirare nonnihil poterat Pannonia cum Norico, hoc ſeu terrore, ſeu turbine defuncta: ſed quies hæc erat & breviſſimi temporis, & communis libertatis exitio terminanda. Tumultum excitarant Japodes, Salaſſi, Liburni, & qui ſupra Flanaticum ſinum agebant, Tauriſci, vectigales jam antea

(A) Strab. l. 7. p. 481. „ Hujus regionis partem vaſtam, deſertamque reddiderunt Daci debellatis *Bojis*, & *Tauriſcis*, Gallicis gentibus *Critaſiro* ſubjectis, qui eam ſibi vindicabat regionem, quanquam amnis diſtingueret *Pariſus*, qui a montibus in Iſtrum defluit per *Scordiſcos Gallos*. Hi enim permixti Illyricis ac Thracibus habitabant. „

(B) Plin. l. 4. c. 24. „ Noricis junguntur lacus *Peiſo* (Jornandi *Pelſodis*, nobis *Neuſidlenſis*) *Deſerta Bojorum*: jam tamen colonia Divi Claudii *Sabaria*, & oppido *Scarabantia Julia* habitantur. „ Latius *Deſerta* ea extendit Strabo lib. 7. p. 449. „ Lacum (*Brigantinum*) Rhæti exigua parte; majori Helvetii, & Vindelici attingunt: inde eſt *Bojorum ſolitudo*, uſque ad Pannonios. „

(C) Strabo l. 7. de *Myſis* in *Servia* ſic loquitur: „ Permixtæ ſunt iſtæ, & „ Baſtarnicæ gentes Thracibus - - iisdemque etiam Celticæ, *Boji*, *Scordiſci*, *Tauriſci*. „ Et *Tauriſcos* quidem a *Tauruno* urbe, ad *Iſtri*, *Savique* confluentem ſita, haud procul abfuiſſe, nomen ipſum urbis oſtendere videtur. *Scordiſcos* vero Strabo idem l. 7. nunc *Savi* accolas, nunc *confines Triballis*, *ac Myſis* conſtituit. Et certe, ſi Strabonis locus l. 7. de *Bærebiſta Daco* agentis recte expendatur: „ Quin „ & Romanis jam cœpit terrorem „ afferre, *Iſtrum* audacter tranſiens, „ *Thraciamque ad Macedoniam uſque & Illyricum* populans: deque *Gallis* finitimis Thracibus & Illyriis prædas ingentes reportavit: *Bojos* autem, & ſubditos *Critaſiro* populos „ funditus delevit, ſimul & *Tauriſcos*. „ Satis apparet, Bærebiſtam arma ad extimos tantum Macedoniæ, ac Illyrici fines circumtuliſſe. Quod enim Romanis afferre terrorem poterat, non utique *Pannonia* erat, aut *Noricum* noſtrum, quæ multis poſt annis primum in Romanorum ditionem pervenere; ſed *Macedonia* & *Illyricum Dardaniæ vicinum*, quæ dudum Romani erant juris provinciæ. In eandem mecum ſententiam convenire videtur author anonymus Spicilegii de Boſniæ Regno, qui c. 1. §. II. *Pariſium* amnem, qui teſte Strabone c. 7. inter Bojos, Tauriſcosque Critaſiro ſubjectos, & Scordiſcos defluit, pro *Merava* habet, *Serviæ* fluvio. Sic enim ſcribit: „ *Pariſius* autem Straboni in Iſtrum „ effunditur, & *Morava* reſpondet, „ quouſque *Scordiſcorum* fines protendebantur. „ Qua tamen in ſententia *Bojorum Deſerta* Straboni ac Plinio nota, non a clade Dacorum, ſed migratione, nomen accepiſſe dicenda ſunt.

(D) Strab. l. 7. p. 466. „ *Bærebiſtas* „ ſeditione quorundam oppreſſus ante eſt, quam Romani exercitum adverſus eum mitterent. „

Ante C. N. Anno tea Romanis populi, annuumque ſtipendium ſolvere detrectarant. (A) Securos ejus culpæ civilia interim bella præſtabant. Sed cum interempto Cajo Cæſare, ſumma rerum ad Triumviros rediret; Octavianus, qui ad Cæſaris nomen Auguſti poſtea titulum adjecit, compoſitis domi rebus, omnes ſibi ejus cardinis populos ſubigendos ſuſcepit. Ac Japodes quidem aggreſſus ipſe, Metulum, urbem gentis maximam, omni bellici apparatus inſtrumento oppugnavit. (B) Sed erat is populi furor ac rabies, ut cum repulſo ſæpius hoſte, machinisque igne corruptis, Cæſarem ipſum in mœnia nitentem ſauciaſſent, recepto ad extremum per impiam ſimulationem Romano præſidio, igne ſuis domibus injecto, ſe, urbem, victos, victoresque concremarent. (C) Capto infelici hoc urbis buſto, tota Japodum natio in poteſtatem victoris conceſſit. Ab his in Pannonios itum, nulla, ſi Dioni (D) credimus, gentis culpa; ſed exercendi tantum militis cauſa, & rapto vivere docendi. Innoxium primo iter per fines Pannoniæ factum, *Romanorum in Pannoniam adventus.*

(A) Dio Caſſ. l. 49. p. 412. „ Salaſſi & Tauriſci, Liburnique & Japydes, quum jam ante in Romanos haud mediocriter injurii fuiſſent, ac ſtipendio, quod pendere debebant, non ſoluto, etiam in finitima invaſiſſent, tum aperte propter Cæſaris abſentiam rebellaverunt. „ Appian. Bell. Illyr. p. 499. „ Defuncto interim Cæſare, rati Romanorum res, ut in illo potiſſimum vires habuiſſent, ita ejus morte penitus extinctum iri, *Atinio* ulterius „ parere recuſarunt, neque tributa, „ aut obſides conferre voluerunt. „

(B) Dio Caſſ. l. 49. p. 413. „ Japydas ipſe (*Octavianus Cæſar*) bello petiit. - - Hi *Metulo* maxima ſua urbe occupata, Romanos oppugnantes multoties repulerunt, machinas multas combuſſerunt, Cæſarem ipſum e lignea turri quadam murum conſcendere conatum ſauciaverunt. „ Appian. Bell. Illyr. p. 502. „ Deinde ad aliam proceſſit urbem: *Metulium* incolæ nuncupant, quæ Japodum primaria habetur urbs. Sita eſt autem in monte nemoroſo, duobus condita tumulis, quos vallis modica interſecat. „

(C) Dio Caſſ. l. 49 p. 413. „ Tandem quum nihilominus propoſitum urgeret (*Cæſar*), copiasque alias evocaret, ſimulantes ſe pacem facturos, præſidium in arcem accepturum noctu interfecerunt, ædes ſuas incenderunt, ſeipſos, ac quidam etiam uxores ac liberos ſimul occiderunt. „ Appian. l. c. „Cæſare igitur pontem tranſeunte, rubore ducti milites, confeſtim ad eum advolant: qua ex cauſa prægravatus pons ad inferiora ſtatim labitur. - - Cæſar crus dextrum, & utrumque brachium ſaucius, denuo turrim conſcendit &c. „

(D) Dio Caſſ. lib. 49. p. 413. „ Quum ad hunc modum hi (*Metulenſes*) periiſſent, reliqui in poteſtatem ejus nulla re memorabili geſta veniſſent: in *Pannonios* exercitum duxit, neque læſus quidem ab iis unquam, neque ullum crimen objiciens; ſed militum exercendorum ſimul, & alienis bonis alendorum cauſa. - - Cæſar in *Pannonios* profectus, primum a rapinis ſe continuit, quamvis ii pagos in campeſtribus ſitos deſeruerant, quod eos ſe ſperabat citra vim ſibi adjungere poſſe. Sed quum ad *Siſciam* eum accedentem laceſſiſſent, ira correptus, agrum eorum uſſit, prædasque, quas potuit, maximas egit. Quum urbi appropinquaſſet, incolæ a primoribus perſuaſi, ſtatim ei ſe dediderunt, & obſides præbuerunt. Poſtea autem, quum portas occluſiſſent, in obſidione habiti ſunt, &c. „

quod eos, qui pagos in plano poſitos metu deſeruiſſent, adjungi ad ditionem ſuam ſine vi poſſe ſperaret Cæſar. Jamque Siſciæ (nos Siſſecum appellamus) oppido, ad Colapis, Savique confluentem poſito, appropinquabat; cum repente coorti a latere, a tergo Pannonii impetum in Romanos faciunt: & quanquam plus terroris, quam periculi eſſet; id auſos tamen hoſtes graviſſime indignatus Cæſar, urere eorum agros, prædasque, quam potuit, maximas agere inſtituit. Ab agris ad urbem verſus deditionem primo, ac obſides facile expreſſit: ſed ubi mutatis, incertum, qua cauſa, civium voluntatibus, portæ rurſus occluſæ eſſent; diu cum ingenio loci, gentisque bellicoſæ viribus luctandum erat, donec victoris poteſtati ſe permitterent. Urbis deditione facta reliqua etiam Pannonia pacis conditiones accepit. (A) Reverſo Romam Cæſare, Fufius Geminus cum parte exercitus in Pannonia relictus, pacatam haud diu provinciam tenuit. Dalmatis, Salaſſisque in ſeditionem verſis non defuere ſubacti nuper Pannonii: exactus Siſcia 34
Fufius urbis Præfectus, præſidium vi aut metu ex arce pulſum. Omnia in caſum prona erant, niſi Salaſſos Valerius Meſſala, Dalmatas Cæſar ipſe, & Agrippa; reliquos earum gentium populos Statilius Taurus compreſſiſſet. His nudatos præſidiis, fractosque ſecundis aliquot præliis tumultuantes Pannonios Fufius ad officium revocavit. (B)

Ante C. N. Anno

Tranquillæ deinde aliquamdiu res erant, dum victo ad Actium M. Antonio, unus jam rerum potiretur Auguſtus. Sed vix ſenſus acceptæ nuper cladis pauliſper conquierat; cum pertractis in armorum ſocietatem Noricis, hoſtili incurſione in Iſtriam irrupere. Romam, ubi tumultus is perlatus eſt, miſſus confeſtim Publius Silius, qui hoſtes Pannonios multis belli cladibus ac incommodis affectos, ut jugum reciperent, adegit. (C) Ea calamitas

Noricum a Romanis ſubactum.

Nori-

(A) Dio Caſſ. l. 49. c. 414. „ Audito, quosdam ſociorum ſuorum „ inſidiis exceptos periiſſe, animis „ collapſi deditionem fecerunt. Ita „ his in poteſtatem Cæſaris receptis, „ reliqua etiam *Pannonia* pacis conditiones accepit. Ibi Cæſar cum „ exercitus parte *Fufio Gemino* relicto, „ Romam rediit. „

(B) Dio Caſſ. l. 49. c. 415. „ Hyeme, qua conſulatum Antonius iterum & Lucius Libo gerebant, *Pannoniorum* recens ſubactorum, & „ cum eis *Dalmatarum* rebellio exorta eſt. Et *Pannonios* quidem *Gemi-* „ *nus*, quamvis *Siſcia* ab iis ejectus, „ tamen præliis aliquot ſuperatos recepit; *Salaſſos* autem - - *Valerius* „ *Meſſala* domuit. In *Dalmatas* autem *Agrippa* prius, deinde *Cæſar* ipſe „ exercitum duxit. - - Contra reliquos *Statilius Taurus* bellum geſſit. „ Appian. Bell. Illyr. p. 503. & ſequ.

(C) Dio Caſſ. l. 54. p. 533. „ *Pannonii* cum *Noricis* in *Hiſtriam* incurſiones fecerunt, & a *Silio*, ejusque „ Legatis, incommodis affecti, rurſus pacem acceperunt, *Noricisque* „ etiam cauſam ſervitutis præbuerunt. „

Ante C. N. Anno 16 Noricis quoque, armorum ſociis, ſervitutem attulit. Animos iis principio alpes ac nives dabant, quo bellum aſcendere non poſſet: verum omnia perrupit Romana virtus: cumq; arma quoque victis erepta, non ex more belli concremata, ſed in profluentes data, cladis nuncium toto Norico ac Pannonia circumferrent; pacem territi ambo populi, & ſervitutem elegere. (A) Oppreſſus interim repentino Germanorum incurſu Marcus erat Lollius; Rhætia vero Norico vicina a Druſo ac Tiberio penitus ſubacta. (B) Earum rerum nuncii Pannoniam brevi ſeditionibus miſcuere. Et quanquam turbulenta ea conſilia miſſo in ſeditioſos AgrippaDuce pauliſper reſtincta ſunt, accepto tamen ejus mortis nuncio, iterum revixere. (C) Quare Tiberio negotium 12 datum pacandi motus ejus gentis. Is Scordiſcorum opera, qui Savo, Dravoque proximi, eodem prope armorum vitæque genere utebantur, Pannonios multis cladibus attritos domuit: armisque ademptis, & juventute in ſervitutem vendita, regionem eam non modo pacatam reddidit; ſed circumlato hac illac bello, totam in provinciam redegit. (D)

Norici pars ea, ac Pannoniæ, quæ Auſtria hodierna includitur, Romanosne hoc bello fines auxerit, dubitari poteſt: nusquam hoc loco aut Danubii, aut Carnunti oppidi tam nobilis, ulla mentio; alpes tantum ac nives, quæ Carinthiæ magis ac Styriæ conveniunt, memorantur: Scordiſci ad hæc populi, per quos patrati hujus belli gloria magnam partem ſtetit, a Savo, Dravoque, patriis fluminibus vix longius ſunt digreſſi. Appianus ipſe, Scriptor ætati huic

An etiam Auſtria, incertum.

(A) Flor. l. 4. c. 12. „ *Noricis* „ animos dabant alpes atque nives; „ quo bellum non poſſet aſcendere - „ - - *Pannonii* duobus ſaltibus ac tribus fluviis: *Dravo*, *Savo*, *Iſtroque* „ vallantur: populati proximos, intra „ ripas ſe recipiebant. In hos domandos *Vibium* miſit: cæſi ſunt in „ utrisque fluminibus: arma victorum non ex more belli cremata, „ ſed capta ſunt, & in profluentes „ data, ut cæteris, qui reſiſtebant, „ victoria ſic nuntiaretur. „

(B) Dio Caſſ. l. 54. p. 534. „ Equitatum Romanorum contra ſe miſſum per inſidias circumvenerant, „ (*Germani*) & a fugientibus uſque „ ad *Lollium* Præfectum præter opinionem ſuam pertracti, hunc quoque vicerant. „ & p. 535. „ *Druſus* ac *Tiberius* ſimul multis locis in „ *Rhatiam* irrumpentes Legatorum „ opera - - - diverſas eorum copias „ deleverunt, reliquosque in ſuam „ poteſtatem redegerunt. „

(C) Dio Caſſ. l. 54. „ In *Pannoniam*, „ ubi jam bellum gliſcebat, cum majori imperio, quam ullus alius extra Italiam haberet, (*Agrippam*) miſit. - - - quo ejus adventu exteriti *Pannonii*, quum a rebellione „ deſtitiſſent, reverſus, poſtquam in „ *Campaniam* veniſſet, morbo decubuit. „

(D) Dio Caſſ. l. 54. p. 542. „ Contra *Pannonios* (*Tiberium*) miſit, qui „ quum metu *Agrippæ* quieviſſent, eo „ defuncto ad bellum conſurrexerant. „ Eos *Tiberius*, uſus egregia *Scordiſcorum*, qui *Pannoniorum* fines attingebant, eodemque belli apparatu „ utebantur, opera - - domuit, arma „ ademit, juniorum plerosque in alias „ regiones abducendos vendidit. „

huic proximus, neſcire ſe fatetur, (A) quo anno, quove principe Noricum ſub ditionem populi Romani ſit redactum: nec enim deſunt, qui bello Gallico a Julio Cæſare, qui Pannonico ab Octaviano, qui Rhætico a Druſo ſubactum quoque Noricum opinentur. (B) In re incerta, ſi quis conjecturæ locus, Auſtriam non belli impetu ſubactam, ſed pacis tempore per otium exploratam, & tanquam nobilem victoriæ acceſſionem, ad Romani Imperii fines paulatim adjunctam exiſtimem. (C) Neque enim tam averſam a ratione mentem Marcomannis fuiſſe cenſeo, ut ſi Romana ſigna jam ad ripas Danubii volitare conſpexiſſent, iisdem ſe hoſtibus, quos ad Rhenum fugiſſent, hic ultro objicerent. Eos vero ante hoc bellum in Bojohæmum & Auſtriam ulteriorem transferre, nec clades a Druſo poſt accepta, nec ætas Marobodui permittit. (D) Ante C. N. Anno 11

Marcomanni ſedes ſuas ad Rhenum

Marcomanni, quos ad id tempus Rhenus, Mœnusque accolas habebat, Arioviſti primum clade, cujus in exercitu (E) adverſus Julium Cæſarem merebant, tum vero nuperrimis Druſi, qui ex ſpoliis ſibi dereptis trophæum ſtatuit, progreſſibus ſatis edocti, quo cum hoſte ſibi res futura eſſet, alias jam dudum ſedes animo deſtinabant. Verſabatur ante oculos Gallia, Romanis, quanta quanta eſſet, armis oppreſſa, nec jam junctum modo ponte Rhenum, & in-

(A) Appian. Bell. Illyric. in fine. „ Rhætios igitur & *Noricos* exiſtimo „ *Cajum* Cæſarem, cum adverſus *Celtas* „ depugnaret, ſubegiſſe, aut *Auguſtum* „ Pœones (*Pannonios*) cum aggrederetur, bello ſuperaſſe. In medio „ quippe amborum ſedem habent. „ Nec ullum in *Rhatios* aut *Noricos* bellum geſtum privatim reperi, quam „ ob rem cum reliquis finitimis una „ devictos fuiſſe arbitror. „

(B) Strab. l. 4. p. 316. „ Vicini „ jam Adriatici ſinus intimo, & locis ad *Aquilejam* habitant *Noricorum* „ quidam, & *Carni*: *Noricorum* ſunt „ etiam *Tauriſci*. Horum omnium crebris incurſionibus finem impoſuit „ *Tiberius*, & ejus frater *Druſus* unica „ æſtate. „ Florus l. 4. c. 12. Appian. Bell. Illyr. ſupra laud.

(C) Sext. Ruſus in Breviar. p. 550. „ Alpinis omnibus victis *Noricorum* „ provinciæ acceſſerunt. „ Et ſane ſi Strabonis ſententia obtineret, *Bojorum Solitudinem* a Vindelicis ad Pannonios uſque extendentis; mirum non eſſet, ſi Romani hæc *Deſerta*, tanquam ærario ſuo parum commoda, aut neglexiſſent, aut dum rebus ſuis expediret, occupanda diſtuliſſent.

(D) Flor. l. 4. c. 12. „ Miſſus in „ eam provinciam (*Germaniam*) *Druſus*, primos domuit Uſipetes: inde Tencteros percurrit, & Cattos. „ Nam *Marcomannorum* ſpoliis inſignibus quendam editum tumulum in „ trophæi modum excoluit. „ Rei porro geſtæ tempus ex Dione Caſſ. l. 54. p. 543. colligitur. Coſſ. Ælio Tuberone & Paulo Fabio Maximo, qui fuit v. c. 743. ante Æ. C. Nat. 11. quem ſi trigeſimum ætatis *Maroboduo* ſtatuamus, additis 49. annis regni, quibus ſuperfuit, ab octogenario non multum moriturus aberit.

(E) Jul. Cæſar Bell. Gall. l. 1. c. 12. „ Harudes, *Marcomannos*, Triboccos „ Vangiones, Nemetes, Seduſios, „ Suevos, omnemque aciem ſuam „ rhedis, & carris circumdederunt „ (*Germani*,) ne qua ſpes in fuga relinqueretur. „ Vid. Cluverii German. antiq. l. 3. c. 3. Cellar. Geogr. ant. l. 2. c. 5. p. 485.

Ante C. N. Anno

& infeſta Cæſaris ſigna Germaniæ illata; ſed arces & caſtella, intermortuæ pene libertatis monumenta, ad Rhenum, ad Lupiam, & Aliſonem, conſpiciebant: (A) cumque ſe tanquam in cuſtodia Rheni, Mœnique poſitos, & quotidianis periculis objectos contemplarentur; horrebant animo, & quodvis exilium infelici patriæ præferebant. Forte per eos dies ad gentiles ſuos reverterat Maroboduus, juvenis inter ſuos nobilis, quodque ad gratiam valebat plurimum, manu ac conſilio promptus. Pretium peregrinitas augebat, & quod Romæ egiſſet, nec vulgari apud Auguſtum fuiſſet loco; (B) pervidiſſe credebatur omnia, quæ in Germaniam conſilia cuderentur. Id ſatis rudi populo, ut læto armorum fremitu Maroboduum ſcuto impoſitum, humerisque de more ſublatum, Ducem gentis, Regemque ſalutarent. Hoc favore ſuorum, his ſtudiis uſus Princeps, qui dudum majus aliquod animo regnum agitabat, haud timide ad populum retulit, quæ de priſtinis illic deſerendis ſedibus ſententia ſibi ſtaret: irent modo, ſeſeque, quem Principem legiſſent ipſi, melioris fortunæ auſpicem, ducemque ſequerentur: pro Rheno Danubium fore, fluviorum regnatorem alterum: latera Herciniis ſilvis tecta: amicas a tergo nationes, & eodem patre Thuiſtone prognatas. Quid malum! Bojos, gentem Gallicam, tamdiu ſinerent ſolo Germanico incubare? Germanos Gallia omni a Romanis exactos; ſuum id decus eſſe, ne quæ nationis peregrinæ reliquiæ ſua in patria ſupereſſent. His inſtincti vocibus Marcomanni, quod certiſſimum aſſenſus indicium, (C) arma concrepant, iterque in primum melioris Lunæ exortum pronunciant: (D) quæ ubi illuxit, convulſis temere tuguriis, ac ſupellectili, qualem neceſſitas quotidiana poſtulat, exportata, in viam alacres ſe dedere.

Maroboduo Duce deſerunt,

Bojos Bojohæmo pellunt,

(A) Dio Caſſ. l. 54. p. 543. „ Ex „ eo namque barbari propius adire „ veriti, eminus tantum hoſtem in„ feſtavere: ita ut Druſus viciſſim iis „ contemptis Caſtellum contra eos „ ad *Lupiæ*, & *Aliſonis* confluentes, „ aliudque in Chattis ad ipſum *Rhenum* extruxerit. „

(B) Strab. l. 7. p. 445. „ Is enim „ (*Maroboduus*) Roma reverſus, ubi „ juvenis fuit, & ab *Auguſto* beneficiis affectus, e privato ſtatim ad „ occupandam dominationem ſe contulit. „ Vellejus Paterc. l. 2. p. 465. „ *Maroboduus* - - certum imperium, „ vimque regiam complexus animo, „ ſtatuit avocata procul a Romanis „ gente ſua eo progredi, ubi quum „ propter potentiora arma refugiſſet, „ ſua faceret potentiſſima. „

(C) Tacit. de Germ. c. 11. „ Si „ diſplicuit ſententia, fremitu aſpernantur: ſin placuit, frameas concutiunt. „

(D) Tac. de Germania. c. 11. „ Coeunt, niſi quid fortuitum & ſubitum inciderit, certis diebus, cum „ aut inchoatur luna, aut impletur: „ nam agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initium credunt. „

Adventu hoſtis tam potentis, animis concidere Boji, & qui Cimbros nuper ac Theutonos in ſe ruentes non ſuſtinuerant modo, ſed in Noricum etiam averterant; (A) priſtinæ nunc virtutis immemores, qua prima cuique via, effuſam in fugam ſe conjecere. Marcomanni Bojohæmo potiti, Quados admiſere ſocios, qui per id tempus, ut multis videtur, a Moravia hodierna, ad Marcham uſque fluvium, ac Danubium protenſi eam, quæ ad ſeptentrionem eſt Auſtriam, æquas fere in partes diviſam, cum Marcomannis poſſederunt. (B) Hic Maroboduus, dum regnum ſibi firmat, dum populorum alios vi, alios voluntate ſub imperium ſubjungit ſuum, & jam Luios, Zumos, Mugilones, Butones, quique Principatum quondam inter Suevos obtinebant, Semnones ſervire cogit; (C) eam brevi famam rebus geſtis ſibi confecit, quæ admirationem Germanis, Romanis invidiam moveret.

Ante C. N. Anno 10

Auſtriam Trans-Danubianam occupant, & cum Quadis partiuntur.

Juvat hoc loco pauca de nationum, quæ Auſtriam per hæc tempora inſederant, lingua, religione, moribus diſſerere, ut quorum res geſtas hoc libro complectimur, eorum etiam inſtituta, moresque exequamur. Ac Marcomanni quidem, Quadique, qui ulteriorem Danubii ripam tenebant, quemadmodum in fronte Germaniæ ab hac parte poſiti, ita Germanorum mores, linguam, ſacra, civiliaque inſtituta ſecutos, nemo ambigit. Religiones, ut in gente bellicoſa, paucæ, ſed exquiſitæ. Deos intra templorum parietes arctare, aut humani oris ſpecie induere infra cœleſtium majeſtatem videbatur; lucos tamen & nemora Deorum honoribus conſecrare, commune iis cum aliis gentibus: quod pulchrum ducerent loci horrore ac ſilentio

Marcomannorum, ac Quadorſi Religio,

(A) Strab. l. 7. p. 450. „ Idem „ (Poſidonius) perhibet, *Bojos* quondam *Herciniam* incoluiſſe ſylvam, „ ac *Cimbros*, cum ad ea loca ſe contuliſſent, ab iis repulſos, ad Iſtrum „ & Scordiſcos Gallos deſcendiſſe. „

(B) Tac. de Germ. c. 42. „ Juxta „ Hermunduros *Nariſci*, ac deinde „ *Marcomanni* & *Quadi* agunt. Præ„ cipua *Marcomannorum* gloria, vi„ resque, atque ipſa etiam ſedes pul„ ſis olim *Bojis* virtute parta. Nec „ *Nariſci*, *Quadive* degenerant. Ea„ que Germaniæ velut frons eſt, qua„ tenus *Danubio* prætexitur. „ Cluv. Germ. ant. l. 3. c. 31.

(C) Strab. l. 7. p. 445. „ *Colduli*, „ in quibus eſt & *Boviaſmum*, *Maro„ bodui* regia, in quem locum is cum „ alios plures tranſtulit, tum *Marco„ manos*, gentiles ſuos. Is enim Ro„ ma reverſus - - præter *Marcoman„ nos* ſubjecit ſibi etiam *Luios*, magnam „ gentem, *Zumos*, *Butones*, *Mugilones*, „ *Sibinos*, & de ipſis *Suevis* magnam „ nationem *Semnones*. „ Scholiaſtes corruptum hunc Strabonis locum ſuſpicatur, eumque in hunc modum emendat: „ *Quadi*, in quibus eſt & „ *Bojæmum*, *Marobodui* regia: - - „ Domum igitur reverſus, regnavit, „ ac præter jam dictos ſubjugavit ſibi „ *Lygios*, magnam gentem, & *Lemo„ vios*, *Gutones*, *Burgundiones*, &c. „ Vide edit. Amſtelaedam. A. MDCCVII. cum notis varior. p. 445. & Cluverii Germ. ant. l. 3. c. 31.

Ante C. N. Anno lentio reverentiam Numini conciliare. Thuiſtonem terra genitum, Mannumque ejus filium Deorum in numero, an heroum haberent, authores diſſentiunt. (A)

Hertham tamen, ſeu terram matrem præcipua quadam religione coluere. (B) Cæſar Solem quoque, Lunam ac Ignem; Tacitus Martem, Herculem, ac Mercurium Deorum in numero habitos fuiſſe volunt. (C) Illud certius, ſortium ac vaticiniorum nec unam fuiſſe ſpeciem, nec uſum infrequentem: ſed quanquam nec avium cantus, volatusque iis incogniti; proprium tamen gentis erat, ex equorum fremitu, hinnituque cœleſtium monitus explorare. (D) Pro religionum modo mores etiam caſtiores. Sera juvenum matrimonia & ſevera: uxores non pro more barbarorum multiplices: ſingulis contenti erant, niſi ambitio interceſſit. Adulteriis & gentis verecundia & præſens pœna modum ſtatuebat: expulſam a marito conjugem, violati thori ream, nemo tecto, nemo hoſpitio dignabatur: neque ulla tam arcta ſanguinis conjunctio, quæ iſto flagitio non abrumperetur. (E) Fenus & uſura vocabula erant toti Germaniæ ignota: doli, malæ fraudes, ac perjuria, ut viris indecora, longius etiam proſcripta. (F) At vero hoſpitii uſus nusquam prolixior: arcere tecto quenquam, nefarium habebatur: neque in ea humanitatis

Mores.

(A) Tac. de Germ. c. 9. „ Nec cohibere parietibus Deos, neque in „ ullam humani oris ſpeciem aſſimilare ex magnitudine cœleſtium arbitrantur. Lucos ac nemora conſecrant. „ Idem ibidem c. 2. „ Celebrant carminibus antiquis - - „ *Thuiſtonem* Deum terra editum, & „ filium *Mannum*. Originem gentis, conditoresque. „

(B) Tacit. de Germ. c. 40. „ In „ commune *Herthum*, id eſt, terram „ matrem colunt. „

(C) Cæſar. Bell. Gall. l. 6. c. 21. „ Deorum numero eos ſolos ducunt, „ quos cernunt, & quorum opibus „ aperte juvantur. *Solem*, & *Vulcanum*, & *Lunam*. „ Tacit. de Germ. cap. 9. „ Deorum maxime *Mercurium* colunt, cui certis diebus humanis quoque hoſtiis litare fas habent. *Herculem* ac *Martem* conceſſis „ animalibus placant. „

(D) Tacit. de Germ. c. 10. „ Auſpicia, ſortesque, ut qui maxime, „ obſervant. - - Illud quidem etiam „ hic notum, avium voces, volatusque interrogare. Proprium gentis, equorum quoque præſagia, ac „ monitus experiri. „

(E) Tacit. de Germ. c. 20. „ Sera juvenum venus - - nec Virgines feſtinantur. „ Idem cap. 14. „ Severa illis matrimonia, nec ullam „ morum partem magis laudaveris: „ nam prope ſoli barbarorum ſingulis uxoribus contenti ſunt, exceptis „ admodum paucis, qui non libidine, „ ſed ob nobilitatem plurimis nuptiis „ ambiuntur. „ Idem c. 19. „ Pauciſſima in tam numeroſa gente adulteria, quorum pœna præſens, & „ maritis permiſſa. Acciſis crinibus - - coram propinquis expellit „ domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit: publicatæ enim „ pudicitiæ nulla venia: non forma, „ non ætate, non opibus maritum „ invenerit. Nemo enim illic vitia „ ridet, nec corrumpere & corrumpi, ſæculum vocatur. „

(F) Tacit. de Germ. c. 26. „ Fenus agitare, & in uſuras extendere ignotum. „ Idem c. 22. „ Gens „ non aſtuta, nec callida. „

parte noti ullum, ignotique diſcrimen fuit: epularum apparatus pro domeſtica cujusque copia: nec exhauſta penu vicinia deerat, quæ hoſpitem una ac convivam eadem facilitate ſuſciperet. (A) Conviviis frequentia, & de privatis, publicisque rebus ſuſcepta deliberatio pretium addebat. Cibi alioquin ſimplices, ac ſine deliciis ferina aut bubula: lac concretum, ac poma agreſtia menſas ſecundas apparabant: in potum humor ex hordeo ac frumento expreſſus, zythi, nihil dubium, ſpecies: vino tamen præcipuum a raritate pretium: quod ii, qui Romanis propriores, vicino e littore mercabantur. (B) Veſtium præparcus erat modus: ſagulo tum mas, tum fœmina utebatur; nudis interim brachiis, cruribusque, ſenſu hyemis perexiguo; quippe qui corpora ad tolerantiam frigoris ab ineunte ætate indurarint. Quosdam & ferarum tergora ad horrorem amiciebant, fibula, aut ſi ea deeſſet, ſpina ex humeris ſuſpenſa: (C) maculis tamen pelles inficere, aut cornibus armare caſſidem, militaris luxus erat, ad terrorem excogitatus. (D) Urbium aut nullus, aut rarus apud illos uſus: vicos habitabant, ædesque nulla cæmenti, nulla lapidum ſtructura viſendas: quidquid ad frigus arcendum aptiſſimum, id etiam optimum: ne ſpecus quidem dedignari ſoliti ſubter effoſſa humo, aut adverſus ventos, & hyemes præſidia, aut adverſus hoſtes ipſis latebris profuturas.

Ante C. N. Anno

victus, cultusque,

(A) Tacit. de Germ. c. 21. „ Convictibus & hoſpitiis non alia gens „ effuſius indulget. Quemcunque „ mortalium arcere tecto nefas habe„ tur, pro fortuna quisque appara„ tis epulis excipit. Cum defecere, „ qui modo hoſpes fuerat monſtrati „ hoſpitii, & comes proximam do„ mum non invitati adeunt: nec in„ tereſt: pari humanitate accipiun„ tur. Notum, ignotumque, quan„ tum ad jus hoſpitii, nemo diſcer„ nit. „

(B) Tacit. de Germ. c. 22. „ De „ reconciliandis invicem inimicis, & „ pangendis affinitatibus, & adſciſcen„ dis principibus, de pace denique, „ ac bello plerumque in conviviis „ conſultant. „ Idem c. 23. „ Cibi „ ſimplices, agreſtia poma, recens „ fera, aut lac concretum. „ Cæſar. Bell. Gall. l. 6. c. 22. „ Major „ pars victus lacte & caſeo & carne „ conſiſtit. „ Tacit. de Germ. c. 23. „ Potui humor ex ordeo aut frumen„ to in quandam ſimilitudinem vini „ corruptus. Proximi ripæ & vi„ num mercantur. „ Diodor. Sicul. l. 5. „ Potum ſibi ex hordeo „ comparant, quem appellant *Zy„ thum.* „

(C) Tacit. de Germ. c. 17. „ Te„ gumen omnibus ſagum, fibula, aut „ ſi deſit, ſpina conſertum - - locu„ pletiſſimi veſte diſtinguuntur - - „ ſtricta, & ſingulos artus expri„ mente: gerunt & ferarum pelles. „ Idem c. 4. „ Frigora - - cœlo, ſo„ love aſſueverunt. „ Mela l. 3. de Germania.

(D) Tacit de Germ. c. 17. „ Eli„ gunt feras, & detracta velamina „ ſpargunt maculis, pellibusque bel„ luarum. „ Diodor. Sicul. l. 5. de Celtis: „ Galea caput muniunt, „ paulum eminentiore, in qua aut cor„ nua impreſſa ſunt, aut avium, vel „ quadrupedum effigies ſculptæ. „

turas. (A) Regium nomen, quamvis inter Marcomannos, Quadosque uſitatum poſtea, ante Marobodui tamen ætatem, Tudrique, qui regiæ familiæ fuere capita, odioſum fere ac inſolens. (B) Bellis gerendis is honos dabatur; in pace Principum, aut optimatum tituli gratiam ad populum habuere. Quod ſi qua belli neceſſitas Ducem, Regemque poſtulabat, is e nobilitate fere, (C) quam rerum geſtarum gloria, aut patrum merita pariebant, legebatur: lectus, probatusque, militari cum fremitu ſcuto impoſitus plaudentium humeris ferebatur. (D) Jam quem Ducem ſic inauguraverant, in bello deſerere nefas ultimum. (E) Arma militi gladius, haſtaque (frameam illi appellabant) ferro brevi, ſed ita acri, & ad uſum habili, ut eodem telo & cominus & eminus ferirent. Miſſilia peditum propria, plura ſingulis; ſcutum, frameaque equitum: ſed ſcutum reliquiſſe, flagitium ad memoriam infame. Robur exercitus penes peditem: acies ex cuneis conſtabat. (F) Hæc bello: pace pro tabulis & legibus mores erant conſuetudine approbati: ab his non vivendi modo, & agendi; ſed pœnarum etiam, ac ſuppliciorum modus petebatur. Capitis pœna raro, & niſi bellum jus daret Principi, a Sacerdotibus decernenda. Transfugæ tantum ac Patriæ proditores ex infelici arbore pendere juſſi: qui corpus nefariis flagitiis polluerunt, palude ac limo hauſti, vitam obſcænam obſcæno mortis genere claudebant: mitior in cædes pœna,

Ante C. N. Anno

Inſtituta politica,

militaria,

civilia,

(A) Tacit. de Germ. c. 16. „ Nullas Germanorum populis urbes habitari, ſatis notum eſt: colunt diſcreti, ut fons, ut campus, ut nemus placuit: vicos locant, non in noſtrum morem connexis, & cohærentibus ædificiis: ſuam quisque domum ſpatio circumdat. - - Ne cæmentorum quidem apud illos, aut tegularum uſus. - - Solent & ſubterraneos ſpecus aperire, - - quia rigorem frigorum ejusmodi locis molliunt: & ſi quando hoſtis advenit, - - defoſſa aut ignorantur, aut eo ipſo fallunt, quod quærenda ſunt. „ Strabo l. 7. p. 446.

(B) Tacit. de Germ. c. 42. „ *Marcomannis*, *Quadisque* uſque ad noſtram memoriam reges manſerunt ex gente ipſorum, nobile *Marobodui*, & *Tudri*, genus. „ Idem Annal. l. 2. c. 44. „ Regis nomen inviſum apud populares. „

(C) Tacit. de Germ. c. 7. „ Reges ex nobilitate, Duces ex virtute ſumunt. „

(D) Tacit. Hiſt. l. 4. c. 15. „ Impoſitus ſcuto more gentis, & ſuſtinentium humeris vibratus, Dux deligitur. „

(E) Tacit. de Germ. c. 14. „ Infame in omnem vitam, ac probroſum; ſuperſtitem principi ſuo ex acie receſſiſſe. „

(F) Tacit. de Germ. c. 6. „ Rari gladiis aut majoribus lanceis utuntur: haſtas, vel ipſorum vocabulo, *frameas* gerunt, anguſto & brevi ferro, ſed ita acri, & ad uſum habili, ut eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominus, vel eminus pugnent. Et eques quidem ſcuto, frameaque contentus eſt: pedites & miſſilia ſpargunt, pluraque ſinguli, atque in immenſum vibrant. - - In univerſum æſtimanti, plus penes peditem roboris. - - Acies per cuneos componitur - - Scutũ reliquiſſe præcipuum flagitium. „

& pecoris certo numero, vel armenti redimenda. (A) Nuptiarum leges & paucæ, & minime ambitioſæ: dotem maritus ſponſæ, contra ac nobis in uſu eſt, afferebat: & ut virile munus ſciret, ſcutum dabat, ac gladium, adjecto ad belli uſum equo, & ad familiaris rei commodum boum jugo. (B) Nec mortuorum honores a cetera moderatione abhorrebant: cadaver rogo injectum, & cum equo, armisque eodem igne abſumptis, in foſſam demerſum, quam ceſpes viridis pro mole marmorea contegebat. (C) Pecuniæ uſus diu nullus: mercatus permutatione rerum finiebatur: cetera paupertas obtinebat, hoc felicior quod neſciretur. Agri modus nec certus, nec ſtabilis, ſed alius ac alius in annos ſingulos a Magiſtratu per familias diviſus, ne privati boni ſtudio publicum negligeretur. (D) Sed ea res quanquam nonnulla afferret commoda, incommodis non carebat. Jacebant paſſim ſquallentes agri cultorum inopia, labores ſuos alienæ deſidiæ ceſſuros haud ferentium: nec ædium ſtruendarum ulla cura, quas anno circumacto, *Vitia,* ignavus forte hoſpes occuparet. Hinc cetera gentis vitia, conceſſu ejus ætatis, prope in laude numerata: potandi libido, otii, ſomnii, aleæ ſtudium, rei interim familiaris cura, fæminis, ſenibus, ac vernarum viliſſimis delegata. (E) Neque

Ante C. N. Anno

(A) Tacit. de Germ. c. 19. „ Literarum ſecreta viri pariter ac fœminæ ignorant - - plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges. „ Idem ibidem c. 7. „ Neque animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem, niſi Sacerdotibus permiſſum. „ Cæſar Bell. Gall. l. 6. c. 23. „ Magiſtratus, qui ei bello præſint, ut vitæ, necisque habeant poteſtatem, deliguntur. „ Tacit. de Germ. c. 12. „ Diſtinctio pœnarum ex delicto: proditores, & transfugas arboribus ſuſpendunt: ignavos & imbelles, & corpore infames cæno ac palude, injecta inſuper crate, mergunt. „ Idem ibid. c. 21. „ Luitur - - homicidium certo armentorum, ac pecorum numero. „

(B) Tacit. de Germ. c. 19. „ Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offert. Interſunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quæſita, - - ſed boves & frenatum equum: & ſcutum cum framea, gladioque. „

(C) Tacit. de Germ. c. 27. „ Funerum nulla ambitio: id ſolum obſervant, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. - - Sua cuique arma, quorumdam igni & equus adjicitur. Sepulchrum ceſpes erigit.

(D) Tacit. de Germ. c. 26. „ Agri pro numero cultorum ab univerſis per vices occupantur. „ Cæſar Bell. Gall. l. 6. c. 22. „ Neque quisquam agri modum certum aut fines proprios habet; ſed Magiſtratus ac Principes in annos ſingulos gentibus, cognationibusque hominum, qui una coierunt, quantum eis, & quo loco viſum eſt, attribuunt agri, atque anno poſt alio tranſire cogunt. „ Idem de moribus Suevorum Bell. Gall. l. 4. c. 1.

(E) Cæſar ibidem. „ Agiculturæ non ſtudent. „ Tacit. de Germ. c. 16. „ Ne cæmentorum quidem apud illos aut tegularum uſus; materia ad omnia utuntur informi. „ Idem ibid. c. 23. „ Adverſus ſitim non eadem temperantia, ſi indulſeris ebrietati, ſuggerendo, quantum

„ tum

Ante C. N. Anno

Neque enim indecorum iis videbatur dies noctibus potando jungere, neque inſolens alea ludentibus, cum res, opesque deficerent, corpora in ſervitutem addicere. (A) Somnum in multam diem extrahere quotidianum; niſi cum venatus, aut bellum torporem excuteret: temporis reliquum, ut in multa hyeme ad focum exigebant. Hinc illa corporum moles, artusque magnitudine viſendi. (B) Sed hæc non tam propria Marcomannis, Quadisque, quam toti Germaniæ communia: ſiqua peculiaria fuere his gentibus, a Maroboduo ſunt inducta. Quados, ſeu *Malos*, (ea enim eſt vocabuli hujus notio) cur aut alii, aut ipſi ſe ſe appellarint, nusquam reperi: quanquam non deſint, qui dialecti vitio Quados, pro Gudis, id eſt, Bonis, dictos velint. (C) Marcomannos enim a limite, (D) cujus cuſtodes erant, nomen traxiſſe, facile aſſentior.

Bojorum Inſtituta politica.

Bojorum, quos utramque Danubii ripam tenuiſſe diximus, nec eadem plane, nec diverſa conditio: nam cum lingua & plerisque in rebus priſcæ originis ſuæ, quæ Gallis, Germanisque communis eſt, quædam velut veſtigia reliquiſſent; (E) multa tamen ex diuturna cum Gallis aut Italis conſuetudine traxiſſe, a Germaniæ more abhorrentia, credibile videtur. Hominum in omni Gallia, ex qua Boji in Bojohæmum, ac Noricum ſunt digreſſi, genera erant

„ tum concupiſcunt, haud minus facile vitiis, quam armis, vincentur. „ Idem ibid. c. 15. „ Non multum venatibus; plus per otium tranſigunt, dediti ſomno, cibo- „ que; fortiſſimus quisque ac bellicoſiſſimus nihil agens, delegata domus & penatium, & agrorum cura fæminis, ſenibusque, & infirmiſſimo cuique ex familia. „

(A) Tacit. de German. cap. 22. „ Diem, noctemque continuare potando nulli probrum. „ Idem ibid. c. 24. „ Aleam, quod mirere, ſobrii inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo ac noviſſimo jactu de libertate, ac de corpore contendant. „

(B) Tacit. de Germ. c. 22. „ Statim a ſomno, quem plerumque in „ diem extrahunt, lavantur - - lauti cibum capiunt: ſeparatæ ſingulis ſedes, & ſua cuique menſa. „ Idem ibid. c. 17. „ Totos dies juxta „ focum atque ignem agunt. „ Idem ibid. c. 4. „ Habitus quoque corporum, quanquam in tanto numero, idem omnibus: truces & cærulei oculi, nitidæ comæ, magna „ corpora. „

(C) Hug. Grot. in Ind. „ *Gothi*, „ id eſt *Boni*, id nomen a victis accepere ob hoſpitalitatem; ut a contrariis moribus ſuum *Quadi*. „ ap. Wachterum Gloſſ. voc. *Quad*. Beemann. in Notit. Orb. P. 1. c. 9. §. 6. Sic Chamberlaynius in Orat. Domin. omnium linguarum. *Germanice*: „ Sonder loeſe uns von *Quade*. *Gelderice*: Verloeſt ons van allen *Quaden*. „ Sunt tamen, quibus parum credibile eſt, Quados voluiſſe *Malos* appellari: creduntque vitio dialecti factum, ut *Quadi*, pro *Gude*, ſeu *Gute* (id eſt, *Boni*) appellarentur.

(D) Althamer. in Not. ad Tacit. de Germ. ex Beato Rhenano. Aliter Henr. Glareanus Comment. de Germ. *Marcomannos* a vocabulo: *Marck*, quod *equum* ſignificat, appellatos exiſtimat apud Schardium T. I. *Vide* Wachteri Gloſſar. voc. *Mar*, & *Mark*.

(E) Patet ex Principum ſuorum Germanicis vocabulis, ut: *Sigoveſi*, *Brenni*, *&c.*

erant tria: Druides, Equites, Plebeji. (A) Druidum ſumma in ſacris, civilibusque rebus authoritas: hi religiones, ac publici, privatique juris controverſias tractabant: præmiorum, pœnarumque penes hos arbitrium: quorum a ſententia ſi quis diſcederet, ei & uſu ſacrorum, & omni civilis vitæ conſuetudine interdictum. Nec minora ejus ordinis in republica erant commoda: militiæ vacatio, immunitas a tributis, judiciorum poteſtas infinita. (B) Eam ut populi de ſe opinionem alerent, ſoli pene literas, ac de Philoſophia morum, & ſiderum cognitione arcana quædam condiſcebant. (C) Proxima Equitum dignitas, quorum in bellis omnis fere opera verſabatur: eorum ut quisque illuſtrior, ita plures circum ſe clientes numerabat. (D) Vulgi ſervilis fere conditio. (E) Deorum, quos plures habebant, Mercurium unum maxime colebant, inventorem artium: Apollini deinde, Martique, huic bellorum, illi morborum præſtiti ſupplicabant. Jovem in cœleſtia imperium habere fatebantur, ſed velut longe poſitum negligebant; Ditem vero patrem gentis authorem prædicabant: hinc mos obtinuit, dierum, menſiumque initia a noctis ingreſſu numerandi. (F) Numinum porro ſuorum honoribus, ut erant ſuper mortales ceteros ſuperſtitioſi, non pecorum modo victimas, ſed hominum etiam immolabant, in magnis, præſertim morborum, & prœliorum periculis.

Ante C. N. Anno

religioſa,

(A) Cæſar Bell. Gall. l. 6. cap. 13. „ In omni Gallia eorum hominum, „ qui aliquo ſunt numero, atque honore, genera ſunt duo: nam plebs „ pene ſervorum habetur loco - - „ alterum eſt *Druidum*, alterum *Equitum*, *&c.*

(B) Cæſar ibid. „ Illi (*Druides*) „ rebus divinis interſunt, ſacrificia „ publica & privata procurant, religiones interpretantur: - - fere de „ omnibus controverſiis, publicis, „ privatisque conſtituunt &c. „ Et c. 14. „ *Druides* a bello abeſſe conſueverunt, neque tributa una cum „ reliquis pendunt, militiæ vacationem, omniumque rerum habent „ immunitatem. „

(C) Cæſar. c. 14. „ Multa præterea de ſideribus, atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de Deorum immortalium vi, ac poteſtate „ diſputant, & juventuti tradunt. „ Strab. lib. 4. p. 302. „ *Druidæ* præter hanc Philoſophiam etiam de moribus diſputant. „

(D) Cæſar. Bell. Gall. l. 6. c. 14. „ Alterum genus eſt *Equitum*. Ii - - „ omnes in bello verſantur, atque „ eorú, ut quisq; eſt genere, copiisque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe *ambactos*, clientesq; habet. „

(E) Cæſ. ibid. c. 13. „ Plebs pene ſervorum habetur loco, quæ „ per ſe nihil audet, & nulli adhibetur conſilio. „

(F) Cæſ. Bell. Gall. l. 6. c. 17. „ Deum „ maxime *Mercurium* colunt. - - Poſt „ hunc *Apollinem*, *& Martem*, *& Jovem*, *& Minervam*, de his eandem „ fere, quam reliquæ gentes, habent „ opinionem. „ Item c. 15. „ Galli „ ſe omnes ab *Dite* patre prognatos „ prædicant: idque ab *Druidibus* proditum dicunt. Ob eam cauſam ſpatia omnis temporis, non numero „ dierum, ſed noctium finiunt: & „ dies natales, & menſium, & annorum initia ſic obſervant, ut noctem „ dies ſubſequatur. „

Ante C. N. Anno

lis. (A) Pulcherrimi porro cultus ſpeciem rebantur eam, cum immania Deorum ſimulacra vimine contexta vivis hominibus complerent, quos deinde ferali illo in complexu lento incendio concremarent. (B) Nec funerum olim humana ratio: hero concremato non pretioſa modo ſupellex omnis; ſed ſervi quoque ac clientes, quorum conſpectior ante alios gratia, eidem rogo ſunt illati. (C) Conjugii hæ leges erant: ut dotem conjugis maritus domeſticis e copiis compenſaret, pecuniæ vero fructus omnes ad utrumque communiter pertinerent: altero conjugum extincto, ſuperſtes alter hæres ex aſſe fieret. (D) Ceterum ampla viris in uxores & liberos poteſtas erat, ne vitæ quidem, mortisque arbitrio excepto: necis marito illatæ rea conjux, igne, tormentisque omnibus, quibus humana ſævitia exſatiari ſolet, necabatur. (E) Corporis cultu, ceterisque vitæ ſocialis commodis Germanos haud dubie ſuperabant: Sagulis pro veſtitu verſicoloribus, ac virgatis utebantur: quidam, ut inter Principes, auratis etiam torquibus fulgebant. (F) Ædificia, quanquam haud ſplendida, ad ſilvarum fere ingreſſus, vel fluminum ripas placebant, non tam vitandi, ut mea quidem eſt opinio, æſtûs cauſa, quam ut ad manum eſſent neceſſaria quotidiani uſus inſtrumenta, aqua lignaque. (G) Et quanquam principio villas incolerent,

Funebria.

Nuptialia.

Veſtitus.

Habitatio.

(A) Cæſ. ibid. „ B. Gall. l. 6. c. 16. „ Natio eſt omnium Gallorum „ admodum dedita religionibus, atque ob eam cauſſam, qui ſunt adfecti gravioribus morbis, quique „ in præliis periculisque verſantur, „ aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vovent. „

(B) Cæſ. ibid. „ Alii immani magnitudine ſimulacra habent, quorum contexta viminibus membra „ vivis hominibus complent, quibus „ ſuccenſis circumventi flamma exanimantur homines. „

(C) Cæſ. ibid. c. 19. „ Funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica & ſumptuoſa: omniaque „ quæ vivis cordi fuiſſe arbitrantur, „ in ignem inferunt, etiam animalia; ac paullo ſupra hanc memoriam, ſervi & clientes, quos ab „ iis dilectos eſſe conſtabat, juſtis funeribus confectis, una cremabantur. „

(D) Cæſ. ibid. „ Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine „ acceperunt, tantas ex ſuis bonis, „ æſtimatione facta, cum dotibus „ communicant. Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur, „ fructusque ſervantur &c. „

(E) Cæſ. B. Gall. l. 6. c. 19. „ Viri in uxores, ſicut in liberos, vitæ necisque habent poteſtatem „ Idem ibid. „ de morte ſi res in ſuſpicionem venit, de uxoribus in ſervilem modum quæſtionem habent, „ & ſi compertum eſt, igni atque „ omnibus tormentis excruciatas interficiunt. „

(F) Strab. l. 4. p. 300. „ Saga ferunt, comam alunt, braccis utuntur circum extentis, loco tunicarum veſte fiſſili manicata. --- Geſtant - - aureos circum colla torques, & circa brachia & manûs „ cum brachio commiſſuram armillas: & qui honores gerunt, ii veſtes tinctas, atque auro variegatas „ uſurpant „ Diod. Sic. l. v. „ Sagula ferunt virgata „

(G) Cæſ. B. Gall. l. 6. c. 30. „ ut ſunt „ fere domicilia Gallorum, qui vitandi æſtus cauſsâ plerumque ſilvarum ac fluminum petunt propinquitates, „ Strab l. 4. p. 301. „ Domos e „ tabulis & cratibus conſtruunt rotundas, magno impoſito faſtigio. „

lerent, pagosque nullis incinctos mœnibus, resque bellicas tantum & agriculturam exercerent, artium ceterarum rudes; (A) ii tamen qui ex Gallia olim in Italiam, Duce Belloveſo transgreſſi, ſedes inter Padum & Appenninum fixerant, vicinarum gentium imitatione ad condendas novas urbes animos ac operam contulere: Mediolanum certe, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam Celticæ gentis hujus fuiſſe opera Juſtinus author eſt: (B) ut adeo haud inanis conjectura videri poſſit, ſiquis earum, quæ in Norico ac Pannonia ante adventum Romanorum exſtitere, urbium principia, ad Bojos, Bojorumque ſocios ex Italia exactos referre contenderet. Atque hæc fere ſunt, quæ de Germanorum, Gallorumque moribus ex Polybio, Diodoro Siculo, Cæſare præſertim, ac Tacito didicimus. Quæ an omnia in Marcomannis, Quadis, Bojisque, quamdiu Noricum, adverſumque illi litus inſederant, integra manſerint; an, quod vero propius, permiſtione tot populorum magnam partem immutata ſint, monumentorum inopia dicere non auſim. Ante C. N. Anno

Norici, gens Celtica.

Noricos Tauriscosque Germanis, Gallisve adjungam, incertus ſum: Celticam utramque fuiſſe gentem, ex qua Galli Germanique prodiere, nihil dubium: (C) quorum proinde e moribus, mores traxerunt ſuos. *Belenum* Noricis pro Deo cultum Tertullianus author eſt. Notum alias Armoricis numen, & haud dubie e Gallia cum Celticis gentibus in Noricam provinciam traductum. (D) At vero Pan-

Belenus, Noric. Deus.

(A) Polyb. l. 2. „ Villas habitabant nullis ſeptas mœnibus: apparatuum omnium prorſus expertes „ erant: in terra ſuper ſtrato gramine dormiebant: veſcebantur carne, bellicas ſolummodo res atque „ agriculturam exercebant - divitias „ ſuas in auro & pecudibus habebant. „

(B) Juſtin. l. 20. c. 5. „ Gallis cauſa in Italiam veniendi, ſedesque „ novas quærendi, inteſtina diſcordia, & aſſiduæ domi diſſenſiones „ fuere: quorum tædio, cum in Italiam veniſſent, ſedibus Tuſcos expulerunt, & *Mediolanum*, *Comum*, „ *Brixiam*, *Veronam*, *Pergamum*, *Tridentum*, *Vicentiam* condiderunt. „

(C) Patet ex nomine utriusque gentis, quorum *Norici* ex *Nord*, *Tauriſci* a montibus *Tauren*, quorum plures hujus nominis per has terras ſunt: nomen traxere. Dio. Caſſ. lib. 39. „ Antiquitus populi, qui ex utraque „ parte *Rheni* habitabant, *Celtæ* uno „ nomine appellati ſunt „

(D) Tertull. Apologet. c. 24. „unicuique etiam provinciæ & Civitati ſuus eſt Deus, ut Syriæ *Aſtartes*, „ ut Arabiæ *Diſares*, ut Noricis *Be*„*lenus*. „ Pro *Apolline* habitum *Aquileiæ*, ex Capitolini Maximinis. c. 22. & Herodian. l. 8. c. 7. conſtat, & aperte indicat Inſcript. lapidis apud Gruterum T. 1. pag. 36. N. 12.

APOLLINI. BELENO. C. AQUILEIENS. FELIX.

De Armoricis *Beleni* cultoribus teſtatur Auſonius Carm. 4. Ampliſſime de hoc *Beleno* agit Reineſius Inſcriptione 51. Claſſ. 1. p. 98.

Ante C. N. Anno

Pannonii, qui ultra Cetium montem extremam Auſtriæ hodiernæ partem obtinebant, & lingua & moribus a Germanis diſſidebant. (A) Pæonum hos progeniem Appianus exiſtimat, eorum qui Macedoniæ proximi, Axium inter amnem, ſinumque Strymonium ſedes habebant, ex Illyricis eo translati. (B) Sed Dio Caſſius, qui Pannoniæ ſuperioris præfecturam ipſe geſſit, aperte repugnat; Pannoniumque nomen non a Pæonibus, ſed a *pannis* in tunicas more ſuo conciſis ac conſutis, origine vocis vix credibili, deducit. (C) Illyrici tamen generis hos fuiſſe, quem admodum & Pæones, Appiano facile aſſentior: Illyrica certe lingua, quam cum veteri eandem eſſe nemo ambigit, *Pan* Dominum ſonat: unde facilis in Pannonium nomen flexus, ſuperba quidem vocis origine; ſed liberæ olim genti ignoſcenda. Civilia religioſaque inſtituta gentis nemo Scriptorum meminit, quanquam Dei *Carnuntis* nomen antiqui lapidis inſcriptio præſeferat: fortem, ſed iræ nimiam, & in cædes pronam, Dio ſcribit: (D) vitæ præterea genus toleraſſe longe duriſſimum: nec cælo, nec ſolo felici uſam: anni partem maximam acerrima in hyeme fuiſſe exigendam: raro vinum, oleum nusquam proveniſſe: hordeum ac milium & potum genti, & cibum præbuiſſe. (E) Appianus Dione antiquior ſylvas tantum, agros villasque per familias diſtributas memorat; urbes, publica judicia, Princi-

Pannonii, qui, & unde appellati.

Gentis indoles, & vitæ ratio.

(A) Patet ex Tacit. de Germ. „*Oſos* „ Pannonica lingua coarguit, non eſſe „ Germanos, & quod tributa patiuntur. „

(B) Appian. Bell. Illyr. „ *Pæones* „ vero natio ingens, circa Iſtrum per „ longum incolens, ab Japodum populis ſupra Dardanos protenditur. „ Hi *Pæones* a Græcis, a Romanis „ *Pannonii* appellantur - - Glorioſi „ hi admodum ob Macedonum Agrianos, qui potiſſimum Philippo & „ Alexandro in bellis præſtiterunt, „ quoniam & hi *Pæones* fuere ex his, „ qui inferiora incolunt, ab Illyriis „ Coloni editi. „

(C) Dio Caſſ. l. 49. p. 413. „ *Pannonii* habitant ad Iſtrum fluvium a „ *Norico* uſque ad *Myſiam* Europæam. - - - Nomen autem *Pannonibus* inditum eſt, ex eo quod tunicas manicatas ex *pannis more ſuo conciſis ac conſutis* conficiunt. Verum ſive ea nominis eſt ratio, ſive alia, certe quidam Græci, veritatis ignari, *Pæones* eos vocarunt, quod ipſum quidem etiam nomen antiquum eſt, non tamen iſtius populi; ſed ejus, qui ad montem Rhodopen & Macedoniam maritimam (ſic enim noſtro tempore vocatur) habitant. Quapropter hos ego *Pæonas*, iſtos *Pannonios* nominabo, ſicuti & ipſi ſeſe, & Romani eos appellant. „

(D) Fabret. Inſcript. c. 4. p. 258. & 325. „ D. M. T. AEL. AUG. „ LIB. TATIANO PROX. A. „ LIBR. SACERDOTAL. DEI. „ CARNUN. &c. &c. „

(E) Dio Caſſ. l. 46. p. 413. „ *Pannonii* habitant ad *Iſtrum* fluvium - - „ tolerant autem omnium hominum „ vitam duriſſimam: nam neque terram, neque aërem felicem habent, „ neque apud eos oleum, aut vinum, „ niſi pauciſſimum, naſcitur: neque „ enim hæc colunt, quum majorem „ partem acerrima in hyeme vivant: „ ſed hordeum & milium & edunt, „ & potum ex eis conficiunt. Cæterum omnium, quos nos quidem noverimus, hominũ fortiſſimi ſunt - - „ ad iram & cædem propenſiſſimi. „

pes Pannoniæ genti negat. (A) Sed enim Principes belli neceſſitas poſtea invexit: urbes & ante Romanorum adventum aliquot, & iis rerum Dominis, plurimæ in Pannonia exſtitere. (B) Ante C. N. Anno

Hoc ſtatu rerum tranquillæ aliquot annis in Auſtria res erant; quo tempore & Jani Templum Romæ ab Auguſto clauſum, & JESUS, Princeps Pacis, e Virgine natus eſt. Sed eam quietem ingens brevi bellum excepit. Tiberius, incertum qua cauſa, (A. C. VI.) in Germaniam cum exercitu moverat, transmiſſoque Rheno ad Viſurgim, Albimque fluvios penetrarat: & quanquam nihil admodum ea expeditione geſtum eſſet; fama tamen, ut fit, ex longinquo res in majus augente, omnium in ore, ſermoneque erat: & Imperatorium nomen non ipſe modo, ſed Auguſtus quoque vitricus acceperat. (C) Poſt Chriſtum natum Anno 6

Nec deerant, qui Germaniam omnem Romanam propediem fore provinciam dictitarent: unam ſupereſſe Marcomannorum gentem, ſed tanquam belluam, jam intra ſaltus concluſam, Victori Tiberio brevi jugulum præbituram. (D) Et quamvis non idem Auguſto Tiberioque de potenti hoſte judicium; bellum tamen in Maroboduum decretum eſt, ne quibus incrementis ejus adhuc imperium adoleviſſet, iis ad ſummum olim faſtigium & certam Romanæ majeſtatis perniciem perveniret. Maroboduo fraudi datum, quod deſciſcentibus ab Auguſto populis perfugio eſſet: quod æmulum potius, quam ſocium, pro magnis in eum Auguſti meritis Romano ſe populo exhiberet. (E) Ve-

Bellum a Romanis in Maroboduum Regem decretum.

ro

(A) Appian. Bell. Illyr. „Nemoroſa quippe *Pæonum* regio eſt. - - „ *Pæones* nullas urbes habent, agros „ duntaxat, & villas per cognationes poſſident: neque judicia communia illis adſunt, neque Principes, qui ceteris præſint. „

(B) Strabo. l. 7. „ *Pannoniorum* „ gentes ſunt *Breuci* - - *Deſitiatæ*, quibus *Bato* imperavit. „ De eodem & *Pinne* ducibus in Pannonia Dio Caſſ. l. 55.

De urbibus Pannoniæ: *Siſcia*, *Petovia*, *Carnunto*. Appian. Illyr. Livius. l. 53. ante adventum Romanorum. De ceteris Jornandes de reb. Getic. cap. 50. „ Ornata patria (*Pannonia*) „ Civitatibus plurimis, quarum prima *Sirmis*, extrema *Vindomina*. „

(C) Dio Caſſ. l. 55. p. 566. „ In „ Germanos expeditionem cum alii, „ tum Tiberius fecit, progreſſusque „ eſt primo ad *Veſurgim*, deinde ad „ *Albim* fluvios: nihil tamen magnopere memorandum actum eſt: „ quanquam de Germanis Imperatoris nomen non *Auguſtus* modo, ſed „ *Tiberius* etiam invenerit. „ Vellej. Paterc. l. 2. p. 465. „ ad „ quadringenteſimum miliarium a „ *Rheno* usque ad flumen *Albim*, qui „ *Senonum*, *Hermundurorumque* fines „ præterfluit, Romanus cum ſignis „ perductus exercitus. „

(D) Vellejus Paterc. l. 2. p. 465. „ Nihil erat jam in Germania, quod „ vinci poſſet præter gentem *Marcomannorum*, quæ *Maroboduo* Duce „ excita ſedibus ſuis, atque in interiora refugiens, incinctos *Hercynia* „ ſylvæ Campos incolebat. „

(E) Vellejus Paterc. l. 2. p. 466. „ Gentibus, hominibusque a nobis „ deſciſcentibus, erat apud eum perfugium, totumque ex male diſſimulato agebat æmulum. „

A. C. 10 propius eſt, creſcentem novi regni potentiam curam Tiberio, ac ſolicitudinem acuiſſe. Nam cum Germaniam ad lævam, & in fronte; Pannoniam ad dexteram; a tergo ſedium ſuarum haberet Noricos; tanquam in omnes venturus, ab omnibus timebatur. (A) Magnum potentiæ ejus teſtimonium Tiberius ipſe tulit, cum frequenti ſenatu, magnitudinem viri, ſubjectarum ei gentium violentiam, Italiæ, cujus a clauſtris ducenta vix paſſuum millia abeſſet, periculum oſtenderet: & neque Philippum Athenienſibus, neque Pyrrhum, aut Antiochum Romano populo perinde metuendos prædicaret. (B) Et erant Maroboduo pedeſtres, equeſtresque eæ copiæ, ut ſexaginta & amplius armatorum millia ſuis ſub ſignis numeraret. (C) Rex vero ipſe non corporis modo viſenda ſpecie, ſed animi viribus, & iis, quibus imperia continentur artibus, inter Germaniæ Principes ita eminebat, ut natione magis, quam ratione barbarus Romanis ipſis ab hoſtibus haberetur. (D)

Marobodui Regis potentia,

Bellandi artes a Romanis hauſerat, jamque & diſciplinæ militaris rationem, & qui invictum ad eum diem præſtabant Romanum adverſus barbaros militem, aciei ac caſtrorum ordines invexerat: (E) cumque & locorum opportunitate, & hominum multitudine præſtaret ceteris, & finitimas ſibi gentes aut vi, aut fœdere adjunxiſſet; invidiam movere Romanis poterat, timere ſolitis, niſi timerentur. Ergo tam potentem hoſtem pluribus ſimul locis aggredi ex re viſum, ne qua elabendi, aut colligendi ſeſe ſpatium daretur, in ancipiti deprehenſo. Sentius Saturninus ex Haſſia, quæ Cattorum tum Sedes erat, in Herciniam

(A) Vell. Paterc. ibid. „ Eratque etiam eo timendus, quod quum *Germaniam* ad lævam, & in fronte; *Pannoniam* ad dextram, a tergo ſedium ſuarum haberet *Noricos*; tanquam in omnes ſemper venturus, ab omnibus timebatur. Nec ſecuram ſui patiebatur Italiam: quippe quum a ſummis Alpium jugis, quæ finem Italiæ terminant, initium ejus finium haud multo plus CC. millibus paſſuum abeſſet „

(B) Tacit. Annal. l. 2. „ Ceterum apud ſenatum diſſeruit (*Tiberius*) non Philippum Athenienſibus, non Pyrrhum, aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuiſſe. Extat oratio, qua magnitudinem viri, violentiam ſubjectarum ei gentium, & quam propinquus Italiæ hoſtis, ſuaque in deſtruendo eo conſilia extulit. „

(C) Vell. Paterc. l. 2. p. 466. „ Exercitumque, quem L X. milium peditum, quatuor equitum fecerat, adverſus finitimos bellis exercendo, majori, quam quod habebat, operi præparabat. „

(D) Vell. Paterc. l. 2. p. 465. „ *Maroboduus* genere nobilis, corpore prævalens, animo ferox, natione magis, quam ratione barbarus, non tumultuarium - - ſed certum imperium, vimque regiam complexus animo. „

(E) Vell. Paterc. l. 2. p. 466. „ Imperium perpetuis exercitiis pene ad Romanæ diſciplinæ formam redactum, brevi in eminens, & noſtro quoque imperio timendum perduxit faſtigium. „

movere juſſus: Tiberius trajecto ad Carnuntum in Auſtria A. C.
Danubio, cum Illyricis legionibus terga hoſtium premere; Valerius demum Meſſalinus, excito Dalmatiæ Pannoniæque robore, quocunque præſens neceſſitas poſceret, laborantibus adeſſe. (A) Conſilia caſus evertit: Pannonii enim Dalmatæque, haud dubium, quin Marcomannici belli fiducia in ſpem novæ libertatis erecti, ad octingenta millia in armis erant, excuſſoque Romanorum jugo hinc Macedoniam, illinc Italiæ fauces, ubi Tergeſtum ac Nauportus eſt, involare tentarant. (B) Actum de Romana re per Illyricum & Germaniam videri poterat, niſi Maroboduus intempeſtiva celeritate in pacis leges conſenſiſſet: neque dubium erat Auguſto, quin ſi Tiberio ad Danubium hærente, viribus uti ſuis conjurati noviſſent, ad decimum a capto Nauportu diem, ad urbem Romam conſiſtere potuiſſent. (C) Rebus cum Maroboduo compoſitis Italia reſpirare viſa eſt, totusque belli terror in Dalmatas, ac Pannonios verſus, qui fame morbisque confecti, prodito Ducum altero, altero interfecto, ad pacem adacti, Romanis ſe legibus ſubjecere. (D) Noricum in partibus fuerit, ut fere omnium ſeu proſperæ, ſeu adverſæ fortunæ caſuum conſors erat Pannoniæ; 8

Pannoniorum tumultus.

Pax Roman. cum Maroboduo Marcoman. Rege.

Pannonii, ac Dalmatæ oppreſſi.

an

(A) Vell. Paterc. l. 2. p. 466. „ *Sentio Saturnino* mandatum, ut per *Catos*, exciſis continentibus Herciniæ ſylvis, legiones *Bojohæmum* (id regioni, quam incolebat *Maroboduus*, nomen eſt.) - - Ipſe (*Tiberius*) a *Carnunto*, qui locus *Norici regni* proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in *Illyrico* merebat, ducere in *Marcomannos* orſus eſt. „

Dio Caſſ. l. 55. p. 566. „ *Tiberius* ſecundam in Germanos expeditionem fecit, ac cum eo magna parte exercitus abducta, ipſisque Dalmatis milite imperato, ad bellum Germanicum *Valerius Meſſalinus* Dalmatiæ, ac *Pannoniæ* tum Præfectus abiit „

(B) Vell. Paterc. l. 2. p. 466. „ Præparaverat jam hiberna Cæſar ad *Danubium*; admotoque exercitu, non plus quam quinque dierum iter a primis hoſtium, *Saturninum* admoveri placuerat: pene æquali diviſæ intervallo ab hoſte (copiæ) intra paucos dies in prædicto loco cum Cæſare (ſe) junctura erant: quum univerſa *Pannonia*, inſolens longæ pacis bonis, & adulta viribus *Dalmatia* omnibus tractus ejus gentibus in ſocietatem adductis, ex conſtituto arma corripuit. - - Gentium, nationumque, quæ rebellaverant, omnis numerus, amplius DCCC. millibus explebat --- pars petere Italiam decreverat, junctam ſibi *Nauporti*, ac *Tergeſtis* confinio; pars ſuis ſedibus præſidium eſſe deſtinaverat. „

(C) Vell. Paterc. l. 2. p. 466. „ tantus etiam hujus belli metus fuit, ut ſtabilem illum & firmatum tantorum bellorum experientia Cæſaris Auguſti animú quateret, atque terreret. -- audita in Senatu vox Principis: *decimo die, ni caveretur, poſſe hoſtem in urbis Romæ venire conſpectum.* „

(D) Dio Caſſ. l. 55. p. 568. „ Marco deinde Furio Camillo, Sexto Nonio Quintiliano Conſulibus, pacificationem Pannonii ac Dalmatæ expetivere, fame primum, inde eam ſecuto morbo confecti. - - Sub idem tempus *Bato* Breucus, qui prodito *Pinne*, mercedis loco, regnum Breucorum receperat, captus ab altero *Batone*, occiſusque eſt. --- Reliqui etiam *Pannonii*, quum ager eorum a *Silvano* maleficiis infeſtaretur, pacis conditiones acceperunt. „

A. C. an Romani ducis præſentia, in officio perſtiterit, incertum: tum quod omnes ejus tractus populi in belli ſocietatem pertracti ſint: tum quod Tiberius jam ad Danubium ſtaret, cum Pannoniorum armorum fragor a tergo inſonuiſſet.

Auſtria Cis-Danubiana Imperii Romani Limes.

Pacatis his gentibus factum id demum arbitror, ut ducto per Vindeliciam, Noricum, Pannoniam, ac Mæſiam limite, Romani a barbaris dividerentur: (A) tum & Colonias in Noricum, ac Pannoniam ductas, frena devictarum gentium, & adverſus hoſtes præſidia. Ac de Carnunto quidem nihil ambigam, quod & clariſſimi inter Pannoniæ oppida eſſet nominis, & ad coërcendos adverſi litoris hoſtes, & ſitu, & firmitate opportunum. Plerique nunc illud inter rudera (B) Petronellæ, Auſtriæ oppidi, inveſtigant, qua parte nunc quoque murorum ruinæ quædam exſtant, aliis eam antiquitatis gloriam ad Heimburgum, veterem pariter Auſtriæ urbem, trahentibus. (C) Lambecius, doctus vir, diuque in Auſtria verſatus, tripartitam eam urbem ſtatuit, quarum partium primam Heimburgi collocat, quam ad urbem nunc quoque caſtrum vetuſtate ſemirutum, jugo montis impoſitum conſpicitur: eamque Carnuntem illam veterem, quæ duobus fere ante annum Chriſti natalem Seculis, bello jam Illyrico, ac Macedonico inclaruit: (D) alteram, ubi Palatium Auguſtorum, ubi Thermæ, ubi quartæ decimæ legionis hyberna fuere Pannonica, (E) Altenburgum removet, quod ad diſcrimen Ungarici Germanicum appellamus: tertiam demum, quam Auguſto imperante, Romana decoraverat Colonia, ædificiorum ſplendore, & cetero cultiſſimæ nationis luxu inclytam

Carnuntum in Auſtria ubi locorum

Urbs Antiquiſſima.

Fit Colonia Romana.

(A) Sext. Ruf. in Breviar. p. 550. „ Limes inter Romanos ac barbaros „ ab Auguſta Vindelicum per *Noricum*, *Pannonias*, ac *Maſias* eſt conſtitutus. „

(B) Lazius Comment. Reip. Rom. l. 12. Sect. III. c. 1.

Cuſpinian. in Severo Pertinac. p. 54.

Pirckheimerus de locis German. apud Schardium T. I.

Baudrand. Geograph.

(C) Cluver. in Vind. & Nor. c. 5. Cellar. Geogr. ant. l. II. c. 8. Harduin. in Notis ad Plin. l. 3. c. 27.

(D) Lambecius in addit. ad L. II. Comment. Biblioth. Cæſar. Vindob. pag. 997.

Livius Dec. IV. l. III. „ Eadem „ æſtate (*P. Licinio Craſſo & C. Caſſio* „ *Longino Coſſ. Anno ante C. N. 171.*) „ qua in Theſſalia equeſtri pugna vi„ cere Romani, Legatus in Illyricum „ a conſule miſſus, opulenta duo op„ pida coegit in deditionem: omnia„ que iis ſua conceſſit, ut opinione „ clementiæ eos, qui *Carnuntem*, mu„ nitam urbem, incolebant, allicceret. „ Poſtquam nec ut dederent ſe, com„ pellere, neque capere obſidendo po„ terat - - quas prius intactas urbes „ reliquerat, diripuit „

(E) Plin. L. IV. c. 12. „ Superiora autem inter Danubium & „ Hercynium ſaltum uſque ad Pan„ nonica hyberna *Carnunti* „

tam ad ipſum pene Petronellæ oppidum extendit. (A) Ru- A. C.
dera porro, quæ hoc loco viſuntur, non eſſe Carnuntis portas, ut vulgo perſuaſum, ſed triumphalis arcus reliquias, ævi vitio exeſas, cujusmodi duos, decreto Auguſti, Victori Tiberio erectos affirmat Dio, (B) ex ſitu ornatuque reſiduo docte conjicit. Quæ quanquam in opinione ſunt poſita, firmari tamen argumentis haud levibus poſſunt. Pro Heimburgo faciunt loci poſitio, Marchæ Danubiique confluenti proxima, urbis caſtrique antiquitas, nomen ipſum a gentilibus, ut multis videtur, loci conditoribus tractum; ipſa denique caſtri, urbisque munitio, natura ſituque ex montis fluviique opportunitate, qualem tempora ea ſpectabant, egregie adjuta: apte ut cadere ea in Heimburgum poſſint, quæ Livius de Carnuntis ejus veteris firmitate celebravit. (C) Altenburgum & nomen ipſum juvat, & loci Heimburgum inter & Petronellam interjecti diſtantia, & thermæ ad noſtram pene usque memoriam conſervatæ. (D) At vero Petronellam Carnunto aut impoſitam aut adjunctam, & metatorum veterum calculus, & ſuperſtites antiqui fornicis reliquiæ pene perſuadent. (E) Neque amplitudo hujus urbis ad paſſuum quatuor millia extenſæ incredibilis videri cuiquam poteſt, qui celeberrimum ſuccini ex ultima Germania advecti emporium, qui claſſis Iſtricæ ſta-

Emporio nobilis

tionem,

(A) Lambec. in addit. L. II. Comment. Biblioth. Cæſar. Vindob. p. 997. Lapis ex albo marmore in pariete Cæſ. Seminarii Viennenſis portæ proximo nunc viſendus.

P. CLAVDIO PALLANTI
HONORATO. REPENTINO.
ADLECTO
INTER TRIBVNICIOS
LEG. PR. PR. PROVINCIAE
AFRICAE. PRAETORI
LEG. PR. PR. PROVINCIAE
ASIAE. LEG. AVG. LEG. X. G.
C. IVL. MAGNVS. DEC. COL.
KARN. EQVO. PVBLICO.
EX V DECVR.
DIGNISSIMO
L D D D.

ex quo liquet *Carnuntum* fuiſſe *Coloniam*, cujus Decurio fuit *C. Jul. Magnus.*

(B) Dio Caſſ. l. 56. p. 579. „ Victoriæ nuntium attulit Germanicus, ejusque ergo Auguſto & Tiberio nomen Imperatorium auctum, ac Triumphus decretus, atque inter alios honores fornices „ duo in *Pannonia*, quibus trophæa „ inſiſterent. „

(C) Livius Dec. IV. L. 3. „ Legatus in Illyricum a conſule miſſus opulenta duo oppida vi atque armis coegit in deditionem: omniaque iis ſua conceſſit, ut opinione clementiæ eos, qui *Carnuntem*, munitam urbem, incolebant, alliceret. „

(D) Lambec. l. c. in Not. hæc habet: „ De harum *Thermarum* antiquitate, ſalubritate, & recto uſu extat peculiaris liber Viennæ lingua Germanica impreſſus in quarto, cujus titulus: *Polbaimiſch Bad-Buch des Wildbads zu Teutſchen-Altenburg.* „

(E) Antonini Auguſti Itinerarium apud Petr. Weſſelingium p. 247. „ Gerulata in medio Carnunto. M. P. XXX.
legio XIIII. Gemina.
Æquinoctio, & Ala nova in medio Vindobona. M. P. XXVIII.
leg. X. Gem. „
Lambec. loc. laud. p. 1000. &c.

A. C. tionem, qui Pannonici exercitus hiberna, qui ſedem ac regiam tot Imperatorum Carnunti fuiſſe meminerit. Neque vero, dum ſuccini ſolum e Balthici maris littore per ſexcenta paſſuum millia Maro fluvio Carnuntum advecti, mentio fit apud Plinium, (A) aliarum rerum mercatum abfuiſſe exiſtimem, quæ ſeu a Romanis in Germaniam, ſeu a Germanis in Romani juris provincias, pacis tempore importarentur. Claſſem vero, quæ ad Danubii cuſtodiam excubabat ſemper, Carnunti ſtationem habuiſſe, tum res ipſa loquitur, tum Notitia Imperii ſub Honorii, aut Gratiani tempora conſcripta, aperte indicat: (B) nam & Tiberius præparatis ad Danubium hibernis Carnunto movere in Maraboduum voluit: (C) & M. Aurelius Antoninus; quem ex Philoſophis Imperatorem habemus, ipſo triennio bellum hic in Marcomannos apparavit. (D) Ceterum ornandæ huic coloniæ nec alii, qui conſecuti ſunt, Cæſares defuere. Hic Septimius Severus a legionibus Germanicis Imperator acclamatus: (E) hic Licinius a Galerio in Cæſarem eſt adoptatus. (F) Nec Antoninos duos degeneres, Commodum, & Caracallam dubito, ſeu cum Quadis illi res eſſet; (G) ſeu Pannonium iſte otium venando & aurigando oblectaret, Carnuntum auguſta præſentia auguſtius reddidiſſe. (H) Ad memoriam inſigne illud, quod M. Aurelius Imperator operum, quæ etiamnum extant Stoicæ plena ſapientiæ, partem bene magnam Carnunti, quemadmodum ipſe in calce libri ſecundi innuit, conſcripſerit: (I) ut adeo Scriptores inter primum, ſummumque & Philoſophum numeret Auſtria & Imperatorem. Con-

Scriptor in Auſtria primus, M. Aurel. Anton. Philoſophus Auguſtus.

(A) Plin. l. 37. c. 3. „ DC. fere „ millia paſſuum a *Carnunto Pannoniæ* „ abeſt litus id Germaniæ, ex quo „ invehitur ſuccinum, percognitum „ nuper. „ Ex edit. Harduini T. II.

(B) Notitia Dignit. Imper. Rom. Sect. LVIII. ex edit. Labbei. „ Præ„ fectus Claſſis Hiſtricæ *Carnunto*, ſive „ *Vindomanæ* a *Carnunto* translatæ. „

(C) Vell. Paterc. l. 2. p. 466. „ Ipſe „ a *Carnunto* - - ducere in Marco„ mannos orſus eſt. - - - Præpara„ verat jam hiberna Cæſar ad *Danu„ bium*. „

(D) Eutrop. l. 8. „ Cum apud „ *Carnuntum* jugi triennio perſeveraſ„ ſet (*M. Aurel. Anton.*) bellum „ *Marcomannicum* confecit. „

(E) Ælius Spartian. in Severo. cap. 5. „ Dehinc a Germanicis le„ gionibus - - multis hortantibus, „ repugnans Imperator eſt appella„ tus apud *Carnuntum*, Idibus Augu„ ſtis „

(F) Euſeb. in Chron. ad an. Ch. 309. „ *Licinius* a Galerio *Carnunti* Impera„ tor factus. „

(G) Lamprid. in Commodo. c. 2. „ Profectus eſt cum Patre & ad Ger„ manicum bellum „ Herod. L. 1.

(H) Herodian. L. 4. „ Igitur Italia decedens (Anton. Caracalla) „ ad ripas *Danubii* pervenit - - ibi „ aut corpus exercebat aurigando, „ cædendisque cominus omne genus „ belluis, aut jus dicebat. „

(I) Marcus Antoninus Imperator L. II. in fine „ Τὰ ἐν Καρνάντῳ. Quæ „ Carnunti. „

ſecutus Aurelium longo poſt intervallo Valentinianus I. legem de Accuſationibus Carnunti ſcripſit, quæ Codici (A) Theodoſiano inſerta etiamnum legitur, quo tempore, quamvis a barbaris vaſtatum ac deformatum repererit; tantum tamen de veteri ſplendore vel firmitate ruinæ hujus urbis habuere, ut eundem, bellum in Quados molientem, tribus fere menſibus retinerent. (B) A. C.

Laureacum Colonia Auguſta,

Pannonia hoc præſidio communita, verſa quoque in Noricum cura eſt, & colonia Laureacum ducta. Multæ de hoc loco ſimul controverſiæ, de ætate, conditore, ſitu, nomine, dignitate: ſed quas Viri docti, quorum ſententiam ſequor, planiores jam fecerunt. (C) Ac nomen quidem loci a præterfluente Loracho amne poſt Cluverium, & Lambecium plerique omnes trahunt, aperta Germanicæ vocis origine, quam Romanæ aures, niſi uſu roboratam accepiſſent, ſecuturæ non videntur. Id argumento eſt, vicum id loci jam ſub Noricis olim Regibus fuiſſe, ferri commercio fortaſſe nobilem ſecundo Anaſo huc devecti. Et erat id ſolenne Romanis, ut condendis oppidis non tam loca ipſi caperent, quam veteribus novas colonias adjungerent: id quod Carnunti etiam factum conſtat. (D) Sed quæcunque tamen antiquitas vetuſtum hoc oppidum commendet; famam tamen ac lucem a Romanis accepit. Hic illi ſpeculam ad comprimendos Germaniæ motus; hic ſedem Præſidum ac legionum; hic claſſem ad excubias Imperii habuere. (E) Tam nobilis coloniæ authorem Marcum Aurelium nonnulli prodidere: (F) Sed operis ejus gloriam ſaxi inſcriptio ad quartum decimum ab urbe lapidem

(A) Codex Theodoſian. lib. IX. Tit. I. de Accuſationibus & Inſcript. Leg. XII. de Recriminatione „ Dat. „ prid. Id. Auguſt. *Carnunti.* Iidem „ A. A. A. Laodicio Præſidi Sardiniæ „ poſt conſulatum Gratiani & Equitii „ A. C. CCCLXXV.

(B) Ammian. Marcell. L. 30. „ Quumque exinde *Carnuntum*, Illyriorum oppidum introiſſet (Valentinianus I.) deſertum quidem „ nunc, & ſqualens, ſed ductori „ exercitus perquam opportunum - - „ per continuos tres menſes æſtivos „ arma parabat, & alimenta, ſiqua „ fors ſecundaſſet, pervaſurus opportune *Quados.* „

(C) Lambec. Comment. Bibl. Cæſ. Vindob. l. 2. c. 8. Topograph. Auſtr. Granelliana p. 11. M. Hanſiz. Germ. Sacræ Tom. I. in Proleg.

(D) Ex inſcript. lapidis ſupra allati, ubi *C. Jul. Magnus Decur. Col. Karn.* legitur. p. 24.

(E) Cod. Notit. Dignit. Imperii Sect. 58. „ Præfectus Legionis ſecundæ Lauriaco - - Præfectus „ claſſis *Lauriacenſis.* „

(F) Lazius Comment. de Repb. Rom. L. 12. Sect. 7. c. 5. Cluver. de Vindel. & Noric. c. 5. M. Velſerus Boic. L. 3.

A. C. pidem via Flaminia reperti Auguſto aſſeruit. (A) Quanquam nec ceteri Auguſti Succeſſores, augendæ ornandæque novæ coloniæ deeſſent, qui & ſcutis conficiendis fabricam, (B) & caſtra navalia, & plura opificum collegia erexerunt. Situm urbis plerique ad agrum referunt Danubio, Anaſique oſtio interjectum, quo loco pagus ejus nominis adhuc viſitur, quod amnis præfert, qui urbem olim mediam ſecabat. (C) Laureacum ad duo fere paſſuum millia Cuſpinianus extendit: (D) Lambecius arcem Præfecti ea parte ſtatuit, qua decimo poſt ſeculo hodierna Aniſia ſurrexit. (E)

Et Municipium Rom.

Sed quoniam Municipii jura, cum Auguſtæ coloniæ gloria in unum Laureacum confluxere, operæ pretium fuerit, utriusque diſcrimen hic afferre. Coloniæ in captum bello agrum, mandato Principis, aut Senatus, mitti conſuevere. Colonorum pro agri modo bina, ſummum terna, quaternave hominum millia, qui nomina profeſſi eſſent, ducebantur. Ejus conſilii non una erat ratio: aut enim coercendis bello ſubactis populis, vel reprimendis vicinis hoſtibus hæc velut frena; aut diuturnis veteranorum militum meritis tanquam præmia parabantur. Conſcriptum colonorum numerum Triumviri, Septemviri aut Decemviri ad exercitus quandam ſpeciem ſub vexillo deducebant. In agrum coloniæ deſtinatum ubi ventum eſt, circumſcribere aratro locum, & colonis ſingulis, ex pullarii ſententia, certum agri modum aſſignare ductor agminis ſolebat: qua cauſa & numi etiam veteres nunc aquilam, nunc vexillum, nunc aratrum ac decempedam referebant. (F) Conſtituta ſic colonia Romanis legibus utebatur, quarum cuſtodes Magiſtratus & Sacerdotes erant. Magiſtratuum præcipui

Coloniarum, ac Municipiorum diſcrimen.

(A) Gruter. in Opere Inſcript. p. 484. N. 3. ex teſtimonio Lipſii, qui lapidis inſcriptionem *Via Flaminia* reperti ipſe inſpexit, cujus hoc initium:

T. VENNONIO. T. F. STELL. AEBUTIANO PATRONO ET MVNICIPI. COL. AVG. LAVR. &c.

Sed dubium movet Weſſelingius in Not. ad Itinerarium Antonini. p. 235. ubi relata hac inſcriptione ſubjungit: „ Ego vero hunc lapidem ad *Lauro* „ *Lavinum* pertinere arbitror, ipſa in- „ ſcriptionis ſententia id poſtulante „ At enim *Lauro Lavinum*, alias *Lorium*, an colonia ſit, me latet, *Laurium* ſeu potius *Lorium* Via Aurelia per Tuſciam haud procul urbe Roma eſt: ſed *villa*, non *Colonia* Capitolino, Eutropio, Victori in Antonino Pio appellatur.

(B) Notit. Dign. Imp. Sect. 41. „ Lauriacenſis ſcutaria „

(C) Lambec. Comment. Bibl. Vind. l. 2. c. 8. p. 634.

(D) Cuſpinian. in Auſtr. de S. Quirino p. 67.

(E) Lambec. l. cit. p. 635.

(F) Sigonius T. II. De antiquo jure Italiæ Lib. 2. cap. 2. 3. 4. Dempſterus l. 7. c. 47. & l. 10. c. 22. Lazius Comment. de Republ. Rom. lib. XII. Sect. I. Cap. 1. & 2. Patinus in Num. Auguſti. Mediobarb. in Numis Auguſti a Colon. & Municip. cuſis a pag. 45.

Duumviri, Cenſores, Ædiles & Quæſtores, dignitate tantum annua fungebantur, ut modum in poteſtate tenerent: honori, honoris quoque inſigne, Prætexta reſpondebat. Adjecta his ſacris Romano more operandis Sacerdotum ac Pontificum collegia: ne cujus urbis communione gauderent, ejus religionibus arcerentur. Illud præter cetera utiliter, providenterque inſtitutum, ut coloniarum Patroni, potentes imprimis, & in re publica ſpectati, nominarentur, qui & plebem ab injuria tueri; & ſi res poſceret, cauſas ad Principem referre vel Senatum poſſent. (A) Municipiorum nec eadem, nec diverſa multum ratio, niſi quod jure, legibusque propriis uterentur: hoc tamen Coloniis inferiora erant, quod iſtæ Romani populi majeſtatem, velut ſoboles parentem referrent; municipia vero ad ſociorum tantum jura, ac amicorum accederent. (B) Iidem in utrisque Magiſtratus erant; iidem civium ordines: Populus, Equites, Decuriones, quorum iſti Senatum; Nobilitatem alteri; Populum vulgus reliquum conſtituebat. (C) A. C.

Regendi forma in Auſtria citeriore.

Redacto in Provinciam Norico, & Pannonia, poſitisque adverſus Marcomannos, Quadosque his præſidiis, Auguſtus ipſe acceſſiones has Imperii tuendas ſuſcepit, relictis de more Senatui provinciis, quæ ab hoſtibus tutiores. (D) Pannoniæ ac Dalmatiæ Valerium Meſſalinum Præfectum

(A) Sigon. de antiquo jure Italiæ. l. 2. c. 4. „ Leges autem ſuas quæque *Colonia* habuit præcipuas, a Romanis quidem legibus ſeparatas, ſed tamen a Romanis Triumviris datas. „ Idem ibid. „ Magiſtratus *Coloniarum* præcipuos invenio *Duumviros*, *Cenſores*, *Ædiles* & *Quæſtores*. „ Duumviratus Magiſtratus erat prope Conſulatui aut Prætura compar. - Illud præterea non prætereundum, quod ad omnes Coloniarum Magiſtratus pertinet, etiam in Colonia Magiſtratus prætexta uſos eſſe. - - Præter Magiſtratus fuerunt *Patroni Coloniarum* „ Gruter. Theſaur. Inſcript. ſupra Laud. p. 484. N. 3. „ T. VENNONIO T. F. STELLAE AEBVTIANO PATRONO ET MVNICIPI. COL. AVG. LAVR &c.

(B) A Gellius l. 16. c. 13. „ *Municipes* ergo ſunt Cives Romani ex municipiis, ſuo jure & legibus ſuis utentes - neque ulla Pop. Rom. lege adſtricti - - - ſed *Coloniarum* alia neceſſitudo eſt. Non enim veniunt extrinſecus in civitatem, nec ſuis radicibus nituntur: ſed ex civitate quaſi propagatæ ſunt, & jura, inſtitutaque omnia Pop. Rom. non ſui arbitrii habent. Quæ tamen conditio cum ſit magis obnoxia & minus libera, potior tamen & præſtantior exiſtimatur propter amplitudinem, majeſtatemque Populi Romani, cujus iſtæ Coloniæ, quaſi effigies parvæ, ſimulacraque eſſe quædam videntur. „

(C) Sigon. de antiq. jure Ital. l. 2. c. 6. 7. 8.

(D) Strab. l. 17. in fine. p. 1197. „ Sibi quidem (*Auguſtus*) quæcunque militum præſidio eſſent tenenda, quales ſunt regiones barbaræ, & gentibus nondum ſubactis finitimæ - - - populo autem reliquam (partem) conceſſit, quæ pacata facile ſuis armis ſub imperio teneretur. - - - In ſuas præfecturas Cæſar ipſe *Procuratores* miſit. -- At in ſuas provincias populus Prætores vel Conſules. „

A. C. fectum ab Auguſto datum ex Dione novimus : (A) Norici curatio eidemne , an alteri demandata ſit , ignotum. Procuratoris primum nomine adminiſtratam eam provinciam, Tacitus innuit: (B) eadem tamen, quemadmodum & Pannonia prima, conſecutis ætatibus, Præſidum nomine eſt gubernata. (C) Prætorio tamen jure Magiſtratus is geſtus eſt, adjuncto Quæſtorum, Scribarum, apparitorum amplo comitatu, qui tanquam publicæ rei adminiſtri , authoritatem Præſidum conſpectiorem redderent, & ad jurium ærariique tutelam adjuvarent. (D) Seni lictores ſingulis, quos ſuo Auguſtus ipſe nomine in Provincias miſit, additi; permiſſumque , ut præter morem ceterorum gladio , veſteque militari uterentur ; militis capite plectendi jus haberent; imperii inſignia, ſimul ac provinciam ſibi deſignatam attigiſſent, induerent ; neque annuo , ut ceteris, imperio eorum poteſtas finiretur. (E) Hæc civilis per id tempus gubernandi erat ratio ab hac parte Auſtriæ: nam ulterior Maroboduo ſubjecta, quanquam a cruda ſuperiorum temporum barbarie ſub Principe minime barbaro, non nihil deflecteret; à moribus tamen Germaniæ reliquæ nondum recedebat. Nec lætior regionis facies, quam Maro-

(A) Dio Caſſ. l. 55. p. 566. „ Ad „ bellum Germanicum *Valerius Meſ-* „ *ſalinus*, Dalmatiæ ac *Pannoniæ* tum „ præfectus abiit. „

(B) Tacit. Hiſt. l. 1. „ *Rhætia*, *No-* „ *ricum*, *Thracia*, & quæ aliæ *procu-* „ *ratoribus* cohibentur. „

(C) Notit. Dignit. Imperii Sect. 34. „ Præſides triginta unus. Per Illy- „ ricum quatuor: Dalmatiarum, *Pan-* „ *noniæ primæ*, *Norici Mediterranei*, „ *Norici Ripenſis*. „

(D) Id colligi poteſt ex Notitia Imperii Occident. apud Labbeum Sect. 67. ubi agit de Præſide Norici Ripenſis Seculo IV. *Præſes Norici Ripenſis Officium habet hoc modo : Principem ex eodem Officio*, qui cauſas ac judicia tractat, litigantes citari ad Præſidem jubet, tributa exigit. *Cornicularium* Cancellarium, qui decreta Præſidis perſcribit , *Tabularios duos*, qui apochas ſervant , rationes conficiunt eorum, quæ publico inferuntur. *Commentarienſem* , qui catalogum conficit omnium , penes quos eſt reipublicæ curatio, & vinctorum cuſtodiam habet. *Adiutorem* qui delinquentes capi, & torqueri curat , aut alias in re gerenda operam commodat. *Ab actis*, qui cauſarum commentarios conficit, quos Protocollum nunc appellant ; vel contractibus , addita manu ſua , fidem facit. *Sub-adjuvam*, ſeu Vicarium *Adjutoris*. *Exceptores*, qui acta judiciorum notis compendiariis conſcribunt, & Præſidi recitant. *Cohortalinos*, ſeu apparitores & viatores ad exequenda præſidum imperia. Plura de horum muniis tractant Sigonius de antiquo jure Provinc. l. 2. Pancirol. Lazius , Pitiſcus.

(E) Dio Caſſ. l. 53. p. 504. „ A „ ſe porro deſignatis præter nomen „ *Proprætorum* hoc etiam tribuit, ut „ plus quam annum eſſent cum im- „ perio, quatenus videlicet ipſe (*Au-* „ *guſtus*) ſic ſtatuiſſet, ut militarem „ habitum geſtarent, gladiumque & „ jus capite plectendi militis habe- „ rent. Neque enim ulli alii Pro- „ conſuli aut Proprætori Præfectove „ licebat gladio ſe accingere --- om- „ nes vero Proprætores, ac qui non „ ſunt pro Conſulibus , ſex utuntur „ lictoribus - - utrique autem im- „ perii inſignia ſtatim , atque vene- „ rint in provinciam ipſis deſtinatam, „ accipiunt. „

boduus, cum in unam Boviaſmi regiam curas intenderet, velut longe poſitam, & extra Herciniæ montes diffuſam, negligere videbatur. Marcomannis ipſis ſylvæ ac nemora præ oppidis erant, detractam libertati ſuæ partem bene magnam crediturus, ſi inter oppida concluſi, ac civilibus diſtenti muneribus, ætatem exegiſſent. A. C.

Cheruſcorum Princeps Arminius per id tempus in magna gloria erat apud Germaniæ populos, quod ducem Romanum, Quintilium Varum, cum tribus legionibus oppreſſiſſet. (A) Is cum Maroboduum ad ſocianda in Romanos arma, miſſo etiam Vari capite nequidquam pertrahere conatus eſſet; iracundia tam impotenti in Marcomannum Regem exarſit, ut niſi victo ejectoque quieſcendum ſibi non putaret. (B) Premenda tamen erant atrocia conſilia, dum Romano ſe bello expediret. Opportunum vindictæ tempus mors Auguſti (A. C. XIV.) ac Tiberii imprimis invidia præbuit, Cæſarem Germanicum media e victoria avocantis. (C) Initia belli neutri proſpera fuere: Inguiomere Arminii patruo, principis juventutem peroſo, ac cum egregia Cheruſcorum manu ad Maroboduum verſo; Longobardis contra, ac Semnonibus, quibus Marobodui faſtus, ac regii honoris inſignia diſplicebant, palam ad Arminium digreſſis. (D) Hac animorum fluctuatione in diſcrimen univerſi belli deſcendere quamprimum placuit. Acies erat, non qualis barbarorum, turmatim, ac temere in hoſtem ruentium, ſed vexillis ac ordinibus diſtincta. Arminius, ut erat juventute ferox, & a Variana adhuc clade inſolens, ante ſuos obequitabat, illud identidem, ut quisque ſpectatiſſimus armis erat, animisque, inclamitans: Maroboduum Varo adderent Cæſaris ſatellitem, Patriæ proditorem. (E) Maroboduus Inguiomerem tantum, in quo corpore mens Cheruſcorum omnis virtusque habitaret, oſten- 9 14 17

Bellum Arminii Cheruſcorum Principis cum Maroboduo Marcom. Rege.

(A) Dio Caſſ. l. 56. a p. 580.

(B) Vell. Paterc. l. 2. pag. 469. „ Caput ejus abſciſſum, latumque ad „ *Maroboduum*, & ab eo miſſum ad „ Cæſarem. „

(C) Dio Caſſ. l. 56. p. 586. „ Sex. „ Apulejo. Sex. Pompejo Conſulibus „ in Campaniam profectus *Auguſtus*, „ exhibito Neapoli ſpectaculo, Nolæ „ morti conceſſit „ An. V. C. 767. Tacit. Annal. l. 2.

(D) Tacit. Annal. l. 2. C. 45. „ Diſceſſu Romanorum, ac vacui ex- „ terno metu, gentis aſſuetudine, & „ tum æmulatione gloriæ arma in ſe „ verterant (*Cheruſci Suevique*) Vis „ nationum, virtus ducum in æquo: „ ſed *Maroboduum* Regis nomen inviſum apud populares, *Arminium* pro „ libertate bellantem favor habebat. „ Igitur non modo *Cheruſci*, ſociique „ eorum, vetus *Arminii* miles, ſumpſere bellum; ſed e regno etiam „ *Marobodui* Suevæ gentes, Semnones & Longobardi defecere ad eum, „ quibus additis præpollebat, ni *Inguiomerus* cum manu clientum ad „ *Maroboduum* perfugiſſet. „

(E) Tacit. L. 2. Annal. cap. 45. & 46.

A. C. oſtendebat, væcordem increpitans Arminium, alieno decore ſuam ad ſuperbiam abuſum: magnam enimvero rem eſſe, legiones tres ab armis imparatas, ducemque fraudis ignarum perfidia circumventum: quod ſi tanta vis animo eſſet Cheruſci Principis, quid ita conjugem ac liberos, in ſervitutem abſtractos, ludibrium hoſtibus eſſe ſineret? ſe vero nec latronum more, neque ex inſidiis in inermes irruiſſe; ſed aperto Marte adverſus duodecim Romanas legiones, Germaniæ decus aſſeruiſſe, invictum bello, nec tota Tiberii majeſtate territum. Hoſtem Romani; amicumve dicerent, intereſſe nihil: dum eum ſe eſſe faterentur, de quo victo ſibi nemo plauderet. (A) His inſtincti odiorum facibus in prælium eunt, nec jam tumultuariis procurſibus, ſed integris ordinibus, ut longa adverſus Romanos militia didicerant, gradum conferunt. Non alias majori impetu concurſum, nec ancipiti magis exitu, fuſa utrinque dextra cornua, ſiniſtris integris, & mox pugnam inſtauraturis; niſi Maroboduus cautior, quam ferocior caſtra in colles ſubduxiſſet. Perculſi id ſignum fuit, & rebus diffiſi ſuis: jamque aliis ſuper aliosad Arminium transfugientibus, damnata prælii fortuna, in Marcomanniam receſſit, auxilia a Tiberio oraturus. (B) Verum id fruſtra fuit, renuente Cæſare ſubſidia mittere externo Principi, qui Romanos nupero adverſus eundem hoſtem bello non adjuviſſet. Conciliator tamen pacis Druſus conceſſus eſt, ſed qui Tiberii artibus inſtructus, ex ipſa pace nova bella ſereret. (C)

Marobodui R. Calamitas.

Conſilio caſus ſe miſcuit. Erat inter Gotones Catualda, juvenis claro loco natus, Marobodui quidem metu nuper profugus, ſed inclinatis nunc Marcomanniæ rebus,
19 in ſpem vindictæ erectus. Validam is ſuorum manum comparat, in Marcomannos irruit, adjunctisque in ſocietatem armorum gentis primoribus, Boviaſmum, regiam perrumpit. Maroboduo a ſuis prodito, ab hoſtibus circumvento præſi-

(A) Oratio *Marobodui* apud Tacit. l. 2. Annal. c. 46.

(B) Tacit. l. 2. Annal. „ Non alias „ majore mole concurſum, neque „ ambiguo magis eventu, fuſis utrinque dextris cornibus. Sperabaturque rurſum pugna, ni *Maroboduus* caſtra in colles ſubduxiſſet. Id „ ſignum perculſi fuit: & transfugis „ paulatim nudatus, in Marcomannos conceſſit, miſitque Legatos ad „ Tiberium, oraturos auxilia. „

(C) Tacit. l. 2. Annal. „ Reſponſum eſt: non jure eum adverſus *Cheruſcos* arma Romana invocare, qui pugnantes in eundem hoſtem Romanos nulla ope juviſſet. „ Miſſus tamen *Druſus* - - pacis firmator „

præſidium in una Cæſaris miſericordia fuit. (A) Transmiſ- A. C.
ſo Danubio, qua Noricum præterfluit, ad Tiberium ſcribit: literæ non quales profugi, aut ſupplicis; ſed ex veteris fortunæ memoria exaratæ: multas circum nationes certatim ſua ſibi ſtudia deferre, rerum ſuarum amplitudine & imperii majeſtate captas; ſibi his omnibus potiorem eſſe viſam amicitiam Romanam, ſi per Tiberium liceret. (B) Cæſar diſſimulata vultu indignatione, poſtulatis annuit, oblata Maroboduo tuta honorataque in Italia ſtatione, ſi maneret: ſin rebus ejus aliud expedire videretur, libera abeundi poteſtate. (C) Hunc exitum habuit Rex ea tempeſtate clariſſimus, & ſi quid moverent Suevi, iterum in regnum reducendus. Sed Ravennæ conſenuit, duodeviginti annis in Italia ſervatus; ſæpe ad terrorem oſtentatus hoſtibus, nunquam ad imperium reverſurus. (D) At Catualdæ res non diu proſperæ, a Vibilio, Duce Hermunduro, novis e ſedibus mox ejecto. Extorris regno, perfugium pariter apud Romanos reperit, Forum Julium, Narbonenſis Galliæ coloniam, traductus. Sed qui ambos regno exules comitati ſunt populi, nequid in tranquillis populi Romani provinciis turbarent, ultra Danubium inter Marum & Cuſum fluvios, quos Marcham, ac Vagum plerique autumant, ſunt remoti: impoſito genti Rege Vannio e Quadis oriundo. (E) Marcomanni a Vibilio Cadualdæ victore oppreſſi ſint, an liber-

Quadorum pars inter Marcham & Vagum fl. collocata.

(A) Tacit. l. 2. Annal. cap. 62. „ Haud leve decus *Druſus* quæſivit „ inliciens Germanos ad diſcordias, „ utque fracto jam *Maroboduo* usque „ in exitium inſiſteretur. Erat inter „ Gotones nobilis juvenis, nomine „ *Catualda*, profugus olim vi *Marobodui*, tunc dubiis rebus ejus, ultionem auſus. Is valida manu fines „ *Marcomannorum* ingreditur, corruptisque primoribus ad ſocietatem, „ inrumpit regiam - - *Maroboduo* undique deſerto non aliud ſubſidium, „ quam miſericordia Cæſaris fuit. „

(B) Tacit. l. 2. Annal. cap. 63. „ Transgreſſus *Danubium*, qua *Noricum* provinciam præfluit, ſcripſit „ Tiberio, non ut profugus, aut ſupplex; ſed ex memoria prioris fortunæ: nam multis nationibus clariſſimum quondam Regem ad ſe „ vocantibus, Romanam amicitiam „ prætuliſſe. „

(C) Tacit. ibid. „ Reſponſum a „ Cæſare, tutam ei, honoratamque „ ſedem in Italia fore, ſi maneret: „ ſin rebus ejus aliud conduceret, abiturum fide, qua veniſſet. „

(D) Tacit. ibid. „ *Maroboduus* quidem Ravennæ habitus, ſi quando „ inſoleſcerent Suevi, quaſi rediturus in regnum, oſtendebatur; ſed „ non exceſſit Italia per duodeviginti annos „

(E) Tacit. ibid. „ Idem *Cadualda* caſus, neque aliud perfugium, pulſus haud multo poſt Hermunduro-rum opibus, & Vibilio Duce, receptusque Forum Julium Narbonenſis Galliæ coloniam mittitur. „ Barbari utrumque comitati, ne „ quietas provincias immixti turbarent, *Danubium* ultra, inter flumina „ *Marum* & *Cuſum* locantur, dato rege *Vannio* gentis *Quadorum*„ Otrokocſius in Orig. Hung. & Jordanus in Orig. Sclav. *Cuſum* pro *Tibiſco*, *Marum* pro *Maroſio*, Tranſylvaniæ fluvio habent: ſed Cluverius Germ. ant. L. 3. c. 31. pro *Marcha*, & *Vago* fluviis, quem ſequuntur Cellarius, Brietius, aliique.

A. C. libertati reſtituti, dicere non habeo. Hæc Tiberio Cæſare geſta per Auſtriam. A. Cajo, cognomento Caligula, Claudioque quies fuit.

Religio Chriſtiana Norico illata.

Id opportunum tempus æternæ Menti viſum Chriſtianæ Religionis has etiam in terras proferendæ. Quo factum id anno, non conſtat: factum eſſe ſub Neronis imperio non dubitatur; (A) quod ejus Eccleſiæ fundamenta Laureaci jacta, Apoſtolis authoribus, Symmachus Pontifex fateatur. (B) Operæ pretium hic foret, quis illatæ Norico, ac Pannoniæ Religionis veræ decus ſibi primus vendicet, inquirere; ſed eam quæſtionem tot authoribus ventilatam, (C) tot implexam tamen difficultatibus adhuc reperio; ut quid ſequar, quid rejiciam, ſtare ſententia mihi necdum poſſit. Sunt qui Marcum & Lucam; hunc ſuſcepto per Dalmatiam ac Noricum itinere; illum ex urbe Aquileja, Norico tam vicina excurriſſe Laureacum; quamque literis conſignarint, legem Divinam ſacroſancto illic ore promulgaſſe velint. (D) Sunt qui Hermagoram, ac Fortunatum Marci Diſcipulos; (E) qui Syrum & Eventium

(A) Lactantius, ſeu (ut vult Nicolaus Noury, in hujus operis editione Pariſina A. 1710.) Luc. Cecilius de Mortib. Perſecut. c. 2. „ Inde diſcipuli, qui tunc erant undecim, adſumptis in locum Judæ proditoris „ *Mathia*, & *Paulo* diſperſi ſunt per „ omnem terram ad Evangelium prædicandum, ſicut illis Magiſter Dominus imperaverat, & per annos „ XXV. usque ad principium Neroniani imperii per omnes provincias „ & civitates Eccleſiæ fundamenta miſerunt. „

(B) Symmachi. Lit. ap. Hund. Metrop. T. 1. „ Quod (pallium) utpote ab „ eisdem Apoſtolis fundatæ Eccleſiæ „ majorum more libenter indulſimus. „

(C) Lambec. Coment. Bibl. Vind. l. 2. c. 8. Hier. Pez. T. 1. Diſſ. IV. M. Hanſiz. Germ. Sac. T. 1.

(D) Lambec. l. c. ubi adducit verſus Turri Aniſienſi inſcriptos:

- - - „ His *Marcus* in oris
„ Cum *Luca* Chriſti dogma profeſſus erat. „

(E) S. Epiph. lib. 2. §. XI. Hær. 51. de S. Luca Evangel. „ Huic (S. Luc æ) prædicandi Evangelii munus „ eſt creditum, idque ipſe primum „ in Dalmatia, Gallia, Italia, & „ Macedonia præſtitit; ſed in Gallia „ præ ceteris „ vel ut in Græco eſt: „ ἀρχὴ δὲ ἐν γαλλίᾳ: principium vero (*videlicet prædicationis ejus*) in „ Gallia. „ Quem locum Petavius in ſuis Animadverſionibus de *Gallia Ciſalpina*, per quam in Dalmatiam, Græciamque contenderit, aut de Galatia intelligendum cenſet. Aventin. L. II. Boic. p. 69. de S. Marco. „ In „ actis Divorum, & Pontificum Laureacenſium ſcriptum lego, Divum „ *Marcum* - - in *Norico Laureaci* Philoſophiæ noſtræ Myſteria interpretatum fuiſſe „ Bernard. Noric. in Append. Chron. Laureac. & Patav. Pontif. ap. H. Pezium. T. I. col. 1297. „ Item ſanctus Petrus Beatum *Marcum* Evangeliſtam in *Aquileiam* deſtinavit, gratia prædicandi, qui ibidem Sanctos *Ermachoram*, & *Fortunatum* cum aliis plerisque convertit, *Ermachora* in Epiſcopum ordinato. Per hos ergo primos verbi „ DEI ſeminatores poterat dicta Eccleſia *Laureacenſis*, ſi tunc fundata „ erat, recipere verbum DEI. „

tium (A) (Juventium appellant alii;) qui legionarios mili- A. C.
tes Laureacum ab Roma miſſos, Divinæ legis Præcones ea in urbe conſtituant. (B) Quod ſi ſatis id argumenti eſt ad aſſerendam his authoribus conditæ Eccleſiæ hujus antiquiſſimæ gloriam, potuiſſe Aquileja, Verona, Brixia, Laude Pompeja, ubi aut ſedem habuerint, aut verbi divini ſementem ſparſerint, in Noricum facile flectere, ac pro incenſo ſuo divini honoris ſtudio etiam voluiſſe; nec Titum ego, nec Creſcentem, Pauli Diſcipulos, ex Dalmatia, ac Gallia Ciſalpina Norico tam vicinos (ut Andronicum, quem Dorotheus Tyrius, Scriptor haud ſincerus, Pannoniæ Epiſcopum creatum memorat, præteream) ab iſtius communione gloriæ abjungendos putarem. (C) Sed hæ conjecturæ ſunt; illud certum, quibus quibus tandem authoribus Laureacenſis Eccleſiæ fundamenta jacta ſint, ab Chriſtianæ rei exordio (D) ejus quoque initia haud longe abfuiſſe. Ceterum latere rem tantam, nemini mirum videatur: non enim ſcribendi id tempus erat, ſed multa pro Religione & agendi & perferendi.

Interea Nero ſibi manus attulerat, (E) Galbamque ſucceſſorem concitatus in ſeditionem miles oppreſſerat.

Diſtracto

(A) Breve Chron. Laureac. & Patav. Pontif. ap. H. Pez. T. I. col. 5. „ Deinde etiam *Ermachoram* Aquilejenſem Epiſcopum ordinavit. (*S. Marcus*) qui aliis prædicans convertit *Syrum* & *Eventium*, quos *Papiam* direxit verbum Domini ſeminantes: Demum aliis civitatibus, videlicet Veronenſi, Brixienſi, & *Laureacenſi* prædicabant. „ Arenpeck. Chron. Bojor. l. 1. c. 14. ap. Ber. Pezium T. 1. Anecd. „ Sanctus *Hermagoras* aliis Chriſti fidem prædicans, inter cæteros *Syrum* & *Eventium* convertit, quos in *Papiam* ſive Ticinum direxit: qui ibidem verbum Domini ſeminantes, etiam vicinis Civitatibus, Veronenſi ſcilicet & Brixienſi, ac *Laudavenſi* prædicabant „ ſed Acta SS. Syri & Eventii ſeu *Juventii* apud Surium T. III. ad duodecimam Sept. de *Laureaco* nihil habent, uti neque de *Laudavo* - - ut veriſimile videri poſſit: *Laudenſi* non Laudavenſi aut *Laureacenſi* civitati ſcribendum fuiſſe, quod Veronæ, Brixiæ *Laude Pompeja*, eorum opera ſit verſata.

(B) Bernard. Pez. in vita Ven. *Wilburgis* c. 1. hæc in Notis „ Veroſimillimum eſt, Chriſtianæ fidei ſemina a Romanæ militiæ tyronibus ſupplendarum legionum cauſa, ex Italia in *Noricum* ſubinde miſſis, circa annum Chriſti 80. vel 90. fuiſſe allata „

(C) S. Paul. 2. ad Timoth. 4. „ Feſtina ad me venire cito. *Demas* enim me reliquit, diligens hoc ſæculum, & abiit Theſſalonicam, *Creſcens* in Galatiam, *Titus* in Dalmatiam, *Lucas* eſt mecum ſolus. *Marcum* aſſume & adduc tecum: eſt enim mihi utilis in miniſterium „ Dorotheus Tyrius de ſeptuaginta Diſcipulis: „ *Andronicus*, cujus etiam Apoſtolus in ea, quæ ad Romanos eſt, recordatur, *Pannoniæ* factus eſt Epiſcopus „ Paulus vero in ep. ad Rom. C. XVI. ſic habet „ ſalutate Andronicum & Juniam, cognatos & concaptivos meos, qui ſunt nobiles in Apoſtolis, qui & ante me fuerunt in Chriſto. „

(D) Agapiti II. PP. literæ ad Gerardum Laureac. „ Hanc etiam in *exordio naſcentis Eccleſiæ*, & immaniſſima Chriſtianorum perſecutione a Doctoribus iſtius Sedis, Catholicæ fidei novimus rudimenta recepiſſe: „ ap. Lambec. Comment. Biblioth. Cæſ. L. II. c. 8. p. 651.

(E) Sueton. in Nerone. C. 49.

A. C. 69 (A) Diſtracto inter Othonem, ac Vitellium Imperio, Germania, Gallia, Hiſpania Vitellio; (B) Pannonia, Dalmatia, Mœſia, & quidquid ad Orientem terrarum, ad Othonem ſe applicuit. (C) Noricum tunc Petronius, Procuratoris nomine, regebat, Othonis in paucis ſtudioſus. Is ad primum Vitelliani belli fremitum contractis Noricorum copiis, fluminumque pontibus abruptis, moram hoſti e Germania ruenti objecit. (D) Ea induſtria Cæcinnæ, Vitellii partium duci præcipuo, perrumpendi ex Rhætia Norici conſilium diſcuſſit: quod & Noricos in præmium victoriæ ceſſuros eſſe crederet, ſi proſpera in Italia pugna contingeret; & retenta ea Imperii ſede, quam ſubacto lente Norico, plus gloriæ habiturum ſe ſperaret. (E) Sic funeſta belli procella, immuni cladis Norico, ad Bedriacum detonuit. Vitellius eo prælio Othonem, non Othonis partes oppreſſerat. Mucianus, Syriæ præſes, indignum ratus, hominem abdomini natum, & re nulla, niſi immani ingluvie cognitum, ſumma rerum potiri: occultis primum nunciis Veſpaſianum, tum Judæam moderantem; mox ubi aures nactus a conſilio non abhorrentes, coram aggreditur, ſeque & legiones, & quotquot obnoxios haberet Reges, ut in fidem recipiat, obteſtatur. (F) Muciani officium Tib. Alexander, Ægypti moderator, prævertit, Calendisque Juliis ad ſacramentum novo Principi dicendum legiones adegit. (G) Exemplum ſecuta Syria, Judæa & ex Europæis provinciis Illyricum & Noricum: urgentibus Primo Antonio, & Cornelio Fuſco Procuratore: nec Pannonia diſſenſit, poſtquam Titus Ampius Flavianus, ejus provinciæ Præſes, obſequii

Norica juventus Rom. militiæ adjuncta.

(A) Plutarch. in Galba. Suet. in Galba. C. 19.

(B) Tacit. Hiſtor. l. 1. Sueton. in Vitel. C. 7.

(C) Tacit. Hiſtor. l. 1. c. 76. „ Primus Othoni fiduciam addidit ex „ Illyrico nuntius: juraſſe in eum Dalmatiæ, ac *Pannoniæ* & Mœſiæ legiones. „ Sueton in Othon. c. 9. Tacit. Hiſt. l. 1. ibid. „ Longinquæ „ provinciæ, & quidquid armorum „ mari dirimitur, penes *Othonem* manebant. &c. „

(D) Tacit. Hiſtor. l. 1. c. 70. „ Cunctatus (*Cæcinna*) num Rhæticis jugis in *Noricum* flecteret adverſus „ *Petronium* urbis *Procuratorem*, qui „ concitis auxiliis, & interruptis fluminum pontibus, fidus *Othoni* putabatur. „

(E) Tacit. Hiſt. l. 1. c. 70. „ Sed „ metu, ne amitteret præmiſſas jam „ cohortes, alasque; ſimul reputans, „ plus gloriæ retenta Italia, & ubicunque certatum foret, *Noricos* in „ cæteræ victoriæ præmia ceſſuros „ &c. „

(F) Tacit. Hiſt. l. 2. c. 76.

(G) Idem ibid. c. 79. „ Initium „ ferendi ad Veſpaſianum Imperii „ Alexandriæ cœptum, feſtinante Tiberio Alexandro, qui Cal. Jul. ſacramento ejus legiones adegit. „

tarditate militum odia incurriſſet. (A) Et Antonius quidem, ac reliqui Veſpaſiani partium duces nihil non egere, quo adverſus Vitellium, ac legiones Germanicas ſe munirent. Adſciti in auxilia Jaziges, Quadi, Norici: Sextilius Felix cum ala Auriana, octo cohortibus, & Noricorum juventute Rhætis oppoſitus, quibus Portius Septimius Procurator præſidebat. (B) Sed fortuna partium alibi transacta bellum hic incruentum fuit. Adjunctam hic in periculi communionem gentem Noricam videmus, eſtque ea prima fortaſſis expeditio, poſt ſubactam a Romanis patriam, pro victoribus ſuſcepta. Veſpaſiano Imperii potito ſua Norico, ac Pannoniæ pax rediit, ad ejus & Titi filii exceſſum duratura. A. C.

Sub Domitiano, altero, ſed ignavo, ac degenere filio, ſecus omnia cecidere. Occaſio novorum tumultuum Decebalus erat, Dacorum Princeps, alternis victoriis, cladibusque in hiſtoria notiſſimus: (C) qui cum Oppium Sabinum ac Cornelium Fuſcum ſuis cum legionibus deleviſſet: (D) non jam de veteri inter Romanos limite, ſed de ſumma rerum qer Illyricum ac Pannoniam contendebat. Delevit quidem eam Romani nominis labem Julianus Dux, victumque ac fugatum Decebalum ad pacis conſilia adegit: 81 85 90

(A) Tacit. Hiſt. l. 3. c. 1. „ Meliore fato ſideque Flavianarum partium duces conſilia belli tractabant. *Petovionem* in hiberna XIII. „ legionis convenerant: illic agitavere, placeretne obſtrui *Pannoniæ* Alpes, donec a tergo vires univerſæ conſurgerent - - Ad ea *Antonius Primus* (is acerrimus belli concitator) feſtinationem ipſis utilem, „ Vitellio exitioſam diſſeruit--Proxima *Cornelii Fuſci* authoritas: is quoque inclementer in Vitellium invehi ſolitus, nihil ſpei ſibi inter adverſa reliquerat. *Titus Ampius Flavianus*, natura ac ſenecta cunctator, ſuſpiciones militum irritabat, tanquam affinitatis cum Vitellio meminiſſet. „

(B) Tacit. Hiſt. l. 3. c. 5. „ Principes Sarmatarum *Jazygum* - in commilitium adſciti. - - Trahuntur in partes *Sido* atque *Italicus* reges *Suevorum*, quibus vetus obſequium erga Romanos - - *Sextilius Felix* cum *Ala Auriana* & VIII. cohortibus ac *Noricorum* juventute ad occupandam ripam *Æni* fluminis, quod Rhætos *Noricosque* interfluit, miſſus: nec his, nec illis prælium tentantibus fortuna partium alibi transacta. „

(C) Dio Caſſ. l. 67. e Xiphilino. p. 762. „ Per id tempus maximum bellum fuit populo Romano cum *Dacis*, apud quos *Decebalus* regnum obtinebat. Is erat in cognoſcendis rebus bellicis perſpicax, in agendo ſolers - - Noverat enim optime inſidias facere, prælium committere, optime uti victoria, & acceptam cladem ferre moderate. „

(D) Sueton. in Domitiano. cap. 6. „ Expeditiones partim ſponte ſuſcepit, partim neceſſario - - in *Dacos* duas: primam *Oppio Sabino* conſulari oppreſſo; ſecundam *Cornelio Fuſco*, præfecto cohortium prætorianarum, cui belli ſummam commiſerat. „ Tacit. in vita Agricolæ. c. 41. „ Tot exercitus in Moeſia, Daciaque, & Germania *Pannoniaque* temeritate, aut per ignaviam Ducum amiſſi: tot militares viri cum tot cohortibus expugnati & capti: nec jam de limite Imperii & ripa, ſed de hybernis legionum & poſſeſſione dubitatum. „

A. C. git: (A) ſed dum cunctatur Domitianus, dum conditiones reſpuit, armaque in Marcomannos, ac Quados, quod auxilia adverſus Dacos ſibi nulla miſiſſent, expedit; fuſus victusque a bellicoſa gente eſt, & innoxium legatorum ſanguinem, quos componendæ pacis cauſa, ab iis miſſos, peremerat, Romano cruore expiavit: (B) Decebalo vero ſpatium colligendi ſui datum, cujus ſtrenua in bello manu ad pudendas pene Romano nomini pacis conditiones adactus deſcendit. (C) Ea tamen tam probroſa pax Domitiano pro
91 triumpho fuit, quem de Dacis & Marcomannis, emptis ad oſtentationem barbaris captivis egit, ridente ad ſpectaculum Roma, ſed victoriæ ingemiſcente. (D) Domitianum Nerva excepit, princeps minime malus, ſed oſtenſus magis Im-
98 perio, quam conceſſus; Trajanus Nervam. Reſpirare hoc demum principe Roma cœpit, quem Danubii adverſum litus ita pertimuit, ut collectæ jam tum barbarorum copiæ, nec niſi adſtrictum gelu flumen ad immania conſilia præſtolantes, audito ſolum Trajani nomine diffugerent, & deſtinatas animo prædas omitterent. (E) Ceterum ille victo
105 Decebalo, & poſt amiſſa omnia, ad inferendas ſibi manus adacto, ſatis habuit, arma in Orientem vertere, ubi Imperii fines Babylonem usque ac Cteſiphontem protulit. (F)

Marcomanni, & Quadi alterioris Auſtriæ populi Romanos cædunt.

117 Hadriano ſucceſſori Pannoniæ, ac Norici diviſionem Scriptores nonnulli tribuunt: id quanquam de Pannonia, quam Ptolemæus jam, & Dio Caſſius in ſuperiorem

(A) Dio Caſſ. l. 67. e Xiphil. p. 765. „ *Julianus*, cui cura belli gerendi ab „ Imperatore mandata erat, cæteris „ rebus bene conſtitutis -- congreſſus - - cum hoſtibus in *Tapis*, magnum numerum eorum concidit. „

(B) Dio Caſſ. l. 67. ex Theodoſio. p. 763. „ Domitianus *Quados* & *Marcomannos* ulciſci volens, quod contra *Dacos* nulla ſibi ſubſidia miſiſſent, in *Pannoniam* venit, bellum eis illaturus: & alteros ipſorum legatos, pacis componendæ cauſa miſſos interfecit. Idem tamen Domitianus a *Marcomannis* victus, & in fugam conjectus, celeres ad *Decebalum*, Dacorum Regem, nuntios miſit, & ad pacem ineundam eum invitavit, quam ſæpius ante petenti non dederat. „

(C) Dio Caſſ. l. 67. e Theodoſ. p. 763. „ Ad pacem obtinendam de „ ſuo quoque fecit impenſas (*Domitianus*) quum magnam mox pecuniæ vim, & opifices peritos variorum artificiorum, tam pace quam bello utilium, Decebalo daret, aliaque plura ſemper ei ſe daturum promitteret. „

(D) Tacit. in Vit. Agricolæ c. 39. „ Inerat conſcientia, deriſui fuiſſe nuper falſum e Germania Triumphum (*Domitiani*) emptis per comercia, quorum habitus & crines in captivorum ſpeciem formarentur. „

(E) Plin. in Panegyr. Trajani. c. 12.

(F) Dio Caſſ. l. 68. ex Xiphil. p. 780. „ *Decebalus* poſtquam regiam, regionemque ſuam omnem captam eſſe cognovit, imminereque periculum, ne ipſe quoque caperetur, manus ſibi attulit. „

& inferiorem partiuntur, (A) veriſimile eſſe poſſit; de Norico tamen ſecus videtur, quod Ripenſis, ac Mediterranei Norici nomina, ante tertii ab Chriſto nato ſeculi finem, nuſquam occurrant. Hadriani in Auſtriam tamen merita in Cetii Municipii ruderibus viſuntur: iſtud ſub Hadriano natum, Antoninus Pius Collegio Flaminum, qui a loci conditore Hadrianales dicti ſunt, exornavit: (B) aſſediſſe ad Cetii montis pedem, indeque nomen traxiſſe, Scriptores conſentiunt, ubi locorum, haud perinde exploratum: plerique Kalenſem illi pagum ſufficiunt, aliis alio antiquitatis eam A. C. 138

Cetium, Municipium Romanum in Auſtria.

(A) Ptolem. l. II. c. 15. „ Pannonia Superior „ Idem ibid. c. 16. „ Pannonia inferior „ Dio Caſſ. l. 55. p. 562. „ Decima quarta Gem. in „ Pannonia Superiori. „ Idem. ibid. p. 563. „ Galba primam auxiliariam „ in inferiori Pannonia „ idem. ibid. „ Marcus Antoninus ſecundam in Norico „ ubi tanquam de unica provincia, nulla diviſionis fit mentio.

(B) Weſſelingius in Not. ad Itinerar. Antonini affert Inſcriptionem lapidis ex Gruteri Theſaur. p. 469.

M. SEXTIO VETTONIANO. AED.
M. AEL. CET. AN. LXX.

quam ſic explicat: Marco Sextio Vettoniano Ædili *Municipii* Ælii Cetienſium Annor. LXX. Idem eo loco Lambecium perſtringit, qui l. 2. Bibl. Vindob. p. 663. in corrigenda Gruteri Inſcript. alia p. 517. verba Inſcriptionis ultima:

- DEC. ET. IIVIR. I. D. AEL.
CETIENS. PERFICI CVRAVIT.

ſic explicat: „ Decurio & Duumvir „ Juri dicundo *Coloniæ* Æliæ Cetien„ ſis perfici curavit „ cum vox *Colonia* a lapidis inſcriptione abeſſet. Lambecium forte voces: IIVIR. & Æl. in eam opinionem adduxerint, *Cetium*, niſi *Colonia* fuiſſet *Duumviros*, Coloniarum Magiſtratum, aut Cæſaris nomen, (Coloniis fere, non Municipiis adjungi ſolitum) habiturum non fuiſſe: ſed præterquam; quod teſte Sigonio De ant. Jure Ital. l. 2. c. 8. *Duumviri* ſæpe & Municipiis præfuerint, extat apud Vaillant de Coloniis. T. 1. p. 86. Numus Tiberii cum Inſcriptione. M. MVN. IVL. VTICEN. item Numus Antonini Pii, & alter Lucii Veri apud Vaillant: de Coloniis p. 169. cum inſcript. AEL. MVNICIP. COEL. ſive Coelitanum, item apud Spanhemium T. II. Diſſ. 13. MVN. FANE. AEL. ſeu Municipium Faneſtre Ælium. Ex quo apparet, Hadrianum Auguſtum, qui teſte Gellio l. 16. c. 13. mirari ſe oſtendit, quod Italicenſes, & quædam alia municipia, cum ſuis moribus legibusque uti poſſent; in jus coloniarum mutari geſtiverint, haud raro jus Municipii Romanorum oppidis conceſſiſſe. Weſſelingii opinionem confirmat Raphael Fabrettus in Inſcript. cap. 3. p. 212. ubi poſt allatam ſequentem lapidis in Liburnia reperti inſcriptionem:

M. VLPIO VRSINO
VLPI RESPECTI
FILIO NATIONE
NORICO AELIO
CETIO VIXIT.
ANN. XVI. &c.

ſubjungit: ex hac noſtra jam iſtam Gruterianam p. 469. 8. repetitam p. 517. 6. aliquanto melius intelligere datur in præcipua parte, *Municipii* nempe *Aelii Cetii*. De *Hadrianalibus* ſeu *Æliis Flaminibus*, de quibus Spartianus in Hadriano. C. ult. „ Templum „ denique ei pro ſepulchro, apud Pu„ teolos conſtituit, & quinquennale „ certamen, & *Flamines*, & Sodales, „ & multa alia, quæ ad honorem „ quaſi Numinis pertinerent. Quare „ - - multi putant Antoninum *Pium* „ dictum „ Extat *Lambachi* in Auſtria lapis, cujus inſcriptionis initium ex Lambecio l. 2. Bibl. Vind. p. 661. hoc eſt:

P. AEL. FLAVI. DEC. ET IIVIR.
ET
FLAMINIS. AEL. CETIENSIVM.

ex quo conſtat *Ælios* ſeu *Hadrianales* Flamines Cetii fuiſſe ab Antonino Pio inſtitutos.

A. C. 161 eam gloriam trahentibus. (A) Nullum tamen illuſtrius Auſtriæ decus, quam a Marco Aurelio Antonino, Pii ſucceſſore, ſub idem tempus acceſſit, Vindobona, ejus aut auſpiciis condita, aut quod propius fidem eſt, ornata & amplificata. (B) Municipium ea ſuperioris Pannoniæ erat, juribusque ac legibus, non Romanis, ſed propriis utebatur. (C) Nomen loci unde manaverit, incertum, aliis alio ejus originem referentibus. (D) At ſi nominum univerſim reddenda ſit ratio, quanta in caligine plerarumque urbium primordia verſabuntur? a rivis urbes, an ab urbibus rivi nomen acceperint, quis ſtatuat? quodſi rivis & fluviis, propterea, quod ortum cum mundi exordio communem habent, nominis quoque prærogativam demus; illud tamen fateri neceſſe erit, nomen ex accolarum (quorum incerta iterum natio) & lingua & arbitrio eſſe profectum. In re incerta ſi quid divinandum, a Vindorum antiquiorum huc illuc, ut libido ferebat, aut neceſſitas, vagantium ſedibus aliquanto tempore ibi conſtitutis, nomen loco, rivo, agroque circumjecto impoſitum eſſe crederem. (E) Et fuiſſe Vindorum gentem aliquam, antequam recentiores iſti Sclavicæ

Vindobona Municipii Romani, exordia.

DEORUM PROSP
ERITATI. C. MA
- - C MARCIAL - -
VS DEC. MVN.
VINDO &c. &c.

(A) Opinionum diſſenſio ex Tabulis Anton. Itiner. & Peutinger. eſt. Tabulæ Itiner. Antonini ſic habent apud Weſſelingium p. 233.

Vindobona	- -	P. M. XXII.
Comagenis	- -	P. M. XXIIII.
Cetio	- -	P. M. XXIIII.

Tabulæ Peuting. ſic apud M. Velſerum.

Vindobona	- -	P. M. X.
Citium	- -	P. M. VI.
Comagenis	- -	P. M. VII.

Cluverius in Norico p. 22. Lazius Comment. Reipb. Rom. l. 12. Sect. VII. c. 9. *Cetium* pro *Zeiſelmauer* habet: Lambec. l. 2. Bibl. Vindob. p. 663. *Cetium* pro pago *Kalen.* conſentit Cellar. Geogr. Antiq. l. 2. c. 8. & Author Topograph. Auſtr. ſed horum in ſententia *Cetium* ad *Pannoniam* potius, quam *Noricum* pertineret, contra ac Fabretti Inſcriptio nos docet ſupra allata.

(B) Sub hoc enim prima fit mentio *Vindobonæ*, ubi & mortuus eſſe ſcribitur ab Aurel. Vict. c. 16. & Nicephoro Calliſto l. 3.

(C) Lapidis Viennenſis Inſcriptio apud Gruterum p. 4. quam Carolus Cluſius coram ipſe inſpexit, & cum Grutero communicavit.

Cujus verba poſtrema ſic explicat Lambecius & Lazius: *Decurio Municipii Vindobonenſis*: ad cetera enim Oedipo opus eſt.

(D) Laz. Comment. de Rep. Rom. L. XII. Sect. 3. c. 7. *Vindobonam* vocabulum eſſe compoſitum ex *Vendo* & *Bonna*, idemque ſignificare ac diſtrictum *Vendorum* ſeu *Windorum* Sclavicæ gentis, quorum urbs alias *Vendum* apud Strabonem appellatur. Idem ſcribit Fuggerus l. 2. c. 1. At Lambec. Comment. Bibl. Cæſ. Vind. l. 2. c. 2. *Vindobonam* exiſtimat a *Vindone* amne præterfluente, & voce Germanica *Bobn*, quæ viam ſignificat, dictam, quaſi viam militarem a *Vindone* in Italiam. Author Topographiæ Auſtr. p. 4. *Vindobonam* ex amne *Vindone*, & voce Germanica: *Wohnung* deducit, quaſi *Habitationem ad Vindonem*.

(E) *Vindobona*, verbum compoſitum videtur ex *Vind.* & *Bann*, territorium, quaſi *Vindorum* territorium: ita fere Laz. Coment. Rom. L. XII. ſect. III. c. VII. Fuggerus l. 2. c. 1. aliique recentiores: aut vero ex *Vind.* & *Babn*, quaſi *Vindorum Via*.

vicæ gentis Vindi, qui nunc quoque Styriæ inferioris par- A. C.
tem, ac Carinthiæ occupant, Illyrico ſe infunderent, diu per has oras notam, priſca ejus ætatis Vindelicorum, Vindoniſſæ, Vindomagi, Vendi ac Vennonum vocabula fidem faciunt: (A) Illyricæ, an Germanicæ originis, non facile dixerim: quanquam quod Rhætis, quod Tauriſcis, quod Helvetis vicini, aut permiſti egerint; (B) in Germanis potius, quam Sclavis, aut Illyriis numerandos putarem. Longe tamen abſum ab eorum opinione, qui *Vendum* oppidum cum *Vindobona* confundunt. (C) Hanc ab illo CCC. paſſuum millibus remotam, nemo negaverit, qui modo itinerum intervalla ex Antonini tabulis, vel obiter inſpexerit. (D) Magnam porro nobiliſſimi Municipii jam tum fuiſſe frequentiam, ac celebritatem, illud argumento eſt, quod M. Aurelium Antoninum non viventem modo, ſed morientem etiam ſuo ſinu exceperit. (E) Collapſo ſubinde in rudera Carnunto, claſſis etiam Iſtricæ præfectura Vindobonam eſt translata. (F) Sed ea dignitas perbrevis ævi fuit, & barbaris Noricum ac Pannoniam miſcentibus, extincta. Ceterum ut in Favianæ, ac poſtremo Viennæ nomen Vindobona tranſierit, commodior alias erit ſcribendi locus

(A) *Vindelicorum* meminit ſtrabo l. 4. & 7. quæ vox rurſum ex *Vindone* & *Lico* amne, cujus accolæ erant, coaluiſſe videtur. *Vindoniſſæ* nomen occurrit in itinerario Antonini apud Weſſeling. p. 238. *Vennonum* ſeu *Venoniorum* apud Dion. Caſſ. l. 54. & Strabon. l. 4. ubi & *Vendi* oppidi mentionem facit. *Vindomagum* oppidum Ptol. l. 2. in Armoricis collocat.

(B) Plin. l. 3. c. 20. „ Juxta Carnos - - *Norici*. His contermini „ Rhæti & *Vindelici*. „ Itinerarium Antonini loca ejus tractus hac ſerie ponit „ Brigantia, Arbore felici, ad „ Fines, *Vindoniſſa*, Artalbino, Monte Briſiaco, Argentorato „ Strabo L. IV. & L. VII. „ *Japodes* enim „ in *Albio* monte ſiti ſunt - - eorum „ oppida *Metalum*, *Arupinus*, *Monetium*, *Vendum* „ His porro vicinos fuiſſe *Tauriſcos* & *Noricos* ex Strabonis L. IV. colligitur, ubi eosdem ſupra Aquilejam collocat. p. 319. „ Apud „ *Aquilejam* maxime in Tauriſcis *Noricis* „ ſic enim, Græce ſcribit: κατ' Ακυλήϊαν μάλιστα, ἐν τοῖς Ταυρίσκοις, τοῖς Νωρικοῖς. Strab. L. IV. p. 16. „ Petulantiſſimi *Vindelicorum* habiti „ ſunt Licatii, Clautinatii, & *Vennones* „

(C) Lazius in Chron. Vienn. l. 1. c. 3.

(D) Itiner. Antonini apud Weſſeling. p. 274.

Avendone		
Arupio	- - -	M. P. X.
Bibium	- - -	M. P. X.
Romula	- - -	M. P. X.
Quadrata	- - -	M. P. XIIII.
Ad Fines	- - -	M. P. XIIII.
Siſcia.	- - -	M. P. XXI.

Ex quo conſtat *Vendo* Siſciam, quæ hodiernum *Siſekum* eſt, Paſſuum millia eſſe LXXIX. his addatur ex p. 265. iter. „ A Pætovione Siſciam. M. P. C. „ & poſtremo ex p. 261. iter. „ A Vindobona Pætovionem. M. P. „ CLXXXIV. „ contracta in unum ſumma dabit Paſſuum millia CCCLXIII. *Avendonem* autem cum *Vendo* Strabonis idem eſſe, tum proximum oppidum *Arupium*, tum iter ipſum *Siſciam*; tum authorum in locum hunc Scholia, Notæque planum faciunt.

(E) Aur. Victor. c. 16.

(F) Notit. Dignit. Imperii apud Labbeum. Sect. 58. „ Præfectus „ Claſſis Hiſtricæ *Carnunto* ſive *Vindomanæ* a *Carnunto* translatæ. „

A. C. locus. De Ovilabi, Colonia Aurelia Antoniana, nihil dubium, quin authore eodem Auguſto in Noricum ſit deducta, quo loco nunc Welſium eſt, Auſtriæ ſuperioris civitas pervenuſta. (A) Carnunto, Laureaco, Vindobonæ, Ovilabi, Romanis aut Coloniis, aut Municipiis, cetera item Norici ac Pannoniæ antiquæ oppida, quæ ad Auſtriam pertinent, ex priſcis metatorum tabulis adjungamus. Ea a Bojoduro, quod hodie Paſſavio includitur, hoc ordine conſequuntur: Stanacum, Joviacum, Ovilabis, Lauriacum Auſtriæ ſuperioris limes: inde Lacus Felicis, Arlape, Cetium, Comagenæ, quibus Noricum terminatur. Pannoniam orditur Vindobona: huic Ala nova, Æquinoctium, ac Carnuntum ſuccedunt, claudente Auſtriam totam Gerulata, (b) jam in finibus hodiernæ Hungariæ poſita. Quæ quibus

Ovilabis, Colonia Aurelia Antoniana.

Reliqua Auſtriæ Citerioris oppida, ævo Rom. nota.

(A) Lambec. ex veteri lapidis inſcriptione Lambachi in Auſtria reperti, quæ ſic habet: P. AEL. FLAVI. DEC. ET. IIVIR. ET. FLAMINIS. AEL. CETIENSIVM. ITEM. DEC. E. IIVIR. E. PONTIFICIS. COLONIÆ. AVRELIÆ. ANTONIANÆ. OVIL. &c. &c.

(B) En ſpecimen locorum *Via Norici Ripenſis* occurentium ex itinerario Antonini apud Weſſelingium p. 248. *Carnunto Bojodurum* ducto.

„ Carnunto *ex mente Cluverii Heimburg.*
„ Æquinoctio *Fiſchamünd.*
„ Et
„ Ala nova in medio *Eberſtorf.*
„ VindobonaM. P. XXVIII. *Wienn.*
„ Comagenis M. P. XX.
„ Cetio M. P. XXX.
„ Arlape M. P. XX. *Pechlarn.*
„ LocoFelicis M. P. XXV. *Walſee.*
„ Lauriaco M. P. XX. *Lorch.*
„ Ovilabis M. P. XVI. *Wels.*
„ Joviaco M. P. XXVII. *Ignotum.*
„ Stanaco M. P. XVIII. *Ignotum.*
„ Bojoduro M. P. XX. „ *Paſſau.*

Diverſa paulum ratione iter *Carnunto Juvavum* Tabulæ Peutingerianæ dimetiuntur, hoc modo apud M. Velſerum.

„ Carnunto *ex mente Cluverii Heimburg.*
„ Æquinoctio M. P. XIIII. *Fiſchamünd.*
„ Villagai M. P. IV. *Eberſtorf.*
„ Vindobona M. P. X. *Wienn.*
„ Citio M. P. VI. *Kalen.*
„ Comagenis M. P. VII. *Langenleber.*
„ Piro torto M. P. VIII. *Pixendorf.*
„ Trigiſamo M. P. VIII. *Traiſmaur.*
„ Namare M. P. XVI. *Melck.*
„ Arelate M. P. VII. *Pechlarn.*
„ Ad Ponte Iſes M. P. VIII. *Ips.*
„ Elegio M. P. XXIII. *Erlach.*
„ Blaboriciaco M. P. XIIII. *Lorch, Enns.*
„ Ovilia M. P. XIIII. *Wels.*
„ Tergolape M. P. XIIII. *Lambach.*
„ Laciacis M. P. XVIII. *Gmunden.*
„ Tarnantone M. P. XIIII. *Weiſſenſtein.*
„ Ivavo M. P. XIII. „ *Salzburg.*

Quæ vetuſtiſſima duo monumenta ut conciliari inter ſe aliquo modo poſſint, quina fere millia paſſuum ex Itinerario Antonini; quaterna vero ex Tabul. Peuting. pro milliaribus ſingulis noſtratibus numeranda erunt. Ill. D. de Jordan. qui Geometricis dimenſionibus iter omne ad calculos revocavit in apparatu Geogr. ad Orig. Sclavorum, ut diſcrepantiam, quæ in ſerie locorum, inter Itinerarium & Tabulas Peut. occurrit poſt *Vindobonam*, tollat, *Citium* a *Cetio* diſtinquit; & illud pro *Clauſtro-Neoburgo*, hoc pro *Traiſmaur* habet. Idem ex Itinerario Antonini *Aquas*, *Tutatium*; ex tabulis Peutinger. *Petoniana*, & *Ernolatium*; ex Notitia Imperii Occident. *Lentiam*, adjicit. Unde ex ejus mente

Æquinoctium eſt *Fiſchamünd.*
Ala nova *prope Mannswerd.*
Aquæ *Baaden.*
Arlape *ſeu* Arelate *ad Pechlarn.*
Blaboriciacum *Amfelden.* aliis, *Lorch.*
Carnuntum *Petronell.*
Cetium *Traiſmaur.*
Citium *Cl- Neoburg.*

Coma-

locis, vel authoribus condita ſint, deficientibus certis monumentis, in medio relinquo. A. C.

Pacis hæc opera inter bella ſunt enata. Dacicum nuper cum Decebalo bellum, ſi non alio valuiſſet, grande certe argumentum præbebat, Romanos, ſi modo eſſent, qui arma armis opponerent, invictos non eſſe. Germanis, qui armorum communione non exiguam ejus gloriæ partem habuere, paulatim ſuboluit, qua via ad priſtinam libertatem perveniri poſſet. Jam armorum diſciplinam bellorum uſu acceperant, viderant jam auro redemptam pacem, unumque hunc metum Auguſtis eſſe audierant, nequid conjurata in ſe Germania communi conſilio moveret. Ea igitur nunc via graſſandum rati, omnem late ſeptentrionem in ſocietatem armorum pertraxere. Tumultuantis Germaniæ 165
capita Marcomanni erant, Cattique, (A) quibus ſe Nariſci, Hermunduri, Quadi, Jazygesque adjunxere. (B) Enimvero miſerrima erat rerum facies: Imperium necdum Parthico bello defunctum, annonæ cœlique gravitate ita exhauſtum erat, ut a legionum ſupplementis nec ſervos ſua conditio, nec gladiatores publica infamia arceret. (C) Primi in Rhætiam ac Italiam Catti irruperant, & magnis ubique oppidorum ſtragibus acceptas in Germania clades vindicarant.

Comagena	*Zeiſelmaur.*
Elegium	*ad fl. Erlab.*
Ernolatia	*Spital am Piren.*
Gerulata	*Oberlburg.*
Laciacum	*Franckenmarck.*
Lacus, *ſeu* Locus Felicis	*Nider-Walſee.*
Lauriacum	*Lorch, Enns.*
Lentia	*Linz.*
Marinianum	*Tab. Peut. ignotum inter Lauriacum & Paſſavium.*
Mutenum	*inter Miledorf, & Dundelskirchen.* al. *Brug ad Leytham.*
Namare	*Melck.*
Ovilabis *ſeu* Ovilia	*Wels.*
Pirum tortum	*prope Schönbühl ad tranſitum fl. Perſchling.*
Pons Iſis	*ad Ips.*
Tarnanto	*Neumarck.*
Tergolape	*prope Lambach.*
Trigiſamum	*Traiſmaur.*
Tutaſtio *ſeu* Tutatio	*Clauſen am Piren.*
Vetoniana	*Pettenbach.*
Villa Gai	*prope Mannswerd.*
Vindobona	*Wienn.*

Nonnulla Cuſpinianus aliter, aliter Lazius, Birckheimerus, Simlerus, Schönslebenius & Lambecius interpretantur, quorum opiniones excutere non vacat.

(A) Dio Caſſ. l. 71. p. 808. „ Eodem tempore Germani, qui „ trans Rhenum incolunt, venere usque in Italiam, attulereque Romanis maxima ac graviſſima incommoda. „

(B) Jul. Capitolin. in M. Aurel. Anton. c. 22. „ Gentes omnes ab „ Illyrici limite usque in Galliam conſpiraverant, ut *Marcomanni*, Nariſci, „ Hermunduri, & *Quadi*, Suevi, Sarmatæ &c. „

(C) Jul. Capitol. ibid. c. 12. „Dum „ Parthicum bellum geritur, natum „ eſt *Marcomannicum* - - & cum famis tempore populo inſinuaſſet de „ bello, fratre poſt quinquennium reverſo, in ſenatu egit, ambos neceſſarios dicens bello Germanico „ Imperatores. - - - Tanta autem „ peſtilentia fuit, ut vehiculis cadavera ſint exportata.„ c. demum 21. „ Servos, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit. - - Armavit etiam gladiatores - - Latrones etiam Dalmatiæ, „ atque Dardaniæ milites fecit. „

A. C. rant. (A) Sed ruenti ab ea parte in ſe Germaniæ Aufidium
168 primo Victorinum; (B) tum Pompejanum, ac Pertinacem, velut aggerem oppoſuit M. Antoninus, repulſique hoſtis laudem præcipuam Pertinax meruit, qui illi gradus poſtea ad Imperium fuit. (C) Italia hoſtibus repurgata in Rhætiam Noricumque, quas provincias Marcomanni, Cattique oppreſſerant, iter pronunciatum. Profecti ab urbe Roma
169 Imperatores M. Aurelius, Luciusque verus, paludati ambo, exorata in re tam ancipiti Deûm pace, mactatisque inter ſacra, peregrina æque, ac Romana victimis. (D) Secuta ſpem belli par fortuna, quæ ſublato cum parte exercitus Præfecto prætorii, Furio Victorino, pene jam ad hoſtes verterat. (E) Plerique enim horum, conſpectis eminus tantum Romanis aquilis, in tutiora ſe receperunt: jamque ad pacem ſpectare omnia videbantur, Marcomannis libertatem, quæ victore Romano a periculo propius aberat, quovis pretio redempturis. (F) Res aliter cecidit: nam vix Principum alter, Lucius Verus, ſuas ad delicias in Italiam flexerat, Altini ſubinde ex itinere extinctus; cum novi repente motus toto Danubio exſtitere. (G) Marcus, qui hanc procellam multo ante præſenſerat, nihil omittendum ratus, quo debellatis perpetuis illis Romani nominis hoſtibus, pacem Imperio firmam redderet, & glorioſam; exhauſtum tot bellis ærarium ſuis facultatibus ſupplevit. Auctio pretioſæ ſupellectilis in foro Trajani per duos menſes facta; nec gemmis, nec veſti uxoriæ, nec vaſis chryſtallinis, vel aureis

Bellum in Marcomannos a Romanis ſuſceptum.

(A) Jul. Capitol. in M. Aurel. Anton. c. 8. „ Imminebat etiam Britannicum bellum, & Catti in Germaniam, ac Rhætiam irruperant. „ Et adverſus Britannos quidem Calpurnius Agricola miſſus eſt; contra Cattos Aufidius Victorinus. „

(B) Dio Caſſ. l. 71. p. 808. „Quibus (Germanis in Italiam irrumpentibus) Marcus occurrit, Pompejano, atque Pertinace legatis exercitus factis. Quo in bello optime ſe geſſit *Pertinax*, qui poſtea Imperator factus eſt„ Jul. Capitol. in Pertinace. c. 2. „ Rhætias, ac *Noricum* ab hoſtibus vindicavit. „

(C) Jul. Capitol. in M. Aurel. c. 13. „ Tantus autem terror belli *Marcomannici* fuit, ut undique ſacerdotes „ Antoninus acciverit, peregrinos ritus impleverit; Romam omni genere luſtraverit - - celebravit & „ Romano ritu lectiſternia per ſeptem dies. „

(D) Idem ibid. c. 14. „ Profecti itaque ſunt paludati ambo Imperatores: Victovalis & *Marcomannis* „ cuncta turbantibus; aliis etiam gentibus, quæ pulſæ a ſuperioribus barbaris fugerant, niſi reciperentur, „ bellum inferentibus. „

(E) Jul. Capitol. c. 14. „ Lucius quidem, quod amiſſus eſſet præfectus prætorio *Furius Victorinus*, atque pars exercitus interiſſet, redeundum eſſe cenſebat. „

(F) Id. ibid. „ Nec parum profuit iſta profectio, cum *Aquileiam* uſque „ veniſſent: nam plerique reges & „ cum populis ſuis ſe retraxerunt, & „ tumultus auctores interemerunt. „

(G) Jul. Capitol. in Vit. L. Veri. c. 9. Idem. in vita M. Aurel. c. 22. „ Gentes omnes ab Illyrici limite uſque in Galliam conſpiraverant. „

poculis pepercit, nequid tributi novi extra ordinem provincialibus imperare cogeretur. (A) Hoc belli nervo jam firmior, iter ſecundo (A. C. CLXX.) in Noricum ac Pannoniam ſuſcepit. Alternis hic cladibus geſta res eſt: cæſa primum Longobardorum & Obiorum, qui trajecto Danubio, Norico ac Pannoniæ imminebant, multitudo; turba cetera, quæ ex barbarorum ſex millibus ſupererat, Vindice ac Candido Ducibus, in fugam acta. (B) Sed victoriæ ejus guſtum conſecuta brevi Romanorum clades penitus corrupit. Alexander, præſtigiator Ponticus, oraculorum fama, quibus orbi jam diu illuſerat, in gratiam Rutiliani obrepſerat, Viri inter Romanos rebus bellicis ſpectati. (C) Fervebat tum maxime bellum Marcomannicum, periculique magnitudine Romanos ipſos ſolicitos habebat. Alexander, rogatus de rei exitu, confidenter victoriam pollicetur, (D) ſi vivos leones duos in Danubium mitterent, addito florum omnis generis, ac odoratarum herbarum apparatu. Nihil non ex præſcripto actum. Sed leones, ubi ſuperato Danubio flumine in adverſum litus enataſſent, aggreſſi Marcomanni, quod pro canibus, lupisque ignotas belluas

A. C. 170

Alexandri Pontici fallax Oraculum.

(A) Jul. Capitol. in M. Aurel. c. 17. „ Cum autem ad hoc bellum omne „ ærarium exhauſiſſet ſuum, neque „ in animum induceret, ut extra ordinem provincialibus aliquid imperaret; in foro Divi Trajani auctionem ornamentorum Imperialium fecit, vendiditque aurea pocula - & veſtem uxoriam, ſericam & auratam - - & per duos quidem menſes hæc venditio celebrata eſt. „

(B) Dio Caſſ. l. 71. p. 808. „ Barbaris, qui circum Iſtrum ſunt, Jazygibus, & *Marcomannis*, nunc his, „ nunc illis continenter, quamdiu „ vixit, bella intulit, in quibus Pæonia (*Pannonia*) fuit ei receptaculum. „ Petrus Patricius de Legationib. ex Byzant. Hiſt. T. 1. „ Sex „ millia *Longobardorum*, & *Obiorum* „ Iſtrum trajecerunt, in quos *Vindicis* equites & pedites, quorum Dux „ erat *Candidus*, irruerunt, & in fugam verſi ſunt. „

(C) Lucian. in Alexandro Pſeudomante. T. 1. p. 555. „ *Rutilianus*, „ vir alias quidem honeſtus ac probus, tum compluribus in præliis „ Romanorum ſpectatæ virtutis; ſed „ qui in iis, quæ ad deos pertinent, „ parum ſane ſaperet. „

(D) Lucian. l. c. p. 571. „ Quum „ jam non mediocrem in Regiam „ aditum ſibi (*Alexander*) patefeciſſet, inque aulam Cæſaream, præſertim *Rutiliano* rem adjuvante atque approbante: quum bellum, „ quod in Germania gerebatur, maxime flagraret, Divo Marco cum „ *Marcomannis*, & *Quadis* conſerente, „ Oraculum divulgavit, quo jubebat, „ uti duos leones vivos in *Danubium* „ immitterent, variis cum odoribus „ ac ſacris quibusdam magnificis. Sed „ præſtat ipſum Oraculum referre:

„ Gurgitibus fluvii turgentis ab imbribus Iſtri
Immiſiſſe duos Cybeles edico miniſtros,
Monte feras alitas, tum quantum alit indicus aer
Florum, atque herbarum bene olentum: moxque futura eſt.
Et Victoria, pax & amabilis, & decus Ingens. „

„ Ea cum eſſent facta, quemadmodum ille præſcripſerat: leones quidem, ſimul atque in hoſtium regionem enataſſent, barbari, canes quospiam, aut lupos eſſe rati, fuſtibus „ arcebant. „

A. C. belluas haberent, fuſtibus arcuerunt. Perpetrato tam nobili ſacrificio, laceſſere jam hoſtes placuit: ſed coorti in ſecuros victoriæ Romanos Marcomanni Quadique, ad viginti eorum millia, (A) quos inter & M. Vindex erat, (B) delevere. Irritatam tamen magis ea clade, quam fractam Romanam virtutem, illud argumento eſt, quod Duces, militesque novis animis in hoſtem coorti, Marcomannos Jazygesque, per adſtrictum gelu Danubium Pannoniam aggreſſos, repulerint, novoque pugnandi genere ſuper indurata fluminis glacie frenis contisque implicitos, magna clade affecerint. (C) Multa præterea cum bellicoſa hac gente facta prælia Scriptores meminere: quibus locis, Ducibusve, quove cæſorum hoſtium numero, non explicant. (D) Poſt tot clades factum exiſtimo id, quod Græcus Scriptor meminit pervetuſtus, ut pacis cauſa cum decem aliis totidem populorum oratoribus legatione pro ſuis Marcomannis Ballomarius Rex ipſe ad Ælium Baſſum, Pannoniæ Præſidem fungeretur. Ea jurejurando firmata, ab armis tantiſper diſceſſum eſt. (E)

Alterna Romanorum & Marcoman. Clades.

Fractis hoc modo Marcomannis, Quadi adhuc reſta-
174 bant, a M. Aurelio edomandi. In hos ille (A. C. CLXXIV.) cum legionibus profectus, ſed conſilio, niſi Numen interveniſſet, peſſimo: nam cum loca circum eſſent arentia, hoſtesque undique circumfuſi, & montibus, & innumerabili armatorum multitudine, legiones Romanas ita concluſiſſent, ut neque pugnæ fieret copia, neque receptus pateret ullus;

Prodigioſa pluvia Chriſtiana Legionis precibus impetrata.

(A) Lucianus in Alexandro Pſeudomant. p. 571. „At noſtrorum protinus maxima ſtrages eſt conſecuta, „ viginti fere millibus ſimul extinctis. „

(B) Dio Caſſ. l. 71. p. 808. „Quum „ autem *Marcomannis* in aliquo prælio bene ſucceſſiſſet, ab iisque *Marcus Vindex* præfectus interfectus eſſet, tres ei ſtatuas poſuit. „

(C) Dio Caſſ. l. 71. p. 810. „ Eo „ tempore tandem Romani Jazyges „ vicere primum in terra, poſt etiam „ in flumine -- quod conglaciato „ Danubio fugientes conſecuti, in eo „ perinde, atque in continente pugnaverint. Nam Jazyges, quum „ Romanos ſe pone ſequi intelligerent, ſperarentque ſe facile eos poſſe conficere, quod glaciei eſſent inſueti, impetum ſuſtinendum putaverunt. Qua re animadverſa Romani nihilo magis timent, ſed converſi -- magna pars ſcuta deponunt: „ atque quo minus cadant, in iis alterum pedem firmant -- arreptisque alii frænis, alii ſcutis & contis, „ eos ad ſe trahunt, atque ita implicatos homines, equosque pariter „ dejiciunt. „ Jul. Capitol. in M. Aurel. c. 21. „ *Marcomannos* autem in ipſo „ tranſitu Danubii delevit; & prædam „ provincialibus reddidit. „

(D) Dio Caſſ. l. 71. p. 810. „Marcus multis magnisque prœliis factis, „ aditisque periculis *Marcomannos* & „ Jazyges ſubegit. „

(E) Petrus Patric. de Legation. T. 1. Hiſt. Byzant. „ Prima ſtatim invaſione barbari perculſi legatos ad „ *Ælium Baſſum*, qui *Pannonia* provinciam obtinebat, mittunt *Ballomarium* Regem *Marcomannorum*, una „ cum aliis decem, ex unaquaque gente uno electo, ſic pace jurejurando „ firmata, legati domum redierunt. „

fatiſcendum omnino ſiti, aut hoſtium telis occumbendum A. C.
erat; niſi Melitena legio, Chriſtum profeſſa, ſuis ad DEUM precibus periculum diſcuſſiſſet. (A) Conſilii ſalutaris author prætorio præfectus fuiſſe creditur. Hic cum Imperatorem conſilii inopem monuiſſet, eſſe in exercitu legionem eorum hominum, qui a Chriſto DEO ſuo Chriſtiani dicerentur, quorum precibus, ut vulgo eſſet opinio, nihil non a Superis tribueretur; Marcus dandum hoc temporis neceſſitati cenſuit, ut ſuo illi DEO Chriſtiano ritu ſupplicarent. (B) Vix in genua procubuere milites; cum auditæ preces, & obductum repente cœlum nubibus, miſtum procella & fulmine imbrem dedit, diſpenſata tam opportune ira ac gratia, ut cæleſtis aquæ copia Romanos recrearet; grando contra, ac fulmina in hoſtes excuſſa, Quadorum pertinaciam expugnarent. Acti in fugam, ac terrore confuſi, terga & gladiis, & fulminibus præbuere. (C) Patrata nobiliſſima poſt hominum memoriam victoria, Imperator Marcus non dubitavit, datis ad Senatum litteris cœleſte donum profiteri: ſublata immania in Chriſtianos decreta, edictoque cautum, necui fraudi deinceps eſſet nova Religio. (D) Sed piam hanc M. Aurelii mentem inveterata plebis in Chriſtianos odia, & injuſta Magiſtratuum imperia irritam fecere.

Proſtra-

(A) Dio Caſſ. l. 71. p. 810. „Poſt „ hæc ei prælium acre, bellumque „ magnum cum iis, qui *Quadi* appellantur, fuit: quo ex bello victoria „ præter ſpem, vel potius DEI beneficio conſequuta eſt &c. „

(B) Xiphil. Suppl. Dion. Caſſ. l. 71. p. 811. „ Quum *Marcus* legionem „ unam haberet ex militibus Melitenis, (hi omnes Chriſtum colunt) „ ad eum præfectus Prætorianorum „ venit, neſcientem in illo prælio, „ quid conſilii caperet, timentemque „ toti exercitui, eique fertur dixiſſe: „ Nihil eſſe, quod ii, qui *Chriſtiani* nominantur, precibus impetrare non „ poſſint, eſſeque legionem unam in „ exercitu hominum hujus generis. „ Qua re cognita, *Marcum* ab iis petiiſſe, ut DEO ſuo ſupplicarent. „ Quod quum feciſſent, DEUM eos „ exaudiſſe ſubito; percuſſiſſeque hoſtes fulmine, ac Romanos pluvia recreaſſe. His rebus *Marcum* vehementer obſtupefactum, edicto *Chriſtianos* honore affeciſſe, ipſamque „ legionem *Fulminatricem* appellaſſe. „ Atque his de rebus epiſtola Marci „ extare dicitur. „

(C) Euſeb. Hiſtor. l. 5. c. 5.

(D) Tertull. Apologet. c. 5. „ At „ nos e contrario edimus protectorem, ſi literæ M. Aurelii graviſſimi „ Imperatoris requiruntur, quibus „ Germanicam ſitim, *Chriſtianorum* „ forte militum precationibus impetrato imbri diſcuſſam conteſtatur. „ Qui ſicut palam ab ejusmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio modo palam diſperſit, adjecta etiam „ accuſatoribus damnatione, & quidem tetriore. „ Euſeb. l. 5. c. 5. „ Scribit autem & ipſe (*Tertullianus*) „ Marci prudentiſſimi epiſtolas etiamnum extare, quibus ipſe teſtatur, „ cum in Germania propter aquæ penuriam exercitus periclitaretur, eſſe „ illum *Chriſtianorum* precibus ſervatum. Hunc Imperatorem mortem „ etiam illis eſſe minatum dicit, qui „ nos accuſare conarentur. „ Extat M. Aurel. Anton. ad commune Aſiæ de Religione Chriſtian. reſcriptum, adjectum in calce operum ejus ex Euſeb. Hiſt. L. IV. c. 13. Exſtat epiſtola ejus ad Senatum: ſed hæc poſterior pro ſpuria habetur.

A. C. (A) Proſtratis ea clade hoſtibus, certatim ad pacem inclinabant animi. Primi, qui ad licitandam M. Aurelii amicitiam, captivos & transfugas offerrent, Quadi erant, cæleſtem nuper vim experti: adjectus ad eam pactionem equorum, boumque ingens numerus, promiſſumque, ut quoscunque adhuc bello captos ſua in poteſtate haberent, cum fide remitterent. Accepta conditio eſt, leges præterea nonnullæ additæ: jurarent Quadi, ſe nec Marcomannorum quenquam, nec Jazygum hoſpitio patriaque accepturos: ſublaturos vetera cum iis commercia, nec tranſeundi per fines ſuos poteſtatem facturos. (B) Omnia pollicitis fides ad extremum defuit: nam & captivorum valentiſſimos quosque in cuſtodia retinuerunt, reſtitutis, qui aut corpore infirmi, aut membris erant mutili; & Ariogæſum Furtio Regi, Quadis ab Imperatore dato, ſufficerunt; cumque oppreſſis interim bello Marcomannis receptum adverſus pacta recentia dediſſent rurſum; recruduit inter partes bellum, non ante ſopiendum, quam abdicato Ariogæſo Rege, Quadi una ac Marcomanni ſedes ſuas a Danubio quinque fere paſſuum millibus removerent. (C)

Pax Quadis data.

Rebus ex ſententia geſtis confectisque, M. Aurelius Imp. in Orientem movit Caſſianæ Tyrannidis, ſi quæ adhuc ſupereſſent, reliquias deleturus: ſed ne quid periculi ab infida cum Danubii accolis pace a tergo relinqueret, viginti ſuorum millia, præſidio Noricis, ac Pannoniis; terrori Quadis ac Marcomannis transdanubiano in littore collocavit. (D) Indigna res viſa omnibus; primos tamen Quados in

Roman. militia in Trans-Danubianam Auſtriam diſtributa.

(A) Ant. Pag. ad A. C. 174. ex Diatriba Hermanni Witſii. Du - Meſnil. Tom. I. L. IV. & patet ex Actis MM. Lugdun. apud Euſeb. l. 5.

(B) Dio Caſſ. l. 71. p. 812. „ Alii „ pacem petebant, ut *Quadi*, & obtinuerunt eam, quo videlicet a *Marcomannis* avellerentur, atque etiam propterea, quod equos & boves multos dederant, ac transfugas omnes, ac captivos primum ad tredecim millia, poſt etiam ceteros ſe reddituros promitterent. Non tamen & commerciorum cum ceteris, ac mercatuum adeundorum poteſtas eis facta fuit, ne pariter & *Marcomanni*, & Jazyges, quos nec recepturos ſe, nec per agrum ſuum, ut iter facerent, permiſſuros juraverant, eis ſe permiſcerent. „

(C) Dio Caſſ. l. 71. p. 813. & 814. „ *Quadi* non tantum illis (*Jazygibus*) tunc opem in bello, ceu ſocii tulerant: ſed prius etiam *Marcomannos*, quum bellum adhuc gereretur, ſuam in regionem confugientes - - ſuſceperant: ac neque quidquam aliud eorum, quæ legibus pacis continebantur, præſtabant, neque captivos omnes reddiderant; ſed paucos tantum & illos quidem, quibus nec diſtrahendis, nec ad operas aliquas uſus ullus eſſe poterat - - ejecto quoque Rege ſuo *Furtio*, *Ariogaſum* ipſi auctoritate propria regem ſibi conſtituerant. „ Idem ibidem. p. 814. „ *Marcomannis* denique - - dimidiam finitimæ ipſis regionis & agri partem conceſſit, uti ſcilicet ad trigeſimum & octavum usque ſtadium ab Iſtro ſedes eorum, ac domicilia diſtarent, tum loca quædam ac dies commerciorum aſſignavit. „

(D) Jul. Capitol. in M. Aurel. c. 25. „ Relicto ergo Sarmatico, *Marcomannicoque* bello, contra Caſſium profectus eſt. „

in ſeditionem egit, non jam muſſantes, ut fit, in circulis, ſed palam ac libere frementes: hanc eſſe pacem, quam tanto impendio redemiſſent? videre in ſolo patrio tot Romana caſtella, tot arces, tot ſpeculas ſuum in exitium fabricatas: jam ceſſiſſe ſe Danubio, jam ſublata commercia, forumque ac diem mercatui, niſi teſte tribuno, non permiſſum: mirum, ni ſerviles etiam operæ genti liberæ imperentur: gregibus ſuis, ac jumentis, quæ tamen inopi turbæ opes eſſent unicæ, nec jam pratum ad paſcua ſupereſſe: omnia caſtris, omnia caſtellis obtineri: præſtare utique, honeſtum inter Germanos exilium, quam fœdam in patria ſub Romanorum jugo ſervitutem tolerare. Et viciſſet ea indignatio natalis ſoli amorem, niſi Romani fugam ad Semnones ſubodorati, vias ac itinera, objectis ſaxorum ac arborum molibus, abrupiſſent. (A) Verum cum ne ſic quidem conquieſcerent, furorque popularis jam in bellum exarſiſſet, quod pertractis in armorum ſocietatem Marcomannis, Hermunduris ac Sarmatis parabatur; res tanti momenti viſa eſt M. Aurelio, interfecto Avidio Caſſio jam e Syria reverſo, ut ad bellum ſibi una, ac Commodo filio proficiſcendum putaret. Tertium in annum ea expeditio tenuit: Quintiliis duobus Cardiano & Maximo, quanquam prudentia uſuque rerum maximarum valerent plurimum, nequidquam belli extrema perſecutis. (B) Cæſi tamen iterum atroci ac diuturno prælio per Tarrunium Paternum, M. Aurelii legatum, & quod ad ſerum diei pugna nunquam remiſſiſſet, tanta clade attriti ſunt, ut vix nuncius infelicis prælii ad ceteros rediret. (C)

A. C. 178

Ea de cauſa recrudeſcit bellum.

Victor M. Aur. Antoninus.

Tum

(A) Dio Caſſ. l. 71. p. 815. „ *Quadi* vero, & *Marcomanni* per legatos „ Marco ſignificarunt: viginti militum millia, quæ in caſtellis degerent, nec ſecure paſcendi, nec agros „ colendi, nec alterius rei faciendæ „ copiam ſibi facere - - unde factum „ eſſet, ut *Quadi* caſtellorum ſtructuras minime ferentes, ad Semnones „ tota cum gente ſua mutatis ſedibus migrare conati fuerint. Antoninus autem præcognito ipſorum „ inſtituto, itinera, quibus eis transeundum erat, obſtruxit, & hoc „ modo eos impedivit.„ Ex quo apparet *Quados* itidem, ut *Marcomannos*, a Danubio fuiſſe remotos, a cujus litore videlicet caſtella Romanorum haud procul abeſſent. Idem de Jazygibus ſentiendum: de quibus Dio Caſſ. l. 71. p. 814. Jazyges „ iisdem „ conditionibus, quibus *Quadi* ac *Marcomanni*, pacti ſunt, extra quam, quod „ partem eorum duplam ab Iſtro removeri, velut in alias colonias, „ volebat. „

(B) Jul. Capitol. in M. Aurel. c. 27. „ Triennio bellum poſtea cum *Marcomannis*, Hermunduris, Sarmatis, „ *Quadis* etiam egit. „ Dio Caſſ. l. 71. p. 819. „ Res Scythicæ præſentiam „ ejus iterum poſtulare viſæ ſunt. - - „ *Quintilii*, etſi uterque eorum valebat prudentia & fortitudine, ac uſu „ maximarum rerum; tamen id bellum conficere non poterant. Quamobrem ipſi Imperatores neceſſario „ profecti ſunt. „

(C) Dio Caſſ. l. 71. p. 819. „ *Paterno* magnas copias dat, eumque „ ad prælium committendum mittit. „ Reſtitere totam diem barbari: tandem vero omnes cæſi ſunt. „

A. C. Tum vero decimum jam ſalutari ſe Imperatorem Marcus voluit: fuitque rei gerendæ ſpes tanta Romanis addita, ut Germaniam ac Sarmatiam in provinciæ formam ſe redacturos crederent, ſi vel anni unius moram mors intempeſtiva M. Aurelio conceſſiſſet. (A) Sed ea demum Victorem (A.C. 180 C. LXXX.) Vindobonæ in Auſtria oppreſſit. (B) *Vindobonæ moritur.*

Optabat moriturus Pater, ut ſucceſſor filius victoriæ curſum pari alacritate proſequeretur: ſed Comodum, quanquam in Quados Marcomannosque ducum opera proſpere bellantem, conſtantia defecit. (C) Nondum enim annus abierat, cum Romanis illecebris invitatus, pacem hoſtibus in eas conditiones dedit: arces & caſtella, quæ pater trans Danubium poſuit, Romano præſidio nudarentur: hoſtes contra captivos & transfugas reſtituerent: Quadorum millia tredecim; pauciora aliquanto pro præſenti copia, Marcomannorum Romana ſtipendia mererent: frumenti adhæc certum numerum quotannis penderent: conventus ex more gentis, neque ſæpius per menſes ſingulos, quam ſemel; neque pluribus in locis, neque ſine teſte, Romano Centurione aliquo, celebrarent. (D) Atque hoc demum operæ *Pax Quadis, ac Marcomannis ab Aur. Commodo data.*

(A) Dio Caſſ. ibid. „ *Marcus* decimum Imperator appellatus eſt. „ Qui ſi vixiſſet diutius, ea, quæ in „ Scythia erant, omnia in ſuam poteſtatem redegiſſet. „ Jul. Capitol. in M. Aurel. c. 27. „ Triennio „ bellum poſtea cum *Marcomannis*, „ Hermunduris, Sarmatis, *Quadis* „ etiam egit, & ſi anno uno ſuperfuiſſet, provincias ex his feciſſet. „

(B) Dio Caſſ. l. 71. p. 820. „ Deceſſit e vita XVII. Kalen. April. - „ quum octo & quinquaginta annos, „ menſesque decem, ac dies viginti „ & duos vixerit, - - ipſeque decem „ ac novem annos & dies undecim „ regnaverit, tamen æquabilis in omni vita, nec ulla unquam in re mutatus fuit. „ Aurel. Vict. de Cæſar. c. 16. „ Ævi validior *Vendobona* interiit. „ Eutropius in Hiſt. Miſcell. c. 17. „ Obiit in *Pannonia* „ apud oppidum *Vindobonam*. „ Niceph. Calliſt. l. 3. c. 31. „ Ad *Vendobonam* deceſſit. „ Tertullian. tamen eundem *Sirmii* extinctum ſcribit Apologet. c. 25.

(C) Herodian. l. 1. c. 15. „ Præpoſitis, quos viſum eſſet, tuendæ „ *Iſtri* ripæ, & barbarorum inſultibus coercendis, profectionem continuo edicit. Illi itaque demandata ſibi munia obeuntes, haud ita „ longo tempore multos armis barbaros ſubegerunt; quosdam autem „ ex iis magnis præmiis in amicitiam „ ſibi adjunxerunt; - - Quod intelligens *Commodus*, ut pecunia, qua „ maxime abundabat, ſecuritatem redimeret, nihil videlicet petentibus „ denegabat. „

(D) Dio Caſſ. l. 72. p. 82. „ Is vero (*Commodus*) quum eos ad internecionem delere nullo negotio „ poſſet, homo fugiens laboris, quum „ aliis conditionibus, quibus & pater „ ejus pactus fuerat, tum his præterea pacem fecit: ut transfugas & „ captivos, quos ab illo tempore accepiſſent, *Commodo* reſtituerent: & „ frumentum quoddam certum quotannis penderent, quod eis poſtea „ remiſit. Etiam ab iis arma quædam exegit, & XIII. millia militum a *Quadis*; pauciores a *Marcomannis*: pro quibus tamen permiſit, ut „ ſingulis annis aliquos darent. Hoc „ etiam eis dedit in mandatis, ut neque ſæpius, neque pluribus in locis „ regionis ſuæ congregarentur; ſed „ ſemel duntaxat menſe quolibet, ac „ unum in locum, centurione quo-

„ dam

erat pretium, quod ducentorum prope annorum dimicatione, Romani ex ulteriori Auſtria retulerunt: in hoc tot bella, tot pericula ſuſcepta ſunt: in hoc tot legiones abſumptæ, tantumque Romani ſanguinis profuſum; ut ubi veſtigium deinceps figerent in Marcomannia Quadiaque, ſoli ne palmum quidem retinerent. A. C.

Quod Commodiana, nefaſta alias tempora, Noricis ac Pannoniis tolerabilia reddidit, Chriſtiana pax erat, Martiæ concubinæ in Religionem ſtudio procurata. (A) Neque nihil præſidii ad communem rem in earum provinciarum rectoribus erat, quorum laudes ac decora literata adhuc marmora, aliaque publici honoris monumenta eloquuntur. Pannoniæ poſt Ælium Verum, quem Hadrianus Auguſtus, Cæſarem dixit, (B) Septimius Severus etiam Imperator mox futurus, Proconſul datus erat. (C) Noricos quanquam minori imperio, non minori tamen gloria poſt Petronium Urbicum, (D) Tib. Julium Candidum, (E) ac T. Prifernium, Pætum Memmium, (F) Baſſæus Rufus nuper rexerat, ob egregiam ſubinde bello paceque operam ad Prætorii præfecturam evectus. (G) Sed eas Noricorum Præſidum

Romani Norico Præfecti.

„ dam Romano præſente. - - His ergo legibus, eis pacem dedit, & omnia caſtella, quæ erant in regione ultra limites eis adempta, deſeruit.„ Petrus Patric. de legation. T. 1. Hiſt. Byz.

(A) Dio Caſſ. l. 72. ex Xiphilino p. 825. „ Occiſa fuit etiam *Martia* - - *Commodi* hæc pellex primo, poſt *Electi* uxor fuit. - - Hanc Chriſtianorum ſtudioſam fuiſſe, & quod eſſet apud *Commodum* magnæ authoritatis, multa in eos beneficia contuliſſe, memoriæ proditum eſt.„

(B) Spartian. in Ælio Vero Cæſ. c. 3. „ Adoptatus autem *Ælius Verus* ab Hadriano - - prætor factus, & *Pannoniis* Dux ac Rector impoſitus.„

(C) Spartian. in Severo. c. 4. „*Pannonias* proconſulari imperio rexit.„ Herodian. l. 2. c. 33. „ Præerat autem *Pannoniis* univerſis (nam unius regebantur Imperio) *Severus*.„

(D) Tacit. Hiſt. l. 1. c. 70. „ Cunctatus, num Ræticis jugis in *Noricum* flecteret, adverſus *Petronium* urbis procuratorem.„ *Freinshemius* & Reines. legunt: *Petronium urbicum:* alii intelligunt procuratorem *Norici*, urbis Romanæ nomine genti præfectum, dum Otho, ac Vitellius de Imperio adhuc decertarent.

(E) De hoc fidem faciunt lapides duo apud Gruter. quorum alter p. 154. N. 5. T. *Julium Candidum:* alter p. 159. N. 2. T. *Cl. Candidum*, uterque Conſulem appellat: poſterior etiam „ *Noricæ ducem*.„

(F) De hoc gemina iterum lapidis inſcriptio apud. Gruter. Prior. p. 437. N. 7. „ Q. *Patum Memmium Appollinarem*„ poſterior p. 1028. N. 6. „ T. *Prifernium P. F. Qui. Patum Memmium Apollinarem*„ appellat. Utraque teſtatur, eundem *donis militaribus in expeditione Dacica ab Imp. Trajano donatum:* utraque vocat:

PROC. PROV. NORICAE.

(G) De hoc lapis apud Gruter. p. 375. N. 1. cum inſcriptione ſequenti:

BASSAEO. M. F. STEL.
RVFO. PR. PR.
IMPERAT. AVRELII. ANTONINI. L. AVRELII. VERI. ET. AVRELII. COMMODI. AVGG. CONSVLARIBVS. ORNAMENTIS. HONORATO. ET. OB. VICTORIAM. GERMAN. ET. SARMAT. ANTONINI. ET. COMMODI. AVGG. CORONA. MVRALI. VALLARI. AVR. HASTIS. PVRIS.

A. C. dum laudes Pollenii Sebenni, qui Septimio Severo imperante, ei provinciæ præfuit, ſeu rapacitas, ſeu inhumana crudelitas corrupit. Bæbio ille Marcellino, Viro innocenti, mortem obtulit indemnato: ſed facti tam atrocis injuriam vindex pœna e veſtigio conſecuta eſt. Accuſatus apud Sabinum (A) multorum criminum, Noricisque ipſis, quorum in præfectura ſuperbe multa, avare crudeliterque egiſſet, ad ſupplicium datus, a ſummo diſcrimine parum abfuit. Abjectum ad pedes judicum, ſupplicem, trementem, Aſpacis, patrui ſui preces lachrymæque vix tandem exitio exemere. Caſus viri tanti eo minus indignus plerisque viſus, quod dicacitate, ſuperbia, ac inſolentia bonorum omnium animos a ſe jam dudum alienarit. (B) Hæc Septimio Severo Principe acta ſunt, qui ſummum imperium Carnunti in Auſtria
193 (A. C. CXCIII.) favore militum eſt adeptus. (C)

Antoninus filius, Caracalla, Norici Pannoniæque eam frontem, quæ Danubio alluitur, poſt etiam Daciam, ſedem aliquamdiu belli delegit, quod in Aſiam apparabat. Hic vacuum oblectare otium; aurigando, ferasque ac omnis generis belluas cominus, eminusque feriendo corpus exercere; breve militi hic jus dicere; hic Marcomannos, Qua-

RIS. IIII. TOTIDEMQVE VEXILLIS. OBSIDIONALIBVS - - - - - - - - LEG. - - - PR. - - - EQV - - TRIB. - - - - - - - PROC. A. RATIONIB. PROVINCIARVM. BELGICAE. ET. DVARVM. GERMANIAR. PROC. REG. NORICAE. PROC. ASTVRIAE. ET. GALLECIAE. TRIB. COH. II. PR. TRIB. COH. X. VRB. TRIB. COH. V. VIG. VRB. HVIC. SENAT. AVCTOR. IMPP. ANTONINO - - ET. - - - COMMODO. AVGG. STATVAM. ARMAT. IN. FORO. DIVI. TRAIANI. ET. ALIAM. CIVIL. AMICTV. IN. TEMPLO. DIVI. PII. ET. TERTIAM. LORICATAM. IN TEMPLO. - - - - NENDAS. - - - - - - - - - - - - - -

Dio Caſſ. l. 71. p. 809. „ Erat „ Marco *Rufus Baſſous* præfectus prætorio, Vir bonus, ſed propter originem ruſticam ignarus literarum. „ Puer enim in paupertate educatus „ fuerat. Hunc arbuſtum aliquando „ frondantem inclamavit quidam, & „ quia non ſtatim ad primum juſſum „ deſcenderat, increpito dixit: *Hem* „ *vero præfecte deſcende.* Quod quidem „ ille velut ad ſuperbientem in humili conditione protulit: at fortuna „ poſt illa nomen hoc ei tribuit. „

(A) *Sabinus* forte JCtus, ac Vir Conſularis, ad quem Ulpianus libros ſcripſit, ut refert Lamprid. in Heliogabalo. c. 16. „ Q. Aquilius Sabinus „ Coſ. „ A. c. 214. & rurſus A. c. 216.

(B) Dio Caſſ. l. 76. p. 874. „ *Pollenio* tamen *Sebenno*, qui mortis hujus cauſam præbuit, ultrix vindicta „ tandem occurrit. Cum enim deditus ad ſupplicium fuiſſet *Noricis* „ a *Sabino*, quorum præfecturam, non „ bene adminiſtraſſet, magno dedecore affectus eſt. Nos quidem ipſum abjectum ad terram, & ſupplicem jacere vidimus: periiſſetque „ miſere, niſi veniam per *Aſpacem*, „ patruum ſuum, impetraviſſet. Hic „ mordaciſſimus omnium hominum „ ac dicaciſſimus fuit: ſolebatque „ omnes homines contemnere, gratificari amicis, ulciſci inimicos. „

(C) Spartian. in Severo c. 5. „ Dehinc a Germanicis legionibus - - „ repugnans Imperator eſt appellatus „ apud *Carnuntum* idibus Auguſti. „ vel, ut Baron. & Pagius obſervant: *Idibus Aprilis.*

dos, reliquosque vicinæ Germaniæ populos amicitia ſibi ad- A. C.
jungere; ex iis belli auxilia, cuſtodiam corporis, robur legionum, pulcherrimo quoque, valentiſſimoque ejus gentis inter prætorianos adſcripto, legere ſolebat. Quo tempore tantum illi ſtudium erat conciliandi ſibi Germanam nationem totam, ut depoſito ſæpe Romano cultu, variegatis argento ſagulis indui, impoſitaque capiti flava cæſarie, totus in morem gentis transformari non dubitaret. (A) Sub Macrino & Elagabalo Marcomannis quies fuit, quod illum bellum Aſiaticum; hunc infames deliciæ occupatum tenerent. Agitabat quidem flagitioſiſſimum principem repentinus furor quidam, ut bellum Marcomannis inferret, obtrectandi verius, quam æmulandi M. Aurelii ſtudio, qui æternam cum gente pacem ſanxiſſe ferebatur. (B) Sed is etiam impetus brevi elanguit. Alexandro deinde rerum potiente, a Germanis Rhenum Danubiumque transgreſſis majus periculum erat. Aberat in Syria procul Imperator cum exercitu: (A. C. CCXXXIII.) cum trepidos ab Illyrici procuratoribus nuncios accipit: Germanos Rhenum ac Danubium transmiſiſſe: Romanis finibus infeſtos, ripas inſidere fluminum, vicosque ac oppida populabundo identidem agmine incurſare. Juſto exercitu opus eſſe ad vim arcendam: Illyricum omne, atque ipſam adeo Italiam, niſi præſens ipſe rebus conſuleret, a ſummo diſcrimine haud longe abeſſe. (C) Incredibile

Res in Norico, & Pannonia ſub Alexandro, 233

(A) Herodian. l. 4. c. 12. „ Italia „ decedens, ad ripas *Danubii* pervenit, ac partes Imperii Romani ſeptentrioni ſubjectas. Ibi aut corpus „ exercebat aurigando, cædendisque „ cominus omne genus belluis, aut „ jus dicebat (rarius id tamen) ſtatimque ſententiam ferens, ac reſpondens, pauculis duntaxat auditis. Cæterum Germanos illic ſibi „ omnes adjunxit, atque in amicitiam „ conciliavit, ſic ut ex his ſocios bellorum, & cuſtodes corporis, validiſſimum quemque & pulcherrimum ſibi adſciverit. Sæpe etiam „ Romano cultu depoſito, veſtem „ *Germanicam* induebat, atque in eorum ſagulis argento variegatis conſpiciebatur: etiam flavam capiti „ cæſariem imponens, ad modum „ *Germanicæ* tonſuræ. Quibus læti „ barbari mirifice eum diligere &c. „ Spartianus tamen in *Antonino Caracalla* c. 5. quædam his pugnantia refert. „ Ad Orientem, *inquit*, profectionem „ parans, omiſſo itinere in Dacia reſedit. Circa Rhætiam non paucos „ barbaros interemit - - cum Germanos ſubegiſſet, *Germanicum* ſe appellavit: vel joco, vel ſerio, ut erat „ ſtultus & demens. „

(B) Lamprid. in Heliogabalo c. 9. „ Cum *Marcomannis* bellum inferre „ vellet, quod Antoninus pulcherrime profligaverat, dictum eſt a quibusdam, per Chaldæos & magos „ Antoninum Marcum id egiſſe, ut „ *Marcomanni* populo Romano ſemper devoti eſſent, atque amici, idque factis carminibus: & conſecrationem cum quæreret, quæ illa eſſet, vel ubi eſſet, ſuppreſſum eſt: „ conſtabat enim illum ob hoc conſecrationem quærere, ut eam diſſiparet ſpe belli concitandi. „

(C) Herodian. l. 6. c. 15. „ Nuncii „ literæque ab Illyricis procuratoribus adfuerunt: qui cum vehementer perturbarent - - quippe ſignificabant Germanos Rhenum Danubium-

A. C. dibile dictu ſit, quantum ea res terroris totis caſtris attulerit. Illyricæ copiæ, quæ in Oriente merebant, morbis cælique æſtuoſi impatientia alioquin ægræ, ferri res ſuas, agique ab hoſtibus Germanis, ſe abſentibus, graviſſime ferebant: nec paulo majus periculum Italiæ ab hoſte tam vicino, quam a Parthis timebatur. Id cauſæ ſatis viſum Alexandro, ut Romam quamprimum cum exercitu feſtinaret.
234 Ex Italia ſequenti mox anno (A. C. CCXXXIV.) ad Rhenum caſtra promota ſunt: miſſique ad ceteros Germaniæ populos legati, qui pacem, quæ ferro reſtitui ægre poſſet, auro mercarentur. (A) Haud probatum id conſilium Maximino Thraci, qui Alexandro Principi optimo (A. C.
235 CCXXXV.) per inſidias interempto, ſucceſſor a milite datus eſt. Is enim, ut erat barbarus, barbaris potiſſimum Maurorum, Oſrhoenorum, Armeniorum copiis, quas Alexander e bello Parthico in Europam traduxit, Germanos aggreſſus, tantam brevi in hoſtico ſolitudinem fecit, ut refugientibus ad ſylvas, locaque paluſtria hominibus, cum agris, cum ſylvis, ac paludibus tantum ſuſcepiſſe bellum videretur. (B) Hæc una æſtate acta: ſub hyemem transmiſſo Danubio Sirmium ſe in Pannoniam recepit, bellum non jam hoſtibus, ſed civibus moturus, quorum greges integros ex Italia, Africaque vilibus vehiculis per Noricum, ac Pannoniam ad ſe perductos, morte aut exilio multabat. (C) Trien-

& Maximino Impp.

„ biumque transgreſſos, Romanos „ in fines hoſtiliter intraſſe, oppugnarique jam exercitus ripis inſidentes, perque urbes & vicos magnis copiis excurrere. Quapropter haud leviter Illyricas nationes, conterminas, vicinasque Italiæ periclitari; opus eſſe igitur ipſius præſentia, totoque, quantum ſecum exercitum haberet. „

(A) Herod. l. 6. c. 14. „ Alexander morbi, cælique illius æſtuoſi impatiens, laborante pariter omni exercitu, maximeque Illyricianis, qui humido hybernoque cœlo inſueti, largiusque cibum capientes, lethaliter ægrotabant, redire Antiochiam conſtituit. „ Idem ibid. c. 15. „ Hæc & formidinem Alexandro & Illyricis militibus mæſtitiam attulerunt - - quod & ipſi male accepti in acie adverſus Perſas fuerant, & ſuos domi cæſos a Germanis audiebant. - - Erant autem Alexander jam, atque amici etiam de ipſa Italia ſoliciti. Neque enim par „ periculum a Perſis, atque a Germanis impendebat. „ Idem ibid. c. 16. „ Alexander pacem fœderaque potius „ ab illis (*Germanis*) emercari, quam „ periclitari bello tendebat. „

(B) Jul. Capitolin. in Maximino Thrace. c. 12. „ Ingreſſus igitur „ *Germaniam* transrhenanam, per trecenta vel quadringenta millia barbarici ſoli, vicos incendit, greges „ abegit, prædas ſuſtulit - - & niſi *Germani* per amnes & paludes & ſylvas „ confugiſſent, omnem *Germaniam* in „ Romanam ditionem redegiſſet. „

(C) Herodian. l. 7. c. 7. „ Inſante hyeme in *Pannoniam* reverſus eſt: „ intraque urbem, quæ maxima omnium ejus regionis habetur, in hybernis agens, ad vernam ſeſe expeditionem comparabat „ & c. 8. „ Complures exercitibus aut provinciis præpoſitos - - ſolos vehiculis „ impoſitos diu, noctuque iter facere - - in *Pannoniam* usque, in qua „ tum ipſe morabatur, jubebat: dein „ - - exilio vel morte puniebat. „

nium fere barbari principis is furor tenuit, dum verſa in ſe- A. C.
ditionem primum Africa, mox Italia; ad extremum etiam
exercitu Aquilejenſis obſidionis ſiniſtro ſucceſſu in rabiem
acto, a militibus interfectus eſt Cyclops purpuratus, (A.
C. CCXXXVIII.) ſummaque imperii poſt brevem Balbi- 238
ni ac Pupieni dominatum, ad Gordianum III. venit. Ma-
ximinus, quantumvis crudelis ac barbarus, Norico ac Pan-
noniæ, minus acerbus exſtitit, quod Pannoniæ copiæ, a
quibus Imperator primum ſalutatus, quarumque viribus bello
civili maxime uſus eſt, alienandæ haud viderentur. (A) Nec
a Gordiani mitiſſima indole quidquam periculi erat. At
ſub Philippo, qui Gordiani adoleſcentia ad ſuam ambitio-
nem eſt abuſus, belli theatrum Pannonia fuit. Marinus ad-
verſus parricidam adoleſcentis Auguſti a Mœſicis, Panno-
niisque legionibus Imperator acclamatus: (B) eoque mox
ſublato Decius, quem Philippus ipſe ad caſtigandam mili-
tum ſeditionem in Pannoniam allegarat, pari levitate ad Im-
perium pertractus. (C) Exemplum Pannoniæ non multo
poſt æmulata eſt Rhœtia, & Noricum: quibus in provin-
ciis cum ageret Licinius Valerianus, poſt hauſtum palude
Decium; Hoſtilianum peſte; Gallum, Voluſianum, Æmi-
lianum ferro, aut alio fati genere extinctos, ab exercitu ſum-
mæ rerum eſt admotus. (D)

S. Maximiliani M. Ortus.

Noricis ſub id tempus a Maximiliano, Laureacenſi 253
Antiſtite, decus ingens ac præſidium acceſſit. Natalis urbs
illi Celeja erat, quæ & terris illum dedit, & cœlo poſtea red-
didit. Domo ortus ſplendida in primis & opulenta; paren-
tibus ea virtute ac religione, quæ nobilitatem ipſam gene-
ris

(A) Herodian. l. 7. c. 20. „ Igitur „ præmittere *Pannoniorum* cohortes „ decrevit, quibus fretus maxime „ erat, quæque primæ Imperatorem „ conſalutaverant, atque ultro etiam „ pro illius ſalute omne periculum „ depoſcebant. „

(B) Zoſimus. l. 1. p. 20. „ Myſo- „ rum & *Pannoniorum* negotia (alii „ vertunt: *legiones*) Marinum popoſ- „ cerunt. „

(C) Zoſim. l. 1. p. 21. „ Itaque „ *Decium* obſecrabat, ut earum legio- „ num, quæ in Myſia *Pannoniaque* fo- „ rent, imperium ſuſciperet. Illo re- „ culante - - hominem ablegat in „ *Pannoniam*, caſtigaturum ibi *Marini* „ factionis complices. At eorum lo- „ corum milites - - amictum pur- „ pura *Decium*, & ſibi jam metuentem, „ ad procurationem rerum vel invi- „ tum compellunt. „

(D) Aurel. Vict. de Cæſarib. c. 30. & 31. „ *Gallo*, *Hoſtilianoque* Auguſta „ imperia: Voluſianum Gallo editum „ Cæſarem decernunt. Dein peſti- „ lentia oritur, qua atrocius ſævien- „ te *Hoſtilianus* interiit. His igitur „ Romæ morantibus, *Æmilius Æmi-* „ *lianus* ſumma poteſtatem, corrup- „ tis militibus, arripuit: ad quem ex- „ pugnandum profecti, Interamnæ a „ ſuis cæduntur. - - *Æmilianus* quo- „ que tres menſes uſus modeſto Im- „ perio, morbo abſumptus eſt. „ Eutrop. Breviar. l. 9. „ Hinc *Licinius Valerianus* in Rhœtia, & *Norico* „ agens, ab exercitu Imperator, & „ mox Auguſtus eſt factus. „

A. C. ris clariorem redderent. Hoc ortu puer, anno ætatis ſeptimo in diſciplinam Oranii ſacerdotis datus, literis, moribus, & quod caput erat rei, ſanctioribus religionis noſtræ præceptionibus inſtituendus. Annum agenti tertium ſupra decimum ereptus eſt felici morte pater: quem ſexto poſt anno conſecuta mater, pudoris, probitatis, ac propenſæ in omnes, præſertim egentes, liberalitatis exemplum, ſi quod unquam ea in urbe fuit, longe pulcherrimum. Sibi relictus, virtutem animi, quam a domeſticis exemplis, ſanctaque præceptoris inſtitutione hauſit egregiam, continuo ad amplificandæ religionis ſtudium traduxit. Manumiſſa familia, copiisque domeſticis inter pauperes diſtributis, ſacræ militiæ authoratus eſt: quo in munere cum Viri religio, modeſtia, prudentia, charitas omnium in ore ac ſermone eſſet; brevi illud effectum eſt, ut orbata Antiſtite Laureacenſis Eccleſia, Pontificias per Noricum ac Pannoniam curas Maximiliano demandaret. Ita ſuffragiis omnium, ad eum honoris gradum evectus, omnibus ſibi viribus enitendum putavit, nequa pars eſſet Pontificii muneris, quæ curam ejus ac vigilantiam præteriret. Principium illi operum ſuſcepta Romam profectio erat, ut a Sixto II. Pontifice maximo & poteſtatem promulgandæ Divinæ legis, & adminiſtrandæ provinciæ rationem acciperet. (A) Sixtus novo Antiſtiti bene precatus, in Noricum ac Pannoniam ad ſuſtentandam,
258 quæ a Valeriano Auguſto, e ſumma benevolentia ad immane religionis noſtræ odium per Macrianum (B) traducto, graviſſime premebatur, rem Chriſtianam remiſit. Valeriano paulo poſt a Perſis capto, (C) redditaque Eccleſiæ pace, ad proferendos Religionis fines toto pectore incubuit ſanctus Præſul; magnasque ibi locorum ad rem Chriſtianam acceſſiones fecit.

Laureacenſis Eccleſiæ Pontificatus.

Sed

(A) Vita S. Maximiliani M. apud H. Pezium T. 1.

(B) Dionyſ. Alexandrin. epiſt. ad Hermam, quæ eſt apud Euſeb. Hiſt. Eccl. l. 7. c. 9. „ Neque enim ul„ lus ſuperiorum principum, ne illi „ quidem ipſi, qui palam *Chriſtiani* „ fuiſſe dicuntur, tanta humanitate „ ac benevolentia noſtros complexus „ eſt, quantam ille præ ſe ferebat ini„ tio principatus ſui - - Magiſter au„ tem, & Magorum, qui ex Ægypto „ erant, archiſynagogus *Valeriano* „ perſuaſit, ut Chriſtianos deſereret, „ atque rejiceret. „ per *Magiſtrum Magorum* Ant. Pagius, & Valeſius *Macrianum* intelligunt, qui unus plurimum apud *Valerianum* poterat, ut conſtat ex Trebell. Pollion. de 30. Tyr.

(C) Vict. de Cæſar. c. 32. Eutrop. l. 9. Auth. de mortib. Perſec. c. 5. de octava perſecut. „ *Valerianus* il„ lico, nefarii auctor edicti, a Sapore „ Perſarum Rege captus, Imperator „ populi Romani, ignominioſiſſima „ apud Perſas ſervitute conſenuit - - „ Et *Gallienus* quidem tam claro DEI „ judicio territus, tamque miſero col„ legæ permotus exemplo, pacem „ Eccleſiis trepida ſatisfactione reſti„ tuit. „

Sed is tam felix religionis curſus, Gallieni ſocordia, A. C.
ac impotenti libidine brevi interruptus eſt. Nam cum fœdiſſimos amores impuri Principis Romanum Imperium non expleret; thori ſibi ſociam adlegit Piparam Attali, Marcomannorum Regis, filiam, Saloninæ nomine, Romanis in faſtis notiorem: (A) tranſcripta interim patri ejus Pannoniæ ſuperioris parte, quam is cum gente ſua incolendam ſuſcepit. Quæ tum a barbaro adhuc Rege Sacrorum ſtrages ſit edita, quantum incommodi piis alioquin ſancti Antiſtitis molitionibus ſit allatum, conjici facile poteſt ex conſequentium annorum calamitatibus, quæ Noricum ac Pannoniam involverunt. Sed nihil res Imperii, & quæ ex Imperii tranquillitate pendebat, Religionis vehementius concuſſit, ac triginta illi reguli, qui contempta Gallieni ſocordia tyrannidem occuparunt. Nec intactum ab hoc turbine Illyricum, ubi Ingenuus, eoque ad Murſiam, Pannoniæ oppidum, gravi pugna devicto, (B) Regillianus, & Aureolus ſummum imperium invaſerunt. (C) Bellorum inteſtinorum hic fremitus barbaris pro claſſico fuit, Romanum Imperium ab omni parte perrumpendi. Germani Rhætiam ac Italiam; Alemanni Galliam; QuadiSarmatæque Pannonias: Gothi Græciam, Macedoniam, Pontum & Aſiam; Syriam Parthi, ac 268
Meſopotamiam inter ſe partiti, tantum ſtragis ſanguinisque dederunt, (D) ut niſi Claudius Imperator labanti Romano orbi humeros ſubjeciſſet, tanti Imperii moles ſuis ruinis opprimenda videretur. Is Gothos, quibus ſe Heruli, Peucique junxerant, Illyricum ac Macedoniam continenti multorum annorum incurſu populari ſolitos, tanta internecione delevit, ut trecentis & amplius millibus ferro fameque 269
enectis

Pannoniæ ſuperioris pars Attalo Marcoman. Regi a Gallieno data.

(A) Aur. Vict. epit. c. 33. „ *Gallienus* amori diverſo pellicum deditus, „ *Salonina* conjugis & concubinæ, „ quam per pactionem conceſſa parte „ ſuperioris Pannoniæ a patre (*Attalo*: ut eum appellat in Cæſarib.) „ *Marcomannorum* Rege, matrimonii „ ſpecie ſuſceperat, *Pipam* nomine. „ Trebel. Pollio in *Gallieno Salonino*: vocat eam *Piparam*.

(B) Trebell. Poll. in 30. Tyran. Eutrop. l. 9. Aur. Victor de Cæſarib. „ *Ingenuum*, quem curantem *Pannonios*, comperta *Valeriani* clade, imperandi libido inceſſerat, *Murſia* devicit, moxque *Regillianum*, qui receptis militibus, quos Murſina labes reliquos fecerat, bellum duplicaverat. „

(C) Treb. Poll. in Aureolo. „ Hic „ quoque Illyricianos exercitus regens, in contemptum *Gallieni* - - „ coactus a militibus, ſumpſit Imperium. „

(D) Aurel. Vict. de Cæſ. l. 7. Eutrop. l. 9. „ Alemanni vaſtatis Galliis in Italiam irruperunt - - Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia vaſtata „ per Gothos: *Pannonia* a Sarmatis, „ *Quadisque* populata eſt: Parthi Meſopotamia occupata, Syriam ſibi „ cæperunt vindicare. „ Eumenius „ in Paneg. Conſtantii C. X. „ Sub „ Principe *Gallieno* - - amiſſa Rhætia, *Noricum*, *Pannoniæque* vaſtatæ. „

A. C. enectis (A) reſpirare tandem iterum res Romana poſſet. Sed Quadi ſupererant, & Sarmatæ, & Marcomanni, quorum iſti in Italiam; in Noricum illi & Pannoniam ſeſe infudere. Et Quados quidem ac Sarmatas ancipiti prælio vi-
270 ctos, ultra Danubium Aurelianus rejecit. (B) At Marcomannos dum ferocius, quam cautius aggreditur, haud procul a ſummo diſcrimine res Romana abfuit. Italiam illi Mediolanum usque pervagati, omnia cædibus ac incendiis miſcuerunt: fuſæ ſemel iterumque Romanæ acies: poſtremo ad Placentiam repentina hoſtium e ſylvis eruptione, tanta
271 clade proſtratæ ſunt, ut jam Urbi Orbique timeretur. (C) Jam Libri Sibyllini, tanquam ultima rerum præſidia, in conſilium vocati: defoſſa certis locis ſimulacra quædam magica, quorum arcana vi hoſtes barbari Romanis a finibus arcerentur. (D) Sed ferrum, præſtigiis fortius, viam ad interiorem Italiam Marcomannis aperuit. Jamque in Umbriam penetrarant; cum fortuna retro verſa Romanos reſpicere poſtliminio cæpit: fracti tribus continenter præliis, ad Metaurum Umbriæ fluvium, ad Placentiam, ad Ticinum Marcomanni, urbem Romam ac Italiam diuturno metu libera-
276 runt. (E) Quies ſubinde aliquanta ſub Tacito fuit. At Probo ſummæ rerum impoſito, e Gallia Germani, ex Illyrico Sarmatæ, Quadique, quod fœda direptione exhauſe-

Marcomanni in Italiam, Quadi in Pannoniam, irrumpunt.

Marcomanni ex Italia,

Quadi ex Pannonia ejecti.

rant,

(A) Claudii Imp. ad Brocch. ep. apud Trebell. Pollionem. c. 8. in Claudio. „ Delevimus trecenta viginti „ millia Gothorum. „ Jornand. de Regn. ſucceſs. c. 84. „ Gothos jam „ per quindecim annos Illyricum Macedoniamque vaſtantes bello adortus, incredibili ſtrage delevit. „

(B) Zoſim. l. 1. „ Poſteaquam „ barbari flumen transjeciſſent, & in „ *Pannonia* prælio ancipiti dimicatum „ eſſet, nox interveniens victoriam „ utrisque dubiam reddidit. Eadem „ nocte barbari transjecto flumine, „ ſimul ac illuxiſſet, de pace legatis „ miſſis agebant. „ Flav. Vopiſc. in Aurelian. c. 18. „ *Aurelianus* contra „ Suevos & Sarmatas iisdem temporibus vehementiſſime dimicavit, ac „ florentiſſimam victoriam retulit. „

(C) Vopiſc. in Aurelian. c. 18. „ Accepta eſt ſane clades ſub *Aureliano* a *Marcomannis* per errorem. Nam „ dum is a fronte non curat occurrere ſubito erumpentibus, dumque „ illos a dorſo perſequi parat, omnia „ circa *Mediolanum* graviter evaſtata „ ſunt. „ Idem c. 21. „ Cum autem *Aurelianus* vellet omnibus ſimul facta exercitus ſui conſtipatione concurrere, tanta apud *Placentiam* „ clades accepta eſt, ut Romanum „ pene ſolveretur Imperium. - Nam „ cum congredi aperto Marte non „ poſſent, in ſylvas denſiſſimas ſe contulerunt, atque ita noſtros veſpera „ incumbente turbarunt. „

(D) Vopiſc. ibid. c. 18. „ Libri „ Sibyllini, noti beneficiis publicis „ inſpecti ſunt, inventumque, ut in „ certis locis ſacrificia fierent, quæ „ barbari tranſire non poſſent. „ Idem c. 21. „ Niſi divina ope - - monſtris „ quibusdam, ſpeciebusque divinis „ impliciti eſſent barbari, Romana „ victoria non fuiſſet. „

(E) Vopiſc. c. 18. „ Facta denique ſunt ea, quæ præcepta fuerunt „ in diverſo cæremoniarum genere: „ atque ita barbari reſtiterunt, quos „ omnes *Aurelianus* carptim vagantes occidit. „ Aur. Vict. in epit. c. 35. „ Iſte in Italia tribus præliis victor „ fuit apud *Placentiam*, juxta amnem „ *Metaurum*, ac fanum Fortunæ, poſtremo *Ticinenſibus* in campis. „

rant, ſunt ejecti. (A) Cladem, quam hoſtes Pannoniæ intu- A. C.
Vitium cultura Pannoniis conceſſa. lerant, Probus beneficio penſavit, conceſſa Pannoniis, unde ortum ipſe habebat, vitium cultura, quæ in Almo monte, haud procul Sirmio, primum conſitæ, ad Auſtriam usque, Styriamque inferiorem ſunt propagatæ. (B)

Probo per ſummam militum vecordiam e vita ex- 282
turbato, Carus Imperium ſuſcepit, adſcitis in Cæſarum nomen duobus filiis, Carino ac Numeriano. Sed dum ii in Sarmatas bella gerunt, (C) Provinciarum Præſides immani interea ſacrorum ſtrage in rem Chriſtianam ſævierunt.
Eulaſius in Norico Chriſtianos perſequitur. In his haud alius ea tempeſtate ferocior Eulaſio, qui Norico præſidebat. Multa homini ſævitia, cui per Norici oppida vicatim perluſtrata multorum Chriſtianorum ſanguine litabatur. Verum cum non deeſſent, qui in cauſa tam ſancta vitam profunderent; defuere, qui ſacra eorum certamina, ad patriæ decus, & Eccleſiæ ornamentum literis mandarent. Nec enim dubium, Carnunti, Vindobonæ, Laureaci, Cetii, Ovilabi, quæ tum coloniæ erant, aut municipia, civium frequentia, & militum ſtativis cumprimis celebrata, multos in ſacrorum Heroum cenſum venturos, niſi aut idonei Scriptores defuiſſent, aut ſacrorum faſtorum ea monumenta, barbararum gentium incurſus, & longa vetuſtas ſubtraxiſſet. Forte ſub id tempus Celejam, urbem patriam, Maximilianus reviſerat, Numinis haud dubium vocatu, ſanctum Antiſtitem ad digna laborum præmia glorioſa morte deſtinantis. Eulaſius, qui imminente ſuper Sarmaticum bello Perſico (D) propitiandum ſibi Martem ſacrificiis putabat, ingreſſus ſub noctem Celejam urbem, publica præconis voce edici jubet, die ut poſtera in fanum Martis omnes convenirent, nulla ætatis ordinisque venia, niſi mandatis obtemperarent. Ut ſparſus in Chriſtianos terror, horaque appetiit impuris ſacrificiis deſtinata,

(A) Vopiſc. in Probo c. 13. „ Cum „ jam in noſtra ripa, immo per omnes Gallias ſecuri vagarentur (*Germani*) cœſis prope quadringentis „ millibus - - reliquias ultra *Nicrum* „ fluvium & *Albam* removit. „ Idem c. 16. „ In *Illyrico* Sarmatas, cæterasque gentes ita contudit, ut prope „ ſine bello cuncta reciperet, quæ illi „ diripuerant. „

(B) Aur. Vict. in epit. c. 37. „ Vineas Gallos & *Pannonios* habere permiſit, opera militari *Almum* montem apud *Sirmium* - - vineis conſevit. „

(C) Flav. Vopiſc. in *Caro* c. 9. „ Adeptus Imperium (*Carus*) *Sarmatas* „ adeo morte *Probi* feroces, ut invaſuros ſe non ſolum Illyricum, ſed „ Thracias quoque Italiamque minarentur, ita inter bella patiendo contudit, ut pauciſſimis diebus *Pannonias* ſecuritate donaverit, occiſis Sarmatarum XVI. millibus, captis diverſi ſexûs XX. millibus. „

(D) Eutrop. l. 9. c. 38. „ Dum bellum adverſus *Sarmatas* gerit, nunciato *Perſarum* tumultu ad orientem „ profectus, res contra Perſas nobiles „ geſſit. „

A. C. ta, labare multorum conſtantia, tormentorum immani ſpecie perculſa: atque ubi timor jam animos ſemel pervaſerat, deſciſcere non pauci, & manu ſacrilega ſimulacro vaniſſimo thus adolere. Hic vero ingemuit ſanctus Præſul, pacemque Superum ſibi & urbi precatus, in lachrymas & gemitus totus abiit. Squalentem, ac pulvere ſordidatum delapſa vox cœlo erexit, quæ ut poſito timore ſe judici offerret, & exultantem hominis audaciam comprimeret, imperavit. Paruit invictus Præſul, furentisque conſpectum nihil veritus, multa pro Chriſtianorum cauſa, multa in ejus ſævitiam, impiaque mandata dixit, hoc auditu moleſtiora, quo veriora, ac minus exſpectata. (A) Eulaſius, quo cum viro ſibi res futura eſſet, facile providens: apage, ait, cum tuis illis de Chriſto fabulis, & aut thure lita, aut ſanguine: noſti graviſſima Cæſarum mandata, noſti ſupplicia in Majeſtatis reos conſtituta: quanquam quod moneo, quod exſpecto, id ſatis argumenti ſit, quam non atrociter & inclementer, ut tu calumniari audes, advertere in ſceleſtos ſoleam. Duci te pro contumacia tua ſtatim oportuit, ac linguam non in Cæſares minus, quam in Deos immortales impiam radicitus evelli: ſed me, non tam quid deliri ſenis importuna dicacitas mereatur, quam quid Romanos mores, quid Cæſarum clementiam deceat, ſpectare par eſt. Quare aut Marti, bellorum auſpici, ſacrificandum tibi ſcito, aut ſceleſtum caput carnificis manu reſecandum. Hæc contenta voce e tribunali prolocutus, ſanctum Præſulem lictoribus tradit, ad ædem Martis abducendum. Sed qui vultus illi ad Præſidis minas, idem ad tortorum conſpectum conſtitit. Abreptus ad delubrum, cum ſacrilegum facinus libera voce deteſtaretur, extra muros oppidi, teſtimonium fidei amputata cervice reddidit IV. Idus Octobris A. C. 284 CCLXXXIV. (B) Hunc exitum habuit Laureacenſis, atque adeo Noricæ ac Pannonicæ Eccleſiæ Antiſtes ſanctiſſimus, quam ſeptem ac viginti annos raro pietatis, religionis ac charitatis exemplo rexerat. (C) Sacrum ejus corpus noctu a Chriſtianis ſublatum, humili quidem primo ſepultura donatum eſt: ſed quam conſequentibus ætatibus tot cæleſtia prodigia illuſtrarunt, ut ſacrum hoc pignus, quod Oetingam ſubinde a S. Ruperto, Boicæ Apoſtolo; ac poſtremo

S. Maximiliani M. pro Fide certamen.

Mors pro Chriſto obita.

(A) Vita S. Maximiliani M. apud H. Pezium T. I.

(B) Vita *S. Maximiliani* apud H. Pezium T. I. Martyrol. Uſuardi auctarium ex Greveno & Molano apud Sollerium ad XII. Octobris.

(C) Ab A. C. CCLVII.

Paſſavium ab Henrico II. Bavariæ Duce translatum, aris templisque honorandum videretur. (A) A. C.

Caro ac Numeriano diverſa morte ſublatis, Diocletianus militari conſenſu Imperator proclamatus eſt, repugnante nequidquam Carino, Cari filiorum altero, ac brevi poſt ancipitem ad Murgum pugnam a ſuis interfecto. (B) Ut obſcuritatem generis aut tegeret, aut illuſtraret, Jovii titulum adſcivit, Herculei nomine Maximiano adſcripto, quem collegam nuper Imperii (A. C. CCLXXXVI.) dixerat. Sed ubi tumultus, & crebræ ab omni parte tyrannides duorum jam Auguſtorum vires tranſcendere videbantur; Chlorus etiam Conſtantius, & Galerius in Cæſarum nomen ac poteſtatem adlecti ſunt; partito quadrifariam Imperio, ex quo Gallia, ac Britannia Conſtantio; Rhætia, Noricum ac Pannonia Galerio ſunt attributa. (C) Quæ tum miſeris provinciis calamitas incubuerit ex tributis, ad alendos tot Principes & exercitus imperatis, conjici haud difficulter poteſt. (D) Tum vero ſectas etiam in minores partes amplas alioquin provincias: tum Rhætiam in primam & ſecundam; tum Noricum in Mediterraneum, & Ripenſe; tum Pannoniam, quæ adhuc gemina erat, ſuperior ac inferior; in Saviam quoque, ac Valeriam eſſe diviſam, authorum conſentiens fere eſt opinio. (E) De Valeria certe conſtat, Pannoniæ eum tractum, qui a lacu Neuſidlenſi hinc ad Dravum,

285

286

292

Auſtria cis Danubium ſub Galerio Maximiano Cæſare.

Norici in Ripenſe & Mediterraneum diviſio.

(A) Diplom. Caroloman. R. A. 878. datum apud Hund. T. III. ex addit. Gewoldi, p. 42. „ Quasdam res proprietatis noſtræ in partibus *Carentaniæ* Sclaviniæque Regionis ſitas, ad *ſanctum Maximilianum Confeſſorem Chriſti*, nec non & ad ſanctam *Felicitatem*, ſeptem Filiorum Martyrum matrem, tradidimus, quorum corpora in novam noſtræ ædificationis baſilicam ad *Otingas* collocare in timore & amore DEI omnimodis curavimus. „ Dipl. Otton. III. Paſſav. Antiſt. Piligrino datum eſt. A. 985. apud Hund. T. I. p. 241. „ In locis pertinentibus ad ſanctæ *Patavienſis* Eccleſiæ præſulatum, in honore beati *Stephani* prothomartyris Chriſti conſtructum & dedicatum, ubi ſanctus *Valentinus*, & *Maximilianus*, confeſſores Chriſti, *corpore requieſcunt*. „

(B) Eutrop. l. 9. c. 39. „ De *Perſide* victa exercitus rediens, cum *Carum* Auguſtum fulmine, *Numerianum* Cæſarem inſidiis perdidiſſet, *Diocletianum* Imperatorem creavit, Dalmatia oriundum, Virum obſcuriſſime natum. - - Is - - *Carinum* omni odio & deteſtatione viventem apud *Murgum* ingenti prælio vicit, proditum ab exercitu ſuo. „ Aur. Vict. de Cæſar. c. 39. „ *Carinus* - *Murgum* juxta, *Diocletiano* congreſſus, dum victos avide premeret, ſuorum ictu interiit. „

(C) Aurel. Vict. de Cæſar. c. 39. „ Partito Imperio cuncta, quæ trans alpes Galliæ ſunt, *Conſtantio* comiſſa; Africa, Italiaque *Herculio*; Illyricique ora ad usque Ponti fretum *Galerio*: cetera *Valerius* (*Diocletianus*) retentavit. „

(D) Aurel. Vict. de Cæſar. c. 39. „ Invectum tributorum ingens malum - - quo exercitus atque Imperator, qui ſemper aut maxima parte aderant, ali poſſent, penſionibus inducta lex nova. „

(E) Lucius Cecilius de Mort. Perſecut. c. 7. „ Tres enim participes regni ſui fecit (*Diocletianus*) in quatuor

A. C. Dravum, illinc ad Danubium protenditur, exciſis ſylvis immanibus, & lacu in Danubium averſo, a Valeria, Diocletiani filia, nomen accepiſſe. (A) Hanc Galerius conjugem ſibi deſponderat, cum Theodora interim, Maximiani privigna, Conſtantio Chloro in manus conveniſſet. (B) Tam prolixæ Diocletiani erga ſe voluntati ut reſponderet gener, perpetuis fere belli periculis caput objecit. Primi, in quos ferrum ſtringeret, Carpi erant, Quadis contermini, ac Juthungis: terrore verius, quam pugna ſubactos Galerius Romanum in ſolum, Pannoniam forte Valeriam, recentem pro-
295 vinciam (A. C. CCXCV.) traduxit. (c) Sed gravius mox bellum eundem Principem in Oriente excepit. Perſæ in armis erant: Galerius adverſus Narſen, eorum Regem, a
296 Diocletiano miſſus (A. C. CCXCVI.) commiſſo gemino prælio dubiam primo, mox etiam certam hoſti victoriam reliquit, totumque pene exercitum amiſit. Nihil ferocius eo victore, victo nihil humilius: dedecoris plenus in Syriam ad Diocletianum redit, acceptus a Tyranno indignis plane modis, milleque paſſus ante ejus carpentum currere in purpura coactus, vix tandem obtinuit, ut ad colloquium
297 admitteretur. (D) Labem tamen in Meſopotamia contra-

Pannonia Valeria ubi, & unde dicta.

 ctam,

„ tuor partes orbe diviſo, & multi-
„ plicatis exercitibus - - Adeo ma-
„ jor eſſe cæperat numerus accipien-
„ tium, quam dantium, ut enormi-
„ tate indictionum conſumptis viri-
„ bus colonorum deſererentur agri,
„ & culturæ verterentur in ſylvam.
„ Et ut omnia terrore complerentur,
„ provinciæ quoque in fruſta conci-
„ ſæ: multi Præſides, & plura officia
„ ſingulis regionibus, ac pene jam ci-
„ vitatibus incubare; item rationa-
„ les multi, & Magiſtri, & Vicarii
„ Præfectorum.„ Chriſtoph. Cellar. Geogr. antiqu. l. 2. c. 7. & 8.

(A) Aurel. Vict. de Cæſar. c. 40. *Galerius.* „ Cum agrum ſatis Reipu-
„ blicæ commodantem, cæſis imma-
„ nibus ſylvis, atque emiſſo in *Danu-*
„ *bium* lacu *Pelſone*, apud *Pannoniam*
„ feciſſet - - provinciam uxoris no-
„ mine *Valeriam* appellavit.„ Ammian. Marcellin. l. 19.„ *Valeriam* venit,
„ partem quondam *Pannoniæ*, ſed ad
„ honorem *Valeriæ*, Diocletiani filiæ,
„ & inſtitutam, & ita cognomina-
„ tam.„

(B) Aurel. Vict. de Cæſar. c. 39.
„ Julium *Conſtantium*, *Galerium* Ma-
„ ximianum, cui cognomen *Armen-*
„ *tario* erat, creatos Cæſares, in affi-
„ nitatem vocant (*Diocletianus & Ma-*
„ *ximianus Herculius.*) Prior *Herculii*
„ privignam, alter *Diocletiano* editam
„ ſortiuntur, diremptis prioribus
„ conjugiis.„

(C) Idat. faſti conſular. ad A.C. 295.
„ Tuſco & Anulino.
„ His Coſſ. Carporum gens univerſa in Romania ſe tradidit.„ Aurel. Vict. de Cæſar. c. 39. „Cæſi
„ *Marcomanni*, *Carporumque* natio
„ translata omnis in noſtrum ſolum.„ Cellar. Geog. antiqu. l. 2. c. 5. „*Carpi*
„ videntur *Carpates* montes inſediſſe,
„ qui inter Poloniam & Hungariam
„ procurrunt.„ Eumenius in Paneg. *Conſtantii* eos cum *Juthungis* & *Quadis* conjungit c. 10. „ Obtrita Sarmatia,
„ *Juthungi*, *Quadi*, *Carpi* toties profli-
„ gati.„

(D) Eutrop. l. 9. c. ult. „ *Galerius*
„ *Maximianus* primo adverſum præ-
„ lium, exin ſecundum habuit, inter
„ Callinicum Carrasque congreſſus,
„ cum inconſulte magis, quam igna-
„ ve dimicaſſet: admodum enim par-
„ va manu cum copioſiſſimo hoſte
„ commiſit. Pulſus igitur, & ad *Dio-*
„ *cletianum* profectus, cum ei in iti-

nere

ctam, anno mox ſequenti, egregia victoria delevit. Col- A. C.
lectis ex Norico, Pannonia, Mœſia copiis, adjunctoque veterano Diocletiani milite Narſem Armeniæ iminentem aggreditur, tanta Perſici exercitus clade, ut hoſtem una, metumque ultra invios Parthiæ montes ſubmoveret, Nar ſeque Rege in acie ſauciato, captis ejus liberis, conjugibus, ſororibus, ſpoliis manubiisque ampliſſimis ex hoſtico reportatis, triumphum ageret poſt hominum memoriam celeberrimum. (A)

Res ad Imperii decus glorioſa, in perniciem Chriſtiani nominis vertit. Ea enim victoria efferri animo tam inſolenter cæpit homo, nuper bubulcus, ut Cæſaris etiam nomen jam vile duceret, matremque Romulam Marte gravidam, ſeſe Diis oriundum mentiretur. (B) Captus eo belli ſucceſſu, aut, quod alii tradunt, (C) metu ſubactus Diocletianus ſenex, aurem deinceps Galerio genero, exſcindendi Chriſtiani nominis conſilia identidem ingerenti, vel invitus præbuit. Annos non minus quindecim in Imperio exegerat, nihil veritus vel provinciis regendis præficere, quos Chriſtiana, ut ipſe & collega Herculius appellabant, ſuperſtitione contactos ſciret: (D) ſenectute moroſum, & a faſtu in ſævitiam proclivem, Galerius, homo imanis & barbarus; Galerium mater furiarum impotens, & a ſuperſtitioſo Montanorum Deûm cultu in rabiem verſa, ad ſanguinaria hæc conſilia impulit. Hæc cum moleſte ferret, Chriſtianos a dapibus, quibus

Perſecutio in Chriſtianos mota.

Quænam ejus cauſa.

„ nere occurriſſet, tanta inſolentia
„ fertur a *Diocletiano* exceptus, ut per
„ aliquot paſſuum millia purpuratus
„ tradatur ad vehiculum cucurriſſe. „

(A) Aurel. Victor de Cæſar. c. 39. Eutrop. l. 9. c. 39. „ Mox tamen per „ *Illyricum*, Mœſiamque contractis copiis, rurſus cum *Narſeo*, *Ormisda*, „ & *Saporis* avo, in Armenia majori „ pugnavit ſucceſſu ingenti - - Pulſo *Narſeo*, caſtra ejus diripuit, uxores, ſorores, liberos cepit - - ipſum in „ ultimas regni ſolitudines coegit. „

(B) Luc. Cecil. de Mort. Perſecut. c. 9. „ Reverſus cum præda & manubiis ingentibus ſibi attulit ſuperbiam, *Diocletiano* timorem. In tantos namque faſtus poſt hanc victoriam elevatus eſt, ut jam detrectaret *Cæſaris* nomen: quod cum in „ litteris ad ſe datis audiſſet, truci „ vultu, ac voce terribili exclamabat: *Quousque Cæſar?* Exinde inſolentiſſime agere cæpit, ut ex *Marte* ſe „ procreatum & videri & dici vellet, „ tanquam alterum *Romulum*; maluitque *Romulam* matrem ſtupro infamare, ut ipſe Diis oriundus videretur. „

(C) Ibid. „ Socer quoque cum metuebat acerrime: cujus timoris „ hæc fuit cauſa. *Narſeus* Rex Perſarum &c. „ exequitur bellum Perſicum ſupra relatum.

(D) Euſeb. Hiſt. l. 8. c. 1. ex Græco ad verbum. „ Argumento eſſe „ poſſit Imperatorum benignitas erga noſtros, quibus regendas etiam „ provincias committebant, omni ſacrificandi metu eos liberantes ob „ ſingularem, qua in religionem noſtram affecti erant benevolentiam. „ Quid opus eſt dicere de iis, qui in „ Imperatorum Palatiis verſabantur? „ Quid de Imperatoribus ipſis, qui „ domeſticis ſuis, eorumque uxoribus, liberis ac ſervis, ea, quæ religionis ſuæ erant, tam verbis, quam „ factis libere exequendi coram ſemetipſis, poteſtatem dederunt, ipſis ob hanc fidei ſuæ libertatem gloriari, ac ſe oſtentare quodammodo „ permittentes. „

A. C. bus ipſa ſacrificabat, abhorrere, atrocem alioquin filii animum ſubjectis veluti facibus inflammare non deſtitit, dum fuſo per omne late Imperium Chriſtiano ſanguine, concepta dudum odia exſaturaret. (A) Primus Tyrannorum furor in milites incubuit, (A. C. CCXCVIII.) Veturio Magiſtro militum crudelitatis impiæ adminiſtro præcipuo. (B) Sed quod bel-
299 lum ſequenti mox anno in Marcomannos gerendum curas avocaret alio; (C) ſopitum tantiſper ferale incendium eſt, dum victa ea gente novas in flammas rurſus erumperet. Forte in Bithyniam conceſſerat Diocletianus: conſecutus e veſtigio ſenem Galerius Cæſar, arcanis ſermonibus, reluctantem nequidquam, eo tandem perpulit, ut bellum Chriſtianæ Religioni indiceretur. (D) Feralia igitur edi-
303 cta ad VII. Cal. Martias (A. C. CCCIII.) Nicomediæ, ubi concepta erant, in illuſtri urbis loco ſunt propoſita. Mitius primo actum, præceptumque tantum magiſtratibus, ut templis Chriſtianorum dirutis, exuſtis flamma ſacris codicibus, dignitate nobiles, libertate ceteri exuerentur. (E) Sed graviora mox alia ex aliis in ſacros Antiſtites, Sacerdotes, ac omnes

(A) Auth. de Mort. Perſec. c. 11. „ Erat mater ejus (*Galerii*) Deorum „ montium cultrix, mulier admodum „ ſuperſtitioſa. Quæ cum eſſet, dapibus ſacrificabat pene quotidie, „ ac vicariis ſuis epulas exhibebat. „ *Chriſtiani* abſtinebant, & illa cum „ gentibus epulante, jejuniis hi & orationibus inſiſtebant. Hinc concepit odium adverſus eos, ac filium „ ſuum, non minus ſuperſtitioſum, „ querelis muliebribus ad tollendos „ homines incitavit. „

(B) L. Cecil. de Mort. Perſec. c. 10. „ Tunc ira furens (*Diocletianus*) - - - „ milites cogi ad nefanda ſacrificia „ præcepit, ut qui non paruiſſent, „ militia ſolverentur. „ Euſeb. in Chron. „ *Veturius* Magiſter militiæ „ *Chriſtianos* milites perſequitur, paulatim ex illo jam tempore perſecutione adverſum nos incipiente. „

(C) Idat. Faſti Conſul. ad A. C. 299. „ Diocletiano VII. & Maximiano VI. „ His Coſſ. Victi *Marcomanni*. „ Aur. Vict. de Cæſar. c. 39. „ Interea „ Cæſi *Marcomanni*. „

(D) L. Cecil. de Mort. Perſecut. „ c. 10. „ Hactenus furor ejus (*Diocletiani*) & ira proceſſit, nec amplius „ quicquam contra legem aut religionem DEI fecit. Deinde interjecto „ aliquanto tempore in Bythiniam „ venit hyematum, eodemque tum „ *Maximianus* quoque Cæſar inflammatus ſcelere advenit, ut ad perſequendos Chriſtianos inſtigaret ſenem vanum, qui jam principium „ fecerat „ Et c. 11. „ Diu ſenex furori ejus repugnavit, oſtendens, „ quam pernicioſum eſſet, inquietari „ orbem terrarum, nec tamen deflectere potuit præcipitis hominis inſaniam. „

(E) Idem c. 12. „ Terminalia deliguntur, quæ ſunt ad VII. Kalendas Martias, ut quaſi terminus imponeretur huic Religioni - - agentibus Conſulatum ſenibus ambobus „ octavum & VII. „ Idat. Faſti Conſul. ad A. C. 303. „ Diocletiano VIII. „ & Maximiano VII. His Coſſ. Perſecutio *Chriſtianorum*. „ Euſeb. Hiſt. l. 8. c. 2. „ Propoſita ſunt ubique „ Imperialia edicta, quibus Eccleſiæ „ quidem ad ſolum usque dirui; ſacri vero codices flammis abſumi jubebantur: utque Honorati quidem „ infamia notarentur, plebeji vero „ libertate ſpoliarentur, ſi in Chriſtianæ fidei propoſito permanſiſſent. „

omnes promiſcue Chriſti cultores ſunt adjecta. (A) Galerius his edictis non contentus, quo iram Diocletiani vehementius accenderet, ſubjectis ſemel iterumque palatio ignibus, Chriſtianos in crimen vocabat. Ea re inflammatus immenſum Diocletiani furor ita vehementer exarſit, ut integri Chriſtianorum greges aut ignibus exuſti, aut in mare demerſi, urbes pene ac oppida in ſolitudinem verterent; nullique jam ſacri faſti ſufficerent ad eos, qui omnibus humanæ patientiæ exemplis excarnificati vitam pro Chriſto profuderunt, in tabulas referendos. (B) Primus barbaræ immanitatis furor in Valeriam filiam, conjugemque Priſcam, quas impio ſacrificio pollui coegit, tum in ceteros Palatinos effuſus eſt. (C) Chriſtumne antehac profeſſæ; an peregrina tantum de religione ſuſpectæ Diocletiano viſæ ſint conjux, filiaque, lis eſt inter authores. (D) Gravem certe fuiſſe ſuſpicionem neceſſe eſt, quod filiam Pater, quod enuptam jam Galerio Cæſari, quod vi ac terrore, quod cum eunuchis Chriſtianis tantum, ad impia ſacrificia adactam vellet. Qualis tamen - cunque erat, ad Noricum ac Pannoniam pertinet maxime, quibus in Provinciis Galerius, conjux ejus, Imperium ac ſedem obtinebat. A. C.

Diocletiani in filiam, conjugemque furor.

Has in provincias Cæſareæ litteræ vix perlatæ ſunt, cum locorum ubique laniena ingens Chriſti cultoribus eſt parata. Laureaci in Norico, exeunte jam Aprili menſe, feralia edicta pendebant, nihil non agente Galerio, ut cujus importunitate extorta ſunt, ejus in provinciis quantocyus urgerentur. Capitalium rerum Præſidem Aquilinus apud Laureacum agebat, navus ſcelerum adminiſter.

S. Florianus, & XL. ſocii MM. Laureaci.

(A) L. Cecil. de Mort. Perſec. c. 13. „ Poſtridie propoſitum eſt edictum, „ quo cavebatur, ut religionis illius „ homines carerent omni honore, „ ac dignitate; tormentis ſubjecti „ eſſent, ex quocunque ordine, aut „ gradu venirent. „ Euſeb. Hiſt. l. 8. c. 2.

(B) L. Cecil. de Mort. Perſec. c. 14. „ Sed Cæſar non contentus eſt edicti legibus. Aliter *Diocletianum* aggredi parat. Nam ut illum ad propoſitum crudeliſſimæ perſecutionis „ impelleret, occultis miniſtris palatio ſubjecit incendium. Et cum „ pars quædam conflagraſſet cum ingenti invidia, ſimul cum Palatio „ Chriſtianorum nomen ardebat - - „ *Diocletianus* vero - - ira inflammatus excarnificari omnes ſuos protinus præcepit „ & cap. 16. „ Vexabatur ergo univerſa terra, & præter Gallias, ab oriente usque ad occaſum, tres acerbiſſimæ beſtiæ ſæviebant. „ Euſeb. Hiſt. l. 8. c. 3. & ſequ.

(C) L. Cecil. de Mort. Perſec. c. 15. „ Furebat ergo Imperator jam non „ in domeſticos tantum; ſed in omnes: & primam omnium filiam, *Valeriam*, conjugemque *Priſcam* ſacrificio pollui coegit. Potentiſſimi „ quondam eunuchi necati - - comprehenſi Presbyteri & miniſtri, & „ ſine ulla probatione ad confeſſionem damnati - - omnis ſexus & „ ætatis ad exuſtionem rapti &c. „

(D) Nicol. Nourry diſſert. in Luc. Cecil. lib. de Mort. Perſecut.: C. IX. Artic. I. apud quem negat fuiſſe Chriſtianas *Valeriam*, ac *Priſcam* Baluzius; Toinardus affirmat.

A. C. ſter. Quadraginta, quibus Chriſtianum nomen pro crimine erat, in vincula conjecti, fuſtes, uncos ferreos, & quæ plura id genus ſunt ſupremi ſupplicii præludia, tolerarant. (A) Erat in eorum collegio, qui Ducibus Pannoniæ primæ ac Norici præſto eſſe ſolebant, Florianus officii princeps, non magiſtratus tantum honore, qui primum a duce locum, & inter reliquos officii adminiſtros obtinebat; (B) ſed factis adverſus hoſtes ſtipendiis apprime conſpicuus, & quod primum Viri decus, ſub militari baltheo Chriſti cultor egregius. Hunc præclara teſtandæ Fidei occaſio Laureacum ab Ælio Cetio usque excivit, ſponte ad tortores properantem. Ad Anaſi pontem delatus, ex obviis, quos ad veſtigandos Chriſti cultores Aquilinus emiſerat, commilitonibus ſciſcitatur, ecquid ſe omiſſo in quærendis aliis operam ponerent? ſe & Chriſtianum eſſe, & pro confirmanda, quam ſuſcepiſſet religione, adeo non refugere vincula & compedes, ut præclaræ necis cauſa offerre ſe ſuppliciis ultro, per tot paſſuum millia non dubitarit. (C) Adductus ad Aquilinum Præſidem, eadem ingenti vi ſpiritus animique iterat. Sed is exemplum hominis illuſtris ad multos pertinere ratus, nihil non egit, quo obfirmatum in propoſito animum expugnaret. Verberibus primo actum, tum pectines ferrei admoti ſcapulis, & uncis ſulcata latera, ſed fruſtra: tandem ne luſa videretur opera, abjici in profluentem juſſus. Ita abreptus ad ſupplicium, ubi in ponte Anaſi jam conſtitit Chriſti Martyr, impetrato a lictoribus precandi ſpatio, in genua procumbit, ſublatisque in altum

Mors pro Fide obita.

(A) Acta S. Floriani Mart. apud Henſchen. T. 1. Maji. Vita S. Floriani M. apud Hieron. Pezium. T. 1. ex M. S. Codice San-Emmeram. „ In „ diebus Diocletiani & Maximiani „ Imperatorum facta eſt perſecutio „ Chriſtianorum - - cum veniſſet „ ergo ſacrilegorum Principum præ„ceptio apud *Noricum Ripenſem*, ad„miniſtrante *Aquilino* Præſide, qui „ veniens in caſtrum *Lavoriacenſem* „ (Lauriacenſe) cæpit vehementer „ inquirere Chriſtianos, comprehen„ſi ſunt ab eo Sanctorum non mi„nus quadraginta. Qui diutiſſi„me concertantes, & multis ſuppli„ciis cruciati, miſſi ſunt in carce„rem. „

(B) Acta S. Floriani M. apud Henſchen. IV. Maji N. 2. „ Primus & „ Princeps noſtri officii *Florianus* Chri„ſtianum ſe profitetur. „ Dignitas ejus officii colligi poteſt ex Notit. Dignit. Imperii apud Labbeum. Sect. 58. „ Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Du„cis Pannoniæ primæ & Norici Ri„penſis. Officium autem habet idem „ vir ſpectabilis Dux hoc modo: *Prin„cipem* de eodem corpore, numera„rium, commentarienſem, adjuto„rem, ſubadjuvam, regerendarium, „ exceptores, ſingulares & reliquos „ officiales. „

(C) Acta S. Floriani. apud Henſchen. „ Qui cum habitaret apud „ *Cetiam* civitatem, audiens famam „ Sanctorum, qui agonizabant pro „ Chriſto, dixit ad ſuos: oportet me „ *Lauriacum* ambulare ad Præſidem, „ & ibi pro Chriſti nomine diverſa „ ſupplicia ſuſtinere. Et valedicens „ ſuis iter arripuit. „

manibus, reddendum jamjam authori DEO ſpiritum commendat. Horam ipſam ea precatio tenuit, eo corporis orisque habitu, quem tortores ipſi turbare vererentur. (A) Occupavit tamen crudele ſupplicii miniſterium juvenis ceteris ferocior, appenſoque ad collum ſaxo in aquas propulit, ac demerſit. (B) Sed flumen officioſius homine, tanquam conſcium eſſet, quantum pignus veheret, corpus ſacrum, quanquam immani mole degravatum, ſenſim in eminentem petram expoſuit. Nec defuit alterum divinæ providentiæ oſtentum, aquila, ales his locis pene incognita, quæ expanſis minaciter alis, ſacras has exuvias ab injuria defendebat. Multorum interea votum erat, pignus id ſacrum ſepultura donandi: ſed obſtabat metus, lictorum importunitate Chriſtianis incuſſus. Hoc etiam ſuperiorem Valeriam, matronam, ſanctus Chriſti Athleta præſtitit, eique per quietem oblatus ſepulchri ipſe locum commonſtravit. Collectum illa pretioſum depoſitum, frondibusque, ne rei indicium ad Præſidem emanaret, tectum, eo clam detulit, ubi fontis repente e terra erumpentis vena laſſata jumenta, quæ ſacras reliquias vectabant, recreavit. (C) Quo loco a Valeria ſacrum corpus humatum, inſigne poſtea Cænobium, Templumque ſurrexit, D. Benedicti ſodalibus, ut vetus eſt opinio, attributum: (D) eo ab Hungaris in communi illa Germa- A. C.

Sacri Corporis ſepultura,

niæ

(A) Vita S. Florian. San-Emmeram. „ Præſes autem *Aquilinus* audiens de eo, vocavit eum ad ſe, & „ juſſit thus ſacrificare, quod cum, „ ut faceret, non poſſet compellere „ eum; juſſit eum fuſtibus cædi -- „ ſcapulas ejus acutis ferreis confringi: quod beatus *Florianus* totum cum „ gaudio ſuſcepit - Tunc iniquiſſimus Præſes, cum ſe ſuperatum videret, juſſit eum duci ad fluvium „ *Aneſum*, & ibi præcipitare de ponte. „ Acta S. Floriani apud Henſchen. „ Cum autem perveniſſet ad „ locum -- ligaverunt ei lapidem ad „ collum. -- Tunc flectens genua „ oravit quaſi unius horæ ſpatium, „ ut vererentur & timerent eum tangere, qui eum duxerunt. „

(B) Eadem Acta. „ Tunc adveniens juvenis, plenus rabie crudelitatis -- præcipitavit eum de ponte in fluvium, & ſtatim oculi ejus „ crepuerunt. „

(C) Acta S. Floriani apud Henſchen. Vita ejusdem S. ex Codice S. Emmeram. „ Fluvius autem ſuſcipiens Martyrem Chriſti expavit, & „ elevatis undis in quendam eminentiorem ſaxum corpus ejus depoſuit. „ Tunc juſſu DEI adveniens aquila „ expanſis alis protegebat eum. Sed „ beatus *Florianus* in viſione apparuit „ cuidam matronæ DEO devotæ, „ indicavitque ei, quo loco eum conderet humo. Mulier autem hac viſione commonita ſtatim junxit animaliola, & ad fluvium perrexit, & „ præ timore gentilium, in virgultis „ eum involvit, deducens ad locum, „ ubi ſepeliret eum. Laſſatis autem „ animaliolis & mulier tremens oravit Dominum, ut ſubveniret ei. „ Et ſtatim in eodem loco fons largus effluxit, & reficiens animaliola „ perduxit ad locum, & ſepelivit, in „ quo loco fiunt ſanitates multæ, & „ omnes, qui ex fide petierint, impetrabunt miſericordiam DEI. „

(D) Raderus T. I. Bavar. Sanctæ. „ Conditum illius memoriæ illuſtre „ templum: adjectum poſteris ſæculis „ Cænobium ſodalibus *D. Benedicti* incolendum. „ Biographus B. Altman-

A. C. niæ ſtrage, quæ ab Arnulphi morte ad Ottonis M. tempora perduravit, everſo, Engelbertus, Paſſavienſis Antiſtes, ſacerdotum collegium eo loco inſtituit; a Canonicis deinde, S. Auguſtini leges profeſſis, hodieque religioſiſſime celebratum. (A) Translatas tamen Romam ſancti Martyris exuvias ſatis conſtat, quo tempore Romani Norico exacti poſt S. Severini obitum in Italiam remigrarunt. Roma demum in Poloniam venere, Caſimiri Regis precibus id dante Lucio III. Pontifice maximo, ut genti Polonæ, a Pruſſis, Tartarisque divexatæ, pro tutela eſſent ac præſidio. Rem non ſine ingentis prodigii ſpecie transactam, annales Poloniæ prodidere: nam cum Lucius Pontifex ſacrarium ingreſſus, ubi plura Sanctorum corpora quieſcebant, pio, reverentique joco rogitaret: eccui animus eſſet in Poloniam migrandi? protenſa Florianus manu e tumba annuiſſe fertur, ſibique eam profectionem popoſciſſe. (B) Sed hæc utcunque ſint; perſtat tamen in Auſtria, quamvis abſtracto ſacro ejus corpore, eadem adverſus Sanctum pietas, annuaque ejus memoria, ut cujus ope ac patrocinio ad arcendos a tectis ignes nihil præſentius, ad IV. Non. Maji magna religione celebratur. (C) Quid ſociis factum, quorum numerum Florianus auxerat, ex actis non liquet: pro Chriſto vitam profudiſſe

& translatio gemina.

manni. num. 9. „ Eſt locus in *Norico* „ *Ripenſi*, dictus ad domum *S. Floriani* - - ipſe locus fertur quondam „ a Monachis inhabitatus; ſed ab Ungaris deſtructus, denuo ab *Egilberto* „ Epiſcopo reparatus, clericis eſt mancipatus. „

(A) Author vitæ B. Altmanni. n. 9. „ In hoc loco erant Clerici, conjugiis „ & lucris ſæcularibus intenti. Hos „ providentia Epiſcopi eliminavit, & „ religioſas perſonas ad ſerviendum „ ibi DEO congregavit. „

(B) Ex Officio Divino Eccleſiæ Polonicæ: apud Henſchenium ad IV. Maji. „ Apparet demum in ſomnis piæ cuidam mulieri *Valeriæ*, ac ut corpus „ ſuum condat, admonet. Romam „ poſtea transfertur - - - tandem Anno MCLXXXIII. *Caſimirus*, bello „ & pace clarus Poloniæ Princeps, „ una cum *Gedeone*, Epiſcopo Cracovienſi ad *Lucium III.* Sum. Pontificem mittunt, precantes, ut illis alicujus e ſanctis Martyribus oſſa impertiatur, qui genti & urbi contra „ Pruſſos, Tartaros, aliasque barbaras gentes, pro muro & vallo eſſet. Mittuntur ergo per *Ægidium* „ Mutinenſem ſacra oſſa. „ Cromer. Hiſt. Polon. l. 6. plura de S. Floriano vide in actis SS. ad IV. Maji. apud Henſchen. & apud Hier. Pezium T. 1. Dlugoſſ. ſeu Longin. Hiſt. Polon. l. 6. ad A. C. 1184. „ *Lucius*, ut veteranorum etiam usque in tempora „ noſtra derivata fert relatio, ſacrarium, quod plura Martyrum corpora continebat, ingreſſus, quis „ illic quieſcentium Sanctorum Poloniam migrare vellet, inquiſivit: ad „ quam vocem - - - ex tumba, in „ qua corpus ſacrum *B. Floriani* conditum erat, manus protenſa, ſummo Pontifici vocitanti, deſignantis & indicantis ſe apparuit. „ Aſſert, laudatque hunc Longini locum Baron. Annal. T. XII. ad A. C. 1184. Partem tamen Reliquiarum S. Martyris hujus, Em. Card. Paſſionei dono, ad S. Floriani Ædem nuper relatam audio.

(C) Brunn. Boic. P. 1. l. IV. „ Ignium furori in tecta graſſantium *Floriani* „ nomen hodieque opponitur, multisque documentis omni ævo oſtenſum eſt, tutelam hanc ædibus „ contra flammas ſaluti fuiſſe. „

argumento eſt ſtata vetuſtaque Eccleſiæ Paſſavienſis, ac Viennenſis pietas, uno eodemque die & Floriani & Sociorum Martyrum triumphos divino officio celebrantis. Milites fuiſſe, & fame & in carcere enectos vetus opinio eſt, (A) cujus rudera quædam Aniſiæ hodiedum exhibentur. A. C.

S. Quirinus Siſcienſis Epiſcopus, ac Martyr

Norico tot Martyrum glorioſo certamine illuſtrato, Pannonia quoque prima in partem gloriæ venit, Quirino Siſcienſis Eccleſiæ Antiſtite ſanctiſſimo præclarum fidei teſtimonium ſua morte reddente. Vir erat religione ac meritis in ea temporum procella ſpectatiſſimus. Fuere, qui Philippi Auguſti filium, qui Laureacenſem Antiſtitem, qui Eccleſiam illam ejus patrimonio auctam, ad eam amplitudinem perveniſſe affirmarent: (B) ſed fabulæ decantatæ fidem ſapientior ætas abrogavit. Vix feralium edictorum fama, rumore nuncio, ad Quirinum perlata eſt, cum ſapienti is conſilio furori ſe primo tantiſper ſubduceret, ut laboranti Eccleſiæ in tempore opportunius adeſſet: ſed retractus e fuga, Maximo, qui per id tempus ad capitalium rerum cognitionem Siſciam miſſus eſt, in vinculis ſiſtitur. (C) Is oblato primum Jovis ſacerdotio ampliſſimo, ac, cum in eo fruſtra eſſet, imperata fuſtuarii pœna, nihil aliud expreſſit, quam vocem Chriſtiano Præſule digniſſimam: ad majora paratum ſe eſſe ſupplicia, dum ad perſequenda ſua in Cœlum veſtigia pluribus iter monſtraret. (D) Retruſus in carcerem, catenisque vinctus, cum in preces ſe effunderet, lux ingens Cœlo delapſa, & carcerem ſimul & Marcelli cuſtodis animum replevit, ut diſcuſſis errorum tenebris ad Chri-

in Pannoniam ſuperiorem vinctus mittitur.

(A) Petrus de Natalibus l. 4. Catal. cap. 125. apud Henſchen. ad IV. diem Maji.

(B) Biogr. S. Maximiliani n. 6. Bern. Noricus in Appendice Chron. Laureacenſium & Patav. Pontif. ad A.C. 308. Biograph. Ven. *Wilbirgis* cap. 1. Cuſpinian. in Auſtria. Aventin. Boic. l. 2.

(C) Acta S. Quirini apud Ruinart. & Papebrochium ad diem IV. Junii ex MS. Vatican. „ *B. Quirinus* Epiſcopus Siſcianus a *Maximo* præſide juſſus eſt comprehendi. Quem cum ſtudioſe quærerent, & beatus id ſenſiſſet Epiſcopus, egreſſus eſt a civitate, & fugiens comprehenſus eſt, & deductus. Cumque a *Maximo* Præſide interrogaretur, quo fugeret: *Quirinus* Epiſcopus reſpondit: Non fugiebam, ſed juſſum Domini mei faciebam: ſcriptum nobis eſt: ſi vos perſequentur in una civitate, fugite in aliam. „

(D) Acta eadem apud Papebroch. „ Tunc *Maximus* Præſes juſſit eum fuſtibus cædi, cui & dixit: Reſpice, & agnoſce potentes eſſe Deos, quibus Romanorum ſervit Imperium. Propter quod conſentiens, eris Sacerdos magno Deo Jovi. - *Quirinus* Epiſcopus reſpondit: Vere modo Sacerdotio fungor, vere modo Sacerdos effectus ſum, ſi meipſum DEO vero ſacrificium obtulero. Et hoc, quod corpus meum cæſum eſt, delector, nullum ſentiens dolorem: ideoque offero me majoribus ſuppliciis, ut me, quibus præpoſitus fui in hac vita, ſequantur ad illam æternam vitam, ad quam per hujusmodi iter facile pervenitur. „

A. C. Chriſtum ſe adjungeret. (A) Fruſtratus ſpe ſua Maximus, Quirinum ad Amantium, Pannoniæ Superioris Præſidem abducit, ſententiam capitis accepturum. (B) Carnunti is agebat, aut Vindobonæ in Auſtria, eademque die, qua circumductus per oppida Pannoniæ Quirinus eodem delatus eſt, Scarabantia reverterat. (C) Sed mulierum piarum ſtudia, quæ conſpecto Chriſti Martyre mirum quantum exarſerant, Amantii reditum prævertere: quidquid penus domeſtica habebat, id certatim non ſine ſancta æmulatione in carcerem ſubmiſſum. Recreatus ille non tam officio, quam fide matronarum, dum ſolenni precatione oblata luſtrat, catenæ, quibus manus pedesque ligabantur, ſua ſponte ceciderunt. (D) Breve Chriſtiani populi ea in urbe ſolatium Amantii importunitas abrupit. Is oblatum ſibi ſanctum Antiſtitem Sabariam reduci continuo mandat: ibi cauſam ex vinculis juſſus dicere, miſerationem ætate, indignationem incredibili moriendi deſiderio Præſidi movit. Admotus ſubinde tormentorum terror, & niſi pareret Cæſarum mandatis, dicta in eum capitis ſententia, ut deligata ad collum mola in profluentem Sibarim mergeretur. (E) Sed cum imperatæ neci moram Quirinus non faceret, fluvius fecit, qui immane pondus ſaxi tam diu ſuſtinuit, dum

In Sibarim fluvium mergitur.

(A) Acta eadem. „ Cumque ligatus eſſet, recluditur in carcerem „ *Quirinus* Epiſcopus, & mittens ſe in „ orationem dixit: Gratias tibi Domine, quia propter te hæ mihi illatæ ſunt contumeliæ - - - media autem nocte apparuit ſplendor „ magnus in carcere: quem cum vidiſſet *Marcellus* cuſtos perſanatum, „ aperuit carcerem, & proſtravit ſe „ ad pedes *B. Quirini* Epiſcopi, dicens „ cum lachrymis: Ora pro me Dominum, quia credo non eſſe alium „ DEUM, niſi quem tu colis. „

(B) Acta eadem. „ Poſt triduum „ autem *Maximus Quirinum* Epiſcopum juſſit ad *Amantium* Præſidem „ ad *primam Pannoniam* duci. „

(C) Acta eadem. „ Cumque deductus fuiſſet *B. Quirinus* ad *primam* „ *Pannoniam* (ſiquidem ad *ripam Danubii* per ſingulas civitates vinctus „ catenis ductus eſt) *Amantio* eodem „ die revertente de civitate *Scarabantenſi*, offertur ei *B. Quirinus*. „ Papebrochius in annot. ad Acta *S. Quirini* S. Martyrem *Siſcia Budam* verſus ad ripam Danubii ductum exiſtimat: at hoc modo in *Pannoniam inferiorem*, & alieni fors juris provinciam miſſus eſſet: & notæ ſunt alioquin viæ militares *Siſcia Petovionem*, *Petovione Vindobonam*; aut *Petovione Carnuntum*, ex Itinerario Antonini apud Weſſelingium p. 261. 262. 265. ut adeo ad *ripam Danubii* ductus *Carnuntum*, aut *Vindobonam* veniſſe videatur.

(D) Acta eadem. *S. Quirini*. „Tunc „ ingredientes ad *S. Quirinum* Epiſcopum Chriſtianæ mulieres, cibum „ potumque obtulerunt ei. Quarum „ fidem intuens beatus Epiſcopus, „ dum ea, quæ offerunt, benedicit, „ catena, quibus ligatæ manus ejus, „ & pedes fuerant, ceciderunt. „

(E) Acta eadem. „ Offertur ei *B.* „ *Quirinus* Epiſcopus, quem Præſes „ ad urbem *Sabarienſem* ad audiendum „ cenſuit repedari. - - Accepta igitur eſca, regreſſis mulieribus, hi, „ qui eum cuſtodiebant, *Sabariam* duxerunt: quem Præſes *Amantius* per „ officium ſuum offerri ſibi juſſit in „ theatro. - - Tunc inter ceteras, „ quas pertulit, paſſiones, juſſit ſancto DEI ſacerdoti, vel famulo molam ad collum ligari, & in fluvii „ *Sibaris* undas demergi. „

miraculum multis precibus amolitus Martyr, triſte mini- A. C.
ſterium ab amne vel invito extorqueret. (A) Quirinum
S. Victorinus Petovienſis Epiſcopus & Martyr. pridie Nonas Junias cœlo receptum, Victorinus Petovii Epiſcopus ad IV. Non. Novembris, morte pariter pro Chriſti Fide obita, ad palmam conſecutus eſt: quem quod nondum inter Sanctos Styriæ Indigetes adſcriptum legerim, præterire hoc loco non debui, dignum ſacris faſtis, doctrina ac religione Antiſtitem, & Norici æque ac Pannoniæ, quo ab aliis aliisque Petovium refertur, ingens ornamentum. (B) Quot in aliis utriusque provinciæ oppidis laureatæ Religionis victimæ ceciderint, quis ediſſerat? paucas non fuiſſe, & Præſidum immanitas, & Galerii, cujus in ditione hæ erant provinciæ, atrocia imperia, & anni unius orbita tot Martyrum ſanguine cruentata, dubitare non ſinunt.

Prius tamen tyrannos nocendi conſilia, quam animi Chriſtianos defecerunt. Vix biennium abierat, cum Auguſti duo, Jovius & Herculius abdicato imperio ad quietem receſſerunt. (C) Sed Galerius ſupererat, jam Auguſtus, jam rerum Dominus, & ut cetera deeſſent, unus omnium immaniſſimus, & a natura ad omnem crudelitatem eruditus. (D) Is ut res ſuas adverſus Chlorum Conſtantium, mitis ingenii virum, & Chriſtianis minime infenſum, firmaret 305
melius,

(A) Acta eadem. „ Cumque de „ ponte præcipitatus fuiſſet in flu- „ vium, & diutiſſime ſupernataret, & „ cum ſpectantibus locutus eſſet, ne „ ſuo terrerentur exemplo, vix orans, „ ut mergeretur, obtinuit. „ Extat de *S. Quirino* Hymnus *Prudentii* perelegans. Meminit ejusdem Euſeb. in Chron. ſed ad A. C. 310. Martyrologium Hieronym. Uſuardi, & Baronii. De anno Mortis controverſia eſt: eam ad A. C. 308. Bern. Noricus in Chron. Laureac. Pontif. ad Annum vero Chriſti 309. refert Theodoricus Ruinart in Prolegom. Act. S. Quirini. Sed quod ex Prudentii Hymno 7. lib. *περὶ στεφάνων.*

„ Hic ſub *Galerio Duce*,
Qui tunc Illyricos ſinus
Urgebat ditionibus „
Id eſt:

Cæſare tantum, ſeu ut acta ex Cod. Vaticano loquuntur (*Diocletiani*) in *regno participe* paſſus ſit *S. Quirinus*; ante A. C. 305. quo ſe *Diocletianus* & *Herculius* Imperio abdicarunt, Martyrium ſubierit, neceſſe eſt, ut ſentit M. Hanſiz. Germ. Sacr. T. 1. p. 40.

(B) Uſuardi Martyrol. ad IV. Non. Novemb. „ Natalis Beati *Victorini* „ Pitabionenſis Epiſcopi, qui poſt „ multa documenta, ut S. Hieronymus teſtatur, perſecutione Diocletiani, martyrio coronatus eſt. „ *Petovii*, in Styria, fuiſſe Epiſcopum, non *Pictavii*, ut voluit Baronius in Martyrol. poſt Launojum Antonius Pagius ad A. C. 303. & Sollerius ad 2. Novemb. in Not. ad Uſuardum, aliique conſentiunt.

(C) Aurel. Vict. de Cæſar. c. 39. „ Celebrato regni viceſimo Anno „ (*Diocletianus*) valentior curam Rei- „ publ. abjecit; cum in ſententiam „ *Herculium* ægerrime traduxiſſet, cui „ anno minus potentia fuerat. „ Zoſim. l. 2. Idat. in faſt. Conſul. ad A. C. 304. ſed Luc. Cecil. de Mort. Perſec. & cum eo plerique recentiores referunt ad Kal. Maji A. 305. abdicationem *Diocletiani*.

(D) Luc. Cecil. de Mort. Perſec. c. 9. „ Alter vero Maximianus (*Ga-* „ *lerius*) quem ſibi generum *Diocle-* „ *tianus* aſciverat, non his duobus „ tantum, quos tempora noſtra ſen-
ſerunt,

A. C. melius, Severum primo, & Maximinum; & ſublato mox altero, Licinium in ſummam poteſtatem cooptavit. (A) Id
308 Carnunti (A. C. CCCVIII.) actum, quæ urbs ſpectaculum vidit, haud quidem par pugnis Martyrum, ſuapte tamen amplitudine memorandum. Quatuor uno tempore Auguſti intra unius urbis mœnia recepti, Diocletianus, Ma-
311 ximianus, Galerius, ac Licinius, Tyranni omnes, & fuſo tot Chriſtianorum ſanguine ad poſteros execrandi. (B) Tam fœdam temporum caliginem brevi lux ſerenior diſcuſſit. Diocletianus & Maximianus non jam Cæſares, ſed Cæſarum umbræ, in ordinem redacti: Galerius triennio poſt, putreſcente ſenſim corpore, Serdicæ extinctus: (C) Licinius reddita primum, authore Conſtantino, Chriſtianis pace; mox ſuborto inter utrumque bello, ad Cibalim (A. C.
314 CCCXIV.) victus, Noricum ac Pannoniam victori ceſſit, Chriſtiano ſub Principe, Chriſtiana libertate donandam. (D) Et quanquam, redintegrato poſt annos novem bello, turbarum dediſſet aliquid Licinius; finem tamen pernicioſo diſſidio, & longæ in Chriſtianos tyrannidi Conſtantini fe-
325 licitas attulit, qui victo (A. C. CCCXXV.) in Thracia æmu-

Carnunti quatuor Tyrannorum Conventus.

Auſtria ſub ditionem Conſtantini M. venit.

„ ferunt, ſed omnibus, qui fuerunt, „ malis pejor. Inerat huic beſtiæ naturalis barbaries, efferitas a Romano ſanguine aliena. --- Erat etiam „ corpus moribus congruens, ſtatu „ celſus, caro ingens, & in horrendam magnitudinem diffuſa, & inflata. Denique & verbis, & actibus, & aſpectu terrori omnibus ac „ formidini fuit. „

(A) Zoſim l. 2. „ *Conſtantius* & „ *Maximianus Gallerius* Cæſares appellavere *Severum* & *Maximinum*, „ qui natus eſt ex ſorore *Gallerii*. „ Eutrop. l. 10. „ Per hoc tempus *Licinius* a *Galerio* Imperator eſt factus, „ Dacia oriundus. „

(B) Idat. in faſt. Conſul. ad A. C. 308. „ Levatus *Licinius Carnunto* III. „ Id. Nov. „ Zoſim. l. 2. „ *Maximianus Herculius* eas turbas, quæ „ rem publicam vexarent, indigne ferens, ad *Diocletianum*, id temporis „ *Carnunti* (oppidum hoc *Celticum* eſt) „ degentem venit. „ Luc. Cecil. de Mort. Perſec. c. 29. „ Profectus ad „ hoſtem filii ſui *Maximianum* (*Galerium Herculius*) - - Aderat ibi *Diocles*, a genero nuper accitus, ut „ quod ante non fecerat, præſente „ illo, Imperium *Licinio* daret ſubſtituto in *Severi* loco. „

(C) Luc. Cecil. de Mort. Perſec. c. 33. & 35. „ Jam decimus & octavus annus agebatur, cum percuſſit „ eum (*Galerium*) DEUS inſanabili „ plaga - - - cum jam totius corporis membra defluerent, horrenda tabe conſumptus eſt. „ Idat. in Faſt. Conſul. ad A. C. 311. mortem ejus conſignat. *Serdicæ* extinctum Anonymus Valeſianus meminit apud Antonium Pagium ad hunc Annum.

(D) Sozomen. l. 1. c. 7. „ Poſt „ prælium circa *Cibales* commiſſum, „ Dardanii, Macedones, & quotquot „ circa Iſtrum accolunt, *Hellas* quoque, & tota *Illyria* ditioni *Conſtantini* ſubjugata eſt. „ Eutrop. l. X. Zoſim. l. 2. „ Poſtridie pactis induciis viſum eſt inter, ambos eſſe debere ſocietatem, & fœdus mutuum, ita quidem, ut *Conſtantinus* imperaret *Illyriis*, & nationibus ceteris, „ quotquot ulterius eſſent porrectæ; „ *Licinius* Thraciam, & Orientem & „ ulteriores provincias haberet. „

æmulo, neque multo poſt Theſſalonicæ extincto; unus jam A. C. rerum toto Imperio potiebatur. (A)

Hoc Principe, & Auguſto, magna in profanis æque ac ſacris rebus converſio eſt conſecuta. Religioni non pax tantum & libertas, ſed dignitas, & quædam ab Auguſto capite majeſtas contigere. At Principis ſaluti ac ſecuritati diverſa paulum ratione conſultum eſt. Magna ad eum diem Præfectorum Prætorio erat authoritas, poteſtas vero in Magiſtratus inferiores omnes pene infinita: parebant eorum imperiis non palatini tantum ordines, ſed provinciarum duces, & quotquot usquam ad res gerendas vaſtiſſimo in Imperio adhibebantur. Nulla ab eorum ſententia cuiquam provocatio: quin ut ampliſſimo per ſe muneri ſplendor quidam ac Majeſtas adderetur, omnia honoris inſignia, dempta ſolum purpura, in hos Imperii ſummos Adminiſtros ac Vicarios ſunt collata. (B) Conſtantinus, qui & ſuo, & filiorum Imperio cautum volebat, Magiſtratum hunc uno Cæſare minorem, & Auguſtis ipſis, ſi magna ad milites eſſet gratia, metuendum, tanquam magnum flumen quoddam, plures in alveos ſapienter diſpeſcuit, & ex uno, ſummum duobus, quaternos deinceps Prætorio præfecit, additis peditum, equitumque Magiſtris, quos penes coercendi militis jus eſſet: ut Prætorio Præfecti non jam, ut ante, omnibus in bellis exercituum duces; ſed ſummi quidam Judices, & ſtatus publici Adminiſtri eſſent: eorumque curriculum omne in foro magis, quam belli tumultibus verſaretur. (C)

In

(A) Eutrop. l. 10. „ Poſtremo *Licinius* navali & terreſtri prælio victus, apud Nicomediam ſe dedidit, „ & contra religionem ſacramenti „ Theſſalonicæ privatus occiſus eſt. „ Aurel. Vict. de Cæſar. c. 41. „ Sexennio poſt rupta pace apud Thraces *Licinius* pulſus *Chalcedona* conceſſit: ibi ad auxilium ſui *Martiniano* in Imperium cooptato, una oppreſſus eſt. „

(B) Zoſim l. 2. „ Quum duo eſſent *Præfecti Prætorio*, qui hoc officium communiter gerebant; non „ palatini tantum ordines eorum „ cura poteſtateque gubernabantur; „ ſed etiam ii, quibus urbis erat commiſſa cuſtodia, & quotquot in omnibus limitibus erant collocati. Hic „ enim *Præfectorum Prætorio* magiſtratus, qui poſt Imperatorem ſecundus exiſtimabatur, & annonas erogabat, & contra militarem diſciplinam admiſſa convenientibus pœnis corrigebat. „ Herodian. l. 5. Caſſiodorus Variar. l. VI. Form. 3. fuſe tractat de poteſtate *Præf. Prat.* Aſconius Pedianus apud Dempſter. l. VII. c. 33. Eunapius in Vit. Philoſophorum de Anatolio: „ εἰς τὸν „ ἔπαρχον τῆς αὐλῆς ἤλασεν· ἡ δὲ ἀρ„ χὴ βασιλεία ἐςὶν ἀπόῤῥητος. Ad „ Præfecti Prætorio munus evectus „ eſt: quæ dignitas eſt imperatoria, „ ſine purpura. „ & ex Recentior. Pancirolus: ad Notit. Dignit. Imperii Occident. c. 1. 2. 3. apud Græv. Theſ. Ital. T. VII. Nicol. Bergier de Viis militar. l. 4. c. 16. Schel. Notæ in Hyginum apud Grævium T. X.

(C) Zoſim. l. 2. „ Unum hunc „ Magiſtratum in quatuor imperia „ diſcerpſit (*Conſtantinus*) - - Hac ratione diviſo Præfectorum imperio, ſtudioſe conatus eſt aliis quoque modis eorum poteſtatem im„ minue-

A. C. In hos quatuor, centum duodeviginti Imperii Provinciæ distributæ ſunt, quorum primus, Præfectus Prætorio Orientis, ſub quinque Diœceſibus (hoc enim nomine appellare placuit Provinciarum hos Cardines) Oriente nimirum, Ægypto, Aſia, Ponto, Thracia, ſeptem & quadraginta Provincias numerabat: alter, Præfectus Prætorio Illyrici, Pannoniam, Noricum, Dalmatiam, Daciam, Macedoniam, Achaiam ac Epirum; proximus huic Prætorio Italiæ Præfectus, Italiam ac Africam moderari juſſus. (A) Verum poſt Theodoſii M. tempora mutata horum eſt ratio, & Præfectus Prætorio Illyrici ſub duabus Diœceſibus, Macedonia & Dacia, Orientalis Illyrici provinciis undecim jus dicebat; Præfectus vero Prætorio Italiæ, ſub tribus Diœceſibus, Italia, Illyrico, Africa, undetriginta provincias regebat. Atque ad hujus præfecturam, cum poſt Theodoſii M. obitum ſub Diœceſi Illyrici Occidentalis ſex eſſent Provinciæ: Pannonia nempe prima, ſecunda, Savia, Dalmatia, Noricum Mediterraneum, ac Ripenſe; Auſtria cis-Danubiana pertinere poſtea cœpit. (B) Poſtremo ad

Auſtria primo ad jus Præf. Prat. Illyrici;

poſt ad jus Præfecti Prat. Italiæ pertinebat.

„ minuere. Num cum præeſſent ubique locorum militibus non modo centuriones & „ Tribuni, verum etiam *Duces*; (ſic enim appellabantur, qui quolibet in loco *Prætorum* „ vicem obtinebant) Magiſtris militum inſtitutis, altero equitum, peditum altero, & in „ hos translata poteſtate militum ordinandorum, & coercendi delinquentes, hac etiam „ in parte Præfectorum authoritati detraxit. „

(A) Vide Pagium ad A. C. 365. N. XI. ex Zoſimo.

(B) Notitia Dignit. Imperii apud Labb. Sect. II. III. & XXXV.

„ Sub diſpoſitione viri illuſtris Præfecti
„ Prætorio Italiæ
„ Diœceſes infraſcriptæ
„ Italia, Illyricum, Africa. „ & infra
„ Illyrici Sex (*Provincias*)
„ Pannoniæ ſecundæ, Saviæ, Dalmatiarum,
„ Pannoniæ primæ, Norici Mediterranei, No-
„ rici Ripenſis. „

Sub *Præfecto Prætorio Italiæ* præter aliarum Provinciarum Magiſtratus erant:

In Politicis.

Conſularis Pannoniæ.
Præſes Pannoniæ primæ } Viri perfe-
Præſes Norici Ripenſis } ctiſſimi.
Præſidum uterque, ut conſtat ex Sect. 67.

Officium habebat hoc modo:

„ Principem ex eodem officio: Cornicula-
„ rium: Tabularios duos: Commentarienſem:
„ Adjutorem: Ab actis: Subadjuvam: Excep-
„ tores: Cohortalinos. „ Quorum munia ſupra explicata ſunt.

In Militaribus.

Sub *Præfecto Prætorio Italiæ* erant
„ Magiſter Peditum in præſenti.
„ Magiſter Equitum in præſenti.
„ Dux Pannoniæ I. & Norici Ripenſis, Vir
„ ſpectabilis „ ſed Magiſtro PeditumPræſenta-
li ſubordinatus, ut conſtat ex Not. Imp. Sect. 38.

Sub Diſpoſitione Ducis Pannoniæ I. & Norici Ripenſis erant ex Sect. 58. præter alios
„ Equites Dalmatæ Ala nova.
„ Equites Dalmatæ Æquinoctiæ.
„ Tribunus gentis Marcomannorum.
„ Præfectus Legionis decimæ Vindomanæ.
„ Præfectus Legionis quartæ decimæ Ge-
„ minæ militum Liburnariorum Cohortis par-
„ tis ſuperioris, Carnunto &c.
„ Præfectus Claſſis Hiſtricæ, Carnunto, ſive
„ Vindomanæ a Carnunto translatæ. &c.
„ Equites Sagittarii Lentiæ.
„ Equites Sagittarii Lacuſelicis.
„ Equites Dalmatæ Arlape &c.
„ Equites promoti, Comagenis &c.
„ Præfectus Legionis Italicæ partis inferio-
„ ris Lentiæ.
„ Præfectus Legionis ſecundæ, Lauriaco &c.
„ Præfectus Claſſis Arlapenſis, & Maginenſis.
„ Præfectus Claſſis Lauriacenſis.
„ Tribunus Cohortis Bojodoro.
„ Tribunus Cohortis Auſturis &c.
„ Officium autem habet idem Vir ſpectabilis
„ Dux hoc modo:
„ Principem de eodem Corpore: *ſeu primum verum pro Duce Adminiſtrum:*
„ Numerarium: *qui militum Vigilias, & laborer alios, & quæ perſoluta eſſent ſtipendia, notaret.*
„ Commentarienſem, *qui plectendis & cuſtodia detentis militibus præeſſet.*
„ Adjutorem, *qui in re gerenda operam aliis locaret.*
„ Subadjuvam, *ſeu Adjutoris Vicarium.*
„ Regerendarium, *qui in Codicem ſeu Regeſta, res Officii referret.*
„ Exceptores, *ſeu Scribas:*
„ Singulares, & reliquos Officiales: „ *ſeu Viatores & Apparitores.*

Plura de horum muniis Pancirolus Coment. in Notit. Imp. apud Grævium Antiqu. Rom. T. VII.

Præfectum Prætorio Galliarum ſub Diœceſibus tribus Hiſpa- A. C.
niæ, Galliæ, Britanniæ, provinciæ, quæ reſtabant, undetriginta referebantur: (A) quibus ſi Romam veterem, novamque, quæ a Conſtantino ortum nomenque traxit, addimus, urbes, quarum jurisdictio, ad centum paſſuum millia ampliata, provinciæ magnæ ſpeciem referebat, provinciarum, quem ſcriptores nonnulli aſſignant, numerum conſequemur. (B) Præfectis Prætorio Cæſares filios Conſtantinus adjunxit pater: quorum primo Gallias, Hiſpanias ac Britannias; Conſtantio Orientem; Conſtanti natu minimo, interjectam inter utrumque fratrem, Conſtantinum & Conſtantium, Imperii portionem, Italiam, Africam, Illyricum, regendam jam tum commiſit, ut maturam vix dum Imperio ætatem, maximarum rerum uſu, ad omnes regendi artes condoceſaceret. (C)

Exempto (A. C. CCCXXXVII.) ſubinde humanis | rebus Conſtantino M. Noricum quidem ac Pannonia 337
Auſtria ſub Conſtante Aug. cum Italia & Africa in ditione Conſtantis manſit, Principis, religionis ſtudio magno patre nihilo minoris, ſi vita, ac par felicitas contigiſſet. (D) Laureaci in Auſtria egiſſe aliquamdiu Conſtantem Auguſtum, argumento leges ſunt, quas interempto jam Conſtantino fratre, de Tabulariis, ac Decurionibus tulit: (E) unde in Galliam profectus, Francos iis provinciis infuſos, aut armis, aut pactis ejecit. (F) Sed dum 341
deliciis fruitur ſuis, dum magiſtratus pretio vendit, dum iræ nimius, moroſum ac difficilem ſe præbet; odium primo militum, brevi & exitium incurrit. Cæſo, Magnentii ſcelere,
Cæſo Conſtante

Con-

(A) Notit. Dignit. Imperii, apud Labbeum.

(B) Anton. Pagius ad A. C. 37. ex Notitia Dignit. utriusque Imperii.

(C) Euſeb. de Vita Conſtantini M. l. 4. c. 51. „ Univerſum Imperii „ ſtatum tribus ſuis filiis partitus eſt, „ quod tanquam paternam hæreditatem ejus Pater chariſſimis liberis aſ„ ſignabat: cum avitam ſortem (Gallias & Brit.) grandiori natu filio „ (*Conſtantino*) Orientis partes huic „ ætate proximo (*Conſtantio*) quod „ vero inter hæc medium interjacebat, tertio filio tribueret (*Conſtanti*) „

(D) Zoſim. l. 2. „ Primum inter „ ſe nationes partiebantur, & *Con*„ *ſtantinus* quidem natu maximus cum „ minimo natu *Conſtante* omnia trans „ alpes ſita, & Italiam, & Illyricum „ ſortitus eſt - præterea Ponto Euxi„ no finitima, & Africæ quidquid „ ad Carthaginem pertinet. *Conſtan*„ *tio* datum eſt, quidquid in Aſia & „ Oriente & Ægypto. „

(E) Cod. Juſtinian. l. X. Tit. LXIX. L. 1. *de Tabulariis.* „ Dat. VIII. Kal. „ Jul. *Lauriaco*, Marcellino & Probi„ no Coſs. „ A. C. 341. Cod. Theo„ doſ. l. XII. Tit. I. *De Decurionibus* L. 31. ad Catullinum. P. F. P. „ Dat. „ VIII. Kal. Jul. *Lauriaco*. Marcellino „ & Probino Coſſ. „ Gothofredus JCtus in Not. Chronolog. putat has leges datas *Lauriaci* in *Batavia*, non in *Norico*. Sed is locus & minor, & obſcurior eſt, quam ut Auguſtum ibi ſedem fixiſſe, legesque ſcripſiſſe credam. Nec parum veroſimile eſt, Conſtantem Mediolano, ubi anno ſuperiore erat, *Laureacum* in *Noricum* revertiſſe, ut inde compoſitis rebus cum exercitu in Francos iret.

(F) Idat. Faſt. Conſul. A. C. 342. „ Conſtantio III. & Conſtante II. „ His Coſſ. victi Franci a Conſtante „ Aug. ſeu pacati. „

A. C. Conſtante Imperatore, retro omnia verti cæpta. (A) Accla-
350 matus conſenſu militum Vetranio Imperator, Peditum nuper in Pannonia Magiſter, mox in ordinem redactus: (B) Magnentius ipſe magno prælio ad Murſam, quod oppidum
351 hodie Eſſeckinum appellatur, a Conſtantio fractus: (C) Pannonia ac Noricum in poteſtatem Victoris venit, Conſtanti- *ad Conſtantium, ejus Fratrem, vetuit.*
ni filiorum ſecundi, ſed degeneris, & a Valente Murſenſi Epiſcopo Ariano jam in fraudem impulſi. Inſignis hic veterator ſimulatione ſanctitatis ita in gratiam impii Principis ſeſe inſinuavit, ut quidquid poſtea cladium, vel a ſceleſtis Conſtantii edictis, vel a nefaria Ariana hæreſi Pannoniæ ac Norico illatum eſt, id omne a Valente & Urſacio, teterrimis duabus Chriſtiani orbis facibus, acceptum videatur. (D) Sed enim turbata Conſtantii ſcelere Religione, turbatus quoque
357 Imperii ſtatus eſt. Franci, Alemanni, Saxones Rhenum transgreſſi, captis, everſisque quadraginta Galliæ oppidis, innumerabili hominum multitudine in ſervitutem abſtracta, terrorem, qui a Perſico bello Orienti incubuit, in Occidente geminarunt. Medii inter utrosque Quadi, Sarmatæque, incurſa late Pannonia, Mæſiaque, non æſtate, non hyeme a vexatione ac direptione earum provinciarum ceſſabant: cumq; & Suevi, in Rhætiam infuſi, metum afferrent novum, Conſtantius feſtinato itinere ex Italia per Tridentinas alpes in Noricum advolavit. (E) Compreſſa ejus adventu Quadorum, ac Sarmatarum tantiſper quidem licentia eſt: ſed eadem poſt paulo a natione quietis impatiente longe tumultuoſius ſuſcitata, ſic ut Conſtantius ipſe Sirmio in Pannoniam Valeriam cum exercitu revectus, ab exitio proxime
359 abeſſet, per ſpeciem colloquii a coortis undique barbaris, & contorto in tribunal calceamento inter inſanas vociferationes

(A) Aurel. Vict. in epit. c. 41. Zoſim l. 2. Socrat. l. 2. c. 20. Sozom. l. 4. c. 1. Idat. Faſt. Conſul. ad A. C. 350.

(B) Aur. Vict. in epit. c. 41. Eutrop. l. 10. Idat. Faſt. Conſul.

(C) Eutrop. l. 10. Idat. Faſt. Conſul. ad A. C. 351.

(D) Socrat. l. 2. c. 29. Sozomen. l. 4. c. 18.

(E) Zoſim. l. 3. „ Quum autem „ videret (*Conſtantius*) - - Francos „ & Alemannos & Saxones jam quadraginta ſitas ad Rhenum urbes cepiſſe, --- *Quados* cum Sarmatis magna licentia & ſecuritate per *Pannoniam*, perque Myſiam ſuperiorem „ graſſari, Perſas Orienti moleſtos „ eſſe non deſinere, - - admodum „ erat inops conſilii, „ & paulo poſt „ *Conſtantius* in *Pannoniam* Myſiamque „ proficiſcitur, & ibidem ſedatis „ *Quadorum* Sarmatarumque motibus „ verſus Orientem pergit. „ Amianus Marcellin. l. 16. „ Aſſiduis nunciis terrebatur, & certis, indicantibus Suevos Rhætias incurſare, „ *Quadosque* Valeriam & Sarmatas, „ latrocinandi peritiſſimum genus, „ ſuperiorem Moeſiam, & ſecundam „ populari Pannoniam, quibus percitus tricesimo, poſtquam ingreſſus „ eſt die, IIII. Kal. Junias ab urbe profectus, per *Tridentum* iter in Illyricum feſtinavit. „

tiones pene oppreſſus. (A) Sed cum ex præſenti diſcrimine A. C.
nihilo melior evaſiſſet, deceptosque ambiguitate vocum,
Latinorum Antiſtitum multos in Arianam perfidiam per-
traxiſſet; exutus brevi magna parte Imperii eſt a Juliano Cæ-
ſare, militari conſenſu Pariſiis ad Auguſtos honores (A.C.
CCCLXI.) evecto. (B) Tum vero vidit Auſtria noſtra 361
Julianus Apoſtata per Noricum Ripenſe tranſit. monſtrum hominis in perniciem Religionis natum: Julianus
enim is, qui ejurato Chriſti nomine, execrabilem ſui memo-
riam ſacris in faſtis reliquit, arrepta tyrannide in Conſtan-
tium moturus, viginti ſuorum millia terreſtri itinere Sirmium
præmiſit, cum tribus ipſe armatorum millibus ſecundo Da-
nubio per Noricum ſecuturus. (C)

Urbes Danubio adjacentes ſumma celeritate præter-
vectum, eo conſilio Ammianus tradit, ne comitatus infre-
quentia Imperii Majeſtas in contemptum adduceretur. (D)
Mihi cæleſtia etiam oſtenta non parum valuiſſe eo videntur,
ut latebras ac ſolitudines captaret, Imperii ac Religionis pro-
ditor nefandus: vix enim in Illyricum pervenerat, cum im-
preſſæ divinitus Cruces, in ejus ac militum veſtibus appare-
rent, ut quam ex animis deletum ibat Chriſtianæ Religio-
nis notam præcipuam, in ſago & purpura intueri cogeretur.
(E) Conſtantio inter hæc & febri, & concepta in æmulum
indignatione ad radices Tauri montis conſumpto, (A. C.
CCCLXI.) res Chriſtiana a malo Principe ad deterrimum 361
rediit: tolerabili tamen pene conditione, quod impia in Chri-
ſtianos conſilia, propere ſecum ad orcum detulit Julianus,
bello Perſico (A. C. CCCLXIII.) ignota manu confoſſus. 363

Reſpi-

(A) Amian. Marcellin. l. 19. „Inter „ hæc ita ambiguum *Conſtantium* Sir- „ mii etiam tum hyberna quiete cu- „ rantem, permovebant nuncii - - „ *Limigantes* Sarmatas - - regiones „ confines limitibus occupaſſe. - - - „ Rem igitur emendaturus - - *Vale-* „ *riam* venit, partem quondam *Pan-* „ *noniæ* - - Vallo prope Acuninum „ locato, celſoque aggere in ſpeciem „ tribunalis erecto - - quidam ex il- „ lis (*Sarmatis*) furore percitus tru- „ ci, calceo ſuo in tribunal contorto, „ *marha, marha*, quod eſt ſignum apud „ eos bellicum, exclamavit: eumque „ ſecuta incondita multitudo, vexil- „ lo elato repente barbarico, ululans „ ferum, in ipſum Principem fere- „ batur. „

(B) Amian. Marcell. l. 20. Zoſim. l. 3.

(C) Zoſim. l. 3. „ Ad Rhætos ubi „ veniſſet, unde fluvius *Iſter* ortus, „ *Noricos*, & univerſam *Pannoniam* „ permeat - - conſtructis navigiis „ fluvialibus ipſe (*Julianus* Apoſtata) „ cum tribus millibus Iſtro ſecundo „ devectus, viginti millia *Sirmiam* „ itinere terreſtri petere juſſit. „

(D) Ammian. Marcell. l. 21. „Lem- „ bis aſcenſis, quos opportune fors de- „ derat plurimos, per alveum (*Da-* „ *nubii*) quantum fieri poterat, fere- „ batur occulte. „ Cauſam ſupra inſi- nuaverat hanc: „ Ne contemptus, ut „ comitantibus paucis, multitudinem „ offenderet repugnantem. „

(E) Sozomen. l. 5. c. 1. „ Fertur „ autem, cum primum fines *Illyrici* „ ingrederetur, vites poſt vinde- „ miam, circiter Vergiliarum occa- „ ſum, uvis acerbis, minimeque ma- „ turis onuſtas viſas eſſe, roremque „ tum in ejus, tum in comitum ſuo- „ rum veſtes ex aëre delapſum, ſin- „ gulis guttis *Signum Crucis* in eas im- „ preſſiſſe. „

A. C. Reſpirare Religio ſub Joviano Auguſto poterat, niſi ſpem præproperam mors feſtinata abrupiſſet. At Valentinianus, qui Cibali Pannoniæ oppido oriundus Jovianum excepit, jacturam viri optimi utcunque reſarſit. (A) Primum ac præcipuum ejus operum Nicænæ Fidei confeſſio erat, coacto poſt Illyrici Concilio egregie ſtabilita. Ex Oriente in Italiam per Auſtriam, ac Carnioliam profectus, varias uno
364 tempore leges juraque ſanxit. (A. C. CCCLXIV.) Arelape, quæ Pechlariæ oppido fere reſpondet, de iis, quæ publicis horreis conduntur; Emonæ, quam Labacum exiſtimant, de Auro Coronario legem ſanxit; plures Aquilejæ, quo ex Auſtria celerrimo itinere evolavit. (B) Illyrico, ſub quo Noricum ac Pannonia, per id tempus Equitius præerat comes, & utriusque militiæ Magiſter, quem magni nominis ducem, ac Imperii nuper, poſt Juliani exceſſum, Candidatum fuiſſe accepimus, quanquam ob iniquiſſimas tributorum exactiones provincialibus inviſum. (C) Is ut Norico Quadorum infeſtis excurſionibus ſemper expoſito conſuleret, Laureaco urbi munitionem adjecit, a præſidiario loci
370 milite, probante Leontio, Prætorio tum Præfecto, excitatam. Munimenti hujus rudera, ſeptimo ac decimo, poſt annum Chriſto natalem, ſeculo, per belli Bohemici tumultus, in colle haud multum ab Anaſi oſtio remoto detecta ſunt, prægrandibus adhuc quadrati operis ſaxis, inſcriptoque Valentiniani, Valentis, ac Gratiani Auguſtorum nomine viſenda. (D) Sed opera ea, ac caſtella, maxime in ad-

Lex de Condit. in publ. borr. in Auſtria fertur.

Laureaci nova munitio.

(A) Idat. Faſti Conſul. ad A.C. 361. „ Tauro & Florentio. His Coſſ. diem „ functus *Conſtantius* Aug. Mopſucrenas in fines Ciliciæ, Phæniciæ provinciæ III. Non. Novemb. & introivit *Julianus* Aug. Conſtantinopolim die III. Idus Decembres. „ Idem ad A. C. 363. „ Juliano Aug. „ IV. & Saluſtio. His Coſſ. occiſus „ eſt *Julianus* Aug. in bello Perſico „ die VI. Kal. Julias, - - - & levatus eſt Chriſtianiſſimus *Jovianus* „ Aug. V. Kal. Julias. „ Idem ad A. C. 364. „ Joviano Aug. & Varroniano. - His Coſſ. receſſit *Jovianus* „ Aug. Dataſtena die XI. Kal. Mart. „ & levatus eſt *Valentinianus* Aug. „ apud Nicæam die V. Kal. Mart. „

(B) Cod. Juſtinian. l. X. Tit. XXVI. Lex II. De conditis in publicis horreis. „ Dat. VIII. Kal. Sept. *Arelape*. Jo„ viano, & Varroniano Coſſ. „ *Arelape* legendum recte judicat Gothofred. in Not. Chronolog. non *Arelate*. Altera Lex *V. Kal.* (forte. *V. Id.*) Sept. ejus anni data *Emonæ*.

(C) Amian. Marcell. l. 26. „ Obſcuris paucorum ſuſurris nomen „ perſtringebatur *Equitii*, ſcholæ primæ Scutariorum etiam tum Tribuni: qui cum potiorum authoritate „ diſplicuiſſet, ut aſper, & ſubagreſtis - - - *Valentinianus* nulla diſcordante ſententia Numinis adſpiratione cæleſtis electus eſt. „ S. Hieronym. in Chron. ad A. 373. „ *Equitius* Comes Illyrici iniquiſſimis tributorum exactionibus ante provincias, quas regebat, quam a barbaris vaſtarentur, eraſit. „

(D) Inſcriptio lapidis apud Lambec. Bibl. Cæſ. Vindob. l. 2. c. 8. ex Pighii Hercule Prodicio deſcripta.

DDD. NNN. VALENTINIANI. VALENTIS. ET. GRATIANI. PERENNIVM. AVGVSTORVM. SALVBERRIMA. IVSSIONE. HVNC. BVRGVM. A. FVNDAMEN-

verſo Danubii litore poſita, novorum brevi motuum occa- A. C.
ſionem præbuere. Quadi enim, cum frenum id libertati
ſuæ injectum concoquere non poſſent; querelas ad Equitium
deferunt, tantumque moræ jaciendorum operum ab illo
impetrant, dum ad Auguſtum, haud procul Baſilea agen-
Quadorum ea de re querelæ neglectæ, tem, poſtulata referrentur. At vero obſtructas Principis au-
res a Maximino, Prætorii Præfecto, reperere: qui non mo-
do nihil Quadis concedendum putabat, ſed ut Marcellia-
nus etiam filius, Valeriæ Dux provinciæ, ſuſcepto adverſus
barbaros operi præficeretur, a Valentiniano obtinuit. (A) Pa-
rum erat feroci juveni munimenta in Quadorum ſolo ex-
truxiſſe, niſi etiam gentis ejus Regem Gabinium, hoſpita- 373
les inter epulas, nefario conſilio peremiſſet. Hic enimve-
ro Quadi nihil jam cunctandum rati; ſed adſcitis in ſocieta-
tem armorum Sarmatis, Pannoniam, Sirmium, Mœſiam
incurſant, diſtracto in Africam milite ad vim arcendam pe-
ne imparatas. Quadis & tempus ipſum, matura ad meſſem
ſegete, & deducenda in Gallias Gratiano ſponſa, Conſtan-
tii Auguſti filia, opportunum accidit: propiusque factum
eſt nihil, quam ut ea inter prandendum in manus hoſtium
incideret; niſi Meſſala, provinciæ rector, Carpento impoſi-
ſed Rom. Imperii damno non me-diocri. tam repente ſubduxiſſet. Sirmii certe jam trepidatum a
Probo, Prætorii præfectura nuper donato; & niſi vaſtare
agros, quam urbes obſidere maluiſſent Quadi, actum fuiſ-
ſet de urbe nobiliſſima, Probo jam fugam adornante. Quan-
quam, vel ſalva urbe damni ſatis acceptum ſit, legionibus
duabus, Pannonica, ac Mœſia, in quas impetum fecere Sar-
matæ, in Provincia Valeria deletis. (B) Hoc ſtatu rerum
Illyri-

MENTIS. ORDINANTE. VIRO. CLARISSIMO. EQVITIO. COMITE. ET. VTRIVSQVE. MILITIAE. MAGISTRO. INSISTENTE. ETIAM. LEONTIO. P.P. MILITES. AVXILIARES. LAVREACENSES. CVRAE. EIVS. COMMISSI. CONSVLATV. EORVNDEM. DOMINORVM. TERTIO. AD. SVMMAM. MANVM. PERDVXERVNT. PERFECTIONIS.

(A) Amian. Marcellin. l. 29. „*Quadorum* natio mota eſt. - - - Et erat, „ ut barbaris, ratio juſta querelarum. „ *Valentinianus* enim ſtudio muniendorum limitum, glorioſo quidem, „ ſed nimio, ab ipſo principatus initio flagrans trans flumen *Hiſtrum*, „ in ipſis *Quadorum* terris, quaſi Romano juri jam vindicatis, ædificari „ præſidiaria caſtra mandavit. Quod „ accolæ ferentes indigne, ſuique cautiores, legatione tenus interim, & „ ſuſurris arcebant. Sed *Maximinus* „ in omne avidus nefas, & genuinos „ mitigare nequiens flatus, quibus „ præfecturæ acceſſerat tumor, increpabat *Equitium*, per Illyricum eo „ tempore Magiſtrum armorum, ut „ pervicacem, & deſidem necdum „ opere, quod maturari diſpoſitum „ eſt, conſummato: addebatque, ut „ conſulens in commune, quod ſi parvo ſuo *Marcelliano* deferretur poteſtas per *Valeriam* ducis, munimentum absque ulla cauſatione conſurgeret. Utrumque mox eſt impetratum. „

(B) Ammian. Marcell. l. 29. „Promotus, profectusque (*Marcellianus*) „ opus paulo ante inchoatum aggreditur, admiſſa copia rogandi ſuſpenſum. Denique *Gabinium* Regem, „ ne

A. C. Illyricum Valentinianus reperit, magnis itineribus ab Rheno Carnuntum in Pannoniam profectus. Haud inanem fuiſſe Equitii metum, locus ipſe oſtendit, ſqualens jam, & ab incolis deſertus. Quis caſus, quove tempore florentiſſimam nuper Coloniam afflixerit, haud ſatis liquet: a Quadis in cineres redactam, hoc vel ſuperiore bello nemo dubitat. Qualis - tamen - cunque, opportuna certe bello in Quados gerendo videbatur ſtatio, & Valentinianus non prius inde diſceſſit, quam adornata claſſe Iſtrica, matura jam omnia bello eſſent in hoſticum transferendo. Tres menſes integri inter annonæ, claſſis, armorumque apparatus abiere: (A) quo tempore legem etiam condidit, quæ duodecima de Accuſationibus loco eſt, ad Laodicium Sardiniæ Præſidem Carnunto. Prid. Id. Auguſti datam. (B) Appetente jam autumno, conſtratum ponte Danubium, prope Acincum, cum exercitu transmiſit, nullo præter redditam vaſtitatem operæ pretio. Reductus ſubinde in hyberna miles Sabariam; 375 ipſe Bregetione ſubſtitit: (C) quo cum Quadorum legati poſtea acceſſiſſent, pacem modeſte, ferocius præſidia deprecantes, iracundiæ fervore abreptus Imperator, rupta immodico clamore vena pectoris, exanimis concidit ad XV. Kal. De-

„ ne quid novaretur, modeſte poſcentem, ut aſſenſurus humanitate ſimulata, cum aliis ad convivium conrogavit, quem digredientem poſt epulas hoſpitales, officii ſanctitate nefarie violata, trucidari ſecurum effecit. Cujus rei tam atrocis diſſeminatus rumor illico per diverſa, & *Quados*, & gentes circumſitas efferavit: Regisque flentes interitum, in unum coactæ miſere vaſtatorias manus, quæ *Danubium* transgreſſæ, cum nihil exſpectaretur hoſtile, occupatam circa meſſes agreſtem adortæ ſunt plebem, majoreque parte truncata, quidquid ſuperfuit, domum cum multitudine varii pecoris abduxerunt &c. &c. „

(A) Ammian. Marcell. l. 30. „ Pubeſcente jam vere, *Valentinianus* a Treviris motus - - quumque exinde, *Carnuntum*, Illyriorum oppidum, introiſſet, deſertum quidem nunc, & ſqualens; ſed ductori exercitus perquam opportunum, ubi fors copiam dediſſet, aut ratio, e ſtatione proxima reprimebat barbaricos adpetitus. - - - Agens itaque apud *Carnuntum* Imperator, per „ continuos tres menſes æſtivos, arma parabat, & alimenta; ſiqua fors „ ſecundaſſet pervaſurus opportune „ *Quados*, tumultus atrocis auctores. „

(B) Codex Theodoſian. lib. IX. Tit. I. de Accuſation. Lex. XII. de Recriminatione. „ Dat. Prid. Id. Auguſt. *Carnunti* Gratiano A. III. & „ Equitio V. C. Coſſ. „ ſeu potius, ut videtur Gothofredo in Not. Chronol. „ P. C. Gratiani A. III. &c. „

(C) Ammian. Marcell. l. 30. „ Valentinianus *Acincum* prope caſtra „ commovit: navigiisque ad repentinum caſum conjunctis - tranſiit in „ *Quados* - - jugulataque ætate promiſcua - - & tectis combuſtis, rediit cum incolumibus cunctis, quos „ duxerat ſecum: itidemque apud „ *Acincum* moratus, autumno præcipiti - - commoda quærebat hyberna: nullaque ſede idonea potiri poterat, præter *Sabariam*, quamvis eo „ invalidam tempore, aſſiduisque malis afflictam. Unde hoc etiamſi „ magni intererat, pauliſper ſequeſtrato, impigre motus, peragrata „ fluminis ripa, caſtrisque præſidio „ competenti munitis, atque caſtellis *Bregetionem* pervenit. „

Decembres. (A) Valentiniani mortem aliæ ex aliis rerum converſiones in Norico ac Pannonia exceperunt. Cæſus apud Lugdunum Galliæ Andragathii manu, Maximi conſilio, Gratianus, Princeps religioſiſſimus, qui pro fratre adhuc prætextato, Norici quoque ac Pannoniæ curam geſſerat: Valentinianus II. Gratiani Auguſti frater, amiſſa non multo poſt Italia, occupata Siſcia, ac Petovione, obſeſſa Emona, pene in ſuo Norico a tyranno Maximo oppreſſus. Et ſervatus quidem tum ab accurrente in auxilium Theodoſio eſt; ſed quinto poſt anno, nefario Arbogaſtis ſcelere, Viennæ in Gallia interemptus, Noricum ac Pannoniam Magno Theodoſio reliquit, tribus poſt annis in imbellis Honorii manus, atque inde ad barbaros devolvendum. (B) Triſtes Imperii caſus illatæ per id tempus Marcomanniæ lux Evangelii ſolata eſt. Fridigildis Regina adverſam Danubii ripam, quæ nunc Auſtria nobis ulterior, imperio premebat. Hæc cum ab advena Chriſtiano multa de vera Religione, multa de Ambroſio, ſanctiſſimo Mediolanenſium Antiſtite, inaudiret; capta ingentis viri laudibus, fidei, morumque leges ab eo petiit. Ambroſius tanta ſpe arrectus epiſtolam conſcripſit, & argumento Fidei luculentam, & ad ſervandam cum Romanis pacem præclaris hortatibus refertam. Paruit Regina Antiſtitis monito, gentemque ad Romanam ſocietatem traduxit: hoc uno non ſatis felix itinere, quod Mediolanum ipſa ad S. Ambroſium ſuſceperat, jam ante ejus in Italiam adventum ex hac mortalitate, ad capeſſenda immortalia meritorum præmia evocatum. (A. C. CCCXCVII.) (C) Sed ſpem ſurgentis novæ Eccleſiæ, qui conſecuti ſunt temporum turbines, everterunt.

A. C. 383 387 392 395 396 397

Lux Evangelii trans-Danubianæ Auſtriæ exorta.

LIBER

(A) Aur. vict. in Epitome. „ *Valentinianus* apud *Bregetionem* legationi *Quadorum* reſpondens, anno ævi „ quinto & quinquageſimo, impetu „ ſanguinis voce amiſſa, ſenſu integer expiravit. „ Similia fere habet. Ammian. Marcell. l. 30. At Socrat. l. 4. c. 26. *Valentiniani* mortem ſic deſcribit: „ Tantopere ſuos nervos vociferando diſtendit, ut omnes venas aperiret, omnesque arterias disrumperet: unde tanta ſanguinis copia effuſa eſt, ut in caſtello, quod *Bergition* appellatur, extremum vitæ diem obiret. Gratiano jam tertium, & Equitio Conſulibus. XV. Kal. Decemb. „

(B) Aur. Vict. in epit. in Gratiano & Theodoſio. Idat. in faſt. Conſul. ad A. 388. 392. 395. Marcellin. in Chron. ad A. C. 383. 388. 391. 395.

(C) Paulinus in vita S. Ambroſ. „ *Fridigil*-Regina *Marcomannorum*, cum a „ quodam Chriſtiano Viro, qui ad illam forte de Italiæ partibus venerat, „ referente ſibi, audiret famam Viri, „ (*S. Ambroſii*) Chriſto credidit, cujus „ illum ſervulum recognoverat: miſſisque (*Mediolanum*) muneribus ad „ Eccleſiam, per legatos poſtulavit, ut „ ſcriptis ipſius, qualiter credere deberet, informaretur. Ad quam ille „ epiſtolam fecit præclaram in modum Catechiſmi, in qua etiam admonet, ut ſuaderet Viro, Romanis „ pacem ſervare. Qua accepta epiſtola „ mulier ſuaſit Viro, & cum populo „ ſuo ſe Romanis tradidit. Quæ cum „ adveniſſet *Mediolanum*, plurimum „ doluit, quod ſanctum Sacerdotem, ad „ quem feſtinarat, minime reperiſſet: „ jam enim de hac luce migraverat. „

LIBER SECUNDUS.

A. C. ROmana adhuc arma in Norico, ac Pannonia dominabantur: & quanquam a Thracia ad Alpes usque Julias, Quadi, Sarmatæ, Gothi, Alani, Hunni, Vandali omnia sæpe raperent, traherent, vastarent; (A) summa tamen Imperii in has provincias Romanis adhuc constabat. Sed quinti a Christo nato Seculi exortus, rupto velut aggere, barbaris ostium aperuit, ad Romanum Imperium ab hac parte funditus convellendum. Primus viam barbaris hostibus Alaricus, Gothorum Rex, ostendit, qui rapto per Pannonias exercitu (A. C. 400 CCCC.) trepidanti se Italiæ infudit: fractus quidem primo Stiliconis armis, rejectusque, sed ut reditum eo non desperaret. (B) Majore etiam terrore Radagaisus Italiam complevit: Scytham alii, alii Gothum fuisse tradunt, Gothicis certe auxiliis usum: quibus cum ille barbarorum alios super 404 alios, spe prædæ a Danubii litore excitos addidisset; exercitum

Barbarorum in Rom. Imperium incursus:

ac primum Alarici Gothi,

deinde Radagaisi:

(A) S. Hieronym. Ep. ad Ageruchiam viduam. „ Quidquid inter Alpes, & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus „ Vandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, „ Alemanni, &, o lugenda respublica! hostes Pannonii vastarunt. „ (B) Jornandes de Reb. Getic. c. 29. „ Mox ut ergo antefatus *Alaricus* creatus est Rex, cum suis deliberans, „ suasit suo labore quærere regna, „ quam alienis per otium subjacere: „ & sumpto exercitu per *Pannonias*, „ Stilicone, & Aureliano Consulibus „ (A. C. 400.) & per Sirmium dextro latere quasi viris vacuam intravit Italiam. „ Prosper in Chron. ad A. C. 402. „ Adversus Gothos vehementer utriusque potentiæ partis clade pugnatum est. „ Eam pugnam ad *Pollentiam* fuisse ex Cassiodori Chronico, & Jornande de Reb. Get. cap. 30. Orosio l. 7. c. 25. discimus, sed qui Gothis victoriam tribuunt: cum Claudianus de bello Getico: & Prudentius adversus Symmachum l. II. eandem Romanis adscribant.

tum complevit ducentis, aut, ut alii produnt, quadringen- A. C.
tis millibus ampliorem. (A) Primi haud dubie, quos immanis illa barbaries obtrivit, Norici fuerint, per quos trita in Italiam via: qua clade ſacrorum religionumque, qua ſtrage oppidorum, atque hominum, memorare nihil opus eſt, quando ſacrilego ſe voto obſtrinxit barbarus, Romani quidquid usquam eſſet ſanguinis, Diis ſe ſuis litaturum. (B) Sed illum ſpes ſua egregie fefellit, concluſa inter montium Feſulanorum fauces, barbarorum innumerabili multitudine, & a Stilicone fame, armisque oppreſſa: quo in prælio, cum ad centum hominum millia uno die cecidiſſent, captus in fuga Radagaiſus eſt, & ad ludibrium aliquamdiu ſervatus, ad extremum occiſus eſt. (C)

denique Vandalorum.

Radagaiſum Vandali anno proximo ſecuti, diverſo itinere in Galliam flexere: ſeptuaginta jam annos Pannoniam preſſerant Ariana perfidia contacti: metu, an conſilio eas ſedes reliquerint, Conſtantini permiſſu ſibi traditas, incompertum. Vaſis conclamatis per Noricum Ripenſe, vel adverſum Marcomanniæ litus, ad Rhenum properant, conjunctis, quaqua iter erat validiſſimis barbarorum copiis, quas morum imanitas, & ſpes prædæ ſociarat. Transmiſſo ad ultimum ejus anni diem Rheno flumine, in Galliam cum Alanis, Suevisque ſe infun- 405
dunt, unde poſtea in Hiſpaniam & Africam trajecerunt. (D) Stiliconis id fraude actum, ſuſpicio erat, cujus occultis etiam pactio-

(A) Zoſim. l. 5. p. 331. „ Dum „ *Alaricus* in hoc intentus eſſet, ut „ imperatis obtemperaret: *Radagaiſus* „ ex trans-Iſtrianis & trans-Rhenanis, Celticis, Germanicisque nationibus, collectis hominum quadringentis millibus, ad tranſeundum in Italiam ſe parat.„ Iſidor. Chron. „ Rex Gothorum *Radagaiſus*, „ genere Scytha, cultui Idololatriæ „ deditus, Barbaricæ immanitatis feritate ſæviſſimus, cum CC. armatis Sarmatarum millibus Italiæ partes vehementi vaſtatione aggreditur, ſpondens in contemptum Chriſti Romanorum ſanguinem diis ſuis „ litare, ſi vinceret. Cujus exercitus ab Stilicone, Duce Romano, in „ montuoſis Tuſciæ locis circumcluſus, fame potius, quam ferro conſumptus. Ipſe poſtremum Rex captus, & interfectus eſt. „ Fuſe de hoc agit Oroſius l. 7. c. 37.

(B) Hiſt. Miſcell. l. 13. „ *Radagaiſus* „ Rex Gothorum - - barbarus erat, „ & Scytha, qui omnem Romani generis ſanguinem diis ſuis propinare „ devoverat. „

(C) Hiſt. Miſcell. l. 13. „ Contritus namque divinitus *Radagaiſus* in „ aſpero Feſulani montis jugo, urgente undique timore, concluditur, „ agminaque, quibus anguſta dudum „ videbatur Italia, latendi ſpe, in „ unum ac parvum verticem truduntur: ubi cum fame & ſiti conficerentur, Rex *Radagaiſus* ſolus ſpem „ fugæ ſumens, captus a Romanis in „ vincula conjicitur, ac pauliſper retentus, vita privatur. „

(D) Zoſim. l. 6. „ Arcadio VI. & „ Probo Coſſ. (A. C. 406.) Vandili „ Suevis & Alanis permiſti, ſuperatis hiſce locis (Alpibus) nationes „ transalpinas vaſtarunt. „ Proſper in Chron. „ Vandali & Alani Gallias, „ trajecto Rheno pridie Kal. Januarii „ ingreſſi. „ Confirmat A. C. 406. Caſſiod. in Chronico, qui Vandalos in Hiſpanias A. C. 409. ac deinde in Africam A. C. 427. migraſſe ſcribit.

A. C. pactionibus Alaricus inductus eſſe ſcribitur, ut Illyrici totius limitem, inter Auguſtos fratres, Arcadium ac Honorium alias diviſum, Occidentis Imperio vindicaret. (A) Id conſilium quanquam exitu caruiſſet, promiſſum tamen operæ ſuæ pretium Alaricus ab Honorio flagitabat, librarum auri quatuor millia: cumque raptis ſecum propere copiis Æmonam usque, atque inde in Noricum revolaſſet, nihil non armatæ preces impetrarunt. (B) At Stiliconem ea res perdidit. Crimini dabatur homini Vandalo, ac Ariano, quod concitatis in Imperium barbaris, colliſis inter ſe Auguſtis fratribus, auro nunc etiam Gothis promiſſo, redditoque, Eucherio filio purpuram quæreret: qua ut puerum unum indueret, orbis totius ſanguinem fundere non vereretur. (C)
408 Et peremptus quidem ille eſt cum filio, ſed rebus Imperii ejus morte haud melius conſultum. (D)

Alaricus everſa hac barbaræ, Romanæque gentis columna, contemni cœptus, cum in ſua, ſuorumque manu, non in Stiliconis perfidia cauſæ ſuæ patrocinium ſciret, accito e Pannonia Ataulpho, cognati ſanguinis principe, cum Gothis, Hunnisque ejus Imperio faventibus in Italiam revolat, Romamque, caput Orbis, obſidione cingit. (E) Nullum fame telum potentius: ſubacti per ſummam annonæ inopiam

Alaricus Gothus Romam obſidet:

(A) Zoſim. l. 5. „ Quum *Stilicho* „ videret eos, qui Arcadianum Imperium adminiſtrabant, animis erga ſe „ infeſtis eſſe; adjuncto ſibi *Alarico* „ ſocio, cunctas in Illyricis nationes „ *Honorii* regno cogitabat adjicere. „ S. Hieron. in epiſt. ad Ageruchiam Viduam. „ Scelere ſemibarbari accidit „ proditoris, qui noſtris contra nos „ opibus armavit inimicos. „

(B) Zoſim. l. 5. „ E *Norico* legatos „ ad Stelichonem mittit, pecuniam „ poſcens, tum ejus moræ nomine, „ qua ſe ſuaſu Stelichonis ajebat in „ Epiro hæſiſſe; tum hujus in Italiam „ & *Noricum* profectionis cauſa. - - - „ Quapropter omnibus æqua dicere „ viſo Stelichone, Senatui placuit, „ Alaricho, quatuor librarum millia „ pacis nomine ſolvi. „

(C) Oroſius l. 7. c. 38. „ Interea „ Comes *Stilicho*, Wandalorum genere editus, parvi pendens, quod ſub „ Imperatore imperabat, *Eucherium* filium ſuum - - in Imperio quoquo „ modo ſubſtituere nitebatur. Quam „ ob rem Halaricum, cunctamque Gothorum gentem - - ad terrendam, „ terendamque rempublicam reſervavit. Præterea gentes alias - quibus nunc Galliarum, Hiſpaniarumque provinciæ premuntur, hoc eſt „ Halanorum, Suevorum, Wandalorum - - ſuſcitavit. --- Itaque ubi „ Imperatori Honorio, exercituique „ Romano hæc tantorum ſcelerum „ ſcena patefacta eſt, comoto juſtiſſime exercitu occiſus eſt Stilico, qui „ ut unum puerum purpura indueret, totius generis humani ſanguinem dedit. „

(D) Marcell. Chron. ad A. C. 408. „ *Stilicho* Comes - - Alanorum, Suevorum, Vuandalorum gentes donis „ pecuniisque illectas contra regnum „ Honorii excitavit, Fucherium, filium ſuum, paganum, & adverſum „ Chriſtianos inſidias molientem, cupiens Cæſarem ordinare, qui cum „ eodem *Eucherio*, dolo ſuo detecto, „ occiſus eſt. „

(E) Zoſim. l. 5. „ Quum jam *Alarichus* prope Romam eſſet - - - portas univerſas undique circumſedit, „ & occupato Tiberi flumine, ſubminiſtrationem commeatus e portu impediebat. „

inopiam cives, illud in magni beneficii loco a Victoris cle- A. C.
mentia impetrarunt, ut quinis auri, tricenis argenti librarum millibus, mercari vitam, libertatem redimere liceret. (A) Soluta his conditionibus obſidione, Alaricus in Hetruriam receſſit. Sed dum obſides fruſtra exſpectat; dum Ducis, aut militiæ Magiſtri dignitatem; dum Venetiam, Noricum, Dalmatiam provincias ſibi ſuisque poſtulat, conficiendæ pacis negotium in vado hæſit. (B) Ea ſpe dejectus animum ad modeſtiora poſtulata flexit, Noricorum duabus provinciis contentum ſe fore profeſſus: quæ cum continentibus alioquin barbarorum incurſibus eſſent expoſitæ, & ærario Romano perparum inferrent, cedi magno ſine diſpendio poſſe videbantur: habiturum Cæſarem fidum in ſe armorum ſocium: periculi quidquid ab ea parte Italiæ immineat, id omne in ſuum ſe caput averſurum: quod ſi abnuat Imperator, Superum ſe, hominumque fidem teſtari, Gothos, quidquid ingruerit, coactos ad vim deſcendere; neque ſibi dandum crimini, ſi Romam, caput Orbis terrarum, æquatam ſolo aſpicerent, & ex tanta nunc urbe, brevi nullam haberent. (C) Sed cum iſtis nihil proficeret, a minis ad obſi-

& negato ſibi Norico

dendam

(A) Zoſim. l. 5. „ Itaque rurſus „ ad eum (Alaricum) legatos mittunt, & utrinque plurimis in medium prolatis, placuit ab Urbe ſolvi quinque millia pondo auri, argenti triginta millia, tunicarum ſericarum quatuor millia, vellerum coccineorum tria millia, piperis tria librarum millia. „

(B) Zoſim. l. 5. „ Quum Principi „ quoque videretur pacem hiſce conditionibus eſſe componendam, pecunia barbaris numerata fuit. Et „ Alarichus triduo forum permiſit „ urbanis, exeundi licentia per quasdam portas eis conceſſa, quum „ etiam e portu ſubvehendæ annonæ „ poteſtatem feciſſet. - - Roma barbari diſceſſerunt, & caſtra quibusdam in locis circa Tuſciam metati „ ſunt. „ Idem. l. 5. p. 360. „ Cæterum pace cum Alaricho nondum „ confirmata, quod Imperator nec „ obſides dediſſet, nec poſtulatis omnibus ſatis feciſſet. - - Jovius Præfectus Prætorio - - de fœdere pangendo tractat. Alarichi hæc poſtulata erant, ut in annos ſingulos auri certa ſumma ſolveretur, & annonæ menſura quædam ſuppeditaretur: ut item ipſe cum ſuis omnibus utramque Venetiam, & *Noricos*, „ & Dalmatiam incoleret. „

(C) Zoſim. l. v. „ *Alarichus* autem, „ quod eum ſuſceptæ adverſus Romam expeditionis pœnituiſſet, Epiſcopos urbium ablegat, qui - - auctores Honorio eſſent, ne ſineret „ eam urbem - - vaſtandam dedi. - - „ Nec enim opus eſſe ſibi dignitate „ poteſtatis, nec jam ſe poſtulatas „ prius provincias, ad conſtituendas in ea ſedes petere. Sed ambos „ tantum *Noricos*, ad extremas Iſtri „ partes ſitos, & qui continuis incurſionibus vexentur, tenueque fiſco „ tributum inferant. Præter hæc annonæ tantum in annos ſingulos adjiceret, quantum ipſe Princeps ſatis eſſe putaret. Quin & auri ſe poſtulato diſcedere; ac velle, ut amicitia ſit, bellique ſocietas inter ſe & „ Romanos adverſus quemvis, qui arma ſumeret, & ad gerendum adverſus rempublicam bellum ſe commoveret. „ Idem. l. 6. „ *Alarichus* „ ergo, quum tam æqua poſtulata „ propoſuiſſet, indignum in modum „ ludibrio habitus; univerſis cum copiis Romam ducit, conſtanter in „ urbis obſidione perſtiturus. „ Sozomen. l. 9. c. 9. „ Hinc igitur & „ metu ſimul, & ira percitus Alarichus, eadem via revertitur, & Romam obſidione cinctam per proditionem capit. „

A. C. 409 dendam urbem verſus, Romam demum fame, proditione-que in poteſtatem redegit. Hoc Rege, hoc populo ruit urbs illa, Domina gentium, quæ per annos mille, centum, ac ſexaginta duos, tantum terra marique potuit, ut in eam omnium gentium ſpolia, omnia honoris ornamenta confluxiſſe videantur. Captæ urbi non diu ſuperfuit Alaricus; paucis enim diebus ad legenda ibi ſpolia exactis, per Campaniam Rhegium diſceſſit, inde in Siciliam trajecturus: ſed prævertit mors ejus conſilia, regnumque cum Galla Placidia, Arcadii, ac Honorii Auguſtorum ſorore, nuper capta, in Ataulphum tranſtulit. (A) *Urbem capit.*

Hæc in Italia dum geruntur, Noricum ac Pannonia ſuperior, Generidi Ducis induſtria Honorio ſervatur. Gente, non moribus erat barbarus, & ſi par fuiſſet religio, magnos inter Duces ſuo merito numerandus: nam & collapſam præfectorum ignavia militarem diſciplinam egregie reſtituit, & annonam, ac ſtipendia militi cum fide repræſentavit: nihil veritus, vel de ſuo adjicere, ſi cujus dignam præmio virtutem cognoviſſet. (B) Hoc, an ſucceſſorum aliquo, Duce incertum, munitus rurſum Illyrici limes eſt, diſpoſitis per Danubii litus præſidiis. Laureaco certe per id tempus, & Legionis II. & Claſſis Romanæ Præfectos impoſitos eſſe legimus: Vindobonæ vero præter Præfectum Legionis X. Claſſis etiam Iſtricæ, Carnunto illuc translatæ, præfectura contigit. Ad geminam hanc Claſſem Arlapenſis quoque in Auſtria, & Maginenſis acceſſit: pedeſtrium copiarum non magnus erat numerus, reliquum per Noricum, ſi Auſturenſem & Arrianam cohortem demas: equeſtres alæ plurimæ, Comagenis, Arlape, Lacu Felicis, Lentiæ, ad Mauros, Alæ novæ, Æquinoctiæ, quæ fere ex Dalmatis, *Generidus Dux Noricæ conſervat.* *Auſtriæ citerioris oppida Rom. præſidiis firmata.*

(A) Hiſt. Miſcell. l. 13. „ Die tertia inſtante Gothi ſponte diſcedunt „ ab urbe - - - inter hæc Alaricus, „ dum deliberaret, quid ageret, apud „ Coſentiam ſubita morte defunctus „ eſt „ Marcellin. in Chron. ad A. C. 410. „ Alaricus trepidam Romam „ invaſit, partemque ejus cremavit incendio, ſextaque die, quam ingreſſus fuerat, deprædata urbe egreſſus eſt, Placidia Honorii Principis „ ſorore abducta, quam poſtea Ataulfo propinquo ſuo tradidit uxorem. „

(B) Zoſim. l. 5. „ *Generidum* quoque Dalmaticis militibus univerſis „ præfecit, eundemque cæterorum „ etiam, quicunque per *Pannoniam* „ *ſuperiorem*, & *Noricos*, & Rhætos, „ & quidquid horum eſt usque ad „ Alpes, in præſidiis erant, ducem „ conſtituit. Atque hic *Generidus*, „ erat ille quidem barbarus, ſed indole ad quodvis genus virtutis præclara præditus, & alieniſſimus ab „ avaritia - - - continuis laboribus milites exercet, & annonas eis ſuppeditans, nemini permittit, ut de his „ aliquid more conſueto detraheret. „ Quin & ipſe de iis, quæ fiſcus ei „ præſtabat, labores cæteris majores „ ſuſtinentibus convenientia præmia „ largitur. Talem quum ſe gereret, „ & formidini barbaris finitimis erat, „ & nationibus iis præſidio, quas tueri juſſus fuerat. „

ac ſagittariis conſtabant. (A) Sed quo minus diuturna eſ- A. C.
ſet ea limitis reſtitutio, ab Hunnis factum, violentius, ac
unquam alias in Pannoniam, duce Rugila invectis. Hic 430
ille eſt Hunnorum Princeps, cujus fidei Aetius, qui nuper
Juthungos, & Noricos, neſcio qua cauſa in arma actos, 431
compreſſerat, poſt Bonifacii Comitis mortem Placidiæ Au- 432
guſtæ metu profugus, ſe commiſit, ignari, quem virum,
quamque Hunnis exitiabilem hoſpitio excepiſſet. (B) Sed
nempe Attilæ ſervabatur terror is, qui evaſtata Thracia, at-
que Illyrico, obſeſſis, everſisque ſeptuaginta magnis urbi- 444
bus, Bleda fratre, & regni conſorte, nefarie interempto, ar-
ma in Occidentem verterat.

Attilæ iter in Galliam,

Auſtriæ tempeſtas ea ſub primum ac quinquageſimum
Seculi hujus annum incubuit, quo ipſo tempore in Galliam
cum ſeptingentis barbarorum millibus transgreſſus, tantum
terroris, cladiumque dedit, generis ut humani intereſſet,
Romanos, Gothosque in unius hominis caput armari. (C) 451
Et affuit afflictis rebus præſens Numen, ut in Catalaunicis
Galliæ campis cum centum & amplius millium barbarorum
ſtrage ab Aetio funderetur. (D) Sed quam Gallia illi clau-
ſerat ad orbis Imperium viam, eam ſequenti mox anno Ita-
lia aperuiſſet, niſi Superum iras in Leone Pontifice timuiſ-
ſet.

& Italiam.

(A) Ex Notit. Dignit. Imperii Occident. apud Labbeum Sect. 58. „ Equites Dalmatæ Alæ novæ. Equites Dalmatæ Æquinoctiæ. Equites Sagittarii Gerolatæ. Tribunus gentis Marcomannorum. Præfectus legionis decimæ Vindomanæ. Præfectus legionis quartæ decimæ Geminæ militum Liburnariorum cohortis partis ſuperioris Carnunto. Præfectus Claſſis Hiſtricæ Carnunto, ſive Vindomanæ a Carnunto translatæ. Tribunus Cohortis Arrianis. Equites promoti ad Mauros. Equites ſagittarii Lentiæ. Equites ſagittarii Lacu Felicis. Equites Dalmatæ Arlape. Equites promoti Comagenis. Præfectus legionis Italicæ partis inferioris Lentiæ. Præfectus legionis ſecundæ Lauriaco. Præfectus legionis Liburnariorum primorum Noricorum Faſianæ. Præfectus Claſſis Arlapenſis & Maginenſis. Præfectus Claſſis Lauriacenſis. Tribunus Cohortis Bojodoro. Tribunus Cohortis Auſturis &c.„

(B) Proſperi. Chron. ad A. 433. Marcellin. Chron. ad A. 432. Valerio & Aetio. Coſſ. Idat. Chron. Anno Valentiniani III. 7mo. „ *Aetius* Dux „ utriusque militiæ *Noro* edomat rebellantes.„ Idem confirmat Sidon. in Paneg. Aviti. „Nam poſt Juthungos, & *Norica* bella.„

(C) Auth. Hiſt. Miſcell. l. XV. „ Interea rex Hunnorum *Attila* -- ad „ occidentale demoliendum animum „ intendit Imperium, cujus exercitus „ ſeptingentorum millium numero „ ferebatur.„ Jornand. de Reb. Get. l. 35. „ Cujus exercitus quingentorum millium eſſe numerus ferebatur.„

(D) Auth. Hiſt. Miſcell. l. XV. „ Vicere Romani fugato Attila, & „ Gothorum Rege interfecto. Hoc „ certamen - - de utrisque partibus „ centum octoginta millia occiſorum „ dedit.„ Jornand. de Reb. Get. C. 40.

A. C. ſet. (A) Reverſum in Pannoniam (B) Cæleſtis vindicta non tardo pede ſecuta eſt; nam cum pellicum gregi novam uxorem induceret, ipſa geniali nocte, vel mulieris manu, vel labente in fauces copioſo e naribus ſanguine ſuffocatus, ſanguinariam evomuit animam, longoque metu terrarum 454 orbem exſolvit (A. C. CCCCLIIII.) (C) *Eius mors.*

Res ipſa hoc loco poſtulat, ut de ſtatu Illyrici, ſub hoc tempus nonnulla disquirantur. Ac primo quidem illud ſatis conſtat. Pannonias, nobilem Illyrici partem, ſeptimo fere ac ſeptuageſimo Seculi ſuperioris anno ab Hunnis eſſe occupatas: (D) vi, an conceſſu Gratiani ac Valentiniani II. haud facile dixerim: nec longo poſt tempore Illyricum in Occidentis, & Orientis Imperia diviſum, qua partione Pannoniæ, Noricumque cum Dalmatia Valentiniano II. ſunt relictæ. (E) Hunnos tamen conſequentibus mox annis per Pannoniam dominatos, argumento Aetii opera erat, eosdem in auxilium Joannis, Ravennatium Tyranni, evocantis. (F) Septimo deinde ac viceſimo quinti a Chriſto nato Seculi anno Pannonias a Romanis receptas, Marcellinus author eſt: (G) ſed quinto poſt anno, ſi Proſpero credimus, ad Hunnos reverſas: (H) ſiquidem Aetius ex Italia profugus, ad Hunnos in Pannoniam ſe recepit: decimo vero, Theodoſii junioris filia in matrimonium accepta, cum reliquo Illyrico Orientis Imperio a Va- *Pannoniæ per id tempus vicet.*

(A) Auth. Hiſt. Miſcell. l. XV. „ Attila enim continuo reſumpta fiducia cruentus Italiam petit. Aquilejam captam funditus eradit, Ticinum, atque Mediolanum, regias „ urbes, excidit. Inde vaſtatis circumquaque locis, cum Romam quoque pararet irrumpere, Leo M. Papa, miſſu ad eum Valentiniani Imperatoris, acceſſit, eumque adeo „ mitem reddidit, ut illico promiſſa „ pace firmiſſima, ultra Danubium „ non rediturus abierit. „ Jornand. de Reb. Get. c. 42. & Calanus in Attila c. 17. aliam cauſam ex Priſco Rhetore afferunt, cur Romam non acceſſerit.

(B) Auct. Hiſt. Miſcell. L. XIV. ex Cod. Ambroſ. „ Attila tali modo „ a ſua ſævitia repreſſus, Pannonias „ repetit. „

(C) Jornand. de Reb. Getic. c. 49. „ Attila, ut Priſcus Hiſtoricus refert, „ extinctionis ſuæ tempore puellam, „ *Ildico* nomine, decoram valde ſibi „ in matrimonium poſt innumerabiles uxores, ut mos erat gentis illius, ſocians, ejusque in nuptiis nimia hilaritate reſolutus, vino ſomnoque gravatus, reſupinus jacebat, „ redundansque ſanguis, qui ei ſolite „ de naribus effluebat, dum conſuetis meatibus impeditur, itinere ferali faucibus illapſus eum extinxit. „ Marcellin. in Chron. „ Attila Rex Hunnorum - - noctu mulieris manu cultroque confoditur. „ Quidam vero ſanguinis rejectione „ necatum perhibent. „

(D) Marcellin. in Chron. ad A. 427. „ Pannoniæ, quæ per quinquaginta „ annos ab Hunnis retinebantur, a „ Romanis receptæ ſunt. „

(E) Vid. Anton. Pagium ad A. C. 380.

(F) Caſſiod. in Chron. & Proſper in Chron. Theodoſio XI. & Valentiniano Coſſ. ad A. C. 425.

(G) Marcellin. in Chron. A. C. 427. „ Pannoniæ - - a Romanis receptæ „ ſunt. Hierio & Ardabure Coſſ. „

(H) Proſper. in Chron. ad A. C. 432. „ Aetio & Valerio Coſſ. Aetius - - „ profugus ad urbem, atque illinc ad „ Dalmatiam, deinde Pannonias ad „ Hunnos venit. „

a Valentiniano III. tranſcriptas. (A) Noricum tamen penes A. C.
Valentinianum, ac ſucceſſores ejus manſiſſe, ex Priſco Rhetore colligo: qui, quo tempore ad Attilam, cum Maximino, Theodoſii junioris oratore, legatione functus eſt, Romulum Comitem, Petovione in Norico, alias ſedem nactum, & Primutum Noricæ regionis Præfectum, a Romanis eodem miſſos, offendit, poſt exciſum jam A.CCCCXLI. Sirmium, ac Naiſum. (B)

Quid cauſæ fuerit Valentiniano Noricum, relictis Illyrici provinciis ceteris, ſibi ſervandi, ex eo conjici fortaſſe poteſt, quod Pannoniis per Hunnos ab Imperio avulſis, Noricum haud ſatis commode ab novæ Romæ Imperatoribus gubernari poſſet: adjungendum tamen forte ad ditionem eorum, ſiquo caſu, aut fortuna Hunni ex Pannonia ejicerentur. Eam conditionem difficiliorem reddidit Attilæ potentia, qui ne in alterutram Imperii partem violentus irrumperet, aut muneribus, aut legationibus identidem placandus erat. Hoc extincto Hunnorum ſimul vires, animique conciderunt: filiis ejus, quorum populus erat, colliſis inter ſe primum, mox per Gothos, Gepidasque Attilani quon-

(A) Marcell. in Chron. ad A. 437. Proſper, & Caſſiodorus in Chronic. Jornandes de Regnor. ſucceſſione. „ Valentinianus Imperator a Roma „ Conſtantinopolim ob ſuſcipiendam „ in matrimonium Eudoxiam, Theoſii Principis filiam venit, dataque „ pro munere ſocero ſuo tota *Illyria*, „ celebratis nuptiis, ad ſua regna cum „ uxore receſſit.„ Caſſiodor. L. XI. ep. 1. de Valentiniano III. „ Nurum „ ſibi amiſſione Illyrici comparavit: „ factaque eſt conjunctio regnantis, „ diviſio dolenda provinciis. „

(B) Priſcus Rhetor de Legation. Hiſt. Bizant. T. 1. „ Hic obvios habuimus legatos a Romanis Heſperiis, etiam ad *Attilam* miſſos. Erant „ autem præcipui, *Romulus* Comitis „ dignitate decoratus, & *Primutus Noricæ* regionis Præfectus, & Romanus militaris ordinis ductor. His „ aderat *Conſtantius*, quem *Aetius* ad „ Attilam, ut illi conſcribendis epiſtolis deſerviret, miſerat, & *Tatullus*, Oreſtis ejus, qui cum *Edecone* „ erat, pater, non legationis, ſed privati officii & familiaritatis ergo. „ *Tatullum* affinitas movebat. Oreſtes „ enim, ejus filius, *Romuli* filiam e *Petabione*, *Norici* civitate, duxerat. Legati autem veniebant, ut Attilam „ lenirent, qui ſibi *Sylvanum*, argentariæ menſæ Romæ Præfectum, tradi poſtulabat, propterea, quod pateras aureas a Conſtantio quodam „ acceperat. Hic Conſtantius (alius „ a priore)--quo tempore *Sirmium* „ oppidum in Pæonia (Pannonia) „ ſitum Scythæ obſidebant, aurea vaſa ab Epiſcopo acceperat, ut ex eorum pretio, ſi ſe ſuperſtite, urbem „ capi contigiſſet, quod ſatis eſſet, pro „ ſua libertate ſolveretur. &c.„ Ita Hadr. Valeſius locum hunc corrigit in Notis ad Priſcum: qui Legationem hanc in A. 448. conjicit. Sirmium autem cum reliquo Illyrico captum haud dubie fuit. A. C. 441. quo teſte Marcellino in Chron. „ Hunnorum „ Reges numeroſis ſuorum cum millibus in Illyricum irruerunt. *Naiſum*, *Singidunum*, aliasque civitates „ oppidaque Illyrici plurima excide„ runt.„ Cum igitur *Primutum*, *Norici* Præfectum, eo tempore Valentinianus III. ad Attilam miſerit, clarum eſt, *Noricum* non ad Orientis, ſed Occidentis Imperium adhuc poſt A. C. 441. pertinuiſſe; quanquam *Illyricum* reliquum jam A.437. Theodoſio Socero tranſcripſerit.

A. C. quondam exercitus robore, devictis. (A) Cæsa Hunnorum triginta millia, cladis reliquiæ ad Pontum Euxinum rejectæ. (B) Hoste tam terribili suas in latebras retruso, vacuas Pannoniæ superioris sedes, bona Marciani Augusti pace, Reges tres Ostrogothi inter se partiti sunt, Walemirus, Theodemirus, Widemirus, quorum primus inter Scarnjungam, & Aquam nigram; alter ad Lacum Neusidlensem; inter utrumque tertius considebat. (C)

Ostrogothi in superiore Pannonia considebant.

At vero adversam Danubii ripam, quæ Norico, ac Pannoniæ objecta est, Heruli, Rugi, Scyrique invasere. Germaniæ hos fuisse populos, tum Regum nomina, tum corporum proceritas, quin & relicta nonnulla nominis ad mare Balthicum vestigia ostendunt. (D) Et Herulos quidem, si Jornandi credimus, corporum visenda species, & animi elatio insignes fecerant: (E) sed mores, priusquam Christianis institutis paulatim mansuescerent, efferos fuisse admodum, & pudendos, Procopius tradit. Deos, quos plures colebant, humanis placare hostiis religiosum iis, piumque habebatur: effusi cetera in Venerem, etiam nefariam & belluinam: suopte ingenio perfidi & elati, nec

Heruli, & Rugi in Austria Trans-Danubiana.

Herulorum mores barbari.

(A) Jornand. de Reb. Getic. c. 5. „ Inter successores *Attilæ* de regno orta contentio est, & dum inconsulte imperare cupiunt cuncti, omnes „ simul imperium perdidere. - Nam „ filii *Attilæ*, quorum per licentiam „ libidinis pene populus fuit, gentes „ sibi dividi æqua sorte poscebant. „ --quod dum Gepidarum Rex comperit *Ardericus* - - contra filios *Attilæ* primus insurgit - - bellumque „ committitur in *Pannonia* juxta flumen, cui nomen est *Nedat*. --Post „ multos, gravesque conflictus favit „ Gepidis inopinata victoria. „

(B) Idem ibidem. „ Triginta fere „ millia tam Hunnorum, quam aliarum gentium, quæ Hunnis ferebant „ auxilium, *Arderici* gladius, conspiratorumque peremit. In quo prælio filius *Attilæ* major natu, nomine *Ellac* occiditur - - - reliqui vero germani ejus, eo occiso, fugantur juxta litus Pontici maris. „

(C) Jornand. de Reb. Getic. c. 50. „ Multi per legatos suos - - a Principe tunc *Marciano* gratissime susceptis, distributas sedes, quas incolerent, accepere. „ Et c. 52. „ Nam „ *Walemir* inter *Scarniungam* & *aquam nigram* fluvios; *Theodemir* juxta lacum *Pelsodis*, *Widemir* inter utros- „ que manebat. „ Ex his solum *Lacus Pelsodis*, seu *Neusidlensis* notus est: *Schwarzbach* enim fluvius propinquior paulo est, quam ut pro *Aqua nigra* haberi possit. *Scarniungæ* denique nomen plane ignotum est. Perill. Christoph. de Jordan Theodemiro *Pannoniam primam*, Walemiro *Saviam*, Widemiro *Valeriam* tribuit, in Appar. Hist. p. 172. ac proinde Aquam nigram pro *Savo*; Scarniungam pro *Dravo* habet.

(D) De *Rodulpho* Herulorum Rege agit Procop. l. 2. de *Friderico* Rugorum Rege Eugipp. in vita S. Severini: de *Edica* & *Vulfo* Scirorum primoribus Jornand. de Reb. Getic. c. 54.

(E) Jornand. de Reb. Getic. c. 3. „ Dani ex ipsorum stirpe progressi, „ *Erulos* propriis sedibus expulerunt, „ qui inter omnes *Scanziæ* nationes „ nomen sibi ob nimiam proceritatem affectant præcipuum. „ Et c. 23. „ Prædicta gens, Ablavio historico referente, juxta Maeotidas paludes habitans in locis stagnantibus, „ quas Græce *Ele* vocant, *Eruli* nominati sunt, quanto velox, eo amplius superbissima. Nulla siquidem „ erat tunc gens, quæ non levem armaturam in acie sua ex ipsis elegerint. „

ante quieſcere ſoliti, quam quotquot finitimos haberent po- A. C.
pulos, in ditionem ac ſervitutem redegiſſent. Illud præter cetera ſtolidum ac inhumanum, quod ſenes ac invalidos non ſine officii quadam ſpecie mori cogerent. Mos erat, ut ſiquis ætate, aut invaletudine longius proceſſiſſet, quam ut reſtitui viribus jam ſuis poſſet, propinquos id officii rogaret, ex humanis ſeſe ut eximerent, & longa a morte vindicarent. Reſpuere ſupremas has preces, nefarium: quare congeſto ingenti rogo, deſtinatam hanc morti victimam inter multas honoris, & amoris ſignificationes imponebant, ab immiſſo mox percuſſore pugione feriendam. Et quanquam ſanguine junctum cædere nefas; pietatis tamen erat, cæſi cadaver ſubjectis ignibus cremare, donec reſidente ſenſim flamma, collecta ex rogo oſſa ſub terra conderentur. Mortuo marito ſupereſſe conjugem, impium: quæ niſi laqueo ad viri buſtum ſibi gulam frangeret, infamis perpetuo, & tanquam publici in ſuos odii rea, inferias marito datura erat ſuo ſanguine, cognatorum manibus immolanda. (A)

Herulorum genti individua ſocietate conjuncti erant Rugi, bello magnam partem ab Herulis, quorum mira erat in armis levibus velocitas, ſubacti. Gothici hos fuiſſe generis, (B) Procopius author eſt: id certius, ab Rugia inſula & mari Balthico, ubi Rogia fluvius, & Rugiwalda urbs nominis veſtigia adhuc retinent, in has oras delatos. De

Sciris

(A) Procop. l. 2. c. 14. de Herulis. „ Trans Iſtrum olim habitabant, cultui dediti multorum numinum, „ quæ humanis placare hoſtiis fas habebant. Inſtitutis plurimum differebant a ceteris nationibus. Nam „ nec ſenibus, nec ægrotis fas erat vitam producere: & ſi quem ſenium „ occupaſſet, vel morbus, rogare is „ cogebatur propinquos, darent operam, ut quamprimum ex vivorum „ numero exturbaretur. Illi pyra „ conſtructa ingenti, collocabant hominem in faſtigio, & ad ipſum mittebant *Erulum* aliquem, inſtructum „ ſica, non tamen ei conjunctum genere: nefas enim ducebant a conſanguineo cædem fieri. Reverſo, „ qui illorum propinquum interfecerat, protinus ligna omnia facibus „ immo ſubjectis rogo urebant. Poſtquam flamma reſederat, legebant „ oſſa, ac ſtatim terræ infodiebant. „ Ubi vir quisquam *Erulus* fato conceſſerat, ut virtutem probaret uxor, „ ac relinqueret ſuperſtitem ſibi gloriam; neceſſe habebat vitam paulo „ poſt ad mariti tumulum finire laqueo: ni faceret; in æternum dedecus & propinquorum mariti offenſionem incurrebat. - - - Procedente tempore, cum & numero & „ viribus ſupra finitimos omnes barbaros evaſiſſent, adorti ſingulos „ pronam habebant victoriam, & in „ eorum fortunas graſſabantur. - - „ Neſandos ſectantur coitus, etiam „ virorum ac pecudum. Improbiſſimi ſunt mortalium omnium, & mali male perdendi. „ Paul. Diacon. l. 1. c. 20. de Herulis. „ Erant ſiquidem „ tunc *Heruli* bellorum uſibus exercitati, multorumque jam ſtrage notiſſimi, qui, ſive ut expeditius bella gererent, ſive ut illatum ab hoſte vulnus contemnerent, nudi pugnabant, operientes ſolummodo corporis verecunda. „

(B) Procop. Bell. Goth. l. 3. c. 2. „ *Rugi* autem, gens Gothica, ſuis olim „ vivebant legibus. „

A. C. Sciris major controverſia: quos qui cum Styris noſtratibus confundunt, abuti mihi nominum affinitate videntur. Alanis, ac Satagariis in Mœſia inferiore Jornandes hos alias conjunxit, cum ſoluto jam Attilæ Imperio, auxiliares ejus copiæ ſibi alias ex aliis ſedes delegiſſent. (A) Quis gentes has caſus in Marcomanniæ ac Quadiæ litus deduxerit, incertum eſt: quanquam Attilana procella, quæ ſeptentrionem omnem miſcuit, tam facile condere nova regna, quam evertere antiqua potuit. Nempe ut Gothis cedentibus, Hunni e Mœotide prodiere; ita Gothis, Wandalis, Marcomannis, Quadis aut ferro abſumptis, aut migrationum æſtu quodam, ac impetu in Galliam, Hiſpaniam & Africam abreptis, populorum alii ſuper alios, vel ex ſeptentrione, vel ex Ponto Euxino in vacuas ſedes ſucceſſere.

S. Severini Abbatis in Auſtriam adventus.

Hoc rerum ſtatu S. Severinus, tanquam ſalutare quoddam ſidus his terris illuxit; & preſſam barbarorum incurſu Pannoniam ſuperiorem, ac Noricum ſanctitate, ac miraculis illuſtravit. (B) Quod genus Viro tanto, quæ patria fuerit, cum ſtudioſe id ipſe premeret, reſciri nunquam potuit. Illuſtri domo natum, nemo dubitat, & Severini nomen, Romanis in faſtis nobile, fidem facit. Afrum fuiſſe, Eugippii exempla quædam innuunt; alia Latinum tantum affirmant: multis tamen, magnisque terra marique exhauſtis periculis, ex Oriente in Noricum, vocatu ſe Numinis delatum, fatebatur ipſe, ut laboranti inter Barbaros religioni ſuccurreret. (C) Quacunque iter erat, fama ſanctimoniæ, prodigiis confirmata præcurrebat; nec ullum fere toto Norico erat oppidum, quod aut præſentia, aut cœleſti aliquo beneficio non illuſtraſſet. Favianæ

(A) Jornand. de Reb. Getic. c. 50. „ *Sciri* vero, & *Satagarii*, & ceteri Alanorum cum duce ſuo nomine *Candax* Scythiam minorem, inferioremque Mœſiam accepere. „

(B) Eugipp. in vita S. Severini c. 1. „ Tempore, quo *Attila* Rex „ Hunnorum defunctus, utraque *Pannonia*, cæteraque confinia Danubii rebus turbabantur ambiguis. „ Tunc itaque ſanctiſſimus DEI famulus *Severinus*, de partibus Orientis adveniens, in vicinis *Norici* „ *Ripenſis*, & *Pannoniorum* partibus, „ quod *Aſturis* dicitur, oppido morabatur. „

(C) Eugipp. in Proleg. vitæ S. Severini. „ Loquela tamen ipſius (Africanum: *hæc vox deeſt apud Bollandum*) „ teſtabatur hominem omnino Latinum, quem conſtat ad quandam in „ Oriente ſolitudinem fervore perfectioris vitæ fuiſſe profectum, atque inde ad *Norici Ripenſis* oppida, „ *Pannoniæ* ſuperiori vicina, quæ „ barbarorum crebris premebantur „ incurſibus, Divina compulſum revelatione veniſſe. Sicut ipſe cauſas perventionis ſuæ, tanquam de „ alio loqueretur, referre ſolitus „ erat, nonnullas Orientis urbes nominans, & itineris immenſi pericula „ ſe mirabiliter tranſiſſe ſignificans. „

præſertim, quæ Vienna nobis eſt hodie, (A) & Bojoduri frequens illi ſtatio: quanquam nec cetera Norici oppida, Auſturim, Comagenas, Laureacum, quocunque tandem aut miſerorum neceſſitas, aut ſuus eum ardor vocabat, obire negligeret. A. C.

Auſturi, ubi degebat.

Auſturi prima illi ſtatio erat, Norici Ripenſis oppido, quo in loco per id tempus, Romano cum jure, Romana quoque religio adhuc vigebat. Sed mores, libidine depravati, hebetiores ad cœleſtia monita ſenſus reddidere. Fruſtra contumaces animos ad poſcendam Superum pacem exhortatus Severinus, minas ſub ipſum templi ingreſſum, iramque vindicis Numinis denunciavit, ni precibus, ac jejuniis DEUM ſibi placatum redderent. Id vaticinium a ſacri profanique ordinis hominibus exceptum, neminem movit præter unum hoſpitem, Viri ſancti receptatorem: quare reverſus a templo

(A) Cuſpinian. in Auſtr. Lazius Chron. Vienn. L. 2. c. 4. M. Velſerus in Notis ad vitam S. Severini. M. Hanſizius Germ. Sacr. T. 1. *Favianam* a *Vienna* non diſtinguunt: cujus opinionis non unam afferunt rationem. Ac primo quidem Vienna Paſſavio diſtat *centum & ultra* paſſuum *millibus*; ut *Faviana* a *Patavis* oppido apud Eugippium. Secundo in literis Eugenii II. PP. *Rathfredus ſanctæ Favianenſis Eccleſiæ Epiſcopus vocatur*, qui honor, an alteri potius per Auſtriam urbi convenire poſſit, ac Viennæ, haud ſcio. Tertio B. Altmannus Paſſavienſis Epiſcopus in Donatione Gottwicenſi Cœnobio facta, quam ex Lazii Tractatu MS. de Civit. Bavar. in Biblioth. Vindobon. inter Hiſtor. profan. N. CLXV. aſſervato affert M. Hanſizius noſter T. 1. Germ. Sacr. p. 73. meminit *Fabianæ Villæ cum tribus in ea conditis Sacellis D. Petro, D. Ruperto, D. Pancratio ſacris &c.* quæ poſtea Viennæ mœnibus ſunt incluſa. Quarto Otto Friſingenſis de Geſt. Friderici I. Imp. l. 1. c. 32. aperte ſcribit: *Viennam* olim *Favianam* fuiſſe appellatam. „ *Dux*, inquit, in vici„ num oppidum *Vienais*, quod olim „ a Romanis habitatum, *Favianis* di„ cebatur, declinavit.„ Atqui Otto, Vir tam doctus, tamque vicinus B. Altmanni ætati, tam confidenter id ſcripturus non erat, niſi aut rudera *Favianæ*, ſua in Auſtria conſpexiſſet, aut ex perpetua traditione, fideque Diplomatum IX. X. vel XI. Secul. didiciſſet. Quodſi *Faviana* Vienna non eſt, ecquam aliam urbem centum & ultra millibus paſſuum *Paſſavio* diſtantem, claram Epiſcopatus inſulis, ſacellis D. Petro, Ruperto, Pancratio dicatis nobilem, Ripenſi in Norico Lambecius, & qui Lambecii armis pugnat Ant. Pagius ad A. C. 454. & §24. aſſignabit? At enim Paſchaſius Diacon. Rom. in epiſtola ad Eugippium ſcribit: „ Beati Severini, finitimas Pan„ noniarum provincias incolentis, „ vitam, moresque verius explica„ ſti.„ Et Paul. Diac. de Geſt. Langobard. notat. „ In his Noricorum „ finibus beati tunc erat Severini Cæ„ nobium. „ Denique in Martyrol. *Noricorum Apoſtolus* appellatur. Quibus ex teſtimoniis Lambecius colligit: S. Severinum non *Pannoniam*, ubi olim *Vindobona* erat; ſed *finitimum* Pannoniæ *Noricum*, ubi *Favianam*, & Monaſterium S. Severini ſtatuit, incoluiſſe. Sed litem eſſe de vocibus, in aperto eſt. Quis enim dubitet: *finitimas Pannoniarum provincias incolere: in finibus Noricorum agere:* verbis aliud, reapſe idem eſſe, ac in confiniis Noricorum & Pannoniorum agere? id quod eo maxime tempore valebat, quo & incerti propter barbarorum incurſiones erant limites; & *Faviana*, partita inter Gothos reliqua Pannonia, velut *appendix Norici*, Romanis adhuc ſubjecti, conſiderari debuit. Quanquam, quod idem S. Severinus, non *Favianæ* ſolum; ſed *Comagenis*, *Laureaci*, *Bojoduri* ætatem egerit in *Norico*, vere, proprieque *finitimas Pannoniarum provincias* incoluiſſe, atque adeo *Noricorum Apoſtolus* dici poſſit.

A. C. plo Severinus, negabat ſibi jam integrum eſſe, in contumaci, & perituro quantocyus oppido ultra hærere, & Comagenas ſe contulit. (A) Comagenæ, notum olim ad radices montis, qui Noricum a Pannonia dividebat, oppidum, a barbaris per id tempus tenebantur, quos cuſtodes fœdere ſibi adſtrictos Romani, Valentiniani III. morte pene ad ultima jam redacti, conſtituerant; ſed hoſte in cives miſeros nihilo mitiores. Oppidum ingreſſus Severinus, interpellante, quod prodigii inſtar erat, nemine, recta in templum contendit, eadem libertate, vocisque contentione exitium civibus comminatus, niſi conciliato precibus, jejuniisque DEO, impendentem ſibi calamitatem averterent. Sed ignoto advenæ fides ante non eſt habita, quam Auſturenſis hoſpes, qui ruentis patriæ exitium unus evaſerat, fidem Severini dictis adſtrueret. Is cum Auſturis oppidi & cladem, & modum Viri ſancti oraculo prædictum, ex ordine enarraſſet; tanto repente timore, reverentiaque omnium mentes complevit, ut certatim ad Sancti ſe pedes abjicerent, & exorata delicti

455 *Comagenas ſe confert.*

 venia,

(A) Eugip. in vita S. Severini c. 1. „ Severinus de partibus Orientis adveniens, in vicinis Norici Ripenſis, „ & Pannoniorum partibus, quod „ Auſturis (al. Caſturis) dicitur, oppido morabatur. -- Quadam die ad „ Eccleſiam proceſſit ex more: tunc „ a Presbytero, clero, & civibus requiſitus, cœpit tota mentis humilitate prædicare, ut hoſtium inſidias „ imminentes, orationibus ac jejuniis & miſericordiæ fructibus inhiberent: ſed animi contumaces, ac „ deſideriis carnalibus inclinati, prædicentis oracula infidelitatis ſuæ diſcrimine probaverunt. Famulus autem DEI reverſus ad hoſpitium, „ quo ab Eccleſiæ fuerat cuſtode ſuſceptus, diem, & horam imminentis excidii prodens, *de contumaci*, ait, „ *oppido & citius perituro feſtinus abſcedo.* Inde ad proximum, quod *Comagenis* appellabatur, oppidum declinavit. „ *Aſturim* plerique poſt Lambecium, trans Danubium, in adadverſa Norico ripa, *Stockeravii* collocant, eo quod in *vicinis Norici Ripenſis partibus*, non in *Norico* ab Eugippio ſtatuatur: & alioquin ex Notit. Imp. Occid. Sect. 58. conſtet. *Tribunum Marcomannorum Auſturi*, quod idem putant cum *Aſturi* Eugippii, fuiſſe conſtitutum. Sed quis credat, caſtella Romana, ſub Valentiniano I. ultra Danubium extructa, Seculo adhuc V., poſt Hunnicos incurſus, a Romanis fuiſſe habitata, quæ vivo etiamnum Valentiniano I. Quadorum tumultus excitarant eos, quibus Carnuntum ipſum fuit everſum? Caſtella, & parva id genus oppida trans Danubium Romani defenderent eo tempore, quo *Comagena* ipſa in Norico ſita, *Barbarorum*, ut Eugippius idem ſcribit, *Cuſtodia ſervabantur*? AdverſusRugos excubarent *Aſturi* Romani, quos auxiliares, imo defenſores ſibi ipſi adſciverant? Ad hæc, teſte eodem Eugippio, „ Severinus de partibus Orientis *Aſturim* „ venit: atqui ſic homo Latinus, & Monachus iter *ex Oriente*, per meros Barbaros & Arianos, quod parum credibile, inſtituiſſet. Neque vero ex eo, quod *in Vicinis Norici Ripenſis, & Pannoniorum partibus* ſita fuiſſe *Auſturis* ſcribatur, neceſſario trans Danubium quærenda eſt: potuit enim *in Confinio Norici Ripenſis, & Pannoniæ*; potuit in *Norici Mediterranei* extremo limite, qua *Ripenſi* jungitur, eſſe ſita: unde via illum deduxit *Comagenas*, prope *Tullinam fluvium*, a quo *Comianus* mons, ut ex ſupplemento Annal. Fuld. ad A. 884. conſtat, non procul abfuit. M. Hanſizio caſtrum *Oſterburg* prope Mellicium, ad vocabulum *Auſturis* alludere videtur: idem tamen fuiſſe, ſtatuere non audet; quod verba Eugippii, ſtrictius accepta, tantam a *vicinis Pannoniorum partibus* diſtantiam vix patiantur.

venia, ad preces in templum, & cetera cœleſtium irarum placamenta ſe offerrent. Triduo inter preces ac voluntariam inediam exacto, cum ſacrificium veſpertinum jam in exitu eſſet, ſubito terræ motu oppidum totum ita contremuit, ut exterriti fragore barbari, velut hoſte jam cervicibus incumbente, uno ſe agmine extra portas ejicerent; erroreque noctis confuſi, tanquam cum hoſte ſibi res eſſet, mutuis ſe vulneribus conciderent. (A) A. C.

Barbari divinitus exterriti.

Favianam, ſeu Viennam invitatur.

Quo tempore hæc ad Comagenas acta, Favianam urbem ſæva fames oppreſſerat: nullum niſi in Severino mali remedium. Miſſi ex urbe oratores, qui Virum ſanctum religioſis eo precibus invitarent. Sed eorum adventum cœleſte Numen prævertit, cujus inſtinctu confeſtim ſe in viam dedit: & ſubactos longa calamitate cives haud difficulter flexit, ut expiatis voluntaria caſtigatione noxis, veniam ſibi, pacemque Superum conciliarent. Cumque magni identidem concurſus fierent ad Severinum; conſpicatus in turba Proculam viduam, genere opibusque claram, quæſivit ex ea, ecquid loco tam illuſtri nata, ad has ſordes deſcenderet, ut frumentum intra horrea conditum, perire potius, quam hominum uſibus expendi mallet. Sed enim comprimeret id, quam vellet diu, quæſtumque ſibi ex aliena miſeria faceret; affuturam brevi horam, ut urbi laboranti de annona aliunde proſpiceret DEUS, & avara ejus conſilia, levata inopum indigentia fruſtraretur. Pupugit ea oratio feminam, cetera haud malam, frumentique vim maximam apertis illico horreis in pauperes effudit. Sed ut fides quoque Severini oraculo conſtaret, affuere brevi ex Rhœtia naves frumentariæ, quæ

Res ibi geſtæ.

(A) Idem ibid. „ Hoc (oppidum *Comagenæ*) barbarorum intrinſecus „ conſiſtentium, qui cum Romanis „ fœdus inierant, cuſtodia ſervabatur „ arctiſſima, - - a quibus tamen DEI „ famulus, cum eſſet ignotus, nec interrogatus eſt, nec repulſus. Itaque mox ingreſſus Eccleſiam, cunctos de ſalute propria deſperantes, „ jejunio & orationibus atque eleemoſynis hortatur armari. - - Cumque ſalutem omnium in ipſo diſcriminis articulo promittenti credere dubitarent; ſenex, qui dudum in „ *Aſturis* tanti hoſpitis ſuſceptor exſtiterat, atque a portarum cuſtodibus ſollicita interrogatione diſcuſſus, interitum ſui oppidi habitu verboque monſtravit, adjiciens eadem „ die, qua quidem homo DEI prædixerat, barbarorum vaſtatione fuiſſe deletum. - - His auditis habitatores oppidi memorati, incredulitatis veniam poſtulantes, monitis „ Viri DEI ſanctis operibus paruerunt, jejuniisque dediti in Eccleſia „ per triduum congregati, errata præterita caſtigabant gemitibus, & lamentis. Die autem tertio, cum ſacrificiis veſpertinis ſolennitas impleretur, facto ſubito terræ motu, „ ita ſunt barbari intrinſecus habitantes exterriti, ut portas ſibi Romanos cogerent aperire velociter. Exeuntes igitur cuncti diffugerunt, - - „ auctoque terrore divinitus, & noctis errore confuſi, mutuis ſe gladiis conciderunt. „

A. C. quæ cum ſoluta ante tempus Oeni glacie, ſecundo Danubio delaberentur, famem ſimul, metumque mœſtæ urbi abſterſerunt. (A)

Depulſa fames.

Depulſa fame, hoſtium adhuc incurſus crebri, & latrocinia reſtabant. Forte per eos dies prædones barbari ex agro Favianenſi magnos hominum, pecorumque greges abegerant: (B) quæ res cum ad aures Severini perlata eſſet, Mamertinum ille Tribunum, ingentis animi virum, ac virtutis opinione, ut quibusdam placet, (C) Favianenſes poſtea Infulas meritum, accerſit, monetque, ut rapta ſecum militari manu prædam barbarorum manibus excuteret. Is militum primum cauſatus paucitatem, operam tamen addixit ſuam, ſi precibus Vir ſanctus vires militi, ac animos inſpiraret. Id abunde factum: deprehenſus ſecundo ab urbe milliari, ad rivum Dicuntiam barbarorum globus, armisque ac præda exutus, partim fuga dilapſus, partim revinctis poſt terga manibus ad Severinum adductus. Is ſolutos vinculis, ciboque ex itinere recreatos benigne domum remiſit, id tantum monitos, ne aut ipſi, aut eorum ſocii prædæ ſtudio ejus urbis agrum deinceps incurrerent; ſecus ſi fiat, infeſtos ſibi Superos, & vindicis DEI iras impen-

Prædones capti.

(A) Eugipp. in vita S. Severini. c. 3. „ Eodem tempore civitatem, nomine „ *Favianis*, ſæva fames oppreſſerat, cujus habitatores unicum ſibi remedium affore crediderunt, ſi ex ſupradicto oppido, *Comagenis*, hominem DEI religioſis precibus invitarent. Quos ille ad ſe venire prænoſcens, cum hæſitaret, utrum pergeret cum eis, nec ne; a Domino, ut cum eis pergeret, commonetur. Quo cum veniſſet, cœpit civibus ſuadere dicens, poteritis pœnitentiæ fructibus a tanta famis pernicie liberari. Qui cum talibus, proficerent inſtitutis, beatiſſimus *Severinus*, divina revelatione cognovit, quandam viduam, nomine *Proculam*, fruges plurimas occultaſſe, quam productam in medium arguit vehementer. Cur inquit, nobiliſſimis natalibus orta, cupiditatis præbes te ancillam, & extas avaritiæ mancipium? - - - Ecce Domino famulis ſuis miſericorditer conſulente, tu quid de male partis facias, non habebis. - - Quibus auditis magno mulier pavore perterrita, cœpit ſervata libenter erogare pauperibus. Igitur non multo poſt rates plurimæ de partibus Rhœtiorum, mercibus onuſtæ quam plurimis, inſperate videntur in litore *Danubii*, quæ multis diebus craſſa *Eni* fluminis glacie fuerant congelatæ: quæ DEI imperio mox ſolutæ, ciborum copias fame laborantibus detulerunt. „

(B) Idem c. 4. „ Peridem tempus inopinata ſurreptione prædones barbari, quæcunque extra muros hominum, pecudumque repererant, duxere captiva. Sicque plures de civibus ad Virum DEI cum lachrymis confluentes, illatæ calamitatis exitium retulerunt. -- Ille vero *Mamertinum* percunctatus, tunc Tribunum, qui poſt Epiſcopus ordinatus eſt, utrum aliquos ſecum haberet armatos, cum quibus latrunculos ſequeretur inſtantius. Qui reſpondit, - - quamvis auxilium nobis deſit armorum, credimus, tua nos fieri oratione victores. „

(C) Lazius in Chron. Vienn. L. 2. c. 4. nec improbat Hanſizius, Germ. Sacr. T. 1. p. 87. At M. Velſerus in Scholiis ad vitam S. Severini. lapſum hic Eugippium ſuſpicatur, qui *Mamertinum*, cum *Mamerto* ejus temporis Epiſcopo confuderit: ſed id vero ſimile non videtur.

pendentes ſcirent. (A) His rebus Faviannæ geſtis, in remotiorem ab urbano ſtrepitu locum, cui *Vineæ* nomen, Severinus ſe recepit, extructoque ibi parvo tugurio, ſibi, Deoque vacaturus, continentibus lachrymis, ac precibus tempus omne exegit. (B) Sed exigui ea quies fuit temporis: ſacrum enim illud otium bono publico poſthabere a DEO juſſus, Favianam iterum rediit, ingensque illud Monaſterium, ex quo viri tot ſancti prodiere, qui Noricum & Pannoniam, qui Galliam ac Italiam nova cæleſtis vitæ forma poſtea illuſtrarunt, haud procul a Favianæ mœnibus excitavit. (C) Plerique celeberrimi hujus, antiquiſſimique tota Auſtria cœnobii rudera eo loco ſtatuunt, qui nunc quoque ab inquilinis tot viris ſanctis *Heiligenſtadium* appellatur. Erecta ea ſanctitatis ſchola, factisque magis, quam verbis ad præclaram Religionis ſpeciem informata, contineri tamen mens ſancta, & jugi rerum cœleſtium meditatione abſorpta non ita potuit, quin ad ſacrum illud otium, quod nudæ mutæque ſolitudines præbent, ubi ubi poterat, convolaret. Copiam ſancto ardori Burgum præſtabat, locus ab hominum frequentia ſejunctus, & quinto fere lapide ab urbe remotus. (D) Ea loci ſolitudine delectatus, avelli non poterat;

A. C.

Ad Vineas, precandi ſtudio ſecedit S. Severinus:

Monaſterium prope Favianam condit.

Burgum, precationis cauſa ſe recipit.

(A) Eugipp. in vit. S. Severini. c. 4. „ Et DEI famulus ait, - - tantum in „ nomine DEI perge velociter, perge „ fidenter, - - hoc unum ſervaturus, „ ut ad me, quos ex barbaris ceperis, „ perducas incolumes. Exeuntes igitur in ſecundo milliario ſuper rivum, qui vocatur *Dicuntia*, prædictos latrones inveniunt, quibus „ in fugam repente converſis, arma „ omnium ſuſtulerunt: cæteros vero vinctos ad DEI famulum, ut præceperat, adduxerunt captivos. Quos „ abſolutos vinculis, cibo, potuque „ refectos, paucis alloquitur: ite, & „ veſtris denunciate complicibus, ne „ aviditate prædandi ultra huc audeant propinquare: nam ſtatim cœleſtis vindictæ judicio punientur. „

(B) Idem ibid. „ Deinde beatus *Severinus* in locum remotiorem ſecedens, qui ad *Vineas* vocabatur, cellula parva contentus. „ *Vineas* Lazius Comment. l. 12. Sect. 6. c. 9. in pago *Sifering* collocat: Cuſpinian. in Auſtria ſua hæc habet: „ Cellulam „ ſtruxit ad *Vineas* haud longe a *Vienna* - - cujus cellulæ veſtigium hodie adhuc manet, quam quidem „ villam nos hodie poſſidemus, ob „ amorem Divi Quirini (*forte*: Severini) mercati: licet & a S. Severino, „ patria lingua, *Severin* appellatur: „ pulchra villa, & populoſa, extructa „ vineis, & hortis exculiſſima. „ Idem Aventin. Boic. l. 2. confirmat.

(C) Eugipp. c. 4. „ Ad prædictum „ oppidum (*Favianenſe*) remeare divina revelatione compellitur, ita „ ut, quamvis eum quies cellulæ delectaret, DEI tamen juſſis obtemperans, *Monaſterium haud procul a civitate* conſtrueret, ubi plurimos ſancto cœpit informare propoſito, factis magis, quam verbis animas inſtruens auditorum. „ Lazius Comment. l. 12. Sect. 7. c. 9. in *Heyligſtat* Monaſterium id fuiſſe, nomenque loco inde fluxiſſe tradit: quem ſequuntur recentiores multi. Negat id Lambec. Coment. Biblioth. Vindob. l. 2. Dubitat Hanſiz. T. 1. p. 73. Fugger l. 2. c. 1. in *Sifring* collocat.

(D) Eugip. c. 4. „ Ipſe vero ad ſecretum habitaculum, quod *Burgum* „ appellatur ab accolis, uno (alia „ exempla vitæ ſcribunt: *quinque*) a „ *Favianis* diſtans milliario, ſæpius ſecedebat, ut hominum declinata frequentia, qui ad eum venire conſueverant, oratione continua DEO „ propius inhæreret. „

A. C. rat; nisi aut divino imperio, aut hominum necessitatibus provocatus, aliorum rationes potiores suis duceret, & suo incommodo aliorum utilitatibus deserviret.

Id vero tam perturbato rerum statu creberrime factum, oportuit. Alemanni, Suevique semper in armis erant, dirisque populationibus non Ripense modo, sed Mediterraneum etiam Noricum infestabant. Gothi, qui post Pannoniæ sedes, concessu Marciani Augusti occupatas, jam Dalmatiam quoque, & Noricum interius, pro libidine invase-
470 rant, onustos præda Suevos, ad lacum Pelsodem adorti, fugitivum hostem, spoliisque exutum, irritarant potius, quam compresserant. (A) Quare novum inde bellum inter has
472 gentes conflatum, quod Noricum, ac vicinas circum regiones omnes, in summum discrimen adduxit. Suevi, adscitis in armorum societatem Sarmatis, Scyris, Rugisque in Gothos invecti, accepta semel iterumque clade, viam Ostrogothis aperuere, qua Theodemiro duce per Noricum in Sueviam se infunderent, gentemque eam omnem cum Alemannis, Suevorum sociis, pene obtererent, ac proculcarent. (B) Et clades quidem ad Suevos tantum, terror etiam ad Rugos pertinuit. Rugis per id tempus Flaccitheus Rex imperitabat, homo, ut ea gens tota, Ariana perfidia contactus, cetera minime malus: is cum Gothos victoria insolentes haud sine causa vereretur; Severinum consulendum sibi putavit, armisne, an fugæ, suam suorumque salutem mandaret: ne-

Flaccitheum, Rugorum Regem, periculi securum præstat.

(A) Jornand. de Reb. Getic. c. 53. „ *Hunnimundo* cum Suevis, vastatis „ Dalmatiis, ad sua revertente, *Theo-* „ *demir*, germanus *Walemiris* regis Gothorum, -- sic vigilavit in eorum „ transitu, ut intempesta nocte dormientes invaderet ad lacum *Pelsodis*, „ consertoque inopinato prælio, ita „ eos oppressit, ut etiam ipso Rege „ *Hunnimundo* capto, omnem exercitum ejus, qui gladium evasisset, „ Gothorum subderet servituti. Et „ dum multum esset amator misericordiæ, facta ultione, veniam condonavit, reconciliatusque cum Suevis, eundem, quem ceperat, adoptans sibi filium, remisit cum suis in „ Sueviam. „ Mirum videtur, *Suevos* per Dalmatiam ad *Lacum Pelsodis* in superiorem usque Pannoniam progressos. Sed enim via illis ex Rhætia per Venetiam fuerit, quam alias quoque, ut ex Cassiodori L. XII. Variar. constat, diripiendam suscepere: sic enim Canonicario Venetiarum scribit: „ *Suevorum* incursione vastatis fiscum decimæ quintæ Indictionis serenitas „ regalis indulsit. „

(B) Jornand. ibid. c. 54. & 55. „ Suevorum reges *Hunnimundus* & *Alaricus*, -- in Gothos arma moverunt, „ freti auxilio Sarmatarum -- ipsasque *Scirorum* reliquias, quasi ad ultionem suam acrius pugnaturas accersentes, cum *Edica* & *Wisa*, eorum primatibus, habuerunt simul „ secum tam Gepidas, quam ex gente *Rugorum* non parva solatia, cæterisque hinc inde collectis -- ad „ amnem *Bolliam* in *Pannoniis* castra „ metati sunt, --- consertoque prælio, superior pars invenitur Gothorum. Post certum vero tempus „ instanti hyemali frigore, amneque „ Danubii solite congelato, -- *Theodemir* Rex -- Gothorum ductavit „ exercitum, & tam Suevorum gentem, quam etiam Alemannorum, „ utrasque ad invicem fœderatas devicit, vastavit & pene subegit. „

que enim dubitari poſſe, quin ii, a quibus tranſitum in Italiam nequidquam petiiſſet, infeſtis in ſe animis eſſent, atque ad cædem, ut præceps victorum ira eſt, ſe deſignaſſent. Severinus placido, ut ſolebat, vultu regem intuens: ſi nos eadem, inquit, religio conjungeret, non de pauculis vitæ mortalis annis, ſed de immortalis animæ ſecuritate perpetua tibi conſulendus eram: ſed quando minor ad iſta tibi ſenſus eſt, & præſentium cura cogitationem aliam non admittit; age, metum pone: vitam tibi non ferrum Gothicum, ſed lex naturæ adimet: tu tamen viribus ne fide tuis, ſed pacem bello præfer: cave inſidias, non ſtrue; & periculum evaſiſti. (A) Lætus ille tum quidem reſponſo a Severino diſceſſit: ſed cum nuncius mox adeſſet, qui Rugos aliquot a Gothis latronibus interceptos referebat, conſuli rurſus Sanctum jubet, inſtandumne prædonibus eſſet barbaris, captivique in libertatem aſſerendi: negavit Severinus id expedire, necem cominatus Flaccitheo ex inſidiis, tribus jam locis ab hoſte poſitis, amnem ſi tranſiret. Fidem vaticinio captivi mox duo fuga elapſi fecere, qui inſidiarum & locum, & ſeriem, attonito ad miraculum Regi, ex ordine retulerunt. (B) A. C.

Faviana Urbs Rugorum Regis fidei a Romanis comendata.

Ceterum ex iis, quæ de Gothis, Rugisque nunc allata ſunt, conjectura non levis eſt, Romana, quæ ad limitis hujus cuſtodiam eatenus excubabant, præſidia jam tum Norico exceſſiſſe, urbemque Favianam cum parte Pannoniæ, Noricique Flaccithei Regis tutelæ, fideique fuiſſe commenda-

(A) Eugip. in vita S. Severini c. 5. „ Rugorum-Rex nomine *Flaccitheus*, „ in ipſis regni ſui cœpit nutare primordiis, habens *Gothos* ex inferiore „ Pannonia vehementer infenſos. Is „ ergo beatiſſimum *Severinum* in ſuis „ periculis tanquam cœleſte conſulebat oraculum. Ad quem, dum vehementiſſime turbaretur, adveniens, „ deflebat ſe a Gothorum principibus „ ad Italiam tranſitum poſtulaſſe, a „ quibus ſe non dubitabat, quia hoc „ ei denegatum fuerat, occidendum. „ Tunc ergo a Viro DEI hoc reſponſum prædictus accepit: ſi nos una Catholica fides annecteret, magis me „ de vitæ perpetuitate debuiſti conſulere: ſed quia de præſenti tantum „ ſalute ſollicitus, quæ nobis eſt communis, interrogas, inſtruendus auſcultа. Gothorum, nec multitudine, nec adverſitate turbaberis: „ quia cito ſecurus, eis diſcedentibus, „ tu deſiderata proſperitate, regnabis: „ tantum ne humilitatis meæ monita prætermittas. Non te igitur pigeat, pacem appetere etiam minimorum, & nunquam propriis virtutibus innitaris. - - Diſce igitur „ inſidias cavere, non ponere: in lectulo quippe tuo pacifico fine tranſibis. „

(B) Eugipp. in vita S. Severini c. 5. „ Cum tali admonitus oraculo lætus „ abſcederet (*Flaccitheus*,) perlato ſibi, quod turba latrocinantium, & „ barbari aliquos captivaſſent ex *Rugis*, ad virum DEI miſit, protinus „ conſulendum, qui ſanctis eum mandatis, ne prædones ſequeretur, Domino ſibi revelante, præmonuit, „ dicens: ſi eos ſecutus fueris, occideris: cave, ne amnem tranſeas, & „ inſidiis, quæ tibi tribus locis paratæ ſunt, improvida mente ſuccumbas: nam cito nuncius fidelis adveniet, qui te de his omnibus efficiet certiorem. Tunc captivorum duo „ ab ipſis hoſtium ſedibus fugientes, „ ea per ordinem retulerunt, quæ a „ beatiſſimo Viro, Chriſto ſibi revelante, erant prædicta. „

A. C. datam. Nec mirum, nam cum ſtipendia præſidiarii militis, ob mutatos identidem Imperii Dominos, maligne procederent; Gothique præterea ab Oriente; ab Occidente Alemanni Suevique: a ſeptentrione Thuringi, ac Heruli, armis omnia, ac latrociniis infeſta redderent; miles Romanus ad eam paucitatem defluxit, ut niſi Rugis in amicitiam fœdusque adjunctis, defendi a quotidianis barbarorum injuriis Imperii hi fines jam non poſſent. Ea Romanis proinde cauſa erat ſub Olybrio, Glycerio, Julio Nepote, ruentis jam Imperii rectoribus ultimis, Norici, Pannoniæque partis ejus, quæ a Gothis nondum occupata eſſet, clientelæ quodammodo fiduciariæ nomine, Rugorum Regibus relinquendæ. (A) At vero Flaccitheum Gothi brevi e Pannonia, quemadmodum Severinus prædixerat, (B) digreſſi, longo metu liberarunt: Theodemirus enim, Walemiro fratrum natu maximo jam nuper in pugna adverſus Sciros extincto,
473 (C) in Orientem verſus, Illyrici partem eam, quæ Pannoniam inter, Thraciamque ac Macedoniam interjacet, armis ſubegit. (D) Widemirus diverſo itinere in Italiam flexit, nunquam in Pannoniam deinceps rediturus. (E)

Odoacer Rex Herulorum S. Severinum Faviana convenit.

Widemiro haud paulo felicior Odoacer, Italiam, quo cum Herulorum, Turcilingorum, Scirorumque manu valida, Julii Nepotis, ut opinio eſt, vocatu evolavit, multis
475 annis obtinuit. (F) Excitus is Severini fama, transmiſſo ad Favianam Danubio, quanquam barbarus, ac Arianus, ad ſalutandum ſanctum ſenem acceſſit. Nihil in illo regium præter proceram corporis ſtaturam: veſtis villoſa, ac e pel-

(A) Eugipp. c. 20. „ Per id tempus, quo Romanum conſtabat Imperium, multorum milites oppidorum pro cuſtodia limitis, publicis ſtipendiis alebantur. Qua conſuetudine deſinente ſimul militares turmæ ſunt deletæ.„ & colligitur ex cap. 31. ubi legitur: „ *Feletheus* Rugorum Rex, qui & *Fava*, - - cogitans repente detentos adducere, & in oppidis ſibi tributariis, aut vicinis *(ex quibus unum acceperat FAVIANIS)* - - collocare. „

(B) Eugipp. c. 5. „ Gothorum nec multitudine, nec adverſitate turbaberis, quia cito ſecurus, eis diſcedentibus, tu deſiderata proſperitate regnabis. „

(C) Jornand. de Reb. Getic. c. 53. „ In eo ſiquidem prælio, *(quod Sciri, ab Hunnimundo Suevorum Rege concitati, adverſus Gothos fecerant)* Rex eorum *Walemir*, dum equo inſidens ad cohortandos ſuos ante aciem curreret, perturbatus equus corruit, ſeſſoremque ſuum dejecit: qui mox inimicorum lanceis conſoſſus, interemptus eſt. „

(D) Idem ibid. c. 56. „ *Theodemir* autem frater ſenior cum ſuis tranſit *Saum* amnem - - *Naiſſum* primam urbem invadit Illyrici &c. „

(E) Idem ibid. c. 56. „ Et mox *Widemir* Italiæ terras intravit, & extremum fati munus reddens, exceſſit rebus humanis. „

(F) Auth. Hiſt. Miſcell. ex MS. Ambroſ. l. 15. apud Murator. T. 1. „ Hæc dum apud Romanos geruntur, *Odoacer*, cum fortiſſima Herulorum multitudine, fretus inſuper Turcilingorum, ſive Scirorum auxiliis, Italiam ab extremis *Pannoniæ* finibus properare contendit. „

libus conſuta, reliquus etiam pro præſenti fortuna cultus A. C.
nihil magni, aut eximii præferebat: latere tamen ſub vilibus
exuviis magnum Regem, Severinus novit, ſimul ac humili
tugurio præaltum verticem pellitus Imperii candidatus incli-
Hujus de Regno Italiæ Oraculum. naſſet. Quare digredientem his verbis proſecutus eſt: *Vade in Italiam viliſſimis nunc pellibus coopertus, ſed multis cito plurima largiturus.* (A) Verbis brevi ſua fides conſtitit: nam cum Oreſtes, utriusque militiæ Magiſter, Momylum, filium ſuum, dejecto Julio Nepote, Ravennæ Auguſtum dixiſſet; barbarisque, quos ſuis ſub ſignis numerabat plurimos, tertiam Italiæ partem, cujus agros ſibi poſtulabant, dare cunctaretur; Odoacer voti eos ſui facturum compotes pollicitus, ſi ipſorum opera principatum conſequeretur, 476
militum ſuffragio ſummæ rerum admotus eſt. (B) Dominatum Italiæ hac arte conſecutus, regio jure ac poteſtate per annos fere ſeptendecim, Romani Patricii nomine, imperitavit. Auctus eo honore, quo ne votis quidem aſpirarat, literas officii plenas ad Severinum dedit, multis obteſtatus, ut bene de ſe merendi ſibi copiam faceret. At is prolixa liberalitate modeſte uſus, Ambroſium tantum, exulem neſcio quem, reſtitui in integrum ab Rege petiit, & impetravit. (C)

Poſt

(A) Eugipp. in vita S. Severini c. 7. „ *Odovacbar*, qui poſtea regnavit Italiæ, viliſſimo tunc habitu, juvenis „ ſtatura procerus advenerat. Qui „ dum ſe, ne humile tectum cellulæ „ ſuo vertice contingeret, inclinaſſet, a Viro DEI glorioſum ſe fore „ cognovit. Cui etiam vale dicenti, „ *Vade*, inquit, *ad Italiam, vade viliſſimis nunc pellibus coopertus, ſed multis cito plurima largiturus.* „

(B) Procop. Bell. Goth. l. 1. c. 1. „ In Occidente imperavit Auguſtus, „ quem Romani diminuto blande vocabulo, appellaverunt, *Auguſtulum*, „ propterea quod Imperium ſuſcepe- „ rat adoleſcentulus. Id vero *Oreſtes* „ ipſius pater, ſingulari prudentia „ vir, adminiſtravit. Aliquanto ante „ Romani Scirros, Alanos, & alias „ quasdam gentes Gothicas in ſocietatem adſciverant. -- Horum certe impudentia eo crevit, ut poſt „ alia multa ab invitis expreſſa, demum agros omnes Italiæ dividere „ inter ſe voluerint; & cum tertiam „ eorum partem ab *Oreſte* exigerent, „ abnuentem eum illico vita ſpoliarint. Inter ipſos quidam erat, *Odoacer* nomine, *Protector Caſarianus*, qui „ tunc, ſi illorum opera principatum „ conſequeretur, ſe voti compotes „ facturum recepit. Qua via arrepta tyrannide, Imperatori nihil præterea mali intulit, vivere privatum „ ſinens; tertiaque agrorum parte „ conceſſa barbaris, eos ſibi devinxit „ penitus, ac tyrannos per annos „ decem firmavit. „ Aliter rem narrat Author. Hiſt. Miſcell. l. 15.

(C) Malchus Rhetor in Excerpt. de Legation. narrat, *Patricii Romani* dignitatem a Zenone Imperatore, quaſi invito, *Odoacri* eſſe collatam: ſic enim ſcribit. „ In literis regiis, quibus „ *Odoacro* eam dignitatem mittere renuit, eum *Patricium* nominavit. „ Credebat enim, eum illi honorem a *Julio Nepote* collatum iri: ut colligi poteſt ex eodem Malchi loco. Eugipp. in vita S. Severini c. 32. „ Hisdem „ temporibus *Odobagar* Rex ſancto Severino familiares litteras dirigens, „ dabat ſuppliciter optionem (ſi qua „ ſperanda duceret) memor illius „ præſagii, quo eum expreſſerat quondam regnaturum. Tantis itaque „ Sanctus alloquiis invitatus, *Ambroſium* quendam exulantem rogat abſolvi, cujus *Odobagar* gratulabundus „ paruit mandatis. „

A. C. Poſt Odoacri in Italiam adventum Flaccitheus Rex Rugorum non diu ſuperfuit, tranquilla morte extinctus: ſuprema is voluntate regnum in Feletheum filium (quem Fevam, aut Favam alii; Febanum Caſſiodorus appellat) tranſtulit: adjectis ad Rugiorum provinciam nonnullis Norici oppidis, quæ cum Faviana urbe tributum illi penderent. (A) Moribus patri haud abſimilis erat filius, magnaque imprimis obſervantia Severinum colebat: ſed Giſa conjux a clementibus conſiliis plurimum abhorrebat. Hæc ut erat Arianæ impietati perdite addicta, ita recte ſentientes, non oderat modo, ſed ad ſuam etiam perfidiam nolentes adigebat; luſtrico etiam fonti ſecundo admotura, niſi eam maritus, maritum Severini reverentia ab impio conſilio retraxiſſet. (B) Quod unum tamen poterat, vinculis ac carceribus in obvios quosque Romani nominis cives diriſſime conſulebat. Fuit, cum Severinus quorundam, quos in ſervitutem illa abſtraxerat, cauſam per legatos ageret: offenſa precibus mulier importuna, ad repulſam contumeliam adjecit: mitteret alienas ab inſtituto ſuo curas, cellæque ſuæ latebris incluſus, ſibi viveret: fatigaret cœlum precibus, quantum, quamdiu vellet; in Regum jura, factaque ne inquireret: ſibi ſe vindicaret ipſe; ſervorum cauſas, ſuas ne faceret. Severinus reſponſi ſuperbia nihil commotior, bene habet, inquiebat, ad majus me forum remittit Regina, ubi clementiæ ſemper locus: ſalva res eſt: vel Giſæ ingratiis miſerorum calamitati conſuletur. Et en! quam preces emollire nullæ poterant, repentinus terror inflexit. Aurifices e barbaris aliquot, ad concinnanda regii cultus ornamenta, concluſos arcta cuſtodia tenebat: horum in officinam cum Fridericus, Felethei filiolus, temere irrepſiſſet, coorti in eum captivi barbari, admoto pectori puerili ferro, configendum in veſtigio minantur, ſi quis manum, ſi vim afferre niteretur: habere ſe nobilem libertatis ſuæ obſidem, a quo vel ſanguinem, vel liberum ad ſuos reditum eſſent extorturi. Excita clamore pueri Regina, quanquam miſerabilis ſpectaculi horrore amens,

Flaccitheo ſuccedit Feletheus, ſeu Fava.

Giſa, Felethei conjux,

divinitus caſtigata.

(A) Paul. Diacon. Longob. L. 1. c. 19. appellat *Feletheum* & *Fevam*. Eugipp. in vita S. Severini c. 31. & c. 42. nominat eundem *Feletheum*, & *Favam*. Caſſiodor. in Chron. & vetuſtum Chron. Cuſpiniani ad A. 486. *Febanum* Regem.

(B) Eugipp. in vit. S. Severini c. 8. „ *Feletheus* quoque Rex, qui & *Fava*, „ memorati filius *Flaccithei*, paternam „ ſecutus induſtriam, ſanctum virum „ cæpit pro regni ſui frequentare primordiis. Hunc conjux feralis & „ noxia, nomine *Giſa*, ſemper a clementiæ remediis retrahebat. Hæc „ ergo inter cetera iniquitatis ſuæ „ contagia, etiam rebaptizare quosdam eſt conata Catholicos, ſed ob „ ſancti reverentiam Severini, non „ conſentiente viro, a ſacrilega quantocyus intentione defecit. „

pœnam tamen procacis linguæ non male ominata eſt, miſitque confeſtim, qui Romanos eo die captos vinculis exſolverent, veniamque atrocis convitii a viro ſancto deprecarentur: tum ad fabros converſa, libertatem, ac incolumitatem ſacramento pacta, incolumem filium recepit. Pœnam ſimul, ac beneficium experta, gratiam poſtea Severino coram habuit, filiumque ex ultimo pene diſcrimine ereptum, vindici ſuo ac aſſertori grata ſtitit. (A) A. C.

Tempus ſubinde incidit, ut Alemanni hoſtes, direpta late Vindelicia ac Rhœtia, Norico jam imminerent. Quintanenſes, quorum oppidum forte idem cum eo erat, quod Künzenam hodie in Bavaria appellamus, perpetuis eorum incurſibus fatigati, fortunarum ſuarum receptum Paſſavii requirebant. Alemanni fugientium metu in audaciam erecti, duorum oppidorum cives uno in loco concluſuri, eorundem veſtigia pari velocitate conſequuntur. Forte ad eam diem Severinus Bojoduri erat, quod oppidum, injecto flumini ponte, in unam pene cum Paſſavio civitatem coaleſcit: is rei non ignarus, civibus author eſt, hoſtem armata manu repellendi. Pugnatum feliciter: rejecti hoſtes: cives in eam ſpem erecti, quæ pene exitio iis ipſa confidentia fuit. Redeuntes enimvero a prælio, & tantillæ velitationis ſucceſſu exultantes Severinus reprimit, monetque, ne ſuis porro viribus confiderent, diem inſtare, quæ præter

Alemanni Bojoduro, ſeu Paſſavio repelluntur S. Severini meritis.

(A) Idem ibid: „Romanos tamen „ duris conditionibus aggravabat, „ quosdam etiam *Danubio* jubebat abduci. Nam cum quadam die in proximo a *Favianis* vico veniens, aliquos ad ſe transferri Danubio præcepiſſet, viliſſimi ſcilicet miniſterii ſervitute damnandos; dirigens ad eam Vir DEI, ut eos dimitteret, poſtulabat. Verum illa facibus fœminei furoris exæſtuans, mandata reportari juſſit aſperrima: Ora, inquit, tibi, ſerve DEI, in tua cellula deliteſcens; liceat nobis de ſervis noſtris ordinare, quod volumus. Hæc igitur audiens homo DEI: confido, inquit, in Domino JESU Chriſto, quia neceſſitate compelletur explere, quod prava voluntate deſpexit. Velox itaque ſecuta correptio animum proſtravit arrogantis: quosdam enim aurifices barbaros, pro fabricandis regalibus ornamentis, clauſerat arcta cuſtodia: ad hos filius memorati Regis admodum parvulus, nomine *Fridericus*, eodem die, quo Regina ſervum DEI contempſerat, puerili motu concitus, introivit. Tunc aurifices infantis pectori gladium impoſuere dicentes: quod ſi quis ad eos absque juramenti præſidio ingredi conaretur, parvulum Regium primitus transfigerent, & ſemetipſos poſtea trucidarent. - - His auditis Regina crudelis & impia, veſtibus dolore conſciſſis, - - fatebatur ſe pro ſcelere contemptus, quod in ſervum DEI commiſerat, plagæ præſentis ultione percelli. Confeſtimque directis equitibus, veniam petitura, & Romanos, - - pro quibus rogantem contempſerat, retransmiſit; & aurifices protinus, accipientes ſacramentum, ac dimittentes infantulum, pariter & ipſi dimiſſi ſunt. - - Regina ſtatim ad ſervum DEI properans cum marito, monſtrat filium, quem fatebatur illius orationibus de mortis confinio liberatum. „

A. C. ter fugam nihil præſidii admitteret: ſi effugere infeſtos enſes, ſi ſalvos ſe, ſuosque cuperent; Laureacum ſe confeſtim ſequerentur: fata ſua quidem & illi urbi incumbere, ſed ſerius: in præſens ibi tutos fore. Secuti monentem Batavienſes plurimi Laureacum in Auſtriam commigrarunt: non defuere tamen, qui natalis ſoli amore capti, fortunam ſequi, quam conſilium mallent: ſed Thuringis hoſtibus in prædam dati, amiſſa patria, aut vitæ, aut libertatis diſpendio contumaciam luerunt. (A) Tutiora omnia ceteris, qui duce Viro ſancto, Laureacum ſe recepere: quibus, quanquam ſua etiam pericula non deeſſent, Severinus pro vallo ac muro fuit. Et vero brevi, cœleſti lumine, quo longe poſita, futuraque pervidebat, edoctus eſt, barbaros, ejus etiam urbis prædæ imminere: multum hic etiam beato ſeni laborandum erat, ut denunciati civibus periculi fidem faceret. Triduum jam ipſum monitis hortatibusque inſtiterat, ut quidquid annonæ, frugumque vicino in agro eſſet, in tutum migrarent: cum quarta demum die, jam in veſperam inclinante, ad Conſtantium ejus urbis Pontificem mittit, qui excubias ea nocte omni ſtudio perurgeret. Ægre a civibus id impetratum, quod exploratores ea de cauſa, per omnem late agrum dimiſſi, tuta omnia, nullumque tota regione hoſtis veſtigium renunciaſſent. Perſtitit tamen in propoſito Severinus, contentaque voce teſtabatur, eam noctem, niſi monitis parerent, Laureaco fore ultimam: ſi falle-

Bojodurenſium civium ſors diverſa.

Laureacum S. Viri monitis ſervatum.

(A) Eugipp. in vita S. Severini c. 27. „ Eodem tempore manſores oppidi „ *Quintanenſis*, creberrimis *Alamannorum* incurſionibus defeſſi, ſedes proprias relinquentes in *Batavis* oppidum migraverunt. Sed non latuit eosdem barbaros confugium prædictorum: qua cauſſa plus inflammati ſunt, credentes, quod duorum populos oppidorum uno impetu prædarentur. Sed beatus *Severinus* orationi fortius incubans, Romanos exemplis ſalutaribus multipliciter hortabatur, prænuncians, hoſtes quidem præſentis DEI auxilio ſuperandos, ſed poſt victoriam eos, qui contemnerent ejus monita, perituros. Igitur Romani omnes ſancti viri prædictione firmati, ſpe promiſſæ victoriæ, adverſus *Alamanos* inſtruxerunt aciem, non tam materialibus armis, quam ſancti Viri orationibus præmuniti. Qua congreſſione victis ac fugientibus „ *Alamannis*, Vir DEI ita victores al- „ loquitur: Filii, ne veſtris viribus „ palmam præſentis certaminis imputetis, ſcientes, vos DEI nunc præſidio liberatos, ut hinc parvo intervallo temporis, quaſi quibusdam conceſſis induciis diſcedatis mecum. Itaque ad oppidum *Lauriacum* congregati deſcendite. Hæc homo DEI plenus pietate commonuit. Sed *Batavini* genitale ſolum relinquere dubitantibus ſic adjecit: quamvis & illud oppidum, quo pergimus, ingruente barbarie ſit quantocyus relinquendum; hinc tamen nunc pariter diſcedamus. Talia commonentem ſequuti ſunt plurimi; quidam reperti ſunt contumaces: nec defuit contemptoribus gladius inimici. Quicunque enim ibidem contra hominis DEI interdictum manſerunt, *Thuringis* irruentibus, in eadem hebdomada, alii quidem trucidati, alii in captivitatem deducti, pœnas dedere contemptus. „

falleret, nihil ſe deprecari, quin lapidum imbre civium manibus obrueretur. Ergo civibus ad excubias verſis, fœni acervus ea nocte, concepta temere flamma, totam urbem excivit: concurſum ab omni parte, cum ingenti clamore, ac tumultu, tanquam urbe jam ab hoſte capta: at enim ſalutem is terror attulit: perculſi clamore hoſtes, qui intra ſylvarum latibula opportunitatem aggrediendæ urbis præſtolabantur, proditosque ſe rati, intra ſylvas ſe ſuas trepidi, paventesque continebant. Appetente deinde die, cum metu jam poſito audacia rediiſſet, ad diripiendum quidem urbi circumjectum agrum verſi ſunt; ſed quod annonæ jam ante in urbem convectæ reperirent nihil, abacto unius hominis, qui ad Severini monita obſurduerat, grege, feſtino ſe curſu ex urbis conſpectu abſtulerunt. Repertæ tamen ab eorum diſceſſu ſcalæ, quas ad urbis excidium apparatas, heſternæ noctis tumultu territi, abjecerant; nec civium erat quisquam, qui ſalutem ſuam, urbisque incolumitatem, Sancti meritis ſe debere non fateretur. (A) A. C.

Diſcuſſo eo periculo, haud aliud deerat, Severini item induſtria depellendum. Feletheus Rex, ſub ſpecioſa amicitiæ larva, cum exercitu eo contenderat, ut Romanorum eas reliquias in tributariis ſibi oppidis collocaret. Conſternati eo

(A) Eugipp. in vita S. Severini c. 30. „ Cives item oppidi *Lauriaci*, & ſuperiorum transfugæ caſtellorum, „ ad ſuſpecta loca exploratoribus deſtinatis, hoſtes, quantum poterant, „ humana ſolicitudine præcavebant. „ Quos ſervus DEI, divinitatis inſtinctu commonitus, præſaga mente „ præſtruxit, ut omnem paupertatis ſuæ ſufficientiam intra muros „ concluderent. - - Hæc per triduum „ (*al.* quatriduum) conteſtatus, adveſperaſcente jam die, *Valentem* nomine, monachum mittens ad ſanctum *Conſtantium*, ejusdem loci Pontificem, & ad ceteros commanentes: hac, inquit, nocte diſpoſitis „ per muros ex more vigiliis diſtrictius excubate, ſupervenientis hoſtis caventes inſidias. At illi nihil „ adverſi per exploratores ſentire ſe „ affirmabant. Sed Chriſti præco præmonere non deſinens, dubitantibus voce magna clamabat: eadem „ nocte, eos aſſerens capiendos, niſi „ imperiis fideliter obedirent: ſæpius „ repetens: *me*, inquit, *lapidate, ſi mentitus fuero.* Itaque tandem aliquando muris invigilare compulſi, expleta conſueti operis in noctis principio pſalmodia, cum celeberrimo „ cœpiſſent vigilare concurſu, acervus fœni cominus poſitus, ex facula bajuli nolentis accenſus lumen, „ non incendium reddidit civitati. „ Qua occaſione vociferantibus cunctis, hoſtes ſylvarum occultati nemoribus, ſubito ſplendore, clamoreque perterriti, putantes ſe prægnitos quieverunt, ac mane facto „ circumdantes civitatem, & ubique „ diſcurrentes, cum nihil victualium „ reperiſſent, diripuerunt animalium „ gregem cujusdam hominis, qui „ ſervo DEI prædicante contumax, „ ſua tutare contempſerat, & receſſerunt. Illis autem abeuntibus cives „ portas egreſſi, haud procul a muris ſcalas jacentes inveniunt, quas „ ad urbis excidium præparantes barbari, vigilantium clamore turbati, „ in nocte jactaverant. Quapropter memorati cives, - - rebus „ præſentibus agnoverunt in ſancto „ Viro gratiam viguiſſe propheticam. Dignum eſſe nempe dicebant, ut tunc plebs inobediens „ univerſa captivaretur, niſi eam liberam Viri DEI conſueta conſervaſſet oratio. „

A. C. eo nuntio cives Severinum ſuppliciter adeunt, atque ut animum Regis eo a conſilio avocet, multis obteſtantur. Nihil cunctatus ille, in viam ſe dat, totaque nocte profectus, ad viceſimum ab urbe lapidem Regi occurrit. Conſpectu Viri ſancti non parum commotus animo Feletheus, cauſam tam moleſti itineris benevole inquirit. At Severinus: Legatus, inquit, magni DEI advenio, miſeris Laureaci civibus, pacem ac veniam oraturus: per ego te Patris optimi memoriam, per quidquid opis, conſiliique a me olim illi præſtitum, obteſtor, ne turbam innoxiam, ac nullius admiſſæ in te culpæ conſciam, tam acerbo exilio miſeriorem reddas. Atqui non iſtud ago, ajebat Feletheus, ut ſedibus illos ſuis per injuriam exturbem; ſed ut quotidianis periculis ereptos ab hoſtibus Alemannis, ac Thuringis vindicem. Iſtud ſi ſpectas, reponit Severinus, animum laudare poſſum; conſilium non poſſum: an enim armis illi tuis, ac non potius Divino præſidio tuti eſſe poſſunt? quid iis expediat, tu ne quæſieris: mihi hanc cedo tutelam, meæ hos fidei committe: DEO curæ ſumus. Puduit Regem diutius obniti, reductoque confeſtim exercitu, metu urbem, cura Severinum liberavit. Neque tamen non uſi oblata hac Regis gratia permulti civium ſunt, qui Laureaco in inferiorem Auſtriam profecti, in circumjectis Favianæ oppidis, bona Rugorum pace conſedere. At Severinus Favianam ſe recepit, quod reliquum erat vitæ, ſacro in otio inter Monaſterii ſui parietes exacturus. (A)

Feletheum a Conſilio abducendi Laureacenſes in ſua oppida avertit.

S. Severinus Favianam, ſeu Viennam ſe recipit.

(A) Eugipp. in vit. c. 31. „ *Feletheus* Rugorum Rex, qui & *Fava*, „ audiens cunctorum reliquias oppidorum, quæ barbaricos evaſerant „ gladios, *Lauriacum* ſe per DEI famulum contuliſſe: aſſumpto veniebat exercitu, cogitans repente detentos abducere, & in oppidis ſibi „ tributariis atque vicinis (ex quibus „ unum acceperat *Favianis*) quæ a *Rugis* tantummodo dirimebantur *Danubio*, collocare. Quamobrem graviter univerſi turbati, ſanctum *Severinum* adiere ſuppliciter, ut in occurſum Regis expediens ejus animam mitigaret, cui tota nocte feſtinans, in viceſimo ab urbe milliario matutinus occurrit. Rex ergo „ adventum ejus protinus expaveſcens, teſtabatur ſe illius fatigatione plurimum prægravatum. Cauſas igitur repentinæ occurſionis inquirit. Cui ſervus DEI: Pax, inquit, tibi Rex optime: Chriſti legatus advenio, ſubditis miſericordiam precaturus. Recole gratiam, „ divina beneficia recordare, quibus „ pater tuus frequenter ſe ſenſit adjutum. --- Et Rex: hunc, inquit, „ populum, pro quo benevolus precator accedis, non patiar *Alemannorum*, aut *Thuringorum* iniquorum „ ſæva deprædatione vaſtari, vel gladio trucidari, aut in ſervitio redigi, cum ſint nobis oppida & caſtella, in quibus debeant ordinari. Cui ſervus Chriſti conſtanter ita reſpondit: Nunquid arcu tuo, vel gladio „ homines iſti e prædonum vaſtatione creberrima ſunt erepti, & non „ potius DEI munere, ut tibi paulisper ad obſequia valeant reſervari? „ Nunc ergo Rex optime, conſilium „ meum ne reſpuas, fidei meæ hos „ committe ſubjectos, ne tanti exercitus compulſione vaſtentur potius, „ quam migrentur. - - His auditis „ Rex modeſtis allegationibus mitigatus,

Supremam vitæ ſuæ diem biennio ante præviderat, Lucillo- A. C.
que, ſuo in regendo Favianenſi Cænobio ſucceſſori, in man-
datis dederat, ut quo die ſancti Valentini anniverſariam me- 480
moriam acturus eſſet, ſibi quoque funebris officii pridiano
pervigilio parentaret. (A)

Nec fefellit oraculi fides: circumactis duobus annis, cum repentino lateris dolore ictus, inſtantem jam mortem perſentiſceret, excitum ad ſe Regem Feletheum graviter admonuit, ut in adminiſtrando regni ſui ſtatu, non impotentes animi libidines, ſed deſcriptas in mente cujusque, juris rectique leges in conſilium adhiberet; rationem geſti Imperii ſupremo rerum Domino daturum ſe ſciret, cujus e judicio, niſi integritate, ac continentia ſit ſingulari, innoxium exire neminem, pro certo haberet: jus ex æquo, bonoque cuique tribuat: iram in poteſtate; avaritiam procul habeat: ſanguinem, præterquam noxium, ne fundat: regni firmitatem in charitate civium, non in incuſſo timore conſtitutam noſſet. Verſa dein ad Giſam, Felethei conjugem, oratione: amas, inquit, Regina hoc pectus? (manuque Regem deſignat) amas, inquam, plusquam aurum? Giſa hoc telo icta, & quidni amem, reponebat, rebusque omnibus maritum longiſſime anteferam? atqui, excipit Severinus, pectori huic ferrum admoves, quoties ad iram, ad fævitiam, ad rapinas, cædesque miſerorum exacuis. Hoc igitur ſi ſalvum cupis, ſalvi ſint ii, quos opprimis, quos fortunis, quos vita exuis. Quod regnaſtis ad hunc diem proſpere, id munus DEI fuit, quem propitiare vobis, quoad vita mihi ſuperfuit, meis precibus nunquam deſtiti: qualem habituri ſitis impoſterum, vos videritis. Me mortalis cura, ad immortales brevi migraturum, diutius non tenebit. (B)

Suprema ejus ad Feletheum,

& Giſam Reginam.

Favia-

„ gatus, cum ſuo remeavit exercitu. „ Igitur Romani, quos in ſuam *S. Severinus* fidem ſuſceperat, de *Lauriaco* deſcendentes, pacificis diſpoſitionibus in oppidis ordinati, benivola cum *Rugis* ſocietate vixerunt. „ Ipſe vero *Favianis* degens in antiquo „ ſuo monaſterio, nec admonere populos, nec prædicere futura ceſſabat aſſerens, univerſos in Romani „ ſoli provinciam absque ullo libertatis migraturos incommodo. „

(A) Eugipp. c. 41. „ Diem etiam, „ quo tranſiturus eſſet idem beatiſſimus *Severinus* e corpore, ante duos, „ & amplius annos hac ſignificatione „ monſtravit. Epiphaniorum die, „ cum ſanctus ſe *Lucillus* Presbyter, „ Abbatis ſui *S. Valentini* Rœtiorum „ quondam Epiſcopi, diem depoſitionis in craſtinum celebraturum ſollicitus intimaſſet; idem famulus „ DEI ita reſpondit: Si beatus *Valentinus* hæc „ tibi celebranda ſolemnia delegavit, ego quoque tibi in „ eodem die, vigiliarum mearum ſtudia obſervanda, migraturus e corpore derelinquo &c. „

(B) Eugipp. c. 40. „ Cum ſe beatus Severinus de hoc ſæculo tranſiturum, DEO revelante, ſenſiſſet, „ memoratum Rugorum Regem *Favam*, cum uxore ejus crudeliſſima, „ nomine *Giſa*, ad ſe venire commonuit. Quem cum ſalutaribus exhorta-

A. C. Favianam nuper Feletheus Friderico fratri tranſcripſerat, inquieto homini, & rapinis miſerorum perdite inhianti. Is tamen, nequid officii eo tempore prætermitteret, Severinum in extremis jam agentem & ipſe adiit. Collegit fugientem jam ſpiritum vir ſanctus, & pauca de ſuprema ea hora præfatus, Fridericum obteſtatur, nequid rerum, veſtiumque, quas in pauperum uſus ex aliena miſericordia corrogarat, interverteret: vilem alioquin ex pauperum exuviis quæſtum magno ſtaturum minatus: vindicisque Numinis manum, ſi ſecus faxit, nec vivum, nec mortuum effugiturum. (A) Perculſus inopinata cominatione Fridericus, prolixe tum quidem promiſit omnia, ſed promiſſis haud diu ſtetit. Rege conjuge fratreque digreſſis, cum lateris dolor virum ſanctum jam ad extrema deduceret, ſub noctis medium, religioſos Cœnobii ſodales omnes ad ſe vocatos, ſanctiſſimis monitis ad alendum in arrepto vitæ propoſito ſanctum fervorem, ad charitatem, ad ſui deſpicientiam, ac virtutis genus omne cohortatus, ſingillatim ad oſculum admiſit: ſuſcepto deinde Divino Viatico, totoque corpore crucis ſigno ſua manu
482 communito, VI. Id. Januarii ad beatam immortalitatem exceſſit. (B)

Fratremque Feletbei Fridericum monita.

Mors S. Severini.

„ hortatus eſſet affatibus, ut ita cum „ ſibi ſubjectis ageret, quo ſe jugiter „ cogitaret pro ſtatu Regni ſui rationem Domino redditurum, aliisque „ verbis intrepide monuiſſet, protenta manu regis pectus oſtendens, reginam his interrogationibus arguebat: Hanc, inquit, animam *Giſa*, an „ aurum, argentumque plus diligis? „ cumque illa ſe diceret, maritum „ cunctis opibus anteferre; Vir DEI „ ſapienter adjecit: ergo, inquit, deſine innocentes opprimere, ne illorum afflictio veſtram magis diſſipet poteſtatem: etenim manſuetudinem Regis tu ſæpe convellis. - - „ Huc usque regnum veſtrum auctore Domino proſperatum eſt, jam „ ex hoc vos videritis. His monitis „ Rex cum conjuge ſufficienter inſtructi, valedicentes ei profecti „ ſunt. „

(A) Eugipp. c. 42. „ Præterea, cum „ *Fridericus* a fratre Rugorum Rege „ *Fava*, ex paucis, quæ ſuper ripam *Danubii* permanſerant, oppidis unum „ acciperet, *Favianis*, juxta quod ſanctus Severinus, ut retuli, commanebat, & ad eum idem *Fridericbus*, „ ex more ſalutaturus, accederet, cœpit ei miles Chriſti iter ſuum eni„ xius indicare, ſub conteſtatione „ hæc proloquens: noveris me, in„ quit, quantocyus ad Dominum „ profecturum, & idcirco commoni„ tus præcaveto, ne me diſcedente „ aliquid horum, quæ mihi commiſ„ ſa ſunt, attaminare pertentes, & „ ſubſtantiam pauperum, captivo„ rumque contingas, indignationem „ DEI, quod abſit, tali temeritate „ ſenſurus. Sed *Fridericbus* inſperata „ commonitione perculſus: cur, in„ quit, hac conteſtatione confundi„ mur, cum non optemus tantis or„ bari præſidiis, & ſanctæ largitioni „ tuæ, quæ omnibus nota eſt, confer„ re nos aliquid deceat, non aufferre, „ quatenus ſolita, ſicut & pater no„ ſter, *Flaccitheus*, tua merear oratione muniri. - - Et ille, qualibet, „ inquit, occaſione meam cellulam „ volueris lædere, & hic ſtatim pro„ babis, & in futuro ſolves, quam „ non opto, vindictam. „

(B) Eugipp. in vit. c. 31. „ Nonis itaque Januariis cœpit tenuiter lateris dolore pulſari, quo durante „ per triduum, medio noctis tempore „ fratres adeſſe præcepit, quos de „ cor-

Sanctitatis ejus fama.

Majorem Severino admirabilitate operum, Vaticiniorum numero, fide, claritate; aſperrima adhæc corporis tractatione, profuſa in omne genus hominum beneficentia, ac charitate incolam Auſtria nondum habuit: neque enim ſanctitatis ejus fama inter unius Noriçi anguſtias contineri potuit; ſed ad Rugos, Herulos, Thuringos, Suevos ac Alemannos, imo ad Galliam etiam, ac Italiam evolavit. Futurorum arcana, certaque cognitio non frequens modo, ſed perpetua videri poterat: adeo malorum nihil vel ab hoſte, vel a ſubita calamitate impendebat, quod mens illa divinitus colluſtrata non præſenſiſſet: Auſturis cladem, Laureaci periculum, Bojoduri calamitatem, Herulorum in ſacra ac ſacerdotes exitialem Juvavii impetum, tum per ſe ipſe, tum per opportunos monitores prænunciavit. (A) Favianæ cum ageret, aut in vicino Burgi ſeceſſu, quanquam cœleſtium contemplatione totus in DEO figeretur, aberrabat tamen perſæpe animus, & nunc captiva inter barbaros corpora, nunc allatas ex Italia Sanctorum reliquias ſuſcepto, aut imperato itinere requirebat. (B) Odoacri non Italiæ modo Regnum, ſed annos etiam imperii, quos cladis integer exacturus eſſet, Oraculo minime ambiguo prædixit. (C) Quæ Feletheum, Giſamque conjugem; quæ Fridericum, Felethei fratrem, excepturæ calamitates erant, parum quidem tum, cum præſagirentur, aut creditæ, aut intellectæ, exitum tamen

Vaticinia.

A. C.

„ corpore ſuo commonens, & pater-
„ na informatione corroborans. &c.
cap. 44. „ Cunctos per ordinem ad
„ oſculum ſuum juſſit accedere, &
„ Sacramento Comunionis accepto,
„ fieri ſe penitus prohibet, totum-
„ que corpus ſigno crucis extenta ma-
„ nu conſignans, ut pſallerent, impe-
„ ravit. Quibus mœroris effuſione
„ cunctantibus, ipſe pſalmum protu-
„ lit ad canendum: *Laudate Dominum*
„ *in Sanctis ejus:* - - *omnis ſpiritus lau-*
„ *det Dominum.* Sexto itaque Id. Ja-
„ nuar. nobis vix præ fletu reſpon-
„ dentibus, in hoc verſiculo quievit
„ in Domino. „

(A) Idem c. 1. & paſſim alibi: cap. vero 23. „ Beatum Virum cives oppi-
„ di memorati ſuppliciter adierunt, ut
„ pergeret ad *Pavianum* (*al. Febanum*)
„ Rugorum principem, mercandi eis
„ licentiam poſtulare. Quibus ipſe:
„ tempus, inquit, hujus oppidi appro-
„ pinquavit, ut deſertum, ſicut ſupe-
„ riora caſtella cultore deſtituta, re-
„ maneat. Ad antiquum itaque &
„ omnibus majus monaſterium ſuum,
„ juxta muros oppidi *Favianis*, quod
„ centum & ultra millibus aberat, Da-
„ nubii navigatione deſcendit. Mox
„ igitur eo deſcendente *Ebunimun-*
„ *dus*, paucis barbaris comitatus op-
„ pidum, ut Sanctus prædixerat, *Ba-*
„ *tavis* invaſit, ac pene cunctis man-
„ ſoribus in meſſe detentis, quadra-
„ ginta viros oppidi, qui ad cuſto-
„ diam remanſerunt, interemit. „ De
clade *Juvavienſi*, & *Maximo* Presbytero ab Herulis cæſo agit. c. 24.

(B) Eugipp. c. 4. 10. & 23.

(C) Eugipp. c. 32. „ Quodam
„ etiam tempore, dum memoratum
„ Regem (*Odoacrem*) multi nobiles
„ coram ſancto viro humana, ut ſo-
„ let, adulatione laudarent, interro-
„ gat, quem regem tantis præconiis
„ prætuliſſent: reſpondentibus *Odo-*
„ *bagarum. Odobagar*, inquit, *integer in-*
„ *ter tredecim & quatuordecim*: annos
„ videlicet integros, regni ejus ſigni-
„ ficans: & his dictis adjecit, citius
„ illos, quod ipſe prædixerat, proba-
„ turos. „

A. C. men nec incertum, nec diſſimilem habuere. (A) Nempe quo abſtractus magis a mortalibus animus, hoc ampliore, e cœlo lumine perfuſus, in ſacra illa Divinitatis caligine, longe etiam abſentia, velut ante ſe poſita intuebatur. Neque mirabilior tamen in hoc, quam in patrandis maximis, & naturæ vires omnes excedentibus operibus erat. Laureaci præter alia olei cadum ita auxit miraculo, ut niſi Pientii clamor, prodigium magna voce conteſtantis, viri modeſtiam violaſſet, ſuffecturus omnium neceſſitatibus crederetur. (B) Quintanis Danubio metas fixit, ſigno Crucis ædis ſacræ parieti inſcripto, rapacique flumini inſtar aggeris objecto: (C) Silvinum, loci ejusdem ſacerdotem, geminato miraculo, & vitæ reddidit, & morti; quod eam ſibi vita potiorem Silvinus ipſe exoptaret. (D) Cucullis locuſtas ex agris diſpulit; (E) ſatorum rubiginem Laureaci. (F) Cereos & Juvavi, & Cucullis, ſine ignis miniſterio accendit. (G) Singulare & ante eam ætatem inauditum illud, quod Severini abſentis imperio ſylveſtris urſus Maximo Noricenſi, Favianam ex Norico interiore petenti, per duodecim paſſuum millia, inter invios nivium tumulos viam ſignarit, ſtipem, ac veſtes pauperibus erogandas deferenti. (H)

Prodigia ingentia.

(A) Eugipp. in vita S. Severini apud M. Velſerum. c. 45. ut infra referetur.

(B) Eugipp. c. 28. „ Præterea Vir „ DEI, quadam die, cunctos paupe- „ res in una baſilica (*Laureaci*) ſtatuit „ congregari, oleum, prout poſcebat „ ratio, largiturus, - - completis „ igitur vaſculis pauperum, nihil mi- „ nuebatur in manibus miniſtran- „ tium. Tantum igitur DEI benefi- „ cium, dum circumſtantes tacite mi- „ rarentur, unus eorum, cui nomen „ erat *Pientius*, magno timore perter- „ ritus, exclamavit dicens: Domine „ mi, creſcit hic cacabus olei, & in „ modum fontis exundat. Sic liquor „ ille gratiſſimus, prodita virtute ſub- „ tractus eſt. Cui ſtatim Chriſti fa- „ mulus exclamans ait, quid feciſti „ frater? obſtruxiſti commodum plu- „ rimorum: ignoſcat tibi Dominus „ JESUS Chriſtus. „

(C) Idem. c. 15.

(D) Idem c. 16. „ Accidit autem, ut „ caſtelli presbyter memorati (*Quin- „ tanis*) admodum venerabilis, *Silvi- „ nus* nomine moreretur & cum in „ Eccleſia feretro poſito, noctem pſal- „ lentes duxiſſent, ex more pervigi- „ lem, - - homo DEI cum Presby- „ tero, & Diacono, janitoribusque „ duobus in oratione curvatus, poſtu- „ lavit fletu largiſſimo, ut opus ſolitæ „ pietatis divina virtus oſtenderet. „ Tunc oratione completa a Presby- „ tero, ita cadaver vir beatus allo- „ quitur: In nomine Domini noſtri „ JESU Chriſti ſancte presbyter *Silvi- „ ne* loquere cum fratribus tuis. Et „ ſubito oculos defunctus aperuit. „ Vix vero præſentibus homo DEI „ tacere præ gaudio perſuaſit: & de- „ nuo ad eum: vis inquit, rogemus „ Dominum, ut te adhuc ſervis tuis „ in hac vita condonare dignetur? „ At ille ait: Per Dominum te con- „ juro, ne diutius hic tenear, & frau- „ der quiete perpetua, in qua me eſſe „ jam cernebam. Statimque reddita „ oratione quievit exanimis. „

(E) Eugipp. c. 12.

(F) Idem c. 18.

(G) Idem c. 11. & 13.

(H) Idem c. 29. „ *Maximus* Nori- „ cenſis media hyeme, qua regionis „ illius itinera gelu torpente claudun- „ tur - ad beatum *Severinum*, - - ve- „ nire contendit, conductis plurimis „ comitibus, qui collo ſuo veſtes „ capti-

Par in morbos, & malos dœmones illi imperium: hos & A. C.
corporibus exigere; & ubi divini obſequii ratio poſceret, in pœnam reorum immittere non dubitabat. (A)

Hæc vero tam inſignia cœleſtium donorum genera haud parvo illi conſtabant. Corporis duriter tractandi, nec finem, nec modum faciebat: triduana jejunia, quæ ad expoſcendam Superum pacem, aliis identidem ſuaſerat, in morem pene, ac uſum perpetuum apud ſe induxerat. Pro victus parſimonia, cultus quoque, ac veſtitus aſperrima erat ratio: nudis ſemper pedibus, homo Romanus, acerrima, & quæ cœli his locis eſt gravitas, longiſſima etiam hyeme incedebat. (B) Cella interim uſus humili, & pauperrima; cujus tamen inter anguſtias cœlum illi totum patebat. Pro lecto ſtratum erat cilicinum, aut rude pavimentum: mutandæ veſtis nec uſus, nec conſilium, dies noctesque eadem toga talari involuto. Nunquam ante ſolis occaſum, niſi feſti diei religio lætitiam poſceret, jejunium ſolvebat: verni vero jejunii tempore, eam legem ſibi dixerat, ut, niſi ſemel, tota hebdomade nihil cibi admitteret: jugibus interim perfuſus lachrymis, alienas culpas perinde, ac ſuas expiabat. (C) Sed quanquam omnibus cum virtutibus pulcherrime illi

Vitæ aſperitas.

„ captivis & pauperibus profuturas, „ quas *Noricorum* religioſa collatio „ congregaverat, bajularent. Itaque „ profecti ad ſumma Alpium cacumina pervenerunt, ubi per totam „ noctem nix tanta confluxit, ut eos „ - - velut ingens fovea demerſos „ includeret, & cum de vita ſua penitus deſperarent; vidit ductor comitum per ſoporem in effigie Virum DEI ſtantem, ac dicentem ſibi: „ Nolite timere, pergite quo cœpiſtis. Hac vero revelatione protinus „ animati, cum cœpiſſent etiam fide „ magis, quam greſſibus proficiſci, „ ſubito divino nutu ingentis formæ „ urſus e latere veniens, viam monſtraturus apparuit, qui - - per duodecim (Veſſ. & Bolland. *ducenta*) „ fere millia, non ad ſiniſtram devians, „ non ad dextram, viam demonſtravit optabilem. Tanta enim eos intercapedine præcedebat, quanta regente veſtigio ſemitam præpararet. „ Itaque progrediens beſtia per eremi vaſtitatem, viros, qui egenis „ deferebant ſolatia, non reliquit, ſed „ usque ad habitacula hominum, qua „ potuit, humanitate, perduxit, & „ mox in unam partem officio divertit expleto. „

(A) Idem c. 6. 26. 33. 34. 35. 36. 38. apud M. Velſerum.

(B) Eugipp. in vita S. Severini c. 4. „ Inter cetera enim magnalia, quæ „ illi Salvator indulſerat, præcipuum „ abſtinentiæ munus accipiens, carnem ſuam plurimis ſubjugabat inediis. - - Calceamento nullo penitus indutus, ita media hyeme, quæ „ in illis regionibus ſæviore gelu torpeſcit, nudis pedibus ſemper ambulare contentus, ſingulare patientiæ „ dabat indicium „ & c. 17. „ cum „ ipſe hebdomadarum continuatis jejuniis minime frangeretur, tamen „ eſurie miſerorum ſe credebat afflictum. - - Frigus quoque Vir DEI „ tantum in nuditate pauperum ſentiebat: ſiquidem ſpecialiter a DEO „ perceperat, ut in frigidiſſima regione mirabili abſtinentia caſtigatus, „ fortis, & alacer permaneret. „

(C) Idem c. 39. „ A diſcipulorum „ ſuorum quoque cellula ſpiritualis „ doctor non longius habitabat, in „ orationibus, & abſtinentia jugiter „ perſeverans, cum quibus tamen matutinas orationes, & propriam noctis principio pſalmodiam ſolenniter adimplebat; reliqua vero ora-

„ tionum

A. C. illi conveniret; charitati tamen, cum modeſtia, ac animi demiſſione perpetuum certamen erat: illa, cum humana præſidia non ſufficerent, ad prodigia recurrente; iſta, ne is ſplendor operum oculos perſtringeret, latebras omnes, ac ſolitudines captante. Vicit tamen, ut decuit, privatæ virtutis rationes boni publici reſpectus; eaque charitate Romanos, barbaros, domeſticos, externos, ſummos denique infimosque complexus eſt, ut quod ſtaret ibi Romanum adhuc nomen, quod Religio non vigeret modo, ſed floreret; id uni Viro pauperi quidem, ſed eminentiſſimæ ſanctitatis miraculo barbaris ipſis venerabili, (A) referendum in acceptis eſſet. *Charitas, ac Humilitas.*

Severino terris erepto, labi ſimul omnia, ac in præceps ruere cæpere. Ruinam Friderici Favianenſis perjura rapacitas prima impulit: is cum violata promiſſorum fide, veſtes primo in uſum pauperum allatas diripuiſſet; augeſcente mox auri fame, impias etiam manus argenteo Calici, reliquoque Sacrificii inſtrumento afferri juſſit. A ſacra ſupellectile ad Cænobium ipſum verſus, ita barbare omnia compilavit, ut præter nudos parietes, quos transferre non poterat, Monaſterii inquilinis nihil reliquum faceret. (B) Sed quæ promiſſis defuit fides, minis non defuit a Severino intentatis. Nondum menſis abierat, cum Fridericus alter, Felethei Regis filius, interempto patruo, Friderico, dirum omen *Fridericus Rugus Favianenſe Monaſterium diripit.* *Ejus facti præſens pœna.*

„ tionum tempora in parvo comple-
„ bat oratorio, quo manebat. In
„ quibus ſæpe cœleſtibus informaba-
„ tur oraculis, - - ſtratus ejus unum
„ erat in oratorii pavimento cili-
„ cium, omni tempore, ipſo, quo
„ veſtiebatur amictu, etiam dum qui-
„ eſceret, utebatur. Nunquam ante
„ ſolis occaſum, niſi certa ſolvit feſ-
„ tivitate jejunium. Quadrageſimæ
„ vero temporibus, una per hebdo-
„ madem refectione contentus, æqua-
„ li vultus hilaritate fulgebat. Alie-
„ na quaſi propria errata deflens, qui-
„ bus poterat, præſidiis temperabat. „

(A) Idem. c. 4. „ Talibus per DEI
„ gratiam virtutibus ſublimatus, in-
„ timam humilitatem fatebatur di-
„ cens: ne putetis mei meriti eſſe,
„ quod cernitis, veſtræ eſt potius ſa-
„ lutis exemplum. Ceſſet jam huma-
„ na temeritas, elationis ſupercilium
„ comprimatur. - - Orate imo pro
„ me, ut non ad condemnationis cu-
„ mulum, ſed ad juſtificationis aug-
„ mentum, Salvatoris mei dona pro-
„ ficiant. Hæc & his ſimilia ſolebat
„ proferre cum fletibus, miro eru-
„ diens homines humilitatis exem-
„ plo, cujus virtutis fundamento mu-
„ nitus, tanta divini muneris clarita-
„ te fulgebat: ut ipſi quoque hoſtes
„ hæretici, reverentiſſimis eum offi-
„ ciis honorarent. „ Idem apparet ex cap. 14. & 19.

(B) Eugipp. in vita S. Severini c. 45.
„ *Friderichus* vero beati *Severini* mor-
„ te comperta, pauper & impius, bar-
„ bara cupiditate ſemper immanior,
„ veſtes pauperibus deputatas, & alia
„ nonnulla credidit auferenda. Cui
„ ſceleri ſacrilegium copulans, Cali-
„ cem argenteum, cæteraque Altaris
„ miniſteria præcepit auferenda. Quæ
„ cum impoſita eſſent ſacris altaribus,
„ nec auderet directus villicus ad ta-
„ le facinus ſuas manus extendere;
„ quendam militem, *Avicianum* no-
„ mine, compulit diripere memora-
„ ta. - - *Friderichus* autem immemor
„ conteſtationis, & præſagii ſancti
„ Viri, abraſis omnibus monaſterii re-
„ bus, parietes tantum, quos Danu-
„ bio non potuit transferre, dimiſit. „

omen ſacri vatis implevit. (A) Sed ea cædes in totius familiæ exitium vertit. Odoacer enim, ex Herulorum duce jam Rex Italiæ, accepta Friderici Favianenſis morte, turbati Norici cauſam, injuriam ſuam interpretatus, in Feletheum, ſtirpemque ejus totam vehementer exarſit. Nam cum Noricum Imperii eatenus pars fuiſſet, cujus ſummæ regio nomine ipſe præeſſet; illud Italiæ rurſum vindicare certus, cum exercitu in Rugos movit. Subducta jam Severini morte columna erat, cujus firmitate Felethei fortuna ad eam diem nitebatur: quare confecto opinione celerius bello Rex ipſe, Giſaque conjux in captivitatem abſtracti, redactum in poteſtatem Odoacri Noricum, limesque Imperii ab ea parte 487
Italiæ regno reſtitutus eſt. (B) Securus jam ſui videri poterat Odoacer; ſed Fridericus, Felethei filius, victorum manibus elapſus, ſequenti mox anno, novos tumultus excitavit. Ea res & Noricum primo, & ipſum poſtremo Odoa- 488
crum in exitium impulit. Friderico enim, Felethei filio, Rugilandia, quæ trans-Danubiana eſt Auſtria, rurſus potito, Odoacer eo acrius in Rugicæ ſtirpis Regulum incubuit, miſſoque Aonulpho fratre cum maximis copiis, fugitivum adoleſcentem paterno e Regno iterato ejecit. (C) Sed dum occulta ſe fuga in Mœſiam penetrat, dum receptum apud Oſtrogothos quærit, Regemque eorundem Theodoricum ſimulato obſequio ſibi conciliat; Aonulphus, Odoacris mandato,

Odoacer Rugos in Auſtria opprimit.

Feletheum eorum Regem, cum Giſa conjuge capit.

Romanos omnes ex Norico in Italiam traducit.

(A) Idem ibid. „ Sed mox in eum „ ultio denunciata pervenit, nam intra menſis ſpatium a *Friderichо* fratris filio interfectus, prædam pariter amiſit, & vitam. „

(B) Idem ibid. „ Quapropter Rex „ *Otachar* Rugis intulit bellum, quibus „ etiam devictis, & *Friderichо* fugato, „ patre quoque *Fava* capto, eum ad „ Italiam cum noxia conjuge, ſupra „ memorata, videlicet *Giſa*, transmigravit. „ Paul. Diacon. Longobard. l. 1. c. 19. „ His temporibus inter „ *Odoachar*, qui in Italia per aliquot „ annos regnabat, & *Feletheum*, qui „ & *Feva* dictus eſt, Rugorum Rege, magnarum inimicitiarum fomes exarſit. - - Adunatis ergo *Odoachar* gentibus, quæ ejus ditioni parebant, id eſt *Turcilingis*, & *Herulis*, „ *Rugorumque* parte, quos jam dudum „ poſſederat, nec non etiam Italiæ „ populis, venit in *Rugiland* (*Auſtriam* „ videlicet *trans-Danubianam*) pugnavitque cum Rugis, ultimaque eos „ clade conficiens, *Feletheum* inſuper „ eorum Regem extinxit, vaſtataque „ omni provincia, Italiam repetens „ copioſam ſecum captivorum multitudinem abduxit. „ Caſſiodor. „ Chron. ad A. 487. „ Boëthius V. „ C. Cos. Hoc. Cos. *Odovacar Pæaba*, „ rege Rugorum victo, captoque potitus eſt. „ Anonym. Cuſpiniani. ad A. 487. „ Pugna facta eſt inter „ *Odoacrem* regem, & *Febanum* regem „ Rugorum, & vicit *Odoacer* & adduxit captivum *Febanum* Regem ſub „ XVII. Kal. Decembris. „

(C) Eugipp. in vita S. Severini c. 45. „ Poſt audiens idem *Odachar Friderichum* ad propria revertiſſe, ſtatim „ fratrem ſuum miſit cum multis exercitibus *Aonulphum*, ante quem denuo fugiens *Fridericus* ad *Theodoricum* Regem, qui tunc apud Novam „ civitatem provinciæ Mœſiæ morabatur, profectus eſt. *Aonulphus* vero præcepto fratris admonitus, univerſos juſſit ad Italiam migrare Romanos. „

A. C. dato, Noricum omne, Noricique viciniam in ſolitudinem dedit. Pierio, Domeſticorum Comiti, negotium ejus rei datum: quo urgente, quidquid Romani per colonias Norici ſparſum erat nominis, in Italiam ſine cujusquam noxa eſt deportatum. Iſtud nempe erat, quod Severinus, & ſæpe, & dudum præmonuerat, cum peteret, ut ſui quoque corporis exuvias ſecum in Italiam aſportarent. Tumulo recluſo repertum ſacrum corpus eſt, ſed tabis immune, neque ſine pio divinarum laudum concentu in Montem Feletem, Piceni fortaſſe, Umbriæve oppidum, eſt translatum. Cum Romanis provinciales etiam Noricos, Orthodoxæ fidei cultores, in Italiam migrâſſe, Eugippius tradit. (A) At quæ de inducta locis omnibus vaſtitate, de captivorum multitudine in Italiam deportata Paulus Warnefridus memorat, ad Rugilandiam magis, quam Noricum pertinere videntur. (B)

S. Severini corpus, tabis expers eodem translatum.

Interea Odoacrum etiam ſua fata urgebant, vicino jam hoſte, ac jugulis Italiæ incumbente. Theodoricus is erat, ex gente Amala Gothorum principe, Theodemiri filius: hunc cum Fridericus, ad eum nuper profugus, adverſus Odoacrum concitâſſet; Zeno etiam, Imperator Orientis, Patricii, Conſulisque dignitate auctum in Italiam miſiſ-
489 ſet, ventum ad arma eſt prope Sontium fluvium, haud procul Aquileja. Victus eo prælio Odoacer Veronam ſe propius retraxit: (C) ſed victor conſecutus exercitus ad iterandum in urbis conſpectu prælium Odoacrum adegit. Magna utrinque

Theodoricus R. Gothorum adverſus Odoacrum movet.

(A) Idem. ibid. „ Tunc omnes incolæ, tanquam de domo ſervitutis „ Ægyptiæ, ita de quotidiana barbarie „ frequentiſſimæ deprædationis educti, ſancti *Severini* oracula cognoverunt. Cujus præcepti non immemor venerabilis noſter Presbyter *Lucillus*, dum univerſi per Comitem *Pierium* compellerentur exire, præmiſſa cum Monachis Veſperæ Pſalmodia, ſepulturæ locum imperat aperiri. Quo patefacto -- integram corporis compagem reperimus. Quo miraculo immenſas gratias retulimus omnium conditori, quia cadaver Sancti, in quo nulla aromata fuerant, nulla manus acceſſerat condientis, cum barba pariter & capillis usque ad illud tempus permanſiſſet illæſis. Linteamentis igitur immutatis in loculo, multo jam tempore ante præparato funus includitur, carpento impoſitum trahentibus equis mox evehitur, cunctis nobiſcum provinciali bus idem iter agentibus, qui oppidis ſuper ripam Danubii relictis, per diverſas Italiæ regiones varias ſuæ permigrationis ſortiti ſunt ſedes. Sancti itaque corpuſculum ad caſtellum, nomine *Montem Feletem*, multis emenſis regionibus apportatum eſt. „

(B) Paul. Diacon. Longob. l. 1. c. 19. „ Adunatis ergo *Odoachar* gentibus -- venit in *Rugiland* -- vaſtata omni provincia, Italiam repetens, copioſam ſecum captivorum multitudinem adduxit. „

(C) Anonym. Valeſianus p. 664. ad A. C. 489. „ Zeno recompenſans beneficiis *Theodoricum*, quem fecit *Patricium* & *Conſulem*: donans ei multum, & mittens eum ad Italiam pactuatus eſt, ut ſi victus fuiſſet *Odoachar*, pro merito laborum ſuorum loco ejus, dum adveniret, tantum præregnaret. Ergo ſuperveniente *Theodorico* Patricio de civitate

Odoacrum semel, iterumque victum, ac Ravennam profugum

contentione, ut in ſpem Regni, certatum, nec minore utriusque exercitus clade: pugnæ is exitus fuit, ut Odoacer, amiſſa in acie, Atheſisque fluvii trajectu, exercitus parte, viribus jam diffiſus ſuis Ravennam profugeret, regnumque Italiæ unius urbis præſidio commendaret. (A. C. CCCCXC.) (A) Atque iſtud erat, quod Severinus poſt ejus in Italiam diſceſſum divinitus prædixerat: Odoacrum Regem tredecim non amplius annos pleno jure in Italia regnaturum. Quartus nunc ac decimus annus erat, ex quo ſalutato Viro ſancto, Romanis ſe turbis miſcuit, regnumque Italiæ, Oreſtis morte adeptus, integer viribus, & regni ſtatu incolumi perduravit. Inde quod conſecutum eſt tempus paucorum annorum longa, quam Ravennæ perpeſſus eſt, obſidione, & repetitis cladibus, & partito inter utrumque Italiæ dominatu, integrum appellari non poteſt. (B) Demum infida regni ſocietas Odoacri nece, inter epulas peremptis, ſoluta eſt: & Theodoricus, quanquam ingratiis Anaſtaſii Auguſti, in Odoacri jura, regnaque ſucceſſit. (A. C. CCCCXCIII.) (C)

A. C. 490

inter epulas perimit.

493

Hæc dum in Italia geruntur, miſerrima erat Auſtriæ facies, parte ea, quæ ad ſeptentrionem ſpectat, a Longobardis

„ vitate Nova cum gente Gothica, „ miſſus ab Imperatore Zenone de „ partibus Orientis ad defendendam „ ſibi Italiam. Cui occurrit venienti *Odoachar* ad fluvium *Sontium*, & „ ibi pugnans cum eodem, victus fugit. At vero *Odoacer* abiit in Veronam & fixit foſſatum in campo „ minore Veronenſe. V. Kalendas „ Octobris. „ Confirmat id Caſſiod. in Chron. Paul. Diacon. in Hiſt. Miſcell. l. 15.

(A) Anon. Valeſian. p. 664. ad A. C. 489. „ Itaque perſecutus eſt eum „ (*Odoacrem*) *Theodoricus*, & pugna „ facta ceciderunt populi ab utraque „ parte; tamen ſuperatus *Odoachar* „ fugit Ravennam pridie Kal. Octo„ bris. „ Caſſiodor. in Chronico ad A. C. 489. „ Eodem anno, repetito „ conflictu Veronæ vincitur *Odovacer*. „ Et ad A. C. 490. „ Ad Adduam fluvium *Odovacrem* D.N. *Theodoricus* Rex tertio certamine ſuperavit, qui Ravennam fugiens obſidetur incluſus. „ Aliter paulo „ rem narrat Hiſt. Miſcell. author. l. 15. „ *Theodoricus* haud procul a Veronenſi urbe confligens, nimia ejus „ exercitum cæde contrivit, - - qui „ dum fugæ metu ſe præcipites in „ Atheſim fluvium mergunt, ex magna parte rapidiſſimis ejus gurgitibus implicati ſuffocantur. - - *Odoacer* autem cum his, qui evaſerant, „ fugiens Romam contendit. Sed „ obſeratis continuo portis excluſus „ eſt. - - Inde quoque egrediens, „ Ravennam ingreſſus eſt. Ibique, „ quibus ſe tueri adverſus hoſtes poſſet, munitionum, præparare obſtacula cœpit. „ Conſ. Anon. Valeſian. hoc & ſequenti an. p. 665.

(B) Eugipp. in vita S. Severini. c. 32. „ *Odobagar*, inquit, integer „ inter tredecim, & quatuordecim: „ annos videlicet integros, regni ejus „ ſignificans. „

(C) Procopius Bell. Goth. l. 1. c. 1. „ Aliquamdiu quidem manſere pacta: „ poſtea vero *Theodoricus*, detecta, ut „ perhibent, fraude, quam *Odoacer* „ ipſi ſtruebat, eum doloſe ad epulas „ invitatum occidit. Exin barbaris „ hoſtibus, quicunque ſupererant, „ ad ſe pellectis, in ſua ditione Gothos, atque Italos habuit. „ Chronograph. Cuſpinian. ad A. 493. „ Hoc „ Conſule (Albino) - facta eſt pax „ inter *Theodoricum* Regem, & *Odoacrem*,

A. C. dis occupata; (A) altera, quæ in Auſtrum vergit, a Francis, Herulis, Alemannis lacerata. Sed quod cladem ejus temporis acerbiorem redderet, Conſtantii mors erat Laureacenſis Antiſtitis, qui ne Eccleſiæ ſuæ buſta, & ſacrorum, religionumque ſtragem aſpiceret, opportuna quidem rebus ſuis morte; ſed Norico, Pannoniæque peracerba, ſub id tempus extinctus eſt. (B)

Conſtantii Laureacenſis Antiſtitis mors.

Hujus Viri excellenti in DEUM pietati ſacrorum nitor ille haud dubie debebatur, qui Severini ætate tota provincia emicabat: Sacerdotalis ordo, ſi quo unquam tempore, tum florebat præcipue & numero, & ſanctitate: nullum prope oppidum, nullum municipium erat, cui non ſua eſſent Sacerdotum Collegia: Sacrorum matutinis, veſpertinisque horis cantuum officia Auſturis, Comagenis, Favianæ, pietatis non ſpeciem modo luculentam, ſed ſplendorem, & magnificentiam referebant. (C) Accedebant non pauca toto Norico Monaſteria, Severini induſtria, Conſtantii aſſenſu, approbationeque excitata. (D) Quos viros illa dederint, quam eminenti virtute inclytos, Italia poſtea, Galliaque oſtendit. Lucilli non Severino modo, ſed Valentino quoque ſanctiſſimo Rhætiarum Epiſcopo, probata virtus erat. (E) Marciani, & Eugippii laudibus id unum

Religionis, eo Antiſtite, florens in Auſtria ſtatus.

Viri, fama virtutis incigti, per Noricum.

„ *crem*, III. Kal. Martias, & ingreſſus eſt Ravennam *Theodericus*, III. Non. Martias, & occiſus eſt *Odoacer* Rex a Rege *Theoderico* in Palatio cum commilitonibus ſuis. „ Anonymus Valeſian. „ At ubi--occidit *Odoacrem*, Gothi ſibi confirmaverunt *Theodericum* Regem, non expectantes juſſionem novi Principis (Anaſtaſii Imp.) „

(A) Paul. Warnefridi. Longobard. l. 1. c. 19. „ Tunc (*Vaſtata Rugorum provincia per Odoacrem*) Longobardi de ſuis regionibus egreſſi, venerunt in *Rugiland*, quæ Latino eloquio *Rugorum patria* dicitur, atque in ea, quia erat ſolo fertilis, aliquantis commorati ſunt annis. „

(B) Ennod. in vita B. Antonii Monachi Lirinenſis. apud Sirmondum T. 1. „ Sed jam peccatorum conſummatio *Pannoniis* minabatur excidium. -- Per incurſus enim variarum gentium, quotidiana gladiorum ſeges meſſem nobilitatis abſciderat, & fœcundas humani generis terras ira populante deſolabat. Jam Franci, Heruli, Saxones (*ex quibus Longobardi erant*) multiplices crudelitatum ſpecies, belluarum more peragebant. -- Inter quas temporum procellas *Conſtantius* Pontifex, nequid in mundo haberet ſubſidii, terra hoſtibus deputata, humana lege liberatus eſt. „

(C) Eugipp. in vita S. Severini c. 1. 2. 9. 11. 13. &c.

(D) Idem. c. 19. „ *Patavis* appellatur oppidum, inter utraque flumina, *Oenum* videlicet, atque *Danubium* conſtitutum, ubi beatus *Severinus* cellulam paucis (*alibi Monaſterium vocat Eugipp. c. 36.*) more ſolito fundaverat. „ Idem colligitur clarius adhuc ex cap. 23. ubi Eugippius S. Severinum, „ ad antiquum - „ & *omnibus majus Monaſterium* ſuum „ juxta muros oppidi *Favianis* „ deſcendiſſe refert: quibus verbis certe plura, præter hæc, exſtructa fuiſſe ab eo cœnobia, aperte innuit.

(E) Eugippius in vita S. Severini. c. 35. „ Sanctus *Lucillus* presbyter „ Abbatis ſui ſancti *Valentini*, Rætiarum quondam Epiſcopi, diem depoſitionis - celebraturus &c. „ & c. 39. „ Venerabilis noſter Presbyter *Lucillus* -- ſepulturæ locum imperat aperiri „ quo loco pro Cœnobiarcha *Presbyterum* ſuum eum appellat, qua notione nominis etiam

ſufficit, quod in gerenda Monaſterii præfectura, ut Severino ſuccederent, digniſſimi haberentur. (A) Paulinum abſentem etiam non tam humana ſuffragia, quam Divina imperia ad infulas evexerunt. (B) Antonii, Lirinenſis poſtea conſummatiſſimæ ſanctitatis Monachi, pueritiæ Severini præcepta, ac ſanctæ blanditiæ ad tantæ virtutis abſolutionem profuere. (C) Atque utinam non laterent, qui ex Favianenſi, quod inter cetera, quæ Bojoduri, aliisque in locis ejus inſtituti floruere, Cœnobia, maximum erat, famaque celebratiſſimum, monaſterio inclyti virtute, ſanctimoniaque Viri prodiere! id certum, Noricum noſtrum, ac Pannoniam, non minus hoc ſeculo religioſiſſimæ vitæ exemplis, quam, fuſo pro Chriſto ſanguine, ſuperioribus duobus fuiſſe illuſtrata. A. C.

Res Romana, ſacraque in Norico pene everſa.

Sed enim tam florentem Religionis ſtatum procella horum temporum penitus evertit. Poſt exhauſtas enim incolis urbes, bellum mœnibus illatum, diruta oppida, in ipſa adeo templa ſævitum. Pauca de multis, jam dudum municipia, locaque, quorum in vetuſtis metatorum commentariis extabat memoria, (D) ſupererant, eaque ipſa, ne Laureaco quidem, ac Faviana demptis, hoc turbine ſunt obtrita. (E) Nec facile dictu eſt, Noricumne cum adjuncta Pannonia in poteſtate Theodorici, an barbarorum ex omni parte

Status Auſtriæ ſub id tempus.

(A) *Marcianum*, & ſeipſum Cœnobio præfuiſſe indicat cap. 37. „ *Marcianum* Monachum, qui poſtea *Presbyter ante nos* monaſterio præfuit, „ &c. „ De *Eugippio* vide Mabillonii Analecta T. IV. p. 60.

(B) Eugipp. c. 21. „ *Paulinus* quidam ad ſanctum *Severinum*, fama „ ejus latius percurrente pervenerat: „ hic in conſortio beati Viri diebus „ aliquot remoratus; cum redire „ vellet, audivit ab eo: Venerabilis „ Presbyter feſtina, quia cito dilectionem tuam, populorum deſideriis, ut credimus, obluctantem dignitas Epiſcopatus ornabit. Mox „ remeante ad patriam, ſermo in eo „ prædicentis impletus eſt. Nam cives *Tiburniæ*, quæ eſt Metropolis „ *Norici*, coegerunt prædictum Virum ſumi Sacerdotii ſuſcipere principatum. „

(C) Ennod. Ticinenſ. in vita Antonii Lirinenſis Monachi. „ Annorum „ ferme octo, genitoris tutela nudatus eſt (*Antonius*) mox tamen ad illuſtriſſimum Virum *Severinum* ignara fuci ætas evolavit. Qui dum eum „ mulceret oſculis, futura in puero „ bona, quaſi transacta relegebat. Fuit „ enim, cujus meritis nihil eſſet abſconditum. Ille hunc ſibi futurum „ participem, pia ubique voce prædicabat: credo, ut incipientis tyrocinia ſpes annunciata ſolidaret. „

(D) Itinerar. Antonini, apud Weſſeling. Tabulæ Peutingerianæ apud M. Velſerum.

(E) Ex oraculo S. Severini apud Eugipp. in vita c. 27. „ Quamvis & „ illud oppidum, quo pergimus (*Laureacum*) ingruente barbarie ſit quantocyus relinquendum „ & c. 40. „ Hæc quippe loca (*loquitur de Faviana & locis finitimis*) nunc frequentata cultoribus, in tam vaſtiſſimam „ ſolitudinem redigentur, ut hoſtes, „ æſtimantes auri ſe quidpiam reperturos, etiam mortuorum ſepulturas effodient. Cujus vaticinii veritatem, eventus rerum præſentium „ comprobavit. „

A. C. parte incurrentium libidini ſit relictum. (A) Agnoviſſe tamen Theodorici imperia Danubii tractum eum, qui a Rhætiis ad Savi oſtium porrigitur, inclinat animus, quod & Alemannos in Rhætiam profugos clementer ſuſceperit, & Sirmienſi Pannonia Gepidis erepta, veterem Imperii limitem Occidenti reſtituerit. (B) Suevis denique, Noricis, Pannoniis imperaſſe eum Principem, mandata ejus, ac epiſtolæ multis locis oſtendunt. (C) Compoſitis igitur Italiæ rebus ad annexas olim Imperio provincias Rhætiam, Noricum, Dalmatiam, ac Pannoniam, priſtinum in ſtatum revocandas adjeciſſe animum reor. Nam & Rhætiæ Servatum Ducem; & Colloſſeum Pannoniis Comitem; Dalmatis Epiphanium Conſularem Præſides dedit, qui & in foro jus populo dicerent, & fines ſuæ provinciæ armis defenderent. (D) Neque abhorret a cetera ejus in ſubjectas ſibi provincias ſolicitudine, Laureacenſem quoque Coloniam nuperis barbarorum incurſibus vaſtatam, connitente jam novo principe, priſtinum ad decus eſſe revocatam. Conſtat certe, exempto humanis rebus Conſtantio, Theodorum in Laureacenſis Eccleſiæ ſolium, ſub id tempus, ſubrogatum.

Pacatum ſub Principe ſapiente Norici, Pannoniæque ſtatum, Fridericus, Rugorum quondam Regis Felethei filius, inconſulta levitate, turbavit. Felicibus Theodorici adverſus Odoacrum progreſſibus erectus adoleſcens regius, paterni juris per Noricum ac Rugilandiam oppida, jam ſpe *Fridericus Felethei R. filius*

(A) Dubitandi ratio eſt: quod *Alemanni* jam *Severini* ætate, pleraque loca *Norici* occuparint: quod in *Theodorici* reſcriptis, apud Caſſiodorum, nulla usquam de *Norico Ripenſi*, de *Pannonia* prima, aut ſecunda; ſed tantum de *Norico* Alemannis Rhætisque vicino, ubi *Tyrolis* nunc eſt, vel *Carnia*, & de *Sirmienſi Pannonia* fiat expreſſa mentio.

(B) Theodorici epiſt. apud Caſſiodor. l. 2. Variar. epiſt. 41. ad Clodovæum Francor. Regem. „Eſtote illis „ remiſſi, qui noſtris finibus celantur exterriti. Memorabilis triumphus eſt, *Alemannum* acerrimum ſic „ expaviſſe, ut tibi eum cogas de vitæ munere ſupplicare. „ Ennod. Ticin. in Panegyr. Theodorici. „Interea ad limitem ſuum Romana regna remearunt, dicta, more veterum, præcepta *Sirmienſibus*. „ Præmiſerat autem, ſupra „ *Sirmienſium* „ civitas olim limes Italiæ fuit: in „ qua Seniores Domini excubabant. „ - - Hæc poſtea per regentium neglectum in Gepidarum jura conceſſit. „

(C) Theodorici R. Epiſtolæ apud Caſſiodor. Variar. l. 5. ep. 15. „ Univerſis Poſſeſſ. in *Suavia* conſtitutis. „ Item l. 4. ep. 49. „ Univerſis Provincialibus, & capillatis defenſoribus „ & Curialibus *Suaviæ*. „ Item l. 3. epiſt. 50. „ Provincialibus *Noricis* „ qua datur poteſtas permutandi boves *Noricorum*, cum *Alemannicis* grandioribus. Item l. 3. epiſt. 24. „ Univerſis Barbaris, & Romanis per *Pannoniam* conſtitutis. „ Item Epiſt. 23. „ Coloſſeo. V. I. Comiti. „ qua eidem *Pannoniæ Sirmienſis* præfectura demandatur.

(D) Theodorici Epiſt. apud Caſſiod. Variar. l. 1. ep. 11. „ *Servato* „ Duci Retiarum. „ l. 3. ep. 23. „ *Coloſſeo* V. I. Comiti. „ item. l. 5. ep. 24. „ *Epiphanio* V. S. Conſulari „ Provinciæ Dalmatiæ. „

devorarat: ſed cum adverſum Danubii litus a Longobardis; A. C.
Noricum vero, ac Pannoniam a Theodorico occupatum aſpiceret, alio repente vela flexit, deſertisque Theodorici partibus, ad ejus ſe hoſtes adjunxit: qua perfidia, cum res ſuas penitus afflixiſſet; orta inter novi fœderis ſocios discordia, triumphum, quem Theodorico de ſuis primum hoſtibus, ad extremum de ſeipſo præbuit. (A)

a Theodorico Gothorum Rege,

Friderico nihilo feliciores Alemanni erant, quorum violentis incurſibus, ac rapinis, & Rhætia nuper, & Ripenſe fere omne Noricum in triſtem ſolitudinem eſt redactum. Gibuldum, gentis ejus Regem, Severinus, quoad ſuperſtes erat, ad mitiora ſæpe conſilia flexit. Paſſavii per id tempus agebat Sanctus: Gibuldus, qui oculis majorem, quam auribus habere fidem conſueverat, jam in eo erat, ut Severinum ſuo in Cænobio coram ipſe inviſeret, & pro ea, quam erga Virum ſanctiſſimum gerebat obſervantia, familiariter ſalutaret. At is, ſapienter veritus, ne quid incommodi Regis barbari adventus Romanis afferret; obviam progreſſus ipſe eſt, tantaque animi firmitate Gibuldum de pace cum Romana gente, de arcendis ab urbe innoxia belli injuriis compellavit, ut non verba, ſed fulmina, perculſus miraculo conſtantiæ Rex barbarus, ſibi audire videretur: negaretque deinceps ad ſuos reverſus, ullo ſe unquam, vel inter bellicos fragores terrore tanto percitum, quantum ex unius Viri inermis, ac ſupplicis ſermone hauſiſſet. Et fuit congreſſus ejus id operæ pretium, ut non modo in præſens ſeptuaginta captivos ad Severinum remitteret; ſed greges poſtea integros, ubi provinciam luſtraturus eſſet, ſoluturum ſervitute cum fide ſponderet. (B) Et ſtetit quidem promiſ-

ſis

(A) Ennodius Ticin. in Paneg. Theodorici. „ *Fridericus*, qui poſtquam „ fidem læſit, hoſtes tuos interitu „ comitatus eſt; contra illos arma „ concutiens, quibus fuerat errore „ ſociatus: quando nata eſt inter ſceleratos de hoc, quod intelligant ſe „ unum velle, diſcordia. - - *Fridericus*, poſtquam tibi de adverſariis „ tuis peregit triumphum, de ſe præbuit. „

(B) Eugipp. in vita S. Severini c. 19. „ *Lauris* appellatur oppidum, -- ubi „ beatus *Severinus* cellulam paucis ſolito more fundaverat, eo quod ipſe illuc ſæpius rogatus a civibus adveniret, maxime propter *Alemannorum* incurſus aſſiduos, quorum „ Rex *Gibuldus*, ſuma eum reverentia diligebat. Qui etiam quodam tempore ad eum videndum deſideranter occurrit, cui Sanctus obviam, ne adventu ſuo eam civitatem prægravaret, egreſſus eſt, tantaque conſtantia regem allocutus eſt, ut tremere coram eo vehementius cœperit, ſed & poſtea ſuis exercitibus indicavit, nunquam ſe, nec re bellica, nec aliqua formidine, tanto tremore fuiſſe concuſſum. Cumque DEI famulo daret optionem imperandi, quæ vellet, rogavit doctor piiſſimus, ut ſibi potius præſtaturus, gentem ſuam a Romana vaſtatione cohiberet, & captivos, quos jam tenuerat, gratanter

„ abſol-

A. C. sis Gibuldus tum; sed ubi Severinus ad meliorem vitam excessit, ad ingenium mox rediit, Noricosque omni bellicæ cladis acerbitate oppressit. Exultantem injustis oppressæ Germaniæ spoliis, Clodovæus Francus, Alemannicæ potentiæ æmulus, subruendum sibi putavit. Congressi ad Tolbiacum, oppidum Mosæ, Mosellæque interjectum, ambo Reges, pendente diu victoria, at demum in Francum inclinante: victi ingenti prælio Alemanni jam pene victores; sed victi prodigio, quo Clodovæus ad Christiana demum sacra, cum tota Francorum gente traductus est (A. C. 496 CCCCXCVI.) (A)

Alemanni a Clodovæo Francorum Rege oppressi.

Ea clades, orbatis Rege suo, qui in acie ceciderat, Alemannis necessitatem attulit, aut precariam a Clodovæo vitam, aut tranquillas in Rhætia sedes a Theodorico Italiæ Rege exorandi. Datum supplicibus, quod orabant: parsque eorum in Rhæticis, quæ Italiam spectant, alpibus a Theodorico collocata: ceteri iis fere locis, quibus Suevi hodiedum, consedere, Clodovæo subjecti. (B) Sunt, qui cum Alemannis Bojoariam quoque, & Norici eam partem, quæ nunc Austriæ superioris nomen habet, tanquam Victoriæ accessionem ad Francos perveniſſe censeant: quod &

„ absolveret. Tunc Rex constituit, „ ut ex suis aliquem dirigeret, ad id „ opus maturius exequendum. Statimque missus *Amantius* Diaconus -- „ revexit fere septuaginta captivos, „ insuper promissionem Regis gratam „ deferens, qua spoponderat se, cum „ diligenter provinciam peragraverit, remissurum, quantus in eadem „ repertus fuisset numerus captivorum. Pro qua re postmodum sanctus *Lucillus* Presbyter destinatus, „ magnam miserorum copiam a captivitate revocavit. „

(A) Gregor. Turon. Hist. Franc. l. 2. c. 30. „ Regina vero (*Chlotildis*) non cessabat prædicare, ut „ DEUM verum cognosceret, & idola negligeret: sed nullo modo ad „ hæc credenda poterat commoveri, „ donec tandem aliquando bellum „ contra *Alemannos* commoveretur, „ in quo compulsus est confiteri necessitate, quod prius voluntate negaverat. Factum est autem, ut „ confligente utroque exercitu, vehementer cæderentur, atque exercitus *Chlodovæi* valde ad internecionem ruere cœpit. Quod ille videns, elevatis ad cœlum oculis, „ compunctus corde, commotus in „ lachrymis, ait: JESU Christe, quem „ *Chlotildis* prædicat, esse filium DEI „ vivi. - - Te nunc invoco, & tibi „ credere desidero, tantum ut eruar „ ab adversariis meis. Quumque hæc „ diceret, *Alemanni* terga vertentes „ in fugam labi cœperunt. „

(B) Gregor. Turon. Hist. Franc. l. 2. c. 30. „ *Alemanni* terga vertentes in „ fugam labi cœperunt, cumque regem suum cernerent interemptum; „ *Chlodovæi* se ditionibus subdunt, dicentes: ne amplius pereat populus: „ jam tui sumus. „ Theodorici Italiæ R. epist. 41. l. 2. Variar. apud „ Cassiodorum. „ Estote illis remissi „ (*loquitur de victis a Chlodovæo Alemannis*) qui nostris finibus celantur exterriti. Memorabilis triumphus est, *Alemannum* acerrimum „ sic expavisse, ut tibi eum cogas de „ vitæ munere supplicare. „ Ennod. Ticin. in Panegyr. Theodorici. „ Quid „ quod a te *Alemannia* generalitas intra Italiæ terminos sine detrimento „ Romanæ possessionis inclusa est? „ cui evenit habere Regem, postquam meruit perdidisse: cui feliciter cessit fugisse patriam suam: nam „ sic adepta est soli nostri opulentiam. „

& Severini jam ætate, totus ille terrarum tractus, qui Ly- A. C.
cum inter, Anasumque interjacet, Alemannis paruerit. Et Bojis, ejus agri incolis, Theodoricus jam, Clodovæi filius, leges scripserit, nisi victis utique, aut sua sponte jugum recipientibus non ferendas. (A) Ea sententia ne universim obtineat, in caussa Theodorici Regis potentia est: cui, quoad vita superfuit, non Alemanni, non Franci, non Heruli, ac ne Gothorum quidem hostes postea acerrimi, Longobardi, molestiam facessere audebant. (B) Nec abhorret a cetera potentissimi Regis felicitate, si, quemadmodum Rhætias; ita & Noricum, & Pannonias, ejus authoritate, ac potentia adversus Alemannum, Francumque hostes stetisse integras statuamus. Sed ea res utcunque se habeat; satis tamen constat, Religionem in Norico ac Pannonia, sub Theodoro Laureacensium Antistite revixisse.

Theodorus Lauriacensis Archi-Episcopus.

Is est Theodorus, qui Archiepiscopi insigne, Pallium, a Symmacho summo Christi in terris Vicario impetravit, adjectis in eum finem amplissimis literis, quibus Ecclesia Laureacensis ab Apostolis fundata, & Pannoniorum sedes primaria, ac Metropolitica perhibetur. (c) Primusne sacri honoris id decus suæ Ecclesiæ intulerit Theodorus, a multis quæsitum: quod ante eum diem Laureacensis per Noricum ac Pannonias Hierarchiæ nulla usquam extet mentio. Sed Constantii nuper vita defuncti pontificiæ in Pannonias

(A) Alemannos Bavariæ tractum ad *Oenum* usque occupasse, constat ex Eugippio in vita S. Severini. c. 26. & 27. leges vero *Bajuvariis* a filio Chlodovæi datas, constat ex Prologo legum apud Fridericum Lindenbrog. & Baluzium T. I. Capitul. p. 26.

(B) Jornand. de reb. Geticis c. 58. „ Non fuit in parte occidua gens, quæ „ *Theodorico*, dum viveret, aut amicitia, aut subjectione non deserviret.„ Idem ibidem enumerat affinitatum nexus inter Gothos, Francos, Vesegothos, Vandalos, additque: „ Sed non adeo pacis ad concordiam „ profuit ista conjunctio, quin sæpe „ numero propter Gallorum terras „ graviter inter se decertati sint, & „ nunquam Gothus Francis cessit, dum „ viveret *Theodoricus*.„ Confirmantur ista ex epistolis Theodorici R. ad Regem *Thuringorum*, Regem *Erulorum*, ad Provinciales & Curiales *Suaviæ* apud Cassiodorum in lib. Variar. Addit Procop. de Bell. Goth. l. 1. c. 1. de Theodorico. „ Provincias suas „ a vicinis barbaris intactas custo„ diit.„

(C) Epistola Symmachi PP. qui præsedit Rom. Ecclesiæ ab A. 498. ad A. 514. „ Symmachus sanctæ Apo„ stolicæ sedis, gratia DEI, Episcopus, „ Reverendissimo, & Sanctissimo Fra„ tri *Theodoro*, sanctæ *Lauriacensis* Ec„ clesiæ Archiepiscopo. Diebus vitæ „ tuæ pallii usum, quem ad sacerdo„ talis officii decorem, & ad ostendendam unanimitatem, quam cum „ beato Petro Apostolo, universus „ grex Dominicarum ovium, quæ ei „ commissæ sunt, habere dubium non „ est, ab Apostolica sede, sicut decuit, „ popposcisti: quod utpote *ab eisdem* „ *Apostolis fundatæ Ecclesiæ*, majorum „ more, libenter indulsimus, ad ostendendum te Magistrum, & Archi„ episcopum, tuamque sanctam *Lau„ riacensem* Ecclesiam Provinciæ *Pan„ noniorum* sedem fore *Metropolitanam*. „ Extat apud Hundium in Metrop. Salisb. Ludwig. T. II. Hansiz. T. 1. item in Concil. Labbei T. V. p. 440.

A. C. nonias curæ, quas Ennodius Ticinenſis inſinuare videtur, (A) pene perſuadent, non novam hanc Laureacenſis Eccleſiæ fuiſſe prærogativam; ſed veterem tantum in Conſtantii ſucceſſore confirmatam. Breve tamen id gaudium fuit: nam herbeſcentem inſtauratæ ejus Eccleſiæ ſpem repentinus turbo afflixit.

526 Fato paucos poſt annos (A. C. DXXVI.) conceſſerat Theodoricus Gothus, qui unus regendo tam amplo Imperio par erat: Athalaricum, quem ſucceſſorem optaverat, ſuum ex Amalaſuntha filia nepotem, opportuniorem injuriæ ætas fecerat, cura maxime Amalaſunthæ matris, virilis animi fœminæ, tutelaque orbatum. (B) Id tempus Græcis, Francisque opportunum inprimis viſum eſt, ex labantis Imperii Gothici ruinis regnorum ſuorum fines augendi. Juſtinianus Orientis Imperium vix adierat, cum ad revocandum ſub vetera Auguſtorum jura Occidentem curas convertit. Subruendi ante ceteros Gothi erant, ut Roma, ac Italia potiretur. His ut æmulos excitaret, Longobardis, in adverſa Danubii ripa ad id tempus agentibus, Noricum ac Pannoniam tribuit. (C) Audoinus gentis Rex erat, qui

Auſtria inferior ſub Longobardis.

527 A. C. DXXVII. trajecto ſtatim Danubio, ampliſſimarum provinciarum poſſeſſionem adiit, quadraginta duobus annis continuandam. (D) Non vacat gentis in utroque Auſtriæ litore hoſpitis origines, mores, fatorumque vices pluribus exequi: nomen a barbæ promiſſioris longitudine plerique; (E) alii ab haſtilium, longo latoque ferro præfixorum, gene-

(A) Ennod. Ticin. in vita beati *Antonii* Monachi Lirinenſis. „ Sed jam „ peccatorum conſummatio Pannoniis minabatur excidium. Nam „ ſucciſa radice ſubſtantiæ, regionis „ illius ſtatus in produm deflexerat. „ Per incurſus enim variarum gentium, quotidiana gladiorum ſeges „ meſſem nobilitatis abſciderat, & „ fœcundas humani generis terras, „ ira populante deſolabat. - - - Inter quas temporum procellas *Conſtantius* Pontifex, nequid in mundo „ haberet ſubſidii, terra hoſtibus „ deputata, humana lege liberatus „ eſt. „

(B) Procop. Bell. Goth. l. 1. c. 2. 3.

(C) Procop. Bell. Goth. l. 3. c. 33. „ Cum autem *urbem Noricum*, & *Pannoniæ* munitiones, aliaque loca, ac „ pecuniam inſuper maximam Juſtinianus Auguſtus Longobardis donaſſet, eam illi ob cauſam patriis „ ſedibus relictis, in adverſa Iſtri fluminis ripa conſederant, haud procul a Gepædibus. „ Paul. Diacon. Longobard. l. 1. c. 22. „ *Audoin* regnum adeptus eſt, qui non multo „ poſt tempore *Longobardos* in *Pannoniam* adduxit. „

(D) Sigebert. Chron. ad A. 527. „ *Audobin Longobardos* in *Pannoniam* duxit, in qua habitaverunt annis „ XLII. „

(E) Paul. Diac. Longobard. l. 1. c. 9. „ Certum eſt, *Longobardos*, ab intactæ „ ferro barbæ longitudine, cum primitus *Winili* dicti fuerint, ita poſtmodum appellatos. Nam juxta illorum linguam *Lang* longam, *Baert* „ barbam ſignificat. „ Laz. de Migrat. gent. l. 12. Leibnit. T. 1. in Excerpt. p. 13. ex ſententia aliorum, a *Börden*, quæ vox *amplos agros* ſignificat, Longobardorum nomen derivat. Vid. Wachteri Gloſſ. V. *Langobardi*.

re; alii aliis ex cauſis traxiſſe autumant: ex Scandinavia; an A. C.
quod vero propius, ex interiore Germania profectam, aliæ ſubinde, ac aliæ Germaniæ regiones exceperunt. (A) Gudehoco duce, ut Paulo Diacono placet, ea natio in Rugilandiam, poſt Felethei caſum delata, Auſtriæ trans-danubianæ ſolum, agri ejus bonitate illecta, aliquot per annos preſſit. (B) Sed Tato, Gudehoci nepos, incertum, quibus de cauſis, in campos patentiores gentem totam deduxit, acri mox bello, ſed felici, cum Herulis collidendam. (C) Tatonem regno, vitaque expulit Wacho, fratris filius, Suevorum poſtea gente debellata inter ſuos clarus: ſed hujus in filio, cui Waltari nomen, ſtirps regia defecit. (D) Mors Waltaris Audoino viam ad regnum ſtravit, quod occupata, ut dictum, Pannonia, Gepidisque magno prælio victis, auctum gloria, opibusque Alboino poſtea filio reliquit. (E)

Bavaria ſub Francis,

Longobardis Pannoniam, Noricumque ingreſſis, Bajoarii Gothorum viribus diffiſi Francicam fortunam reſpexiſſe, atque Theodorici Auſtraſiæ Regis, a quo leges accepere, fidei ſe permiſiſſe videntur. (F) Is Thuringos Auſtriæ ſuperiori toties infeſtos; is Saxones armis ſubegit. (G) Theodeber-

(A) Paul. Diac. Longob. l. 1. c. 7. &c.

(B) Idem c. 19. „ Tunc (*Gudeoco*, „ vel *Gedeoco* Rege) Longobardi de „ ſuis regionibus egreſſi, venerunt „ in *Rugiland*, quæ latino eloquio *Ru-* „ *gorum patria* dicitur, atque in ea, „ quia erat ſolo fertilis, aliquantis „ commorati ſunt annis. „

(C) Idem c. 20. „ Defuncto quo- „ que *Claffone Tato*, ejus Filius, ſepti- „ mus aſcendit ad regnum. Egreſſi „ quoque Longobardi, de *Rugiland*, „ habitaverunt in campis patentibus, „ qui ſermone barbarico *Feld* (al. *Af-* „ *felden*) appellantur. „ Per *Campos patentes* Lazius L. XII. de Migr. Gent. *Moraviam*; Bünau P. IV. L. 2. *Hungariam* ſuperiorem; Jordanus de Orig. Sclav. N. 777. *Auſtria* trans-danubianæ tractum (*Marchfeld* dictum) intelligit: ſed is *Rugilandiam* etiam vult eſſe *Rugorum* antiquas ſedes inter *Jazyges*, unde *Longobardos* primum *Tato* in *Auſtriam* deduxerit. Verum a Paulo Diacono diſcedere non eſt viſum.

(D) Idem c. 21. & 22.

(E) Paul. Diac. Longobard. l. 1. c. 22. „ *Waltari* ergo, cum per ſeptem annos „ regnum tenuiſſet, ab hac luce ſub- „ tractus eſt. Poſt quem nonus, *Audoin*, „ regnum adeptus eſt, qui non multo „ poſt tempore *Longobardos* in *Panno-* „ *niam* adduxit. „ & c. 23. agit de victoria Longobardorum adverſus Gepidas. C. demum 27. ſubjungit. „ Mortuus „ itaque eſt *Audoin*, ac deinde regnum „ jam decimus, *Alboin*, ad regendam „ patriam, cunctorum votis acceſſit. „

(F) Colligitur ex Prologo Legum Bajuvarior. apud Fridericum Lindenbrogium, infra mox afferendo. Eccardus Rer. Wirceburg. T. I. L. V. p. 67. exiſtimat, *Noricum*, & *Vindelicium* una cum *Alemannis*, in finibus Italiæ, ac Tyrolis degentibus, Theodeberto, Regi Auſtraſiæ, a Vitige Gothorum Rege eſſe relicta, quo tempore. „ Gothi (*teſte Agathia l. 1.*) Fran- „ corum captantes gratiam - - tum „ alia loca deſeruere, tum etiam Ala- „ mannis abſtiterunt. „ Sed de Alemannis Italiæ proximis, & locis Galliæ, Gotthis antea ſubjectis, ſermonem eſſe Agathiæ, ex Procopii L. III. colligi poteſt: „ Gallias omnes, ſui quæ „ erant Imperii, belli hujus initio, „ Germanis conceſſerant Gothi, quod „ duobus ſe hoſtibus (Romanis, & „ Francis) pares non exiſtimarent. „

(G) Gregor. Turon. Hiſt. Franc. l. 3. c. 7. item l. 4. c. 14. ubi tributi a Saxonibus pendi ſoliti fit mentio. Marcellini Chron. ad A. 553. „ Hlo- „ tharius ipſe *Saxones* rebellantes (*qui*

rebella-

A. C. debertus, Theodorici filius, Alemannorum etiam partem eam, quæ in Rhætiæ Alpes a Theodorico Italiæ Rege recepta eſt, ad Auſtraſiæ regnum adjunxit: ut adeo Francici regni jura ad Anaſum usque fluvium ſint promota. (A) Is ſtatus rerum in Auſtria ad Juſtiniani Auguſti obitum permanſit. Quo tempore Bojaria, & haud ſcio, an non jam tum quoque ea pars Norici, quæ nunc Auſtria ſuperior appellatur, Ducem accepit Agilofingicæ ſtirpis, Garibaldum, ſed Francis, Auſtraſiæ Regibus, ſubjectum. (B) At vero reliquum Ripenſe Noricum, cui nunc Auſtriæ inferiori nomen, eodem quo Pannonia jure, Longobardis parebat. Utilem ii nuper in Italia operam Cæſaris copiis adverſus Totilam, Gothorum Regem, navarant. (c) Sed ubi Juſtinianus, qui erepta Vandalis Africa; Gothis Sicilia, Dalmatia, ac omni pene Italia, labaſcentis Imperii ruinas non ſuſtinuit modo, ſed ad priſtinæ dignitatis novam quandam ſpeciem
565 revocavit, vita exceſſerat; (A.C.DLXV.) Longobardi, quique ex eorundem fortuna pendebant, Hunni, magnam Italiæ, Norico ac Pannoniæ converſionem attulere. Longobardos,

& Auſtria ſuperior.

„ *rebellarant, prius utique ſubjecti erant?*)
„ juxta *Wiſeram* fluvium magna cæde
„ domuit, & *Thuringiam* pervaſam de-
„ vaſtavit. „

(A) Agathias Bell. Goth. l. 1. „ *Alemanni*, ſi Aſinio Quadrato fides, viro Italo, & Germanicarum rerum exacto ſcriptori, convenæ ſunt, variis e nationibus collecti, idipſum apud eos ſignificante vocabulo. Hos quondam *Theudericus* Gothorum Rex, cum omnem Italiam teneret, in obſequio habuerat ſub tributi lege. Eo vita functo, cum jam Juſtinianum inter Imperatorem, & Gothos bellum exarſiſſet maximum; Gothi Francorum captantes gratiam - - tum alia loca deſeruere, tum etiam *Alemannis* abſtiterunt. - - Hunc in modum a Gothis deſertam gentem *Alemannorum* ſibi ſubdidit Theudebertus. „

(B) Gregor. Turon. l. 4. c. 9. „Septimo regni ſui anno mortuus eſt (*Theodovaldus*) regnumque ejus Chlotharius Rex accepit, copulans *Vuldotradam*, uxorem ejus, ſtrato ſuo. Sed increpitus a Sacerdotibus, reliquit eam, dans ei *Garivaldum* ducem. „ *Bojariæ* fuiſſe ducem ex Paulo Diacono Longobard. l. 3. c. 10. conſtat. „ *Evin* quoque Dux *Tridentinorum* - - accepit uxorem, filiam „ *Garibaldi* Bajoariorum regis. „

(c) Auth. Hiſt. Miſcell. l. 16. „ Is „ *Narſen*, Eunuchum cubicularium „ ſuum, Exarchum Italiæ fecit - - Is „ ad Italiam veniens, cum Longobardis fœdus iniit, & ad *Alboin* legatos „ dirigit, quatenus ei pugnaturo cum „ Gothis auxilium miniſtraret. Tunc „ *Alboin* electa e ſuis manu direxit, qui „ Romanis adverſum Gothos ſuffragium ferrent. Qui per maris Adriatici ſinum transvecti, ſociati Romanis, magnum cum Gothis certamen „ iniere. Quibus ad internecionem „ pene conſumptis, regem *Totilam*, qui „ ultra decem annos jam regnaverat, „ interfecit - - univerſamque Italiam „ ad Reipublicæ jura reduxit, & Longobardos, honoratos multis muneribus, ad propria remiſit, omnique „ tempore, quo Longobardi poſſederunt *Pannonias*, Romanæ Reipublicæ adverſus æmulos adjutores fuerunt. „ Marcellini Chron. ad A. 552. „ Victor (*Narſes*) Totilam occidit, & „ gentem Gothorum, auxiliantibus „ etiam Longobardis, Italia exterminavit. „ Procop. Bell. Goth. l. 4. c. 26. „ *Auduinus* Longobardorum Rex bis „ mille ducentos bellatores egregios „ auxilio miſerat, hisque in famulatū „ addiderat amplius tria pugnatorum „ millia. „ Idem tamen l. 4. c. 33. crudelitatem & libidinem Longobardorū in bello Gothico acerbe perſtringit.

deguſtatæ nuper, bello Gothico, Italiæ deliciæ, & recens Narſetis injuria ad audendum invitarunt. Ferunt ducem hunc, cujus potiſſimum opera, poſt Beliſarii ex Italia deceſſum, adverſus Totilam Imperator eſt uſus, mutato nunc Domino, invidorum calumniis patuiſſe. Criminationis capita hæc erant: averſam ab eo privatos in uſus pecuniam publicam: Italiam Vectigalium exactione ſupra modum oppreſſam: nec tam Francos jam, Gothosque, & quotquot usquam eſſent, barbaros, quam barbarorum domitorem Narſen Imperio formidandum. Juſtinus, qui Juſtinianum in Orientis Imperio ſequebatur, tot criminationibus pulſatus, animum tandem ad ſequiora flexit, & Narſeti Longinum in Italia ſucceſſorem dedit. Ægrum alioquin ignominia ea ducem Sophia Imperatrix in furorem omnino egit. Ea irarum impotens, ob quas neſcio ſimultates, atroci contumelia tot palmarum ducem, ad gynæceum, columque redire juſſit, ſpadonum gregi, quorum e numero eſſet, iterum ſociandum. Virulenta ea dicacitas, virum ad res ſummas natum ita uſſit, ut Auguſtæ renunciari continuo juberet: telam ſe orſurum, quam longa vix ætas retexeret. Itaque ad Alboinum miſſi confeſtim ab eo nuncii, qui Regem cum tota Longobardorum gente e Pannonia, Noricoque in Italiam invitarent. (A) Nihil moræ in Alboino, tranſcenſæ Noricæ, Juliæque alpes, & tota Longobardorum natio A. C. DLXVIII. in Italiam infuſa: (B) & quanquam Ticini agger quidam objectus eſt barbaris, eo tamen poſt triennium perrupto, (C) tota

A. C. 568

Longobardi ex Auſtria in Italiam migrant,

(A) Paul. Diac. Longobard. l. 2. c. 5. „ Igitur deleta, ut dictum eſt, „ vel ſuperata Narſes omni Gothorum gente, Hunnis quoque, de quibus diximus, pari modo devictis, „ dum multum auri, ſive argenti -- „ adquiſiſſet, magnam a Romanis, „ pro quibus multa contra eorum hoſtes laboraverat, invidiam pertulit, „ qui contra eum Juſtino Auguſto, „ & ejus conjugi Sophiæ, in hæc „ verba ſuggeſſerunt dicentes: quia „ expedierat Romanis, Gothis potius „ ſervire, quam Græcis, ubi Narſes „ imperat eunuchus, & nos ſervitio „ premit. - - - Tunc Auguſtus in „ tantum adverſus Narſetem commotus eſt, ut ſtatim in Italiam Longinum mitteret Præfectum, qui „ Narſetis locum obtineret. Narſes „ vero his cognitis valde pertimuit, „ & in tantum, maxime ab eadem „ Sophia Auguſta territus eſt, ut regredi ultra Conſtantinopolim non „ auderet. Cui illa inter cetera, quia „ eunuchus erat, hæc fertur mandaſſe, ut eum puellis in Gynæceo lanarum faceret penſa dividere. Ad „ quæ verba, Narſes dicitur hæc reſponſa dediſſe; talem ſe eidem telam orditurum, qualem ipſa dum „ viveret, deponere non poſſet. Itaque odio, metuque exagitatus, in „ Neopolitanam Civitatem ſecedens, „ legatos mox ad *Longobardorum* gentem dirigit mandans, ut pauperrima *Pannoniæ* rura deſererent, & ad „ Italiam cunctis refertam divitiis „ poſſidendam venirent. Simulque „ multimoda pomorum genera, aliarumque rerum ſpecies, quarum Italia ferax eſt, mittit, quatinus eorum „ ad veniendum animos poſſet illicere. „ Baronius tamen A. 567. commentum id eſſe cenſet.

(B) Idem ibid. c. 8. & 14.

(C) Idem ibid. c. 26. & 27.

A. C. tota, (si Ravenam, Romamque Urbes cum pauculis, quæ Græcorum Imperio sub Exarchis relicta erant, oppidis excipias) in potestatem Longobardorum venit. (A)

Sed Noricum ac Pannonia, infelicissima permutatione, a violentis sane dominis, ad immanissimos rediit. Avares erant, Hunnique, quos ea conditione in vacuas Longobardi sedes admisere, ut si Italia potirentur ipsi, Pannonia Hunnis cederet; sin fato quodam, aut armorum violentia ex Italia rejecti, spe exciderent sua, tutum in antiquas sedes receptum haberent, Hunnique ac Avares locis, quibus ante consederant, contenti essent. Magna voluntate in eas leges itum: sed cum Longobardis in Italia, ex sententia procederent omnia; Avares, Hunnique pactorum jam securi, ad Pannoniam, Noricum etiam Ripense ad Anasum usque fluvium adjunxere. (B) Ea civilium rerum per Austriam inclinatio in causa fuit, cur Laureacensis Ecclesiæ Antistites, quotidianis Hunnorum aut injuriis, aut terroribus lacessiti, receptum sibi Passavii quærerent, loco magnorum duorum fluminum confluente ab hostium incursibus defenso: (C) quæ res occasionem postea præbuit novæ ibidem sedis Antistiti constituendæ.

Hunnisque amicis suas sedes relinquunt.

Religione Christiana per inferiorem Austriam sic extincta, veræ tamen Fidei reliquiæ in superiore permansere: nam & Rege Austrasiæ Christiano, & Duce, & Antistite fruebatur. Garibaldus, cui & conjux erat Christiana, Wuldetrada; (D) & filia Theodelinda, a Religionis studio, M. postea Gregorii ore comendata, (E) viginti adhuc annis Bajoa-

(A) Idem ibid. c. 32. „ Per hos „ Longobardorum duces septimo anno ab adventu *Albuuin* -- Italia ex „ maxima parte capta, & a Longobardis subjugata est. „

(B) Paul. Diac. Longobard. l. 2. c. 7. „ Tunc *Alboin*, sedes proprias, hoc „ est *Pannoniam*, amicis suis *Hunnis* „ contribuit, eo scilicet ordine, ut si „ quo tempore *Longobardis* necesse esset reverti, sua rursus arva repeterent. Igitur *Longobardi*, relicta *Pannonia*, cum uxoribus & natis, omnique supellectile Italiam properant possessuri. Habitaverunt autem in *Pannonia* annis quadraginta duobus; de qua egressi sunt mense Aprili, per indictionem primam, altero die post sanctum Pascha, cujus festivitas eo anno juxta calculi rationem ipsis Calendis Aprilibus fuit, cum jam a Domini Incarnatione, anni quingenti sexaginta octo essent evoluti. „ Notat hic Eccardus rerum Wirceburg. T. I. L. VIII. p. 100. „ Ad *Anassum* itaque „ fluvium usque tunc se extenderunt „ Hunni, sive Avares, qui eos deinceps a Bajoariis separavit. „

(C) Auth. Incerti Chron. Laureac. & Patavien. Antistitum apud H. Pez. T. II. „ A. 516. *Erchinfridus* Episcopus sedit Pataviæ „ & Bernardi Norici Appendix Laureac. & Patav. ad A. 598. Hund. in Metrop. Salisb. scribit: *Erchenfridum* fuisse Chorepiscopum A. 570. Episcopum vero Pataviæ A. 598. p. 193.

(D) Gregor. Turon. l. 4. c. 9. ut supra.

(E) Extant ad *Theodelindam* Reginam S. Gregorii epistolæ quatuor, nempe l. 4. ep. 4. & 38. l. 9. ep. 43. & l. 14. ep. 12. cui & Dialogor. libros quatuor, teste Paulo Diacono Longob. l. 4. c. 5. inscripsit.

Auſtria ſuperior ſub Garibaldo Bojorum Duce:

ariæ, & quæ pars erat Boici ducatus, ſuperiori Auſtriæ præfuit: ſed annus ejus ſeculi nonageſimus Childeberti Regis iram in Garibaldum vertit. Suſpicionem affectati regni Theodelinda forte movit, Authari Longobardorum Regi nuptiali fœdere deſponſa: id cauſæ ſatis erat, ut Garibaldo, ſeu in ordinem redacto, ſeu ad generum in Italiam profugo, Ducem ſufficeret Taſſilonem. (A) Hujus principatum ſuſcepta in Sclavos clari nominis expeditio nobilitavit. Gens ea, quæ trans Iſtrum alias in Sarmatia ſedes habebat, Juſtiniano imperante, in Illyricum transgreſſa, occupato jam Norico interiore, Italiæ imminebat. (B) Taſſilo, cujus maxime intererat, ne, ut Hunnos ab Oriente, ita a meridie Sclavos hoſtes haberet perpetuos, transmiſſis opportune alpibus, in barbaros invectus, edita hoſtium ingenti ſtrage, præda dives & gloria in Bojariam rediit. (C) Sed ea victoria novorum brevi bellorum ſementis erat, quæ Taſſilonem, (D) ejusque in Boico ducatu ſucceſſorem Garibaldum II., non eadem ſemper fortuna uſos, continenter exercuerunt. (E)

A. C. 590

ſub Taſſilone I.

Leges Bojariorum.

Hoc duce ſumma tandem Juris, Legumque Bojariæ a Chlotario Francorum Rege, confecta ac promulgata eſt. Dudum ea ſub Theodorico, Chlodovæi filio, informata, ſub Childeberto nuper defuncto aucta, ac emendata; authore demum Chlothario non jam Auſtraſiæ, ſed Franciæ utriusque Rege, per viros illuſtres, Claudium, Chadum, Indomagum, & Agilulphum abſoluta eſt: quæ, quod ad Auſtriam etiam ſuperiorem, quæ una Boici Ducis imperio ſuberat,

609

(A) Paul. Diac. l. 3. c. 29. „ Deinque poſt aliquod tempus, cum propter adventum Francorum, perturbatio *Garibaldo* Regi adveniſſet, „ *Theudelinda* ejus filia, cum ſuo germano nomine *Gundoald*, ad Italiam confugit, ſeque adventare *Authari* ſponſo nunciavit. Cui ſtatim ille obviam -- occurrens, eandem cunctis lætantibus in conjugium Idus Majas accepit. „ Idem l. 4. c. 7. „ His diebus *Taſſilo*, a Childeberto Rege Francorum apud Bojariam Rex ordinatus eſt. „

(B) Procop. Bell. Goth. l. 3. c. 29. l. 4. c. 25. Chron. Abb. Biclarienſ. ad A. V. Tiberii, Chriſti 578. „ Sclavinorum gens Illyricum, & Thracias vaſtant. „ Paul. Diac. Longob. l. 5. c. 22. de Warnefrido, Lupi filio „ fugit ad Sclavorum gentem in *Carnuntum*, quod corrupte vocitant *Carantanum*. „

(C) Paul. Diac. l. 4. c. 7. „ Cum exercitu in Sclavorum provinciam introiens (*Taſſilo*) patrata victoria ad ſolum proprium cum maxima præda remeavit. „ Aimoinus l. 3. c. 77. id confirmat.

(D) Idem l. 4. c. 11. „ *Bojarii* usque ad duo millia virorum ſuper Sclavos irruunt, ſuperveniente Cacano, omnes interficiuntur. „

(E) Idem l. 4. c. 41. „ His temporibus mortuo *Taſſilone* duce Bajoariorum, filius ejus *Garibaldus*, in *Agunto* a Sclavis devictus eſt, & Bajoariorum termini deprædantur. Reſumptis tamen Bajoarii viribus, & prædas ab hoſtibus excutiunt, & hoſtes de ſuis finibus pepulerunt. „

A. C. ſuberat, pertineret; prætereunda hoc loco non videtur. (A) Capitis primo pœna ſancita in eum, qui Ducem occidiſſet; qui Epiſcopum, pendere tantum auri juſſus, quantum veſtis percuſſoris corpori e plumbo concinnata, appenderet. Bojum bonis, nedum vita exuere, cuiquam fas eſſet, niſi conjurationis reum. Mulctæ ceteræ pecunia, aut ſi iſta deſit, ſervitio definitæ. Legibus deinde cautum, ne Ducem, niſi ex gente Agilolfingica legerent; ne transferrent eam dignitatem in filium, quamdiu patri per vires jus dicere, exercitus ducere, equum conſcendere, geſtareque arma liceret: conceſſum præterea, ut ſiquid controverſiæ incideret, judicio forenſi haud facile dirimendum, armis, quod ea divini quoddam genus judicii eſſent, diſceptaretur. Firmatum templis omnibus jus Aſyli; Dominico diei ſuus honor haberi juſſus, cautumque, nequis ea die aut curru, aut navi, ne quidem cœpto jam itinere, curſum proſequeretur. Conjugii adhæc vincula certis legibus adſtricta: ſocrum, nurum, novercam, privignam, fratris aut ſororis filiam ducere, nulli fas eſſet: par de raptu erat cautio: at vero ſponſam in ſpem conjugii ſemel admiſſam rejicere, ſub duodenum ſolidorum mulcta interdictum. Multa id genus pie ſapienterque, pro peregrinantium commodo, pro mortuorum quiete, pro ſacri, profanique ordinis publico, privatoque bono adjecta ſunt, quæ noſtram, de relictis in Auſtria ſuperiore Religionis veræ veſtigiis, opinionem affirmant.

Detrimenti tamen aliquid Chriſtiana id locorum ſacra accepiſſe, vix eſt, ut ambigam, quo tempore Sclavi,
632 excuſſo Francorum jugo, Samonem ſibi regem impoſuere, perfidum hominem, & ejurata Chriſti lege, libidinis cauſa ad impias ſuperſtitiones transgreſſum. Is ex Senonum oppido

(A) Prologus Legum Bajuvar. apud Fridericum Lindenbrogium & Baluzium T. 1. Capitular. Reg. Franc. p. 26. „ *Theodoricus* Rex Francorum, cum „ eſſet Catalaunis, elegit viros ſapientes, qui in regno ſub legibus antiquis eruditi erant. Ipſo autem dictante juſſit conſcribere legem *Francorum*, & *Alamannorum*, & *Bajuvariorum*, unicuique genti, quæ in „ ejus poteſtate erat, & ſecundum „ conſuetudinem ſuam: addidit, quæ „ addenda erant, & improviſa, & incompoſita reſecavit: & quæ erant „ ſecundum conſuetudinem Paganorum, mutavit ſecundum legem „ Chriſtianorum: & quidquid *Theodoricus* Rex propter vetuſtiſſimam „ Paganorum conſuetudinem emendare non potuit, poſt hæc *Childebertus* Rex inchoavit, ſed *Chlotarius* Rex perfecit. Hæc omnia *Dagobertus* „ Rex glorioſiſſimus per viros illuſtres, Claudium, Chadum, Indomagum, & Agilulphum, renovavit, & omnia vetera legum in melius tranſtulit, & unicuique genti „ ſcripta tradidit, quæ usque hodie „ perſeverant. Hoc decretum eſt „ apud Regem, & Principes ejus, & „ apud cunctum populum Chriſtianum, qui infra regnum *Meruvingorum* conſiſtunt. „ Leges ipſas vide apud Frideric. Lindenbrog. Codice LL. antiquar. & Baluz. T. 1. pag. 95.

pido oriundus Belga, mercaturam apud Winidos facere A. C.
ſolitus, adeo conſilium operamque his barbaris approbavit,
ut ſummam rerum uno conſenſu ad eum deferrent. (A) Au-
ſpicatus imperium a Francorum negotiatorum cæde, mul-
ta deinde in Norico, multa in Germania bella geſſit, annis
amplius triginta: quibus rebus factum, ut tota fere Sclavo-
rum natio, quæ ſeu in Illyrico, ſeu in Germania ſedes ha-
bebat, ad ejus ſe partes adjungeret. Miſſus ea de cauſa a
Dagoberto, Francorum Rege, Sicharius, qui illatam Fran-
cico nomini injuriam exprobraret: ſed is, dum iracundia
longius provectus, negaret Chriſtianis Regibus pacem, ac
amicitiam cum canibus eſſe poſſe; irritatus contumelia Sa- 630
mo: bene eſt, inquit, vos ſervi, nos canes magni DEI ſu-
mus: quid mirum, ſi injurias, quas DEO ac Domino ve-
ſtro aſſidue infertis, nos canes morſibus vindicemus? ſimul-
que Sicharium, importunum oratorem, e concilio ejicit. Ac-
cepta hac legati injuria, bellum jam non dubium inſtabat:
quod a Francis tribus exercitibus geſtum, hinc Longobar-
dis ſub Rege Ariovaldo ex Italia, inde Alemannis Chrod-
berto duce ex Rhætia, Auſtraſiis demum ex Bojaria in ho-
ſtem tendentibus. Sed victoria, quæ ſub Longobardis, &
Alemannis a Francis ſtetit, ſub Auſtraſiis in Samonem in-
clinavit: profligati magna clade ad caſtrum Vogaſtinenſe
Franci, nudum deinceps latus Windorum Sclavicorum ir-
ruptionibus præbuere. (B) Hoc ſucceſſu armorum elati po-
puli

(A) Fredegar. Contin. Gregor. Turon. l. 11. c. 48. „ *Samo* natione „ Francus, de pago Senonagogo, plu- „ res ſecum negotiantes adduxit ex- „ ercendum negotium in Sclavos, co- „ gnomento Winidos perrexit. Scla- „ vi jam contra *Avaros*, cognomento „ *Hunnos*, & regem eorum Gaganum „ cœperant rebellare. - - Cùm cum „ exercitu *Winidi* contra Hunos fuiſ- „ ſent progreſſi, *Samo* - - cum ipſis „ in exercitu perrexit, ibique tanta „ ejus fuerat utilitas, ut de *Hunis* ni- „ mia multitudo, gladio *Winidorum* „ trucidaretur. *Winidi* cernentes uti- „ litatem *Samonis*, eum ſuper ſe eli- „ gunt regem, ubi 35. annos regna- „ vit feliciter: plura prælia contra „ *Hunnos* ſuo regimine *Winidi* geſſe- „ runt: ſuo conſilio & utilitate *Wi- „ nidi* ſemper ſuperarunt. *Samo* 12. „ uxores ex genere *Winidorum* habe- „ bat, de quibus 22. filios, & 15. fi- „ lias habuit. „

(B) Idem c. 67. „ Sclavi cogno- „ mento *Winidi* in regno *Samonis* ne- „ gotiantes Francorum cum pluri- „ mam multitudinem interfeciſſent, „ & rebus, ſpoliaſſent - - dirigensque „ *Dagobertus*, Sicharium legatarium „ ad *Samonem*, petens, ut negotian- „ tes, quos ſui interfecerant, & res, „ quas illicite uſurpaverant, cum ju- „ ſtitia faceret emendare. *Samo* no- „ lens *Sicharium* videre, ſe ad eum ve- „ nire non permittit. *Sicharius* veſtem „ indutus *Sclavorum*, cum ſuis ad con- „ ſpectum pervenit: *Samoni* univerſa, „ quæ injuncta habebat, nunciavit. - - „ Nihil a *Samone*, quæ ſui admiſerant, „ eſt emendatum. - - *Sicharius*, ſicut „ ſtultus legatus, verba improperii, „ quæ injuncta non habuerat, & mi- „ nas adverſus *Samonem* loquitur, eo „ quod *Samo*, & populi regni ſui *Da- „ goberto* deberent ſervitium. *Samo* „ reſpondens jam ſaucius dixit: & ter- „ ram, quam habemus, *Dagoberti* eſt, „ & nos

A. C. puli Sclavici, & colonias in Norici Ripenſis ſupra Anaſum agros, & gentiles ſuos Virbios ſive Sorbos, qui trans Danubium ſupra Bohemiam agebant, in belli ſocietatem adduxere, quorum frequentibus incurſionibus res Francica, in Thuringia præſertim, multum detrimenti accepit. (A)

Windorum, ſeu Sclavorum in ſuperiori Auſtria Colonia.

At vero Avares, Hunnique, qui creſcentem Sclavinorum potentiam jam dudum limis oculis intuebantur, Bulgarico diſtenti bello, ferre interea quidlibet, quam gemino ſe hoſti carpendos tradere malebant: ſed patrata de Bulgaris victoria, qui alternos ex gente ſua principes obtrudere Hunnis nitebantur, Samonis ab hac parte progreſſiones ſufflaminari paulatim cœpere. Iniquius cum Bulgaris actum,
641 quorum cum millia novem per infeſtos Hunnorum gladios ad Francos ſe recepiſſent; ſuſcepti primum comiter, & aſſignatis a Dagoberto ſedibus in Bajoaria ſunt collocati: ſed auram tam benignam atrox plane, & unde minime debebat, exorta tempeſtas excepit. Veritus tantam bellicoſæ gentis multitudinem Rex Francus, Bojariis clam in mandatis dedit, Bulgarorum omnem eam progeniem una nocte interficerent. Neque difficile erat exules tota provincia diſperſos de medio tollere; evaſere tamen ſupremum diſcrimen ſeptingenta capita, exiguæ magni quondam populi reliquiæ, quæ immanem gentis perfidiam deteſtatæ, Alticeo duce, fuga ſibi, ſuisque conjugibus, ac liberis conſuluere, & conſtitutis in Marchia Vinidorum novis ſedibus tutum deinceps exilium reperere. (B)

„ & nos ſui ſumus, ſi tamen nobiscum diſpoſuerit amicitias conſervare. *Sicharius* dicens: non eſt poſſibile, ut Chriſtiani, ſervi DEI, cum canibus amicitias colere poſſent. *Samo* e contrario dixit: ſi vos eſtis DEI ſervi, & nos ſumus DEI canes; dum vos aſſidue contra ipſum agitis, nos permiſſum accipimus vos morſibus lacerare: ejectus eſt *Sicharius* de conſpectu *Samonis*. Cum hæc *Dagoberto* nunciaſſet, *Dagobertus* ſuperbiter jubet, de univerſo regno *Auſtraſiorum* contra *Samonem*, & *Winidos* movere exercitum - - - *Alemannorum* exercitus, cum *Chlodoberto* duce in parte, quam ingreſſus eſt, victoriam obtinuit, *Longobardi* itidemque victoriam obtinuerunt. -- *Auſtraſii* vero, cum ad Caſtrum *Vocaſtinſe* - - - gladio trucidantur - - tentoria & res, quas habuerunt, relinquentes, ad proprias ſedes revertuntur. Multis poſt hæc vicibus *Winidi* in *Thoringia*, & reliquos vaſtando pagos, in *Francorum* regnum irruunt. „

(A) Fredegar. c. 67. „ Multis poſt hæc vicibus *Winidi* in *Thuringia*, & reliquos vaſtando pagos in Francorum regnum irruunt. Etiam & *Deruanus*, dux gentis Vrbium, qui ex genere Sclavinorum erant, & ad regnum Francorum jam olim aſpexerant, ſe & regnum *Samoni* cum ſuis tradidit. „ De colonis vero in *Auſtriam ſuperiorem* ductis fidem faciunt Diplomata Taſſilonis, Caroli M. Ludovici Pii Cremifanenſibus data: de quibus infra.

(B) Fredegar. c. 71. „ Unus ex *Habaris* (Avaribus) & alius ex Bulgaris collecta multitudine invicem pugnarunt. Tandem *Habari* Bulgaros ſuperant: Bulgaris ſuperatis, novem millia virorum cum uxoribus

„ bus

Garibaldo interea, Bojariæ duci, Theodo filius ſucceſ- A. C.
ſit, clari nominis Princeps, & religionis ſtudio, & ſuſcepto ad
inſtitutionem rudis adhuc in Fide populi S. Emmerammo, in 649
paucis memorandus. Virum hunc ſanctum Religionis pro-
pagandæ ardor, & præclarum vitæ inter Avares profunden-
dæ periculum Pictavis ex Gallia, unde oriundus, in Bojariam
pertraxit. Sed enim perpetua cum Hunnis bella, & vaſtæ cir-
ca Anaſum ſolitudines, ſylvis tantum, ferisque horrentes,
una & aditum in Auſtriam inferiorem præcluſerunt, &
neceſſitatem impoſuerunt Theodonis conſilio acquieſcendi,
qui eum ad repurgandam a pravis moribus, erroribusque
Bojariam, ſibi ad manum eſſe exoptabat. (A) Et placuiſſe
Superis id conſilium, illud argumento eſt, quod poſt trien-
nii labores, quos in abolendis ſuperſtitionum reliquiis, fla-
gitiisque exegerat, Martyrum coronam in Bojaria repere-
rit, ad quam inter Avares Hunnosque conſequendam, fru-
ſtra aſpiravit. Nam cum illati Ducis Theodonis filiæ ſtu-
pri ſuſpicionem hærere ſibi eatenus paſſus eſſet, dum Sige-
baldum flagitii authorem neci ſubduceret; interceptus a
Landberto eſt Theodonis filio, & reſectis auribus, naribus,
quasque natura velat, partibus, barbare excarnificatus, ef-
foſſis ad extremum immaniter oculis, lingua evulſa, mani-
bus pedibusque truncatis, ſuo in ſanguine relictus, charita-
tis victima cecidit, incertum, famæ, an vitæ jactura carius
redemp-

S. Emmerammus in Pannoniam ire parat.

Charitatis victima in Bavaria cadit.

„ bus & liberis de *Pannonia* expulſi, „ ad *Dagobertum* expetunt, petentes, „ ut eos in terra Francorum manen- „ dum reciperet. *Dagobertus* jubet eos „ hyemandum *Bajoarios* recipere, dum- „ modo pertractaret cum Francis, „ quid exinde fieret. Cumque dis- „ perſi per domus *Bajoariorum* ad hye- „ mandum fuiſſent cum conſilio Fran- „ corum, *Dagobertus* Bajoarios jubet, „ ut Bulgaros illos cum uxoribus & „ liberis, unusquisque in domo ſua „ in una nocte *Bajoarii* interficerent, „ quod protinus a *Bajoariis* eſt imple- „ tum, nec quisquam ex illis reman- „ ſit ex Bulgaris, niſi tantum *Alticeus* „ cum ſeptingentis viris, uxoribus & „ liberis, qui in *Marchia Vinidorum* ſal- „ vatus eſt. „ Confirmat rem to- tam Aimoinus l. 4. c. 24. & Regino in Chron. l. 1.

(A) Meginfredus in vita S. Emme- rammi c. 6. „ *Theodo* dux provinciæ, - - „ comperto ſancti Pontificis (*Emme- „ rammi*) introitu, adhibitoque con- „ ſpectu inter alia, quæ ſit cauſa exi- „ lii, percontatus eſt. Qui nomine, „ & natione expoſita, incolatum na- „ tivi liminis propterea deſeruiſſe ſe „ perhibuit, ut *Pannoniæ* populos, qui „ gentili feritate adhuc effremuerant, „ conditori Chriſto, reconciliaret. - - - „ Ad hæc divino conſilio præventus „ Dux infit, ſe tam pio ſtudio nihil „ opponere - - niſi quod commeandi „ facultatem impoſſibilitas quædam „ obſtrueret, propter diſcordiam ſci- „ licet, & longam inter ſe, & *Avares* „ bellorum controverſiam, fines in „ utroque limite deſertos, ita ut circa „ *Aneſum* fluvium, urbes & loca olim „ cultiſſima, tantis beſtiarum imma- „ nitatibus horrerent, ne viantibus „ ullus tranſeundi aditus pateret: „ monere autem potius, & ſupplica- „ re, quatenus apud ſe ſuosque B. Pa- „ ter morari dignaretur, quos tam „ rudes, & imperfectos in fide præ- „ teriri fas non eſſet - - - gratulatus „ ergo, ſupernæ diſpoſitioni ſuppo- „ ſuit animum, & gentis ſtudio præ- „ buit conſenſum. „

A. C. redemptæ. (A) Theodonem ducem, ejus cædis innocen-
652 tem, Landbertus abſolvit, qui ad Avares, Hunnosque profugus, vitam eo parricidio contaminatam in Auſtria inferiore miſerrime finiit. (B)

680 Theodoni interim primo, vita functo, ſecundus ejus nominis in Bojaria ſucceſſerat, haud paulo felicior ſuſcepto in Provinciam ſuam S. Ruperto hoſpite, quam ille S. Emmerammo. Ingens virtutum viri ſancti fama Theodonem moverat, ut ſuo Bojariæque totius bono Rupertum
696 Ratisbonam invitaret: venientem non Dux modo, ſed multitudo omnis tanto gaudio excepit, ut effuſa in occurſum ejus tota civitas vix capere ſe præ lætitia videretur. Minimus illi labor erat in ſubigenda ad ſementem Evangelicam terra tam fertili, ſummis æque infimisque & ad audiendam cœleſtem ejus doctrinam, & ad abluendas ſacro lavacro animarum maculas certatim accurrentibus. (C) Sed enim ardens religionis proferendæ ſtudium contineri una provincia non potuit: conſcenſo itaque navigio longum iter ſecun-

S. Rupertus in Bavariâ venit.

Evangelii cauſa in Auſtriam deſcendit.

(A) Meginfred. in vita S. Emmerammi a cap. 8. usque ad cap. 13. „ Memorati Principis filia, nomine „ *Uta*, a cujusdam Judicis filio *Sigibaldo* compreſſa - - ante patris tribunal conſtituta, de authore tam ſolennis injuriæ convenitur. Cumque diu fœmineo metu - - lingua hæreret, arguentium impetu coarctata, in innocentis Epiſcopi perſonam dedecus ſuum conjecit. - - - „ Huic judicio *Lampertus*, puellæ germanus, interfuit, quem grandis „ pro confuſione ſororis invaſit triſtitia: & quod juventuti familiare „ eſt, pro falſa fide cepit eum temerarius furor - - ſumpto itaque comitatu non pauco properat virum „ DEI perſequi - - - ſocios nefandis inſtigat vocibus, quatenus vinculatum deformiter traherent. - - - „ Itaque digitorum articulos vulneribus numerant - - pedibus & manibus abſciſſis, luminibus effoſſis, auribus amputatis, naribus truncatis, „ tandem pudicitia Martyris eſt invaſa, & ſecreta pudoris deteſtabili „ ſunt acie reciſa. Inter quæ omnia „ in laudem Creatoris vox, quamvis „ modica, Davidicum melos exercuit. „ Quo ipſi invidentes linguam radicitus evulſam reſecaverunt. „

(B) Idem ibid. c. 15. „ *Lampertus* „ eorum dominus, conſurgente contra eum nata ex ſceleribus ſuis occaſione, perpetuo damnatus exilio, „ procul a ſuis digno deſpectu evanuit. „ Fugam ad *Avares* cepiſſe *Landbertum* recentiores conſenſu tradunt Aventin. l. 3. Brunner. P. 1. l. 5. Adlzr. P. 1. l. 6.

(C) Vita S. Ruperti a diſcipulo S. Eberhardi Salisburg. Archiepiſc. conſcripta. „ Tempore igitur *Hildeberti* „ Regis Francorum, anno ſcilicet regni ejus ſecundo, honorabilis Confeſſor Chriſti, *Rudbertus*, in *Wormacia* civitate Epiſcopus habebatur: „ - - cumque fama ſanctæ converſationis illius longe lateque crebreſceret, pervenit ad notitiam cujusdam ducis Bavariæ regionis, nomine „ *Theodo*, qui ſupra dictum (Virum) „ DEI enixis precibus, prout potuit, „ libentiſſime rogare ſtuduit per miſſos ſuos, ut *Noricam* provinciam viſitando ſacra illuminaret doctrina. „ Unde prædicator veritatis divino „ compunctus amore aſſenſum præbuit. - - Hæc audiens præfatus Dux, „ magno perfuſus eſt gaudio, obviamque illi cum ſuis pergens, ſanctum „ virum, Evangelicumque doctorem „ cum omni honore & dignitate ſuſcepit in *Ratiſpona* civitate. Quem „ vir Domini - - non multo poſt, „ & multos alios iſtius gentis nobiles atque ignobiles viros ad veram „ Chriſti fidem convertit, ſacroque „ Baptismate regeneravit, & in ſancta corroboravit religione. „

do Danubio emenſus, ad fines usque Pannoniæ inferioris A. C.
deſcendit, ſparſoque divini verbi per eas regiones ſemine, patratisque ingentibus prodigiis, multorum corpora, multorum animos ad ſanitatem revocavit; Laureaci maxime, quo ex longa peregrinatione reverſus tantiſper ſubſtitit, & veterem, quæ in urbe ſemper floruit, pietatem inſtauravit. (A)

Quos Pannoniæ inferioris fines, unde Rupertus Laureacum ſe retulit, ſcriptor vitæ intelligat, difficile dictu eſt: neque enim Boicis navibus aut ad Savi, aut Arabonis etiam oſtia, per mediam Hunnorum barbariem penetraſſe, credibile videtur, qui fines Pannoniæ inferioris apud veteres habebantur: (B) neque infrequens poſterioribus his ſeculis fuit, Pannoniam Dravo, Savoque proximam, inferioris nomine ſignificare: (C) qua in provincia cum & ceteri Salisburgenſes poſtea Epiſcopi Apoſtolicis laboribus potiſſimum inſudarint, & Eccleſia ea, Metropolitica jam dignitate aucta, novas aliquot Epiſcoporum ſedes erexerit; pene inclinat animus, ut Rupertum Laureaco in Pannoniam, non quæ Hungaria, ſed quæ Styria, ac Carinthia hodie appellatur, flexiſſe exiſtimem. Sed hæc conjectura eſt: potuit enim Theodo ab Hunnorum natione viro ſancto aditum in Auſtriam, ulterioremque Pannoniam impetraſſe, & ubi Lamberto nuper exuli perfugium erat, receptus etiam Ruperto eſſe: verbis certe ſcriptoris vitæ ſi ſtricte inhærendum, in Auſtriam inferiorem, & ad Arabonis, aut Savi etiam Oſtia deſcenderit, neceſſe eſt: unde terreſtri deinde itinere Laureacum eſt regreſſus. Reduci in Bojariam Princeps Theodo (D) agri ſylveſtris partem haud procul a Walario lacu tribuit,

(A) Biograph. S. Rudberti. „Tunc „ ſupradictus vir Domini, accepta licentia, per alveum *Danubii* usque „ ad fines *Pannoniæ inferioris*, ſpargendo ſemina vitæ, navigando iter arripuit. Sicque tandem revertens ad „ *Laureacenſem* pervenit civitatem, „ multosque infirmos, variis languoribus oppreſſos, orando per virtutem Domini ſanavit, & veræ fidei „ plures inibi ſociavit. „

(B) Ptol. Cosmogr. l. 2. c. 16. de ſitu *Pannoniæ* ſuperioris & inferioris. „ *Pannonia inferior* terminatur ab occaſu *ſuperiori Pannonia* a ſciſſione *Arabonis* fluvii - - - a ſeptentrione, „ & ab oriente terminatur parte *Danubii*, quæ eſt a ſciſſione *Arabonis* „ fluvii usque ad *Savum* amnem. „

(C) Annal. Francici ſub Ludovico Pio, apud Reuberum ad A. C. DCCC XVIII. *Liudevitum* ducem *Pannoniæ inferioris* appellant, quem conſtat trans fluvium *Dravum*, in locis Dalmatiæ finitimis, principatum habuiſſe, ut liquet ex iisdem annalibus ad A. C. 819. 820. 821. 822. 823.

(D) Biograph. S. Ruperti. „Deinde „ arrepto itinere pervenit ad quendam lacum, qui vocatur *Walarium*, „ ubi exit *Viſebaba* de eodem lacu, „ ibique Eccleſiam in honore ſancti „ Petri principis Apoſtolorum conſtruxit & dedicavit. - Poſtea vero „ ad notitiam venit ſancto Pontifici „ *Rudberto*, eſſe locum juxta fluvium „ *Warum* antiquo vocabulo *Juvavenſem* vocatum, ubi antiquis tempo-

„ ribus

A. C. tribuit, ubi pius Antiſtes ædem ſtatim D. Petro Apoſtolo conſtruxit: cumque de ruderibus antiqui Juvavi ex accolis comperiſſet, Duxque non ruinas modo nobilis quondam Coloniæ, (A) ſed circumjectum etiam agrum ſancto Epiſcopo poſſidendum tradidiſſet, ſedis ejus fundamenta jacta ſunt, quæ omne poſtea Noricum cum Pannonia complexa eſt, ſacro jure, curisque Pontificiis adminiſtrandum. Sed 702 hæc dum agerentur maxime, Theodo II. partita inter filios (B) Bojaria, Ratisbonam ſibi partemque provinciæ, quæ Norico Ripenſi proxima, reſervavit. Cauſa erat Religionis ſtudium, quo incitatus Princeps optimus Romam ſe contulit, ut impetratis a Gregorio, ejus nominis II. Pontifice Maximo, idoneis Epiſcopis per Boicam omnem, pro Principatuum numero, totidem Epiſcoporum ſedes conſtitueret, locumque, qui præcipuus, pro Archiepiſcopi ſede deſignaret. (C) Sed ea res longius extracta, confici ante non potuit, quam Bonifacius, Germaniæ Apoſtolus, ad inſpiciendas ejus Eccleſiæ res cum poteſtate Legati in Bojariam mitteretur. (D) Interea & Theodo II. tam ſancti conſilii princeps, & Theodebertus & Grimoaldus filii e vita exceſ-

Salisburgenſis Eccleſiæ fundamenta jacit.

R 3 ſere,

„ ribus multa fuerunt mirabiliter „ conſtructa ædificia, & cuncta pene „ dilapſa, ſilvisque cooperta. Hæc audiens vir Domini - - cœpit *Theodonem* rogare ducem, ut iſtius poteſtatem loci tribueret - - & Epiſcopii ibi ſedem ſtatueret. Quod „ ipſe Dux conſenſit, tribuens in longitudine & latitudine de territorio, „ ſuper duas leugas, poſſeſſiones, ut „ inde faceret, quod ei placeret, ad „ utilitatem iſtius ſanctæ Eccleſiæ. „

(A) Inſcriptio Lapid. Antiqui apud Pigh. in Herc. Prodicio p. 145.

„ COL. HADR. IVVAV. „

(B) Arbo in vita S. Corbiniani. „ Eo namque tempore erat ibi devotiſſimus (*Theodo*) Dux, inſignis potentia, & virilis virtute, filiis ornatus - - provinciam ipſam (*Bajoariam*) ſibi & liberis in quatuor partes diviſit. „ Arnolfus Vohburg. l. 1. de Miraculis S. Emmerammi c. 1. „ Qui Dux filios habuit ſucceſſores, „ *Diotpertum* videlicet, atque *Grimoaldum*: poſt quos Ducatu præfuit huic „ genti *Hucbertus*. „

(C) Colligitur ex Capitulari Gregorii II. PP. allato apud Labbeum Concil. T. VIII. p. 182. quod emendatius refert M. Hanſizius ex Cod. MS. Biblioth. Cæſ. Vienn. T. I. C. XXI. „ Cap. III. ut conſideratis locorum „ ſpatiis, juxta gehennationem (*gubernationem*) uniuscujusque ducis „ Epiſcopia diſponatis, & ſubjacentia „ ſingulis ſedibus terminetis. Et ſi „ tres aut quatuor vel majoris numeri viſæ fuerint conſtitutæ ſedes, reſervato præcipuæ ſedis loco pro Archiepiſcopo reſedendo, adhibito „ trium Epiſcoporum conventu, probabiles Fide, ac boni teſtimonii, & „ eruditos ſana doctrina viros ordinetis Antiſtites ex authoritate Beati Petri Apoſtoli. „

(D) Gregor. III. PP. epiſt. ad S. Bonifacium apud Labbeum Conc. T. VIII. p. 207. „ Igitur quia indicaſti, perrexiſſe te ad gentem *Bajoariorum* & „ inveniſſe eos extra ordinem Eccleſiaſticum viventes, dum Epiſcopum non habebant in provincia, „ niſi unum, nomine *Vivilo*, quem nos „ ante tempus ordinavimus & quia „ cum aſſenſu *Oatilo* Ducis eorundem „ Bajoariorum, ſeu optimatum provinciæ illius, tres alios ordinaſſes „ Epiſcopos, & in quatuor partes provinciam illam diviſiſti - - Apoſtolicam præceptionem ex noſtra vice „ impleſti. „

sere, superstite Hucberto, Theodeberti filio, (A) cui amplior quidem, at non multo diuturnior principatus contigit. Utiloni summa rerum in Bojaria paulo post a Francis delegata. Hoc principe Laureacensis Antistes, Vivolus, quem Gregorius III. Pontifex Maximus, sua ipse manu Episcopum consecrarat, Laureaco Passavium translatus est, quod excisa per Hunnicas irruptiones ejus Ecclesiæ Metropoli, nusquam nisi apud Utilonem Ducem receptum jam haberet. (B) Atque hic demum annus est DCCXXXVII. quo princeps Ecclesiæ per Noricum ac Pannoniam dignitas ex Austria est abstracta, nunquam deinceps ad plenam, stabilemque authoritatem reditura. A. C. 737

Laureacensis Antistes Passavium se transfert.

At vero Utilonem, magna brevi bellorum tempestas excepit. Carolus Martellus ex Suanihilde, Utilonis nepte, Griphonem (C) sustulerat filium: defuncto nuper patre (A. DCCXLI.) Carolomannus, ac Pippinus filii, justo thoro nati, hæreditatem Majoratus Francici (hoc enim nomine prima a Regni fastigio dignitas a Francis appellabatur) soli adiere. Pippino Neustria ac Burgundia; Austrasia Carolomanno obtigit, Mosellana, Alemannica, ac Thuringica provinciis definita. (D) Bojariæ quidem nulla hic mentio; sed ea, quemadmodum & Francia Orientalis, & Rheni tractus omnis sub Austrasia continebatur. At Gripho, cum paterna hæreditate excluſum sese, & fratrum benevolentiæ relictum cerneret, Suanihildæ matris instinctu bellum ambobus fratribus movit: sed quod impetu magis, quam consilio rem gereret, brevi a fratribus captus, & in Arduennæ arcis custodia aliquot annis habitus est. (E) Suanihildis, 741

(A) Arnon. Libel. Donat. Salzb. c. 4.

(B) Diploma Arnulphi Imperatoris datum *Wichingo* Pataviensi Antistiti A. 899. „ Pataviensem sedem *Vivilo*, quondam sanctæ Ecclesiæ *Laureacensis* Archiepiscopus, post excidium, & miserabilem barbarorum devastationem ejusdem *Laureacensis* Ecclesiæ, nuspiam alibi inventa suæ tuitionis securitate, primus Episcopavit, *Otilone* strenuo *Bavarorum* duce concedente, qui etiam Canonicos, & Monachos, quos DEI misericordia hostium subtraxerat prædæ, in Ecclesia, quæ est constructa in honore sancti *Stephani* Protomartyris Christi, ubi etiam *S. Valentinus* corpore requiescit, reverenter collocavit. „

(C) Herman. Contr. A. 748. „Grypho ex concubina frater Pipini.„

(D) Fredegar. c. 110. „Primogenito suo *Carolomanno* nomine Austriam & Sueviam, quæ nunc Alemannia dicitur, atque Thoringiam tradidit. Alterum vero secundum filium, *Pipinum* nomine, Burgundiæ & Neustrasiæ provinciæ præfecit. „

(E) Annal. Francor. apud Reuberum ad A. C. 741. „ Hoc anno *Carolus* Major domus diem obiit, tres filios hæredes relinquens, *Carolomannum* scilicet, *Pipinum*, atque *Grifonem*: quorum *Grifo*, qui cæteris minor natu erat, matrem habuit nomine *Suanihildem*, neptem *Odilonis* Ducis Bajoariorum. Hæc illum adeo ad spem totius regni concitavit,

A. C. hildis, quo filium juvaret ſuum, nullum non lapidem movit, Germania præſertim in Francos concitata. Cumque Utilonem, Bojariæ Ducem, ac patruum ſuum, idoneum præ ceteris duceret, cujus opera, viribusque adverſus privignos uteretur; Hiltrudi eorum ſorori author eſt, ut ſpectata Utilonis forma, dignitate, potentia, ejus nuptias ambiret. Nec abnuit Hiltrudis conſilium, & Utilo ea honoris acceſſione inflatus, Francicos Proreges brevi in arma egit. Natus ex eo connubio, anno mox ſequenti Taſſilo, magnum inter Bojos nomen, ſed religione magis, quam pace, bellove Bavariæ proſperum. Confecto interea Aquitanico bello, Carolomannus ac Pippinus arma in Boicam transferunt: occurrit
743 ad Lycum Utilo; ſed Franci, reperto fluminis vado, in Bojos repente invecti, fugientem cum ſuis Ducem ad Ænum usque fluvium rejiciunt. Victus ille, & modeſtius ſapere hac clade doctus, regios tandem ſpiritus poſuit: accedentibus demum Hiltrudis pro conjuge, ac communi nato pre-
744 cibus, pax reſtituta eſt. (A. DCCXLIV.) (A) Ea quies religioſo Utilonis conſilio peropportuna exſtitit, ut jacta per hos annos antiquiſſimi per Auſtriam Mannſeenſis Cœnobii fundamenta paulatim aſſurgerent, & ſacra D. Benedicti familia obſcuratæ per has temporum caligines Religioni novam lucem afferret. (B) Quam in rem ſalutaris cum primis exſtitit S. Pirminii opera, qui poſt Monaſtica inſtituta, tota late Alemannia, Bojariaque vulgata, viginti Cœnobitas ex Caſſinenſi Monaſterio in has terras traduxit.

Mann. ſeenſis Cœnobii exordia.

An

„ citavit, ut ſine dilatione *Laudunum* „ civitatem occuparet, ac bellum fratribus indiceret. Qui celeriter exercitu collecto *Laudunum* obſidentes, fratrem in deditionem accipiunt. - - *Carolomannus Grifonem* „ ſumens, in novo caſtello, quod juxta *Arduennam* ſitum eſt, cuſtodiri „ fecit. „

(A) Annal. Franc. Pithæani A. 742. „ Carlmannus & Pipinus - - Alamannos duce *Theobaldo* rebellare „ temptantes, mira celeritate comprimunt. „ A. 743. „ Carlmannus „ & Pipinus *Odilonem* Ducem Bajoariorum rebellare conantem prælio „ ſuperant. „ A. 744. „ Carlmannus „ cum *Odilone* Duce Bojoariorum pacem fecit. „ Idem narrant Annales Fuldenſ. nec diſſentiunt Annales Franc. Reuber, & Reginon. l. 2. ad A. 743. Annal. Nazariani. A. 741. „ Bajuvari in Saxones. DCCXLII. „ Franci in exercitu ſuper Waſcones, „ poſtea in *Bajuvaria* usque de *Leeb*- - „ - - DCCXLIV. Franci in *Bajuvari*, „ quando ille vallus fuit, & romanus „ egreſſus eſt de Alemannia. „

(B) Colligitur ex libro Traditionum *Mannſeenſis*, ſeu *Lunalacenſis* Monaſterii, apud Bernard. Pezium Cod. Diplomatico Col. 10. „ In nomine „ Domini regnante Domno *Hatitoni* „ Inclyto Duci gentis noſtræ Bauvariorum imprimis donavimus ad *Luna lacu* quatuor villas cum campis, „ pratis, ſilvis, cum omnibus hæredibus ſuis *Niuzilinga*, *Aldareſpach*, „ *Chalpaha*, *Opera-Chalpaha*. - - - Anni Domini DCCXLVIII. „ Ex quo conſtat cœnobium jam ſtetiſſe eo anno, atque adeo haud dubie annis aliquot ante, exædificatum in honorem S. Michaëlis, & S. Petri fuiſſe: primus Monaſterii Abbas *Oportunus* fuit, cujus frequens in literis Donation. mentio.

An ad Mannſeenſis Monaſterii principia pars beneficii ejus pertinuerit, pro certo haud affirmem: Opportunum, novellæ familiæ datum Præſulem, documenta vetera conſentiunt. Deſcripti poſſeſſionum limites, & ſubinde piorum largitionibus non mediocriter aucti. (A) Sunt, qui in Auſtriam quoque inferiorem, quanquam Hunnico adhuc jugo preſſam, religionis novam lucem, per id tempus, illatam ferant, Alberto & Otkario authoribus, illuſtri ſanguine, & in magnas opes, patre Burgundo, Bavara matre natis. Hi cum Romæ Zachariæ Pontifici, neſcio quo belli tumultu, operam commodaſſent ſuam, S. Quirini, Hippolyti, aliorumque Cœlitum pretioſis exuviis donati, in Bavariam rediere: ac S. Quirini quidem Martyris corpus ſacrum Tegernſeenſis Cœnobii, quod ſuis ipſi opibus largiſſime dotarant, templo intulere; ſed D. Hippolyti ſacras Reliquias in Auſtria inferiore, excitata ad Treismam amnem ejus honoribus Æde ſacra, depoſuere. Manet adhuc loco nomen, qui ſubinde in urbem elegantem novis indies acceſſionibus excrevit. (B) Certiora longe, quæ de Carolomanno, Pippini fratre, ſcriptores veteres afferunt. Hic divino afflatus numine, nuncium repente rebus humanis remiſit, monaſticam in Soracte primum monte (A. DCCXLVII.) mox, quod

A. C. 747

Ædes S. Hippolyti in Auſtria inferiore.

(A) Gewoldus in Addition. ad Hundium T. II. p. 345. ſcribit Fundationem *Mannſeenſis* cœnobii confirmatam a *Taſſilone* Duce A. 771. additis multis reditibus, prædiis, curtibus, grangiis, pratis, & hominibus in *Rottal*, *Malingoevv*, & *Atergoevv*. Donatam eidem Cœnobio ab *Arnone* Salisburgenſ. Archiepiſcopo Eccleſiam S. Martini in *Strſſawalch*, ab Ludovico Rege territorium in *Abernſee*, ab Henrico IV. Imp. & Harduico Ratisbon. Epiſcopo Eccleſias *Wiſelburg*, & *Steinenkirchen* cum omnibus ad eas pertinentibus, & multis decimis: a Cunrado Epiſcopo Ratisbon. Eccleſiam S. Martini in *Weihenmaringen*; foreſtam *Oberſech*, & territorium S. Wolfgangi in *Abernſee* ab eodem Cremifanenſibus reſtitutum. Marcham ſeu limites Monaſterii *Mannſeenſis* vide apud Bern. Pezium Codicis Diplomat. P. 1. Col. 72. ubi & Marcam *Steinenchirchenſis* Eccleſiæ in *Auſtria* Mannſeenſibus collatæ leges.

(B) Monument. Tegernſeenſia in Hiſtoria Fundat. & Translat. S. Quirini apud Bern. Pezium Anecdot. T. III. ubi poſt longam, de *Alberto*, & *Otkario* fratribus narrationem Scriptor Fundat. Tegrinſeenſ. c. 3. ſubjicit. „ Unde Reliquiis ſancti *Hippolyti* Eccleſia in partibus *Auſtriæ*, quæ adhuc „ ejusdem Martyris nomine, titulatur, honorificata eſt. „ Arenpeckii Chron. Bojar. l. 2. c. 29. „ Erigentes „ quoque & ipſi prælibati Principes „ *Adalbertus* & *Otkarich*, & conſanguineus eorum *Otto* (alias *Uto*) alios „ titulos in proprio fundo eas Reliquiis, nec non prædiis ſuis ſufficienter dotaverunt. - - - Sanctum quoque *Hippolytum* Martyrem, diſcipulum B. Laurentii, in *Auſtriam*, quæ „ tunc *Norica Ripenſis* dicebatur, in „ quoddam, modo magnum oppidum, quod poſtea incolæ muro „ circumdantes, caſtrum illud ex nomine ſancti appellaverunt, usque „ ad præſentem diem ad S. *Hippolytum*, ubi fundatum eſt Monaſterium „ Canonicorum Regularium S. Auguſtini. „ Conſulantur ea de re obſervationes prævias ad Hiſtoriam Inventionis SS. Reliquiarum duorum Anonymorum Sanctorum ad Divi Hippolyti in Auſtria apud Hieron. Pezium T. 1. Script. Auſtriac. p. 739. &c.

A. C. quod ignotus esse cuperet, Cassini professus: (A) quo tam insolito virtutis exemplo, cum omnes in admirationem raperet; Gripho tamen, ut sunt diversa mortalium studia, in superbiam abusus est. Elapsus enim sua e custodia, partem hæreditatis, possessore jam vacuæ, capturus ad Saxones profugit; receptus est quidem hospes novus; sed cum Pippinus exercitum ostenderet, alieni metu belli exterriti, missis oratoribus facile impetrarunt, ne res armis committeretur. (B) Hac spe depulsus Gripho, ad nova consilia animum appulit, & contractis factiosorum hominum numerosis copiis, in Boicam irrumpit, Hiltrudemque sororem, ac Tassilonem, Utilone duce nuper jam defuncto, in potestatem re-
748 digit A. DCCXLVIII. (C) Accessere provincialium studia aut metu, aut simulato in tempus obsequio novo principi conciliata. At ubi Pippinus, qui seditiosum fratrem quiescere nusquam passus, Griphoni confidentiam excussisset; Boji viribus haudquaquam pares, ad obsequium rediere, Griphone haud invito, qui persuaderi sibi tandem passus est, ut tempori serviret. (D) Pippinus, qui violentum hominis ingenium beneficio sibi obstringere cupiebat, in Franciam abductum, Ducis honore, ac duodecim Neu-
749 striæ Comitatibus auxit. Frustra tamen hæc fuere: animus enim quietis impatiens in Aquitaniam Griphonem mox rapuit, ubi Waifario perduelli se fœdere conjunxit. (E) Sed

(A) Annal. Franc. Reuber. ad A. 746. „ *Carolomannus* Romam profectus, dimissa sæculari gloria, habitum mutavit, & in monte *Soracte* monasterium in honorem sancti *Sylvestri* ædificavit - - - ibique aliquamdiu commoratus, meliori consilio hoc loco dimisso, ad monasterium S. Benedicti in Samnio provincia, juxta *Casinam* arcem constitutum, DEO serviturus venit, ibique monasticum habitum suscepit. „ Annal. Franc. Pithæa. ad A. 747. „ *Carlmannus* relicta, quam tenebat, potestate Romam vadit, ibique mutato habitu religiose victurus, in *Cassinum* ad sanctum *Benedictum* secedit, & monachus efficitur. „ Fusissime rem exequitur Regino l. 2. Chron. ad A. 746.

(B) Annal. Franc. Pithæ. ad A. 748. „ *Gripho*, frater Carlmanni & Pipini, potestatem quandam affectans ad Saxones se contulit. Pipino vero per Thuringiam ingresso Saxoniam - - Saxones occurrunt *Gryphonem* cum eo pacificare cupientes. *Gryphо* autem nec Saxonibus, nec Francis se credens, in *Bajoariam* fugit. „ Annal. Fuldens. pariter ad A. 748. Sed Regino refert ad A. 747.

(C) Regino ad A. 748. „ *Gripho* de Saxonia egressus in Bajoariam pervenit, ipsumque ducatum sibi subjugavit. *Giltrudem* (*Hiltrudem* al.) cum *Thassilone* cepit, & suæ ditioni subjecit. „

(D) Fuldens. ad A. 749. „ *Pipinus* in Bajoariam pergens *Tassilonem*, nepotem suum ex *Hiltrude* sorore sua, Ducem ibi constituit, *Gryphone* & *Landfredo* inde eductis. „ Regino A. 748.

(E) Annal. Pithæ. ad A. 750. „ Pipinus *Gryphoni* in partibus Neustriæ, XII. Comitatus dedit. Sed ille nec ibi securum se esse ratus, ad Waifarium ducem Aquitaniæ secessit. „ similiter Fuld. A. 750. sed Regino ad A. 748.

quod nec ibi ex ſententia res cederent, in Italiam fugiens, A. C.
inter alpium anguſtias interfectus eſt. (A)

Sublato hoc æmulo altiores jam ſpiritus ſuſtulit Pippinus, & detruſo in Monaſterium Rege Francorum Childerico III., Regium ſibi nomen, poteſtatemque conſenſu
Taſſilo II. Bavariæ Dux populi ſumpſit A. DCCLII. totius jam Franciæ Dominus. 752
(B) Nondum ex ephebis exceſſerat Taſſilo, Hiltrudis matris curæ relictus ac tutelæ, cum a Pippino Compendium cum Bojariæ proceribus evocatur, ſolenne jusjurandum novo Regi dicturus, a quo Bojariæ principatum ſolenni Ma- 757
jorum more reciperet. (C) Et paruit tum quidem avunculo Regi Taſſilo, & ſolennis ſacramenti ſponſionem ſexennio coluit: quo tempore Pippinum in Italiam adverſus Aiſtulphum Longobardorum Regem ſecutus eſt. Sed cum adacto in certas leges Aiſtulpho, & Exarchatu Ravennatenſi Romano Pontifici reſtituto, ad bellum Aquitanicum
Francorum obſequium detrectat: etiam a Pippino vocaretur; Taſſilo moram belli, longamque a patria pertæſus abſentiam, excuſata valetudine, e caſtris ſe regiis ſubduxit: (D) quæ res Pippinum avunculum 763
ita uſſit, ut coacto poſt Wormatiæ Regni conventu reditum eum, non tam profectionem, quam ſeceſſionem ap- 764
pellaret: dictæ a Francorum ordinibus in ejus caput ſententiæ, ipſa Regis ira atrociores; omniumque is ſenſus erat, Taſſilonem, per quem ſteterit, quo minus exitiales belli reliquiæ delerentur, armis perſequendum. Sed periculum id Aquitanici tumultus ſopita nondum flamma tantiſper diſtulit, & conſecuta poſt paulo mors Pippini (A.DCCLXVIII.) 768
peni-

(A) Annal. Fuld. ad A. 753. „ *Grypho* frater Pipini cum Italiam petere conaretur, in valle Maurienna a „ Comitibus fratris ſui occiſus eſt. „ Regino ad A. 751.

(B) Fuldenſ. ad A. 752. „ *Hyldricus* Rex, qui ultimus Merovingorum „ Francis imperavit, depoſitus, & in „ monaſterium miſſus eſt. *Pipinus* vero in civitate Sueſſionum a ſancto „ *Bonifacio* Archiepiſcopo in Regem „ unctus, regni honore ſublimatus „ eſt. „ Ita & Annal. Pithæ. Herm. contract. ad A. 752. Regino ad A. 750.

(C) Regino ad A. 756. „ Rex *Pipinus* tenuit palatium ſuum in *Compendio*, ibique *Taſſilo* venit, dux Ba- „ joariorum, & ſuus effectus eſt per „ manus, ſacramentaque multa juravit Pipino, & filiis ejus, ſupra corpus S. Dionyſii, Germani, & ſancti „ Martini: ſimul & ejus homines natu majores fecerunt. „ Annal. Bertinian. & Annal. Francor. ad A. 747. apud Reuberum.

(D) Annal. Francor. Reuber. ad A. 763. „ Rex *Pipinus* Aquitaniam repetit - - de qua expeditione *Taſſilo* „ Bajoariæ Dux, ægritudine per dolum ſimulata, in patriam reverſus „ eſt, firmatoque ad defectionem animo, ad Regis conſpectum ſe ulterius „ venturum abjuravit. „ Confirmant id Annal. Pithæ. Fuldenſ. & Regino ad hunc annum.

A. C. penitus avertit. (A) Succeſſere in regnum Franciæ Carolus, ac Carolomannus filii: illi Neuſtria cum Burgundia; huic Auſtraſia cum Thuringia, Alemannia, ac Bojaria in partem ceſſit: (B) donec ſublato tribus poſt annis e vivis Carolomanno, fortuna utramque Franciæ Coronam A.
771 DCCLXXI. ad Carolum detulit. (C)

Adjecta in hunc modum regno ſuo Bojaria, non item animum ſibi Bojorum Ducis adjunxit Carolus: repudiata enim Bertha (D) Deſiderii Longobardorum Regis filia, cujus ſoror Luitpurga Taſſiloni nupſerat, nihil propius factum, quam ut animorum ea alienatio in bellum erumperet: & erupiſſet etiam, niſi Caroli lenitas miſſo opportune Sturmione, Fuldenſi Abbate, Taſſilonem in offi-
772 cio continuiſſet. (E) Anno, qui proxime ſecutus eſt (DCC LXXII.) Taſſiloni ex Luitpurga natus eſt filius, Theodo, ingens tum quidem Boicæ, ſed breve gaudium. (F) At cum Deſiderius, Longobardorum in Italia Rex ultimus, Ticini ſemeſtri obſidione preſſus, in poteſtatem Caroli veniret, & extincto ejus gentis regno, ex Italia Leodium deportaretur;
774 (G) renovatæ ſunt veteres Luitpurgæ iræ, quæ ulciſcendi Patris avida, Taſſiloni marito faces identidem ſubdebat, quibus paulo poſt Bojaria miſerum in modum deflagravit. *ad officium revocatur.*

(A) Annal. Francor. Reuber. ad A. 764. „ Rex *Pipinus* diſtracto in diverſa animo propter duo bella, Aquitanicum jam olim ſuſceptum, & „ *Bajoaricum* propter *Taſſilonis* ducis „ defectionem ſuſcipiendum, populi „ ſui generalem conventum habuit „ in *Wormatia* civitate: dilataque in „ futurum expeditione, illo anno domi ſe continuit. „ & A. 768. „ Cum „ ad Pariſios veniſſet, VIII. Calend. „ Octob. diem obiit. „

(B) Regino ad A. 768. „ Dominus „ *Carolus* & *Carolomannus* elevati ſunt „ in regnum; *Carolus* in *Novioma* civitate, *Carolomannus* in *Sueſſione* VII. „ id. Octob. „ Marianus Scotus ad A. 770. „ *Carolus* partem patris ejus „ *Pipini*, *Carolomannus* vero partem „ patrui ejus *Carolomanni* ſuſcepit. „

(C) Fuld. ad A. 771. Regino ad eundem annum. Annal. Franc. Reuber. ad A. 771. „ Carolomannus frater „ ejus (*Caroli*) prid. Non. Decemb. „ deceſſit in villa Salmontiaco. Et „ Rex ad capiendum ex integro regnum animum intendens, Carbonacum villam venit. „ Eginhard. de vita Caroli M. „ *Carolus* autem, „ Fratre defuncto, conſenſu omnium „ Francorum rex conſtituitur. „

(D) Eginhard. in vita Caroli M. „ Cum matris hortatu filiam *Deſiderii* regis Longobardorum duxiſſet „ uxorem, incertum qua de cauſa, „ poſt annum repudiavit. „

(E) Abbas Eigil in vita S. Sturmionis cap. 13. „ Suſcepta legatione, inter *Carolum* Regem Francorum, & „ *Thaſilonem*, Noricæ provinciæ Ducem, per plures annos amicitiam „ ſtatuit. „

(F) Bern. Noric. in Chron. Bavar. ad A. 772. „ Taſſilo *Theodonem* genuit „ de *Leupurga*, filia Deſiderii Regis „ Longobardorum. „

(G) Eginhard. in vita Caroli M. Annal. Fuld. Annal. Francor. Reuber. Regino ad A. 774. „ *Carolus* a Roma „ reverſus, venit Papiam, ipſamque „ civitatem armis cepit, inſuper *Deſiderium* Regem cum uxore ſua & filia, omnem theſaurum Palatii. „

Non ſtatim tamen erupit belli exitialis flamma, ſed doloſis A. C.
ſub cineribus tantiſper latuit. Taſſilo, qui inſigni alioquin pietate Princeps erat, nihil interea omiſit, quo refloreſcentis eo tempore in Bojaria, ac Auſtria ſuperiore Religionis cauſam promoveret. Paſſavium urbem ædificiis auxit, ſedemque Epiſcopi, jam Utilone patre Laureaco illuc translatam, amplis immunitatibus confirmavit: quin, quo erat in homines DEO ſacros ſtudio, Monaſterium tota Auſtria ſuperiore celeberrimum A. DCCLXXVII. ad Cremſam 777
amnem condidit, & deducta eo Altachio Religioſa colonia, ampliſſimis prædiis, ac poſſeſſionibus anno ſequenti dotavit. (A) Tam ſancti operis occaſio mors Guntheri filii ex- 778
titiſſe fertur. Venatum is conceſſerat, florenti admodum ætate, & vix annos duodeviginti natus, & longius prædæ ſtudio a comitatu divulſus, in eximiæ magnitudinis aprum inciderat: in quem cum venabulum totis viribus intorquet, efferatus ea plaga, victorem hoſtem fulmineo dente ſternit. Fruſtra inclamati famuli, comitesque longius abſentes: fruſtra conniſus in pedes aſſurgere Guntherus; vix aliquot poſt horis propter piſcinæ lacum, qui hodiedum a Gunthero nomen habet, belluæ immortuus reperitur. Aberat forte Taſſilo, ſed allato infauſti caſus nuncio accurrit illico, & lacerum filii corpus ad ſuprema officia colligit; parum dolori ſatisfacturum ſe ratus, niſi charis filii manibus monumento etiam publico parentaret. Dum locum circumſpicit, & veſperaſcente jam cœlo, luctui indulget ſuo, adeſt repente e vicino nemore præclaræ ſpeciei cervus, accenſis inter ramoſa cornua cereis conſpicuus. Oſtentum mirabile diu, non ſine ſtupore, arbitratus Taſſilo, ligneam primo ædiculam eo loco ſtatuit,

Superioris Auſtriæ Monaſterium Cremifanenſe condit.

(A) Literæ fundat. *Taſſilonis* apud Simon. Rettenpacher in Annal. Cremifan. „ Ego *Taſſilo*, vir illuſter, Dux „ Waioariorum anno ducatus mei „ triceſimo, indictione prima (A. „ DCCLXXVIII.) -- Monaſterium „ conſtruxi, juxta fluenta, nuncupata „ *Chremiſa*, in honore ſancti Salvatoris.„ Nulla in his tamen (quod Meichelbeckius, aliique mirantur) *Guntheri*, tam miſere enecti, filii mentio. Bernard. Noric. in Chron. Bavar. ad A. 777. „ Taſſilo Dux Babariæ „ Monaſterium *Chrembsmunſter* conſtruxit -- & *Fater* Abbas ibi præficitur.„ Idem in Catalogo Abbat. Cremifanenſ. apud eundem V. Cl. Hieronym. Pezium T. II. Script. Auſtriac. „ Monachum pium ac Religioſum cum quibusdam aliis fratribus, „ quibus eſſet Abbas, nomine ſuo „ *Fater* dictum, de *Altahenſi* Cœnobio, „ quod *Utilo* pater ejus ante tricennium conſtruxerat, advocavit, & „ ipſi illud Monaſterium ad regendum Monachos commendavit. Itaque, hujus Abbatis tempore, ipſe „ Fundator Magnificus eidem Monaſterio iſta dedit. Imprimis ipſum „ territorium *Trungau* dictum, & illic „ homines habitantes. Item territoria *Sippach*, *Sulzpach*, *Leubenpach*, *Petenbach*, cum lacu & ſilva. Item territoria inter ripas *Ipf*, & *Sirnickb*, & „ *Tudicb* ſita ad XL. caſetas, id eſt, „ Swaigas faciendas. Item *Allenchoven*, „ & *Eporeſtal*. Item Eccleſias *Alberchburg*, *Nordfils*, & *Sulzpach* &c. „

A. C. ſtatuit, tum Monaſterium, templumque Salvatori ſacrum adjicit. (A) Hæc florentiſſimi per Auſtriam Cænobii primordia narrantur: quod Carolus ſubinde Magnus, ceterique in Imperio ſucceſſores magnis juribus ac immunitatibus locupletarunt. (B)

Felix eo nomine videri Taſſilo Dux poterat, quod ejus principatus tantis religionis incrementis inſigniretur: (C) ſed avitum magnorum Principum malum, ambitio, inſignem pietatis laudem haud mediocriter obſcuravit. Non parum Regiæ ex Hiltrude matre ſtirpis recordatio Ducis animum inflabat: ea quæ fuiſſe cauſa videtur, cur aut liberum jam principatum, aut parem regio culmini a Francico imperio immunitatem ſibi arrogaret. (D) Latere diu Carolum res ea non potuit, nec defuere, qui invidioſis criminationibus in majus omnia attollerent, regiasque aures identidem pulſarent: Taſſilonem ſpiritus altiores gerere; Luitpurgam conjugem jam diu pacati nihil agitare; quid animo deſtinaret princeps indomitus, id Aquitanico nuper bello, id Saxonico apparuiſſe: quæſiviſſe Taſſilonem interea res ſuas non modo fœderibus, ſed armis etiam in Carentaniam, & Iſtriæ fines promotis ſtabilire: Hunnos, infeſtam alias Chriſtiano nomini gentem, placatam illi, ac pene amicam vivere: adeo certe turbare nihil, ut Boji non fundos modo & prædia; ſed templa, quoque, ac caſtella in Hunnia ac Avaria poſſiderent. (E) Aberat tum Romæ Religionis cauſa Carolus; & Hadrianus Pontifex, ea de re edoctus, ſuarum eſſe partium ducebat, ut miſſis ad Taſſilonem Formoſo, ac Damaſo Epiſcopis, officii, debitæque in Carolum fidei nu-

Francorum jugum excutere molitur:

(A) Rettenpacher Annal. Cremiſan. l. 1. c. 8. Ex antiquis Monaſt. tabulis, & Narratione de Eccleſ. Crembsmunſter P. Bernardi Norici, hactenus inedita, part. 1. c. 6. Marc. Velſer. Boic. l. 5. Brunner p. 1. l. 5. Adlzreitt. p. 1. l. 7. denique idem Rettenpacher l. 3. c. 57. ubi agit de urnis ſepulchralibus *Guntheri*, & *Wiſintonis*.

(B) Bernard. Noric. in Catalogo Abbat. Cremiſan. Simon Rettenbacher. in Annal. Cremiſan.

(C) Bernard. Noric. in Chron. Bavar. ad A. 777. „ Dux (Taſſilo) multa alia monaſteria conſtruxit, ſcilicet Lorishaim, Wezzenbrun, Ensdorf, Chimſee, Rot, Benedictbeurn, Aetel, Monialium in Patavia, Schwebiſchenbert, item Rot, Nerſenheim, Polling, Nunenberg, Perenreut, Tyrhaubt.„

(D) Affectati Regni ſuſpicionem ſcriptoribus reor dediſſe formulas Taſſilonis Ducis in Diplomat. ſuis, in quibus frequenter occurrunt ſequent. „ Regnante Taſſilone Duce: anno regni Taſſilonis, inluſtriſſimi Ducis: „ regnante Domino Taſſilone Duce, „ anno regni Taſſilonis illuſtris, ſummi Ducis„ ut videre eſt in Meichelbeck. Hiſt. Friſing. T. 1. P. II. aut quod fere Regum Francorum in ſubſcriptione Diplomatum mentionem omittat. Nam quod Regem ſe ſcripſerit, nusquam legiſſe me memini.

(E) Vid. ſupra dicta.

tantem admoneret: adjuncti a Rege alii, Richolfus Diaco- A. C.
nus, & Eberhardus Comes, quibus authoribus Taſſilo
tandem ceſſit, ſeque in poteſtate Caroli futurum recepit.
Acceptis itaque publici commeatus literis Wormatiam ip-
in officio a Rom. Pontif. continetur. ſe acceſſit (A. DCCLXXXI.) renovataque juris- 781
jurandi religione, duodecim fidei obſides ſe daturum pro-
miſit. (A) Conciliata in præſens gratia, reditus cum omni
honoris, amorisque ſignificatione Taſſiloni conceſſus. (B)

Tranquilla videbantur omnia, ſi atrox Luitburgæ animus quieſcere potuiſſet. Sed regni paterni interitus impotentem ſui fœminam ita urebat, ut nec Taſſilo, quem metus recens aliquamdiu in officio continuerat, uxoriis artibus poſſet reſiſtere, nec perſtare in fide Francica diutius jam vellet. (c) Ne tamen nihil egiſſe pacis cauſa videretur, Oratores, Arnonem, Salisburgenſem poſtea Archiepiſcopum, & Henricum, Mannſeenſem Abbatem, Romam miſit, qui Hadrianum Pontificem exorarent, ut conciliandæ pacis negotium apud Regem Carolum, Romæ commodum voti cauſa agentem, in ſe reciperet. Annuit non gravate Pontifex, & pacis mentionem, captato molli aditu, tempeſtive injecit. Commotus primum Carolus ad pacis nomen, gravibus deinde verbis in Ducis perfidiam invectus, veniam tamen principi, utcunque de ſe merito, daturum ſe recepit; modo in leges, quas ex æquo bonoque Pontifex ipſe præſcriberet, ſuam fidem obſtringeret. Sed cum legati negarent ullam ſe tranſigendæ rei poteſtatem ſuo a Duce habere; deprehenſum eſt vafrum

Iterum a Francis defectionem parat:

monetur, & terretur:

(A) Fragm. Annal. Francor. ap. Henr. Caniſ. T. II. „ Et tunc miſſi ſunt „ Miſſi duo ab Apoſtolico ſupradicto „ (Adriano PP.) ſcilicet Formoſus, & „ Damaſus Epiſcopi ad *Taſſilonem* Ducem, una cum Miſſis Domini *Caroli* „ Regis, ſcilicet Richolfus Diaconus, „ & Eberhartus munere Pincernario, „ ad comonendum, & conteſtandum, „ ut reminiſceretur ſacramentorum „ ſuorum, & ut non aliter faceret, niſi ut jure jurando jam dudum promiſerat, ad partem Domini Pipini „ Regis, & Domini Caroli Regis magni Francorum: & tunc conſenſit „ *Taſſilo*, Dux Bajoariorum, ut ſumptis obſidibus a Domino Rege Carolo, & tunc ad ejus redirent præſentiam, quod & præfatus Dominus „ Rex non renuit, & conjungens ſe „ ſupradictus Dominus Dux in præſentiam piiſſimi Regis ad *Wormatiam* „ civitatem, & renovans ſacramenta, „ dedit XII. obſides electos, ut omnia „ conſervaret, quidquid Domino Pipino Regi jurejurando promiſerat. „ Confirmat hæc Regino ad eundem A. 781.

(B) Fuld. ad A. 781. „ *Taſſilo* Dux Bajoariæ apud *Wormatiam* ſacramento „ & obſidibus ſuæ ſubjectionis fidem „ facit, honorifice remiſſus ad ſua. „

(C) Regino ad A. 781. „ Sed non „ diu præfatus *Taſſilo* promiſſa conſervavit. „ Sigebert. Gembl. ad A. 780. „ *Taſſilo*, dux Bajoariæ, contra *Carolum* „ Regem rebellat, hortatu uxoris ſuæ, „ quæ filia erat Deſiderii Regis, & exilium patris ſui per maritum ſuum „ vindicare tentabat. „

A. C. frum Taſſilonis conſilium, non tam pacem, quam belli dilationem poſtulantis: & Hadrianus malam principis fidem execratus, diras adjecit in Ducem, ejusque ſequaces, niſi ſacramentum, quale Pippino, ejusque filiis jam olim dixiſſent, Carolo Regi renovarent. (A) Hæc Romæ acta.

Wormatiæ eodem adhuc anno Conventus Regni Ordinum celebratus, cujus decreto ablegati ad Taſſilonem Ducem, qui officii illum ſui extremum commonerent. Sed cum nihil is pro ſano reſponderet, decretum
787 ſimul bellum eſt, ac (A. DCCLXXXVII.) tribus e partibus in Bojariæ fines deportatum. Rex ad Lycum caſtra poſuit; Francones, Thuringi, Saxones, ad Danubium: Pippinus, Caroli Regis filius, Tridenti ſubſtitit, copias Italicas Bauzano admoturus. (B) Deprehenſus his velut caſſibus Taſſilo ad clementiam confugit: ſup-

(A) Fragment. Annal. Franc. Caniſian. ad A. 787. „ Reverſus eſt piiſſimus Rex Romam, & celebravit Paſcha, cum Domino Apoſtolico ibidem. Ibique venientes miſſi *Thaſſilonis* ducis, ſcilicet *Arnus* Epiſcopus, & *Hunrichus* Abbas, ut ponerent Apoſtolicum, ut pacem terminaret inter Dominum *Carolum* Regem, & *Thaſſilonem* Ducem; unde & Dominus Apoſtolicus multum ſe interponens precando Dominum Regem, qui reſpondit ſe voluiſſe, & per multa tempora quæſiviſſe, & minime invenire potuiſſe, & proferebat ſtatim ita fieri. Et voluit prædictus Dominus Rex, in præſentia Apoſtolici, cum ipſis miſſis pacem firmare, & renuentibus ſupradictis miſſis, quia non auſi fuiſſent de eorum parte ullam firmitatem facere. Apoſtolicus vero cum cognoviſſet inſtabilitatem mandati eorum, ſtatim ſupradictum Ducem cum conſentaneis ſuis Anathemate feriit, ſi ipſa Sacramenta, quæ promiſerat Domino *Pipino* Regi, & Domino *Carolo* Regi, non adimpleſſet, & obteſtans ſupradictos miſſos, ut conteſtarentur *Thaſſilonem*, ut non aliter feciſſet, niſi in omnibus obediens fuiſſet D. *Carolo* Regi, & filiis, Regibus Francorum, ut ne forte ſanguinis profuſio veniret, vel læſio illius. Et ſæpedictus Dux obdurato corde verbis ſupradicti Apoſtolici obedire minime voluit. Tunc Dominus *Carolus* Rex, & ſuus exercitus, abſoluti fuerunt ab omni periculo peccati, & quidquid in ipſo factum eveniebat, in incendiis, aut homicidiis, vel in qualicunque malo, ut hoc ſuper *Thaſſilonem*, & ſuos conſentaneos veniret. „ Confirmant hæc Annal. Franc. Reuber. & Regino ad A. 787.

(B) Fragment. Caniſian. Annal. Franc. ad A. 787. „ Oratione peracta Franciam dictus præcelſus Rex (*Carolus*) reverſus eſt, & pervenit idem mitiſſimus Rex ad conjugem ſuam dominam *Faſtradam* Reginam in civitate *Wormatia* - - Synodum namque congregatam ſupradictus Rex apud eandem civitatem ſacerdotibus ſuis, & aliis optimatibus nuntiavit, qualiter omnia in itinere peracta ſunt, & cum perveniſſet ad locum, quod omnia exploraſſet de parte *Thaſſilonis*, ſicut actum erat, tunc perſpiciens idem Rex, ut miſſos mitteret, & juſſit *Thaſſilonem*, ut omnia adimpleret ſecundum juſſionem Apoſtolici - - & veniret ad ejus præſentiam, quod renuit, & venire contempſit. Tunc Dominus Rex Carolus videns una cum Francis ſuis juſtitiam ſuam, iter cœpit peragere ad partes *Baioariæ* cum exercitu ſuo, & per ſemetipſum venit in locum, qui *Lechfeld*, ſupra civitatem *Auguſtam*, & juſſit alium exer-

Obſequiũ promittit, ſupplexque ac inermis in caſtra Regis venit, & crimen con- A. C.
feſſus, Caroli ſe clementiæ permiſit. Rex ſeu cognati ſanguinis reverentia, ſeu priſtinæ fortunæ recordatione ſupplicem benigne recepit, imperatis tantum duodecim obſidibus, quibus tertius ac decimus Theodo filius adderetur. Omnia præſens neceſſitas expreſſit. (A) Sed vix deportato e Boicis finibus exercitu, cum reſpirare res publica a funere potuiſſet, penitus convulſa eſt: nam Luitpurga, alias parentes Regno exactos, & maritum Ducem ſub jugum quodammodo miſſum queſta; Theodone nunc filio, inter obſides abſtracto, pene in furias ivit, inſanisque querelis Taſſilonem usque eo impulit, ut averſis a rebellione popularibus, Hunnos ſibi in auxilium accerſendos putarit.

& recuſat iterum:

Tam Turbulenta conſilia Carolus in tempore oppreſſit, qui indicto Ingelheimium Ordinum conventu, ad quem Franci, Auſtraſii, Boji, Thuringi frequentes aderant, Taſſilonem evocavit. Datum ſubinde militum præfectis clam negotium, ut abſente Duce, Luitburgam ejus conjugem, liberos, theſauros, totam denique familiam, pro præſenti fortuna admodum numeroſam, arcta ſub cuſtodia ad Regem deducerent. Id ubi factum, Taſſilo ademptis armis in concilio ſiſtitur. Hic cum a ceteris Regi fidelibus, & a Bojis ipſis de accerſitis in perniciem patriæ hoſtibus barbaris accuſaretur, neque jam negari crimen, neque colore ullo dilui perjurium poſſet; faſſus, quod res erat, Taſſilo, ſeſe & violatæ fidei reum, & optimatibus, aliud ut verbis, aliud mente jurantes conciperent,

Accuſatus, & condemnatus

„ exercitum fieri, id eſt, Francorum, „ Auſtraſiorum, Thuringorum, & „ Saxonum, & conjunxit ſuper *Danubium* fluvium in loco, qui dicitur „ *Faringa*. Et tertium exercitum juſſit fieri in partibus Italiæ, ut Dominus *Pipinus* Rex veniret usque *Trienſo* cum exercitu ſuo, & ipſe ibi maneret, & exercitum ſuum pleniter „ mane mitteret, usque ad *Bauzanum*. „ Confirmant iſta ex eodem ſcriptore Regino ad A. 787. & Reuberiani Annal. Francorum ad eundem annum.

(A) Fragm. Caniſian. ibid. „Tunc „ proſpiciens ſe *Thaſſilo* ex omni parte „ eſſe circumdatum, & videns, quod „ omnes Bajoarii plus eſſent fideles „ Domino Regi *Carolo*, quam ſibi, & „ cognoviſſent jam juſtitiam dicti Regis, & magis eſſent inclinati pro „ juſtitia, quam in contrarium facere, undique conſtrictus *Thaſſilo* venit per ſemetipſum, tradens ſe in „ manus domini Regis *Caroli* in Vaſallum, & reddens Ducatum ſibi „ commiſſum a Domino Pipino Rege, & cognovit ſe in omnibus peccaſſe, & male egiſſe. Tunc denuo renovans ſacramenta, & dedit „ obſides electos duodecim, & decimum tertium filium ſuum, *Theodonem*, receptis obſidibus, & præſtitis ſacramentis, præfatus glorioſus „ Rex egreſſus eſt in Franciam, & „ celebravit Natalem Domini in villa, quæ dicitur *Ingelheim*, & ſimiliter Paſcha, & immutavit ſe annus. „ Similiter narrant iſta Regino, & rel. Annal. Franc. ad A. 787.

A. C. ciperent, authorem fuiſſe agnoſcebat: addidit deinde, miſiſſe ſe ad Avares nuncios, alios ex ſuis regiarum partium ſtudioſos a fide & obſequio deduxiſſe; in aliorum vitam, qui Regi fidelius adhærerent, conſilia habuiſſe: ad extremum palam profeſſus eſt, obfirmaſſe ſe animum, libereque edixiſſe, vitam, filiosque, ſi vel decem haberet, amittere ſe malle ad unum omnes, quam pactis priſtinis, conventisque ſtare. Haud pluribus opus erat: atrociſſimis ſtatim confoſſus ſententiis, & Majeſtatis damnatus eſt. (A) Sed Rex miſertus agnati, ſupplicis, ac genibus affuſi Ducis, exuto Principatus inſignibus vitæ gratiam fecit, volentemque cum Theodone filio, ceterisque liberis in Monaſte-
788 rium A. DCCLXXXVIII. detruſit. (B)

in Monaſterii detruditur.

(A) Fragmentum Caniſian. Annal. Franc. ad A. 788. & ex hoc Regino ad eundem annum. „ Rex congregavit ſynodum in præfata villa (*Ingelheim*) ibique venit *Taſſilo*. Cœperunt autem eum Bavari accuſare, „ quod fidem promiſſam violaſſet, „ ſuadente uxore *Luitpurga*. Objecta vero *Taſſilo* denegare non potuit, ſed convictus eſt ad *Avaros* „ transmiſiſſe, & in vitam fidelium „ Regis conſiliatum fuiſſe. Ad ultimum tamen confeſſus eſt ſe dixiſſe, „ ſi decem filios haberet, omnes mallet amittere, quam ita manere, ſicut juraverat. Ex iis & aliis multis dijudicatus eſt ad mortem. Et „ cum omnes capitalem ſententiam „ proclamarent, rex miſericordia motus, eo quod conſanguineus ejus „ eſſet, obtinuit ab ipſis DEI & ſuis „ fidelibus, ne moreretur. Interrogatus ergo a Rege, quid agere vellet, terræ proſtratus, licentiam in „ Monaſterium intrandi expetiit, ut „ ibi peccata ſua deplorare potuiſſet. „ Similiter & filius ejus *Theodo* fecit. „ Igitur attonſi ſunt, & in Monaſterium miſſi. „ Idem narrant Annal. Reuber. Fuldenſ. Monachus Egolismenſ. in vita Caroli M. Annal Bertiniani ad A. 788. Conc. Francoford. Canon. III. apud Labb. Conc. T. IX. ad A. 794. „ His peractis de *Taſſilone* definitum eſt Capitulum, qui „ dudum *Bajoariæ* Dux fuerat, ſobrinus videlicet domini *Caroli* Regis. „ In medio ſanctiſſimi adſtitit concilii, veniam rogans pro commiſſis „ culpis - - nec non omnem juſtitiam & res proprietatis, quantum „ illi, aut filiis vel filiabus ſuis in ducatu Bajoariorum legitime pertinere debuerant, gurpivit, atque projecit - - & *filios ac filias ſuas* in illius miſericordia commendavit. Et „ idcirco Domnus noſter miſericordia motus, præfato *Taſſiloni* gratuito animo & culpas perpetratas „ indulſit, & gratiam ſuam pleniter „ conceſſit, & in ſua eleemoſyna eum „ in amore dilectionis viſus eſt ſuſcepiſſe &c. „ Quibus ex verbis ſatis liquet, præter *Theodonem* ſuperſtites fuiſſe plures liberos.

(B) Fragm. MS. Annal. ex Codice Nazariano apud Freher. in corpore Francicæ Hiſt. veteris P. 1. aliter paulo rem narrat. „ *Deſſilo* - - Dux Bejuvariorum venit in Franciam ad „ Regem Francorum *Carolum* ad villam, quæ appellatur, *Ingolumheim*. „ Poſt hæc ergo transmiſit jam præfatus Rex legatos ſuos in *Bejuveriam* „ poſt uxorem, ac liberos jam præfati ducis, qui ſtudioſe, atque efficaciter juſſionem Regis implentes „ adduxerunt hæc omnia cum theſauris, ac familia eorum valde copioſa ad jam dictum Regem. Cumque hæc ita agerentur, comprehenſus eſt jam præfatus Dux a Francis, „ & ablatis armis ductus eſt ante Regem. Igitur cum ſimul ſermocinarentur, interrogavit eum de in-

„ fidiis

„ ſidiis atque doloſis conſiliis, quod „ cum multis gentibus jam olim ei „ præparare conatus fuerat. Quod „ cum ille negare nequaquam præ„ valere videbatur, invitus juſſus eſt „ comam capitis ſui deponere. Ille „ autem magnis precibus poſtulabat „ Regem, ut non ibidem in palatio „ tonderetur, propter confuſionem „ videlicet, atque opprobrium, quod „ a Francis habere videbatur. Rex „ enim precibus ejus adquieſcens ad „ *S. Nazarium*, qui juxta Rheno flu„ mine in corpore requieſcere cogno„ ſcitur, eum transmiſit: & ibidem „ Clericus effectus eſt. Et exinde exi„ liatus eſt ad Cœnobium, quod ap„ pellatur *Gemedium*. Duo quoque A. C. „ filii ejus his nominibus *Theoto*, & „ *Theotbertus*, utrique tonſurati, atque „ exiliati ſunt. Nam & uxor jam „ præfati Ducis, nomine *Luitpurga* „ exiliata eſſe comprobatur. „ Conſentit quoad locum Chron. Maſciacenſe ad A. 788. „ *Taſſilo* Dux ton„ ſus eſt, retruſusque *Gemetico* Mona„ ſterio.„ Eginhartus contra in vita Caroli M. exauthorationem Taſſilonis memorat, Monachatum tacet. Otto Friſing. L. 5. C. 29. Taſſilonem *Lauriſheimii* Monaſticam amplexum ſcribit: cujus ſententiam confirmat Epitaphium ibidem a Frehero relatum:

„ Conditur hac fovea, quem pie Chriſte bea,
„ Taſſilo Dux primum, poſt Rex, Monachus ſed ad imum,
„ Idibus in ternis deceſſerat ille Decembris. „

LIBER TERTIUS.

A. C. REdacto in ordinem Taſſilone Duce, ſera jam erant Hunnorum auxilia: ſeu tamen promiſſi fides, ſeu vindictæ ſtudium barbaros in arma egit, bipartito mox agmine ſimul in Auſtriam ſuperiorem, ſimul in Forum Julium impetum fecere. Nihil non proviſum erat Carolo, qui relegatis in exilium proceribus aliquot, Taſſiloni pertinacius addictis, Grahamanno, ac Odoacro ducibus tuendæ partes Bojariæ, dum provinciam præſens ipſe inſpiceret, demandavit. Concurſum utrinque eſt infeſtis ſignis, cæſique hoſtes, & cum clade rejecti. (A) Irritati tamen magis, quam fracti ea clade videbantur: quare collecto novo, multoque numeroſiore exercitu, belli aleam ſecundo tentarunt in Bojariæ finibus; ſed eventu Hunnorum rebus haud magis proſpero: nam cum Franci, ſucceſſu jam alacriores, in pugnam redirent, aut ferro, aut Danubio hauſti Avares, decem & amplius ſuorum millia

Hunni in Auſtriam, & Forum Julium irrumpunt:

utrobique caduntur.

Nova Hunnorum clades.

(A) Annal. Franci. Reuberi. A. 788. „ Hunni vero, ſicut *Taſſiloni* promiſerunt, duobus exercitibus comparatis, uno Marcham *Foro-Julienſem*, altero *Bajoariam* aggreſſi ſunt fruſtra: nam in utroque loco victi fugatique ſunt. „ Et Annal. Fuld. ad A. 788. „ *Avares* in *Marcha Bajoariæ*, „ atque *Italiæ* a regis exercitibus victi & fugati ſunt. „ Sic & Fragm. Annal. Francic. apud Caniſium: & Monach. Egolismenſ. apud Schilterum. „ Tertia pugna commiſſa eſt inter *Avaros*, & *Bajoarios* in campo *Hibaſe* (Regino campum *Iboræ* appellat) & Miſſi Domini Regis Caroli „ *Grahamannus* & *Audacrus* cum paucis Francis fuerunt ex parte Bajoariorum, & Avari victi ſunt. „ Ignotum *Hibaſæ* nomen, forte pro *Ibiſa*, ſeu *Ipſa* fluvio, campoque *Anaſum* inter *Ipſamque* interjecto poſitum eſt: quam interpretationē Eccardo Wirceburg. T. 1. p. 727. placuiſſe etiam video.

Carolus M. res in Bojaria ordinat:

millia amiſerunt. (A) Defunctus eo tumultu Carolus Ratisbonam venit, curasque ad Bajoariam in Provinciæ formam redigendam convertit. (B) Deſcripti imprimis regionum limites, Comitesque ſingulis, ac dicundo juri Prætores aſſignati: Leges deinde novæ veteribus additæ, & Francica privatis Bojorum juribus temperata. (C) Cum Bavaria, ille quoque terrarum tractus, qui in Auſtriæ ſuperioris nomen poſtea tranſiit, Francis acceſſit, non diſſimili regiminis forma gubernandus. Extant in Cisdanubiana regionis ejus parte Atergovienſis, & Trungovienſis Comitatuum veſtigia: (D) nec dubium, quin, Carolo adhuc Rege forenſis judicii prætorium inter ipſa Laureaci rudera ſit erectum. Mos erat ejus temporis, ut ſingulis in provinciis urbes nominarentur aliquot, in quas *Miſſi Dominici* (id enim regiis cauſarum arbitris nomen) quoties res poſceret, convenirent. Tales cum in Bojaria Ratisbona, Friſinga & Veringa eſſent; in Auſtria ſuperiore, quæ Marchæ adhuc Bojoariæ nomen ferebat, Laureacum fuit, ubi forenſes ejus provinciæ controverſiæ diſceptarentur. (E) A. C.

Laureacum forum provinciale conſtituit:

Hæc cum naviter agerentur, & regiorum jurium ſtudia ferverent maxime, gravis exorta eſt Hunnos inter, Francosque de finibus contentio: miſſi ea cauſa (A. DCCXC.) 790 a Carolo ad Hunnos, ab Hunnis ad comitia Wormatiam Oratores: ſed ubi pacatis conſiliis nihil profectum, ad arma ventum eſt, bellumque magno ſtudio tota hyeme apparatum, anno demum ſequenti in Hunniam, ac Avariam eſt illatum.

Bellum in Hunnos decernit.

(A) Annal. Franc. Reuber. ad A. 788. „ Iterum *Bajoariam* (*Hunni*) „ majoribus copiis petierunt. Sed in „ prima congreſſione pulſi a *Bajoariis*, „ & innumera eorum multitudine „ cæſa, multi etiam ex eis, qui per „ fugam evadere conati, *Danubium* „ tranare voluerunt, gurgitibus abſorpti ſunt. „ Monach. Egolism. „ Quarta fuit pugna cum *Avaris* & „ *Bajoariis* - - de *Avaris* occiſi ſunt ad „ decem millia, & alii in *Danubium* „ fluvium ſubmerſi ſunt, dum gladium fugiunt. „ Confirmant iſta Fragm. Caniſian. Annal. Franc. & Regino ad hunc annum.

(B) Monach. Egolismenſ. Regino ad A. 788. „ Poſthæc *Carolus* Ratisbonam venit, ibique marcas & fines *Bojoariorum* diſpoſuit. „

(C) Conſuli de his poteſt Gewoldus in Addit. ad Hund. T. II. p. 312. „ Ubi „ referuntur Capitula, quæ Dominus „ *Carolus* Sereniſſimus addere juſſit. „

(D) Hund. T. I. pag. 29. ex Annotat. Arnonis Salisburg. Epiſcopi. „ Nec non & in *pago* (ea vox hoc loco *Cantonem* ſeu *Comitatum* ſignificat, teſte Reverendiſſimo Godefrido Abb. in Prodromo Chron. Gottwicens) *Adragaoe* tradidit ſupradictus Dux romanos & eorum manſos tributales III. ſiquidem ipſe Dux „ tradidit in pago *Drunenſe* tributarios XX. apud manſos eorum. „

(E) Friſing. Hiſtor. T. I. Parte Inſtrum. Docum. 129. „ Dominus Epiſcopus (*Atto*) miſit illum (*Ejonem*) „ cum ſuis cohæredibus ad Miſſis Dominicis in locum, quæ dicitur *Lorabba*, in monte nuncupante *Wartperc*, ibi fuit *Arn* Epiſcopus, *Keroldus*, *Meginfredus*, *Wolfwolt*, & *Rimicoz* Judex. „ Et Capitular. III. A. DCCCV. apud Baluz. T. I. p. 431. „ Ad Magadoburg prævideat Atto - - „ ad Reginisburg Odulf. Ad Loriacum Warinarius. „

A. C. illatum. (A) Acuebant Caroli Regis curam bellicoſæ gentis vires, conſcriptoque ex Francis, Aquitanis, Ripuariis. Friſiis,
791 Thuringis, Saxonibus, Alemannis, Bojisque exercitu, & ad Ratisbonam convenire juſſo, æſtate jam inclinante in hoſtes movit. Ratisbonæ Ludovicus filius ſolennibus ceremoniis bello authoratus eſt, Patrem tamen haud ultra Comagenum montem ſecuturus. (B) Danubii litus utrumque per id tempus Hunni ad Marcham uſque Bojariæ obtinebant: quare nequid hoſti potenti ad ſpem reliquum faceret Carolus, exercitum in tres partes dividit: Friſii, Saxones, Thuringi, adjecta egregia Francorum manu, ducibus Theodorico comite, & Meginfredo regii cubiculi præfecto, ad lævum Danubii latus terreſtri itinere, in hoſticum ire juſſi: Boji deinde, ac Friſiorum pars altera, cum annona, ac neceſſario belli inſtrumento, navibus impoſiti, & recto in hoſtes curſu ad tutanda utrinque litora præmiſſi; cum Rex interim cum maximis Francorum & Alemannorum copiis ad dextram Danubii ripam in Hunnos moveret. (C) Prævertit

Caroli M. Copiæ trifariã partita.

(A) Annal. Franc. Reuberian. ad A. 790. „ *Wormatiæ* reſidens, legatos *Hunnorum* audivit, & ſuos viciſſim ad eorum principes miſit. „ Agebatur de confiniis inter eos regnorum ſuorum, quibus in locis eſſe deberent. Hæc contentio, atque altercatio belli, quod poſtea cum Hunnis geſtum eſt, ſeminarium & origo fuit. „ Ita Poeta Saxo ad hunc annum. Chronicon S. Arnulphi, quod refert Labbeus in Concil. Wormat. VI. A. 790. T. IX. „ Rex *Carolus* - - cum concilio optimatum Regni diſpoſuit ire in Regnum *Avarorum*, propter intolerabilem malitiam, quam in Galliarum populos, & in Eccleſiam DEI fecerant. &c. „

(B) Auth. Vit. Ludov. Pii. „ Ludovicus, Aquitaniæ Rex, cum eo Ratisbonam abiit, ibique enſe, jam appellens adoleſcentiæ tempora, accinctus eſt: ac deinde Patrem, in Avares exercitum ducentem, usque ad Chuneberg comitatus, juſſus eſt reverti, & uſque ad reverſionem paternam cum Faſtrada manere Regina. „

(C) Annal. Nazariani ad A. 791. „ *Karolus* Rex perrexit, cum tres exercitus in *Hunni*, & devaſtavit terram illorum ex parte, & reverſus eſt absque bello. „ Annal. Bertiniani. Annal. Fuld. & Pithæ. ad h. an. Fragm. Caniſian. Annal. Francic. ad A. 791. „ Movit exercitum ſuum, innumerabilem multitudinem, contra peſſimam gentem *Avarorum*, diviſitque exercitum ſuum in tres partes: & ſic intravit per partes jam in fines *Hunnorum*, ex meridiana parte Danaum (*Danubii*) ſed & de alia parte *Danaum*, alius exercitus Ripuariorum, & Friſonum, & Saxonum cum Thuringiis - - in medio autem erat exercitus navalis. „ Clarius Annal. Francic. Reuberian. „ Comparatis igitur ad hoc ex omni regno ſuo quam validiſſimis copiis & commeatibus, bipartito exercitu iter agere cœpit. Cujus partem *Thederico* Comiti, & *Meginfredo* cubiculario ſuo committens, eos per Aquilonarem *Danubii* ripam iter agere juſſit, ipſe cum parte, quam ſecum retinuit, auſtralem ejusdem fluminis ripam, *Pannoniam* petiturus occupavit: Bajoariis (Pithæ: annales *Friſones* adjungunt) cum commeatibus exercitus, qui navibus devehebantur, per *Danubium* ſecunda aqua deſcendere juſſis: ac ſic inchoato itinere, prima caſtra ſupra *Aneſum* poſita ſunt. Nam is fluvius inter *Bajoariorum*, atque *Hunnorum* terminos medius currens, certus duorum regnorum limes habebatur. Ibi ſupplicatio per triduum facta, ut id bellum proſperos, ac felices haberet eventus. „

Pippini filii de Hunnis victoria.

tit Carolum Regem, Pippinus filius, qui cum Italicis copiis per Forum Julium in Hunnos profectus, ad X. Cal. Septembres A. DCCXCI. bellum memorabili victoria auſpicatus eſt, ſuperatoque, quod barbari objecerant, vallo, interfecta numeroſa hoſtium multitudine, ſpoliis, captivisque ad centum ac quinquaginta abductis, lætiſſimum belli omen ad Patrem perferri continuo mandavit. (A) Caſtris ille ad Laureacum poſitis, tantiſper ſubſtiterat, dum omnia, quæ ad belli poſt Saxonica maximi rationes pertinerent, expediiſſet. Nihil nec humani, nec divini præſidii omiſſum, quo conſilium, Chriſtianæ rei tam ſalutare, optimis auſpiciis ordiretur. Ante omnia pacem ſuperum, opemque triduano jejunio, ac ſupplicatione exorare viſum: quo tempore & vino, & carne abſtinere juſſi, niſi ſtipe liberali eam corporis vexationem redemiſſent. Sacerdotibus præter divinum Sacrificium, & quinquagenum pſalmorum cantum, id oneris injunctum, ut toto ſupplicationis ſolennis tempore nudis pedibus incederent, & pœnitentium eo habitu divinam miſericordiam implorarent. (B)

A. C.

Expeditio in Hunnos Laureaci religioſe inchoata.

Expletis his cœleſtium irarum velut piaculis trans Anaſum, qui ſtatus ad eum diem Bojos inter Hunnosque limes erat, promota caſtra ſunt. Nusquam ſe hoſtis in con-

(A) Literæ Caroli M. ad Faſtradam Regin. conjugem apud Du Cheſne T. II. Script. Francic. „ Miſſus quidem dilecti filii noſtri *Pipini* - - retulit nobis qualiter illæ ſcaræ, quas „ prius de Italia juſſimus pergere *Avariæ* in ill. confinia reſidendum, perrexerunt infra fines ipſorum X. Kal. „ Septembris, & inierunt pugnam „ cum eis. Et dedit eis DEUS omnipotens pro ſua miſericordia victoriam, & multitudinem de ipſis „ *Avaris* interfecerunt, in tantum ut „ dicunt, quod in multis diebus major ſtrages de ipſis *Avaris* facta non „ fuit. Et exſpoliaverunt ipſum vallum, & ſederunt ibidem ipſa nocte, vel in craſtina, uſque hora diei „ tertia. Et acceptis ſpoliis reverſi „ ſunt in pace: & centum quinquaginta de ipſis vivos comprehenderunt, quos reſervaverunt, ut noſtra fiat juſſio, qualiter exinde agere debeant. „

(B) Lit. Caroli M. ad Faſtradam Conjugem. ſupra laudatæ. „ Nos autem, Domino adjuvante tribus diebus litaniam fecimus, id eſt: Nonis Septembris, quod fuit Lunis die „ incipientes, & Martis & Mercoris, „ DEI miſericordiam deprecantes, „ ut nobis pacem & ſanitatem, atque „ victoriam, & proſperum iter tribuere dignetur. - - Et a vino & „ carne ordinaverunt ſacerdotes noſtri, qui propter infirmitatem, aut „ ſenectudinem, aut juventudinem „ abſtinere poterant, ut abſtinuiſſent: „ & qui redimere voluiſſet, quod vinum licentiam habuiſſet bibendi ipſis tribus diebus, ditiores & potentiores, in unaquaque die ſolidum „ unum dediſſent: minus potentes „ juxta poſſibilitatem ipſorum: & „ qui amplius dare non poterat, & „ vinum bibere volebat, ſaltem vel „ unum denarium donaſſet. Elecmoſynam vero unusquisque ſecundum propriam atque bonam voluntatem, vel juxta poſſibilitatem feciſſet. Et Sacerdos unusquisque „ Miſſam ſpecialem feciſſet, niſi infirmitas impediſſet. Et Clerici, qui „ pſalmos ſciebant, unusquisque quinquaginta cantaſſet: Et interim, quod „ ipſas litanias faciebant, diſcalceati „ ambulaſſent. Sic conſideraverunt „ ſacerdotes noſtri, & nos omnes ita „ aptificavimus, & Domino adjuvante complevimus. „

A. C. conſpectum dabat, ſed effuſa ubique fuga, per avia ac invia dilapſus, obvios quosque terrore ac formidine complebat. (A) Tam lætis belli auſpiciis illinc ad Cambum fluvium; ad Comagenos hinc montes perventum eſt. Adhæſura his locis victoria videbatur: nam & Cambi litori imminebat barbara munitio, & Comagenum montem militare quoddam præſidium firmabat, loci ingenio, vallo, opereque probe communitum. (B) Sed quod panicus terror rationem Avaris, ac conſilium eripuiſſet, deſerta pari levitate utraque ſtatio eſt, & a Francis, quibus in ſaxa, ſudesque unum, perpetuumque bellum erat, ſolo æquata. (C) Perrupto hoc gemino aggere, nihil jam erat, quod victorem exercitum moraretur. Hoſte nuſquam conſiſtere auſo, in vicos & agros ſævitum, exciſa omnia barbaræ gentis veſtigia, & ferro igneque via ad Rabam uſque fluvium patefacta: hoc etiam transmiſſo, ad ipſa ejus oſtia cum exercitu progreſſus eſt: ubi, cum autumnus jam in exitu eſſet, nihilque uſpiam ex numeroſiſſimo alias hoſte appareret, dies aliquot militi ad curanda corpora conceſſi ſunt, finisque expeditioni bellicæ ejus anni impoſitus eſt; quæ per duos ac quinquaginta dies continuata, Norici magnam partem, Pannoniæque Francico imperio, propemodum ſine ſanguine, adjecit. Remiſſi per Bohæmiam Saxones, Friſii, ac Thuringi; Carolus ipſe per Sabarienſem agrum in Bojariam rediit, relictis cum parte exercitus Geroldo, ac Erico ducibus ad comprimendos, ſiquid moverent

Munimenta Hunnorum ad Cambum fluvium, & Comagenum montem evertuntur.

Auſtria Hunnis erepta.

(A) Fragm. Caniſian. Annal. Francic. „ Et terruit eos Dominus in „ conſpectu ejus, ita ut nullus ei (*Carolo M.*) obſiſtere auſus eſſet, ſed „ ubicunque aut foſſas, aut aliquam „ firmitatem, ſive montes, ſeu ad flumina, vel ſylvas confugerent. Tamen „ ſtatim ipſe, aut exercitus ejus advenit, continuo partim traditi, partim „ occiſi, partim fuga elapſi ſunt. „

(B) Poeta Saxo l. 2. ad A. 791. de munimentis geminis. „ Ex quibus unum

„ Non operis parvi *Cambus* præterfluit amnis
„ Atque ſuper montem *Cumberg*, munitio dictum
„ Altera prægrandi fuerat circumdata vallo. „

(C) Annal. Franc. Reuberiani ad A. 791. „ Pulſis igitur Hunnorum „ præſidiis, ac deſtructis munitionibus, quarum una ſuper *Cambum* „ fluvium, altera juxta *Comagenos* civitatem, in monte *Cumeoberg*, vallo firmiſſimo extructa erat, ferro „ & igne cuncta vaſtantur. „ Regino l. 2. ad A. 791. „ Ita pergentes „ pervenerunt, ubi jam dicti *Avari* „ habebant munitiones paratas, de „ Auſtrali parte ad *Chunberg*, de Aquilonari vero ripa, in loco qui dicitur *Camp*. Sic enim vocabatur ille „ fluvius, qui ibi influit in *Danubium*. Itaque *Avari*, cum ex utraque ripæ „ parte vidiſſent exercitum & claſſem, per medium fluvium venientem, tantus terror, DEO faciente, „ illos invaſit, ut dimiſſis præſidiis „ munitionum, fugæ latibula quærerent, & ſic Chriſto Duce uterque „ exercitus absque læſione *Pannoniam* introivit. „ Similia habet Eginhart. in vita Caroli M.

rent barbaros. (A) Sed Hunnis quieſcentibus, exorta peſtilitas annum fœdavit, quæ vix decimam jumentorum partem, abreptis equorum aliquot millibus, reliquam fecit. (B) A. C.

Norico, Pannoniaque ſuperiore bello captis, de regendis novæ provinciæ finibus conſilium fuit. Sunt, qui Geroldum, Hildegardis Reginæ fratrem, belli ſtudiis, religioneque inclytum, ac Carolo M. imprimis charum, tuendo Orientis Limiti, qui per id tempus a Danubio ad Dravum uſque pertinebat, præfectum a Rege velint: (C) id enim ex ejus cum Hunnis congreſſione, morteque colligere ſibi videntur. Verum militare id ſolum imperium fuiſſe, propius fidem eſt: veteres enim Geroldum non Ducem Pannonici Limitis; ſed Bajoariæ duntaxat Comitem, ac Præfectum appellant. (D) Et vero vetuſtiſſimus Scriptor, qui de adjunctis ad Chriſtum Carentanis, Bojisque brevem hujus ætatis hiſtoriam contexuit, omiſſo Geroldo, primum confinii Comitem Goteramnum a Carolo conſtitutum ſcribit; cui alii ſubinde ac alii, Werinharius nempe, Albericus, Gotefridus, Geroldus, ac poſtremo Radbodus ſucceſſerint. (E) Sed quod confinii duntaxat Comites hos appellet; in incer-

Primi Confinii Comites.

(A) Annal. Franc. Reub. ad A. 791. „ Cumque Rex cum eo, quem ducebat, exercitu, uſque ad *Arrabonis* fluenta veniſſet, transmiſſo eodem fluvio, per ripam ejus uſque ad locum, quo is Danubio miſcetur, acceſſit, ibique ſtativis per aliquot dies habitis - - - peragrata ac devaſtata magna parte *Pannoniæ*, cum incolumi exercitu Francorum in *Bajoariam* ſe recepit. Saxones autem & Friſones, cum *Theodorico* & *Meginfredo* per Bohæmos, ut juſſum erat, domum regreſſi ſunt. „ Fragment. Caniſian. Annal. Francic. ad A. 791. „ Cum autem vidiſſet Rex *Carolus*, quod nullus ei de parte *Avarorum* reſiſtere auſus eſſet, aut ſuis; tunc circuivit terram illam, per dies quinquaginta duos incendendo, & vaſtando, cum præda ſine menſura, & numero, & captivos, & mulieres, & parvulos innumerabilis inde multitudo ducebat. „ Chron. Maſciaſcenſe ad A. 791. „ Domnus *Karolus* moto magno exercitu perrexit in *Hunnia*, ibique habuit conflictum magnum cum Hunis, & vaſtavit *Huniam* plaga magna uſque flumen *Rapba*, cum præda magna reverſus eſt in Franciam. „ Sed de hoc conflictu nihil ex aliis Scriptoribus conſtat, niſi forte ſermo ſit de pugna Italici exercitus, de qua *Carolus* Rex in lit. ad Faſtradam egit.

(B) Annal. Francic. Reuber. ad A. 791. „ Facta eſt autem hæc expeditio ſine omni rerum incommodo, præter quod in illo, quem Rex ducebat, exercitu tanta equorum lues exorta eſt, ut vix decima pars de tot millibus equorum remanſiſſe dicatur. „

(C) Bern. Noric. in Chron. Auſtr. & Chron. Mellic. ad A. 798. Schönsleben in Carniol. A. 791.

(D) Eginhard. in vita Caroli M. c. 13. „ Geroldus Bajoariæ præfectus. „ Monachus Egoliſm. „ Geroldus Comes, Bajoariæ præfectus. „ Ita Annal. Franc. Reuber. & Fuldenſes A. 799. Saxo Poeta &c.

(E) Anonym. de Converſ. Carentan. & Bojor. apud Du Cheſne T. III. p. 221. „ Tunc primus ab Imperatore conſtitutus eſt Confinii Comes „ *Gonteramus*. II. *Werinharius*. III. *Albericus*. IV. *Godefridus*. V. *Geroldus*. „ Interim vero dum prædicti Comites Orientalem procurabant plagam, „ aliqui

A. C. incerto relinquit, qua parte Pannonici limitis, quo tempore, qua poteſtate præfecturam geſſerint. Gotefridi tamen, Geroldi, ac Radbodi inter res Auſtriæ mentio fit non uno in loco: (A) quæ res anſam viris doctis præbuit, cum hos, tum ceteros, quibus eo in munere ſuffecti ſunt, inter Pannonici limitis Præfectos recenſendi. (B) Reipublicæ gerendæ formam eandem fuiſſe, quam in Bojaria, mihi quidem non dubium; quanquam ex veteribus monumentis haud perinde compertum: adjunctos nempe Comiti regios judices, qui ad jus dicendum certis in locis ſua prætoria erigerent, legesque in morem novæ provinciæ inducerent. Atque ut eſſent, quibus jus dicerent, in vacuas jam Hunnorum ſedes novæ ex Bojis, Sclavisque coloniæ ſunt deductæ: (C) quanquam annis conſequentibus ne ex ipſis quidem Hunnis defuerint, qui in veteres recepti ſedes, tranquillam ſub Francico imperio ſtationem obtinerent. Sed quod non Regno magis, quam Eccleſiæ ſalutarem ſuam hoc bello operam Rex cuperet, ingens victoriæ pretium ad Præſules ſacros Antiſtitesque rediit, quibus pars non exigua capti nuper hoſtilis agri in ſpolium ceſſit. (D)

Coloniæ Bojorum, & Sclavorum in Auſtriam deductæ.

Carolus M. fundos inter Epiſcopos, & Cœnobia diſtribuit:

Hunnici interea belli, quanquam pacata eſſent omnia, curam non depoſuit Carolus: eam in rem

„ aliqui Duces habitavere in illis partibus, ad jam dictam ſedem (*Salzburg*) pertinentibus, qui Comitibus „ præfatis ſubditi fuere ad ſervitium „ Imperatoris, quorum nomina ſunt: „ *Irinniblauuga*, *Ceincias*, *Hroymar*, *Etgar*. Poſt illos vero duces Bojarii „ cœperunt prædictam terram, dato „ Regum, habere in Comitatum *Hebriuuinus*, *Albgarius*, & *Palio* (rectius „ *Pabo*.) His ita peractis, *Ratbodus* „ ſuſcepit defenſionem termini. „

(A) Dipl. Ludovici Pii Imp. datum Reginhero Paſſav. Epiſcopo A. 823. apud Lazium l. 7. de Migrat. Gent. „ Cum autem *Reginherus* Epiſcopus effectus eſt, devitans diſcordiam, & „ litem, *Godefridum* Marchionem, & „ Judices illius provinciæ in præſentiam noſtram fecit venire. „ De *Geroldo* fidem faciunt Diploma Caroli M. datum Altahenſibus A. 812. apud Hundium Metrop. T. II. p. 7. Dipl. Ludovici Pii, & Lotharii apud Rettenpacher L. 1. p. 30. Annal. Bertin. & Reuber. ad A. 826. De *Rathodo* denique præter Anonymum de Converſ. Carentan. Anomodus in Tradit. S. Emmeram. L. 1. c. 73. Diploma Ludovici Regis Germ. ad A. 860. apud Bern. Pezium T. I. Anecdot. Cod. Diplom. Ratisbon. Col. 23. ſuis locis afferenda.

(B) Lazius L. 7. de Migr. Schönsleben in Carniol. Ant. ad A. 800. p. 393. M. Hanſiz. T. II. p. 128. & alibi.

(C) Auth. de Converſ. Carantan. „ Terram porro, unde illi expulſi ſunt „ *Hunni*, ceperunt populi ſive *Sclavi*, „ vel *Bajoarii* inhabitare, & multiplicari. „

(D) Monach. San-Gallenſis in vita Caroli M. „ Porro prædam in Pannonia repertam per Epiſcopia, Monaſteria, liberaliſſima diviſione diſtribuit. „ Confirmat hoc Chron. Altaichenſe Georgii Abbat. apud Hundium T. II. Metrop. p. 1. quod poſtquam Carolus Magnus terram Avarorum ſive Pannoniam, quæ nunc Auſtria eſt, octo annis perdomuiſſet, expulſis Avaris totam inter Eccleſias, Bavariæ Pontifices, Abbates, Comites, & Barones diviſerit, & Monaſterio Althaich magnam partem tradiderit. Extant ejusmodi Donationis literæ, a Carolo M. Altahenſibus factæ, apud Hundium T. II. Metrop. p. 7. „ Ad „ deprecationem *Geroldi* Comitis, fidelis noſtri, concedimus atque con-

„ firma-

Pontem navalem novi operis parat:

(A. DCCXCII.) pontem navalem, qui ad ſubitos caſus compingi, diſſolvique poſſet facile, conſtrui jubet, funibus, anchorisque ſic adſtrictum, ut laxari compages operis, quoties res ferret, vel conjungi poſſet. (A) Majus paulo poſt opus moliri placuit, ingens conſilio, & regia mente dignum; ſed caſſum exitu, poſterisque Regibus, nequidquam ſæpe tentatum. Ingens operæ pretium ſeu ad continendos in fide Bojariæ populos, ſeu ad Hunnos Avaresque facilius edomandos exſtiturum putabatur, ſi Rhenus, Danubiusque, immiſſis Almonio, ac Radantia amnibus jungerentur. Exiguum utriusque fluvii intervallum, deducta jam per duo paſſuum millia capaci foſſa, alvei ſpeciem præbebat, per quem naves a Rheno flumine in Danubium deportarentur. Sed obſtitit pertinax alvei limus, noctuque diurnos labores peſſumdedit. (B) Has inter maximarum rerum molitiones triſtes afferuntur nuncii, irrupiſſe in Aquitaniam Saracenos; & Saxones, violato fœdere, arma corripuiſſe. Fidem rumori affirmabat improviſa copiarum clades, quas Theoderico duce in Friſiam translatas, adorti Saxones, (C) ſecuras ſui, hoſtisque, per ſummam perfidiam conciderunt, addito ad perduellionem novo flagitio, quo Wilzam Obodritorum Regem, Carolo fidelem, interceptum ex itinere, pari perfidia ſuſtulere. (D) Ea res ſubigendæ reliquæ Pannoniæ conſilium in præſens diſcuſſit.

A. C. 792

Rhenum & Danubium tentat conjungere.

793

Conſilia belli Hunnici turbantur.

Quan-

„ firmamus ad Monaſterium S. Mau„ ritii, quod eſt ſitum in Ducatu Ba„ joariorum, in loco nuncupante *Al„ taba* - - locum quendam in Avaria „ ubi *Bieloba* fluvius Danubium in„ greditur. Eſt autem æſtimatio il„ lius loci, quaſi XL. manſorum. „ Dat. Aquisgrani VI. Kal. Decembr. A. 812. Quantum Paſſavienſi Eccleſiæ donaverit, conſtat ex Diplom. Ludovici Pii ad IV. Cal. Jul. Francofurti dato A. 823. quod ſic habet: „Dominus „ & Genitor noſter beatæ memoriæ „ piiſſimus Imperator, ad eandem Ec„ cleſiam S. Stephani Protomartyris „ - - tradidit: hoc eſt in provincia „ *Avarorum* quendam locum, qui vo„ catur *Lytaha*, & in terra *Hunnorum* „ *Zeiſenmurum*, *Trasmam*, *Wachowam*, „ *Pielagum*, *Nardinum*, *Roede*, *Aſpach*, „ *Wolfeswane*, *Erlapha*, *Bierſtlingum*, *Tul„ lana*, *Trebenſee*, & in *Artagrum* baſi„ licas duas, & in *Saxina* baſilicas duas „ & totidem in *Fabiana*. „ Ita apud Lazium l. 7. de Migrat. Gent.

(A) Regino ad A. 792. „ Super „ naves ad flumina tranſeunda com„ pactus eſt pons anchoris, & funi„ bus ita cohærens, ut jungi & diſ„ ſolvi poſſit. „

(B) Annal. Franci. Reuber. ad A. 793. „ Perſuaſum tunc Regi erat, ſi inter „ *Radantiam*, & *Almonam* (*Altmül* & „ *Rednitz*) foſſa navium capax duceretur, poſſe comodum a *Danubio* in *Rhe„ num* navigari: quod alter *Danubio*, „ alter Mœno miſcetur. - - Ducta eſt „ foſſa inter prædictos fluvios duum „ millium paſſuum longitudine, la„ titudine CCC. pedum, ſed incaſ„ ſum. Nam - - quantum interdiu „ terræ a foſſoribus fuerat egeſtum, „ tantum noctibus, humo iterum in „ locum ſuum relabente, ſubſidebat. „

(C) Annal. Franc. Reuber. ad A. 793. Poeta Saxo ad hunc annum.

(D) Annal. Franc. Reuber. ad A. 795. item Annal. Bertiniani. „ *Wizzin*, „ Abodritorum Rex, a Saxonibus occi„ ſus eſt. „ Poeta Saxo ad hunc annum.

A. C. Quanquam vel ſine armis fama Principis tantum
795 potuit, ut Tudunus, gentis reguli, Legatos ad Carolum in Saxoniam uſque mitteret, promiſſoque obſequio ſpem faceret, ſe populumque ſuum ad Chriſtiana ſacra propediem adjungendi. (A) Forte per id tempus, domeſticis ſeditionibus gens Hunnorum univerſa laborabat: partium capita Caganus ac Jugurro Principes erant, ambo popularis furoris futuræ brevi victimæ. (B) Ea opportunitate in rem ſuam uſus Dux Ericus, Fori Julii, Hiſtriæque Præfectus, magnum ad ceteras belli laudes cumulum adjecit. Præerat per id tempus Sclavis, Dravi Savique accolis, Wonomirus regulus, idem bello, idem fide in Regem inclytus: hoc in armorum ſocietatem pertracto, in Hunnos itum. *Hunnorum Regia expugnatur.*
Tentata eſt ipſa gentis Regia, omnis barbaricæ opulentiæ
796 copia referta, tantaque celeritate per obſeptos ſaxis trabibusque aggeres in intima penetratum, ut non prius oppugnata, quam capta audiretur. Exportati hinc Hunnorum theſauri, longa ætate ex vicinarum gentium ſpoliis congeſti; tantumque opum una hora captum, ut Franci ſuam & priſtinam egeſtatem, & novam ex hac præda opulentiam attoniti mirarentur. Ericus ut fidem Carolo approbaret ſuam, opima hæc ſpolia Aquisgranum miſit: at Rex, victoria magis, quam præda delectatus, magnam ſpoliorum partem Romam ad D. Petri Baſilicam deſtinavit; prædæ reliquum in militem, duces copiarum, palatinos, ac dicatos DEO homines diſtribuit. (C) Cumulavit lætitiam Tuduni

(A) Fuldenſ. A. 795. „ *Tudun*, qui „ in gente Hunnorum magnæ poteſtatis erat, per legatos ſuos ſe, & „ terram cum populo, cui præerat, „ Regi daturum, & Chriſtianum futurum eſſe promiſit. „

(B) Regino ad A. 796. „ *Caganus*, „ & *Juguro* inteſtina clade interempti „ ſunt. „

(C) Annal. Pithœan. ad A. 796. „ *Cagan* & *Jugurro* principibus Hunnorum civili bello, & inteſtina clade a ſuis occiſis, Campus eorum, „ quem vocant *Hringum*, primo per „ *Ebericum* ducem Forojulienſem, deinde per *Pipinum* filium Regis abdictus & captus eſt, & omnes Hunnorum opes, ac theſauri ſublati, & „ Carolo in Aquisgrani palatio allati „ ſunt. „ Annal. Franc. Reuber. ad h. a. „ Miſſus eſt ad hæc Engilbertus Abbas monaſterii ſancti Richarii, per quem etiam tunc ad ſanctum Petrum magnam partem theſauri, quem *Ericus* dux Forojulienſis, ſpoliata *Hunnorum* regia, quæ *Ringus* vocabatur, eodem anno de *Pannonia* Regi detulerat, miſit: reliquum vero inter optimates & aulicos, ceterosque in palatio ſuo militantes liberali manu diſtribuit. „ Monach. Egoliſm. „ *Emricus* autem Dux „ Forojulienſis, miſſo in Pannoniam „ *Wonomiro* Sclavo, principe ſuo - - „ *Caganum* & *Jugurram* ſpoliare fecit, „ & theſaurorum multitudinem multa prolixitate ſeculorum a regibus „ *Avarorum* collectum, domino Regi „ *Carolo* Aquis Palatio miſit. Quo „ theſauro accepto gratiarum actiones DEO largitori omnium bonorum peregit, & inde magnam partem ad limina Apoſtolorum miſit „ per Angilbertum dilectum ſuum „ Abbatem, & reliquam partem Optimatibus ſuis, & Clericis, & Monachis „

Tudunus, Hunnorum regulus, cum ſuis baptizatur.

Principis Aquisgranum adventus, qui cum magna populario manu ſacri fontis aſperſione Chriſto authoratus eſt: felix, ſi qui ardor erat in amplectenda Religione, is ad finem uſque tenuiſſet. Sed enim in bene cœptis conſtantia ad extremum defuit. (A) A. C.

Suffectus interim ab Hunnis in duorum locum unus Cagan erat; ſed regio nomine, & collata in unius caput geminorum principum poteſtate non ſuperbus modo, ſed rebus Francicis metuendus: opportune tamen novo Regi Pippinus, Caroli M. filius, cum exercitu oppoſitus eſt, nondum confirmatis ex cruenta ſeditione Hunnorum rebus: is ut erat Italicis Bojicisque copiis ad rem gerendam præclare inſtructus, trajecto Danubio, confeſtim in hoſtem movit. Hunni & perpetuis ſuorum cladibus attoniti, & a bellicis conſiliis imparati, nec offerre ſe in prælii diſcrimen audebant; ſed metu pavidi fugam tantum, ac latebras, patriæ ſuorumque immemores, captabant. At Pippinus nuſquam conſiſtere hoſtem paſſus, a perſequendis barbaris ante non deſtitit, quam rejectis ultra Tibiſcum Hunnis, vacuam Regiæ eorum ſedem, aſſueto jam prædæ, militi diripiendam objeciſſet. Abraſum, quidquid opum uſpiam erat reliquum, tantumque prædæ inde abſtractum, ut non unius gentis, ſed orbis terrarum ſpolia legiſſe ſibi viderentur. (B)

Pippinus Hunnos ultra Tibiſcum rejicit.

Prola-

„ nachis largitus eſt. „ Ann. Lambec. A. 795. „ Et in eo anno a parte *Avarorum* venerunt theſauri - „ Domnus Rex - - diſtribuit ipſum „ theſaurum inter Eccleſias, Epiſcopos, ſeu Abbates, & Comites &c. „

(A) Annal. Franc. Reuber. ad A. 796. „ *Tbudun* etiam - - ibidem ad Regem „ venit, ibique cum omnibus, qui „ ſecum venerant, baptizatus, ac remuneratus, poſt datum fidei ſervandæ ſacramentum domum rediit. „ Sed in promiſſa fide diu manere noluit, nec multo poſt perfidiæ ſuæ „ pœnas dedit. „ Annal. Lambeciani ad A. 795.

(B) Annal. Franc. Reuber. ad A. 796. „ Pipinum vero filium ſuum cum Italicis ac Bojoaricis copiis in Pannoniam ire juſſit. - - Pipinus autem „ Hunis trans *Tizan* fluvium fugatis, „ eorumque regia, quæ, ut dictum „ eſt, *Ringus*, a Longobardis autem „ *campus* vocatur, ex toto deſtructa, „ direptis pene omnibus Hunorum „ opibus, ad patrem Aquisgrani hyberna habentem venit, ac ſpolia regni, quæ ſecum detulit, eidem præ- „ ſentavit. „ Monach. Egoliſm. in vita Caroli M. „ Rex (Carolus) - - „ Pipinum filium ſuum, Regem Italiæ, in Pannoniam miſit, qui Pipinus commiſſo bello cum Avaris victor exſtitit, & diu reſedit in *Ringo* villa, & cum multis theſauris rediit ad Dominum Regem Carolum „ Patrem ſuum in Aquis palatium. „ Annal. Bertiniani ad A. 796. „ Rex „ vero filium ſuum Pipinum Regem „ in Pannonias cum exercitu miſit, „ cujus legationes ad Regem in eadem Saxonia venerunt, una quæ „ dixit, occurriſſe ei *Cagan* cum cæteris optimatibus, quem ſibi Avares poſt interfectionem priorum „ conſtituerunt. Altera quæ dixit „ Pipinum cum exercitu in *Hringo* ſedere. Dominus vero Carolus - - in „ Aquis palatio filium ſuum Pipinum „ e Pannonia redeuntem, & partem „ theſauri, quæ remanſerat, producentem lætus aſpexit. „ Annal. Lambeciani A. 796. „ In ipſa æſtate transmiſit Rex Carolus Pippinum filium „ ſuum

A. C. Prolatis hunc in modum Imperii Chriſtiani finibus, de Religionis etiam procuratione actum: Pannonia interim a Pelſenſi lacu ad Dravum uſque Arnoni Salisburgenſium Antiſtiti attributa, dum Carolus Rex ac Parens aliud ſtatueret. (A) Initia hæc erant haud obſcura diminutæ, ac prope jam convulſæ Laureacenſis Metropoliticæ Eccleſiæ, quæ pontificias curas a primis propemodum Chriſtianæ rei exordiis, per Noricum, ac Pannoniam utramque diſpenſarat. (B) Dudum id egiſſe Regem Carolum, facile mihi perſuadeo, ut ſacrorum quendam ſummum Antiſtitem ab Romano Pontifice impetraret, a quo ceteri per Bojariam, & novos Imperii fines jura peterent: nunc cum in aula ſua haberet virum maximarum rerum uſu tantæ dignitati parem Arnonem, Salisburgenſi nuper Eccleſiæ Antiſtitem datum; nihil dubitabat, quin e re Chriſtiana plane futurum eſſet, ſi Archiepiſcopi ſedes Salisburgi locaretur: favere tempori Arnonis ſpectatam in rebus omnibus prudentiam, gravitatem, modeſtiam, Religionem: favere locum, Ruperti ac Virgilii, ſanctiſſimorum nuper Antiſtitum, ſtatione conſecratum, & adverſus barbarorum incurſus perpetuo veluti montium vallo, a natura communitum: Laureacenſis faſtigii memoriam inter urbis ejus rudera conſepultam: Waldericum Paſſavienſem, qui Laureacenſis alias Antiſtitis jura ſuæ ſedi aſſereret, & ſenectute invalidum, & multis calamitatibus infractum, jam dudum ejus honorem tituli deſperatione meliorum temporum abjeciſſe; nec gravate admo-

Pannonia ſacra procuratio Arnoni Salisburgenſi Antiſtiti interim demandatur.

U 3 dum

„ ſuum cum ſuis, quos in Italia ſe-
„ cum habebat, & Bajoarios cum ali-
„ qua parte Alamanniæ in finibus
„ Avarorum, & coadunatus eſt Pip-
„ pinus cum omnibus, quos pater
„ ejus ei transmiſit in ſolatium, &
„ tranſito *Danovio*, cum exercitu ſuo
„ pervenit ad locum, ubi Reges Ava-
„ rorum cum Principibus ſuis ſedere
„ conſueti erant, quam & in noſtra
„ lingua *Hringe* nominant, & inde
„ tulit theſauros multiplices, & trans-
„ miſit patri ſuo. „

(A) Author de Converſ. Bajoar. & Carentan. „ Eodem igitur anno miſit Karulus Pippinum filium in Hunniam cum exercitu multo, qui pervenientes uſque ad celebrem eorum locum, qui dicitur *Ringh*, ubi iterum omnes eorum Principes ſe reddiderunt Pippino: qui inde revertens, partem Pannoniæ, circa lacum *Peliſſe* (olim *Pelſodis*, hodie *Neuſidel*) inferioris, & eo uſque, ubi *Dravus* fluit in *Danubium*, prout poteſtatem habuit, prænominavit cum doctrina & Eccleſiaſtico officio procurare populum, qui remanſit de Hunis & Sclavis in illis partibus, *Arnoni* Juvavenſium Epiſcopo uſque ad præſentiam genitoris ſui, Karuli Imperatoris. „

(B) Literæ Agapiti II. PP. apud Hund. T. 1. p. 236. „ Hanc etiam (Laureacenſem Eccleſiam) in exordio naſcentis Eccleſiæ - - a Doctoribus iſtius Sedis Catholicæ fidei novimus rudimenta percepiſſe, & exinde a ſuccedentibus prædicatoribus in ſuperioris Pannoniæ provincias ejusdem fidei emanaſſe gratiam. Quibus etiam duabus provinciis, illarumque Pontificibus usque ad tempora Hunnorum non alius, quam ſanctæ Lauriacenſ. præfuit Archiepiſcopus. „

dum ejus jacturam nominis laturum, ſi capti ex hoſtico agri portione afflictæ ejus Eccleſiæ inopiam ſolaretur: quam enim ſpem haberet pacatæ diu provinciæ Præſul optimus, tam vicinis a latere, a fronte hoſtibus, quoties Francica arma in Italiam, Hiſpaniam, Daniam, Saxoniam avocarentur? juris denique ſiquid eſſet, Romanum Pontificem, ad quem de re tota referretur, ex æquo bonoque ſententiam laturum. A. C. His aut ſimilibus de cauſis Arno Epiſcopus A. DCCIIC. 798 Romam miſſus eſt: quo agente Leo III. Pontifex Maximus facile indulſit, ut quæ nuper de Diœceſium finibus ſancita erant, vim, roburque obtinerent; & Arno non modo Salisburgenſis Archiepiſcopi inſignibus, ſed Vicarii etiam Apoſtolici munere per Bojariam omnem, Noricum, ac Pannoniam ornaretur. (A) Roma reverſus Archiepiſcopus novus, tum ſua, tum Caroli Regis voluntate, in Carentaniam mox profectus eſt: & quod ampla ea regio ſine ſacrorum Antiſtite relinquenda non videretur, Theodoricum eidem Epiſcopum dedit, quem Arno ipſe, & Geroldus Comes in Carentaniam deduxit. (B)

Erici, ac Geroldi ducum luctuoſa cades.

Tam lætam Religionis ſpem acerbi ex Iſtria, & Pannonia nuncii funeſtarunt. Ericus, multarum palmarum Dux, ac Forojulio præfectus, indigno belli genere, Terſaticorum civium perfidia interemptus eſt, vir manu, conſilio, fide, Religione inclytus, & Caroli Magni teſtimonio laudatus. (C) Caſum 799 viri

(A) Chron. Reicherſperg. „ Anno DCCXCII. Adrianus Papa dedit *Arnoni*, primo Archiepiſcopo „ Salisburgenſi, pallium „ & rurſum: „ Anno DCCXCVIII. Hoc „ anno datum eſt iterum pallium a „ Leone Papa III. Arnoni. „ Auth. de Converſ. Bajoar. & Carant. „ Interim contigit, anno videlicet Nativitatis IↃCCXCVIII. Arnonem „ jam Archiepiſcopum, a Leone Papa „ accepto pallio, remeando de Roma veniſſe. „

(B) Auth. de Converſ. Bajoar. & Carant. „ Poſt expletam legationem „ Imperator præcepit *Arnoni* Archiepiſcopo, pergere in partes Sclavorum, & providere omnem illam regionem, & Eccleſiaſticum officium „ more Epiſcopali colere, populosque „ in fide & Chriſtianitate prædicando confortare. - - - - Tunc juſſu Imperatoris ordinatus eſt *Theodoricus* „ Epiſcopus ab *Arnone* Archiepiſcopo Juvavenſium: quem ipſe *Arno*, & „ *Geroldus* Comes perducentes in Sclaviniam, dederunt in manus Principum, commendantes illi Epiſcopo regionem Carantanorum, & „ confines eorum occidentali parte „ *Dravi* fluminis, uſque dum *Dravus* „ fluit in amnem *Danubii*, ut poteſtative populum regeret ſua prædicatione, & Evangelica doctrina doceret ſervire DEO, & ut Eccleſias „ conſtructas dedicaſſet, presbyteros „ ordinando conſtituiſſet, totumque „ Eccleſiaſticum officium in illis partibus, prout Canonicus ordo expoſcit, perficeret, Dominationem, „ & ſubjectionem habens Juvavenſium Rectorum. „

(C) Annal. Fuld. ad A. 799. „ *Ebaricus*, Dux Forojulienſis, juxta *Tharſaticam* Liburniæ civitatem inſidiis „ oppidanorum occiſus eſt. „ Lit. Caroli M. ad Faſtradam Reginam conjugem. „ Ille Dux de *Hiſtria*, ut dictum eſt nobis, ibidem (*in pugna contra Hunnos prima*) bene fecit cum „ ſuis hominibus. „

A. C. viri tanti, Geroldi, Bojariæ Præfecti, mors acerbiorem reddidit. Fidem abruperant Hunni, ſignisque infeſtis Pannoniæ fines incurſarant: Geroldus ut imminentem barbarorum procellam diſcuteret, rapta ſecum propere militari manu confeſtim in pugnam provolat: ſed dum aciem ſuorum inſtruit, animosque militi ad fortiter audendum voce manuque addit, conjecto temere in ſe telo, incertum, qua manu, exanimis concidit, fatoque magnis heroibus exoptato, pro DEO ac Patria occubuit. (A) Dies glorioſæ mortis, & quam Wettinus, raræ ſanctitatis Monachus, cum Martyrum pugnis coæquatam vidit, in Kalendas Septembris anni nonageſimi noni hujus ſeculi incidit. (B) Lætam cetera Chriſtiano militi eam pugnam eveniſſe, Scriptores quidam recentiores produnt, & adnitente potiſſimum Arnone Archiepiſcopo, conjunctas Boicis Francorum copias, ita in hoſtem invectas, ut pertinax octo annorum bellum, quo Hunnorum nobilitas funditus extincta, regioque omnis in ſolitudinem redacta eſt, cum internecina barbarorum clade terminatum ſit. (c) At vero ex Geroldi obitu ingens vulnus

Geroldi in Cælo gloria.

(A) Annal. Bertiniani ad A. 799. „ Eodem anno gens *Avarorum* a fide, „ quam promiſerat, defecit, & *Hericus* Dux Forojulienſis poſt tot proſpere geſtas res, juxta *Tarſaticam* Liburniæ civitatem, inſidiis oppidanorum oppreſſus eſt; & *Geroldus* Comes, *Bajoariæ* Præfectus, comiſſo contra Avares prælio cecidit. „ Eginhart. in vita Caroli M. „ *Geroldus, Bajoariæ* Præfectus, cum contra Hunos „ præliaturus aciem inſtrueret, incertum, a quo, cum duobus tantum, „ qui eum obequitantem, ac ſingulos hortantem comitabantur, interfectus eſt. „

(B) Walafrid. Strabo de Viſion. Wettini.

„ Quin etiam quondam *Comitem*
ſacer ille *Geroldum*
„ Angelus aſſeruit, requiem captaſſe beatam,
„ Martyribusque parem, quo gloria ſumma beatis
„ Civibus æternæ reddit dulcedinis hauſtum.
„ Et quando Zelum Domini, conceperat, inquit,
„ Congrediens hujus ſumpſit diſpendia vitæ:
„ Æternis ideo meruit fulgere tropheis,
„ Munera perpetuæ capiens ingentia vitæ. „

(c) Brunner. Boic. P. II. l. 1. Adlzreitt. P. 1. l. 8. & colligi videtur poſſe ex Eginhardo in vita Caroli M. ubi bellum Hunnicum octavo anno glorioſe finitum ſcribit his verbis: „ Maximum omnium, quæ ab illo geſta ſunt bellorum, præter Saxonicum, huic bello ſucceſſit, illud videlicet, quod contra *Avares*, ſive „ *Hunnos* ſuſceptum eſt, quod ille & „ animoſius, quam cetera, & longe majori apparatu adminiſtravit. „ Unam tamen per ſe in *Pannoniam* „ (nam hanc provinciam ea gens „ tum colebat) expeditionem fecit: „ cæteras filio ſuo *Pipino* ac Præfectis „ provinciarum, Comitibus etiam, atque Legatis perficiendas commiſit. „ Quod cum ab iis ſtrenuiſſime fuiſſet adminiſtratum, octavo tandem anno (*is in Annum præſentem, DCCXCVIIII. nempe incidit*) completum eſt. Quot prælia in eo geſta, „ quantum ſanguinis effuſum ſit, teſtatur vacua omni habitatore *Pannonia*, & locus, in quo regia *Cagani* „ erat, ita deſertus, ut ne veſtigium „ quidem humanæ habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunnorum „ nobilitas periit, tota gloria decidit, „ omnis pecunia, & congeſti ex longo tempore theſauri direpti ſunt. -- „ Cæterum incruentum pene Francis

„ hoc

nus acceptum eſt: neque enim in bello tantum inſignis viri animus, virtusque enituit; ſed in Religionis etiam cauſa pietatis ejus ſtudium ſingulariter eluxit. Extant non pauca profuſæ ejus in res ſacras liberalitatis monumenta: (A) ut proinde, religioſo hoc in bello occumbenti, non tam erepta vita, quam donata mors in recte factorum præmium videatur. Suevus ortu erat, illuſtri domo prognatus, frater Hildegardis Reginæ, quæ Caroli M. conjux, Ludovicum orbi dedit Imperatorem, Pii cognomento in faſtis notum. Affinitatis ſuffragatione Bojariæ præfecturam conſequutum, facile aſſentior: quanquam ea viri virtus erat, nullum ut honoris præmium non digno contingeret. Multas in eum laudes veteres, recentesque Scriptores uno conſenſu conferunt: illa maxima, quod poſt amplas opes piis largitionibus effuſas, vitam poſtremo pro Eccleſiæ pace profuderit. (B) Cadaver extincti ducis Saxo miles Augiam deportavit, quem locum, pia munificentia vivus præ ceteris fovit, auxitque. (C)

A. C.

Ceteræ Viri laudes,

Interea

„ hoc bellum fuit, & proſperrimum „ exitum habuit, tametſi diutius ſua „ magnitudine traheretur.„ *Arnonem* porro interfecti Comitis *Geroldi* partes in eo prælio ſuſcepiſſe, conjectura eſt, fortaſſe ducta ex literis *Alcuini* ad *Arnonem* datis apud Hanſiz. T. II. p. 108. in Arnone Salisb. ubi hæc leguntur: „ Fortitudo vero exercitus, qui te„ cum vadit, ad cautelam, & defen„ ſionem veſtri directa eſt. „ Sed hæc verba potius innuunt, *Arnonem* ipſum in Carentaniam a *Geroldo* non ſine militari præſidio, ob dubiam Sclavorum fidem, deductum.

(A) Walafrid. Strabo. de Viſion. Wettini. apud Caniſ.

„ Defuerat ſoboles, pariterque & defuit hæres:
„ His igitur verbis ſeſe compeſcere cœpit:
„ Denegat hæredem Dominus; manet ipſe ſuperſtes:
„ Quod dedit, accipiat: *Mariæ* commendo beatæ.
„ Sic votum factis ſequitur: magis omnibus iſti
„ Profuit ille loco, cujus nitet *Augia* donis. „

Author vitæ S. Meinwerci Epiſc. Paderborn. apud Leibnit. T. I. p. 545. „ Capellam quandam, Capellæ in ho„ norem S. Mariæ a *Geroldo* Caroli M. „ conſanguineo, & ſignifero conti„ guam, per Græcos operarios con„ ſtruxit. „ M. Velſerus. L. VI. Boicor. & Raderus Bavar. Sanctæ Vol. II. addit: eundem in Cœnobium ſancti *Galli* pariter beneficum extitiſſe.

(B) Walafrid. Strabo. ibid. de Geroldo.

„ Hic vir in hac patria ſumma bonitate nitebat,
„ Moribus egregius, verax, manſuetus, honeſtus:
„ Cui Regina ſoror, Ludovici chara Genetrix
„ Hildegardis erat, parili bonitate venuſta. „

(C) Walafrid. Strab. vel ſiquis alius author eſt Epitaphii *Geroldo* Comiti in *Augia* poſiti apud Caniſium. T. II.

„ Mole ſub hac magni ſervantur membra *Geroldi*,
„ Hujus jura loci cunctis qui viribus auxit.
„ Pannoniis vera Eccleſiæ pro pace peremptus,
„ Oppetiit ſævo Septembribus enſe Kalendis,
„ Sideribusque animam dedit: artus Saxo fidelis
„ Abſtulit, huc retulit, dignoque hic clauſit honore. „

Herman. contract. ad A. 799. „ *Geroldus*, Præfectus Bajoariæ, ſignifer „ & conſiliarius *Caroli*, pius & reli„ gioſus contra Hunos pugnans oc„ cubuit, *Augiæque*, quam multis „ auxerat donis & prædiis, ſepultus „ eſt. „

A. C. Interea Carolus, pro ingentibus ſuis in rem Chriſtianam, ac Romanam præſertim Eccleſiam meritis, Imperator,
800 & Auguſtus A. DCCC. renunciatus eſt. Id ipſa Naſcenti DEO ſacra die, Divina inter officia Romæ peractum eſt, acclamante omni populo Carolo Auguſto vitam, ac Victoriam; Leone interim Pontifice, Auguſtum Diadema triumphali vertici imponente. (A) Auctus Imperii inſignibus ad pacandam imprimis Saxoniam, & Religionem in Norico ac Pannonia firmandam animum convertit. Id tertio poſt anno magna Principis lætitia perfectum eſt. Bello Saxonico, quod annos triginta & amplius duraverat, finis impoſitus ea lege, ut ejuratis impiis ſuperſtitionibus Chriſto manus darent, parerent Judicibus Regiis: ceterum ſuis juribus uterentur. (B) Hæc ad Salzam in Franconia
803 acta: quibus confirmatis Carolus A. DCCCIII. in Bojariam venit, res tum Civiles, tum quæ inter Salisburgenſem ac Paſſavienſem Antiſtites de Diœceſium finibus ſupererant, controverſias compoſiturus. (c) Lætiorem ejus adventum Hunnorum oratores reddidere, qui ſe, ſuaque

Carolus M. Imperator, & Auguſtus renuntiatur.

(A) Annal. Fuld. Bertiniani. Monach. Egoliſmenſis verbis pene iisdem: Annal. Franc. Reuber. „ Cum „ die ſacratiſſimo Natalis Domini ad „ Miſſarum ſolennia Baſilicam beati „ Petri Apoſtoli fuiſſet ingreſſus, & „ coram altari, ubi ad orationem ſe „ inclinaverat, aſſiſteret, *Leo* Papa coronam capiti ejus impoſuit, cuncto Romanorum populo acclamante: *Carolo Auguſto a DEO coronato, Magno & Pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria.* Poſt quas „ laudes a Pontifice more antiquorum Principum adoratus eſt: ac „ deinde omiſſo *Patritii* nomine, *Imperator* & *Auguſtus* appellatus.„ Annal. Lambeciani hoc loco conſulantur: uti & Annales Franc. apud Martene T. V. p. 907. & 908.

(B) Poeta Saxo ad A. 803.

„ Nobilis hic annus longi certamina belli,
„ Tandem, Saxones inter, Francosque peracti,
„ Firmo perpetuæ concluſit fœdere pacis.
„ Auguſtus pius ad Sedem, *Salz* nomine dictam
„ Venerat: huc omni Saxonum Nobilitate
„ Collecta, ſimul has pacis leges inierunt,
„ Ut toto penitus cultu, rituque relicto
„ Gentili - - - - - - - - - - poſt hæc fidei ſe ſubdere vellent.
„ Catholicæ, Chriſtoque DEO ſervire per ævum &c.„

(c) Annales Francici Reuber. ad A. 803. „ Imperator autem Bajoa„ riam profectus, diſpoſitis *Pannonia„ rum* cauſis Decembri menſe Aquis„ grani reverſus eſt.„ Auth. de converſ. Bajoar. & Carantan. „ Anno „ DCCCIII. *Karulus* Imperator *Ba„ joariam* intravit, & in menſe Octo„ brio *Salzburch* venit, & præfatam „ conceſſionem filii ſui (*de Arnonis „ in Pannoniam jure ſacro*) iterans, po„ teſtative multis adſtantibus fideli„ bus ſuis affirmavit, & in ævum in„ convulſam fieri conceſſit.„ Referri huc forte poſſent etiam Capitularia quædam Caroli M. quæ extant apud Hundium in Metrop. T. 1. p. 312. & Baluz. T. 1. a pag. 379. ad p. 414. Annal. Lambeciani ad A. 802. „ Impe„ rator - - congregavit Duces, Co„ mites, & reliquo Chriſtiano popu„ lo cum legislatoribus, & fecit om„ nes leges in Regno ſuo legi, & tra„ di, unicuique hominum legem „ ſuam, & emendare, ubicunque ne„ ceſſe fuit. „

omnia Caroli poteſtati permiſere. (A) Sed cum Arnoni Archiepiſcopo ampliſſimam, quæ ex mente Pippini filii eidem obtigerat, Diœceſim confirmaſſet, non committendum ratus, ut Walderico Paſſavienſi querimoniæ materia præberetur; Lytaham in Avarum provincia; in Hunnia, vero ſupra montem Cetium, Zeiſenmurum, Draſmurum, Wachovam, Pielachum, Nardinum, Rhœdam, Aſpachum, Wolfesbannam, Erlafam, Bierſtlingum, Tullnam, Trebenſeam cum aliquot in Artagruna, Saxina, Faviana baſilicis, Paſſavienſis Eccleſiæ poſſeſſionibus adjecit. (B) Sed Walderico Antiſtiti ejus beneficii brevis uſura fuit, anno mox ſequenti ad Superos translato. A. C.

Paſſavienſi Eccleſiæ multa per Auſtriam largitur.

Magnum inde certamen de ſucceſſore ortum, Urolpho electo quidem, ſed quod vetera Laureacenſium jura revocare poſtliminio cuperet, cum Arnone Salisburgenſi Archiepiſcopo graviſſime colliſo: quæ res occaſionem poſtea dedit, Hattonem Urolpho, adhuc ſuperſtiti, ad Paſſavienſem regendam Eccleſiam ſufficiendi. At enim Urolphus litigioſam novorum jurium contentionem nihil moratus, e veteri Paſſavienſium inſtituto, qui ſe in locum Laureacenſium Archiepiſcoporum ſucceſſiſſe ferebant, curas continuo in Pannoniam ac Moraviam vertit. Eas provincias cum præſens ipſe inſpiceret; quoque erat Religionis ardore, multos quotidie ex Hunnis, Sclavisque ad Chriſti gregem adjungeret; in eam paulatim ſpem venit, poſſe ſeptem eas, quæ Laureacenſi olim ſubjectæ erant, Eccleſias paucorum annorum intervallo ad priſtinum numerum, dignitatemque revocari. Et erat viro impigro tam optatus laboris exitus, ut paucos intra annos Epiſcoporum ſedes quatuor inſtaurarit, quarum duæ in Pannonia, Favianenſis & Vetvarenſis; duæ in Moravia magna, Speculunenſis, & Nitravenſis, veterem Laureacenſis Eccleſiæ majeſtatem utcunque redintegrarent. (C) Neque Carolo Auguſto 804

Urolphus Laureacenſis Eccleſiæ jura inſtaurare nititur.

Favianenſis Epiſcopatus reſtituitur.

ignota

(A) Annal. Lambeciani ad A. 803. „ Imperator pergit in *Bajoariam*: ibi „ venit legatio *Avarorum*, qui omnem „ terram Imperii ſui ſub ditione Imperatoris *Karli* ſubdunt. „

(B) Conſtat ex Diplom. Ludov. Pii: ſupra relato ad A. 791. ex Laz l. 7. de Migrat. „ Dominus & genitor beatæ „ memoriæ piiſſimus Imperator - - ad „ eandem Eccleſiam, *S. Stephani* Protomartyris - - - tradidit, hoc eſt in „ provincia *Avarorum* quendam locum, qui vocatur *Lytaba*, & interra *Hunnorum Zeyſenmurum*, *Trasmam*, *Wachowam*, *Pielagum*: *Nardinum*, *Roede*, *Aſpach*, *Wolfeswanne*, *Erlapha*, *Bierſtlingum*, *Tullana*, *Trebenſee*, & in *Artagrun* baſilicas duas, & in *Saxina* baſilicas duas, & totidem in *Fabiana*. „

(C) Ex literis Eugenii II. PP. ad IV. Epiſcopos Laureacenſi Metropoli ſubjectos infra producendis. Cetera ex Hanſizio T. 1. Germ. Sacr. peti poſſunt.

A. C. ignota eſſe poterat præclara Urolphi opera, a quo ſemel ac iterum Chriſtiani gentis Hunnicæ principes ſedes in Auſtria
805 flagitarunt. Primus ad Carolum Aquisgranum venit Caganus, Theodori nomine in faſtis luſtricis appellatus, qui cum infeſtos ſibi Sclavos accolas quereretur, quietiores inter Sabariam, & Carnuntum ſedes benigniſſimo a Principe impetravit. (A) Sed cum redux a Cæſare naturæ debitum brevi ſolviſſet Theodorus; imitatus ejus veſtigia Caganus alter, qui Abrahami nomen ex ſacro fonte Fiſchamundæ in Auſtria traxit, veterisque dignitatis locum, quem inter Hunnos ante tenuerat, pari felicitate a Magno Cæſare conſecutus eſt. (B) Tranquillis ab hac parte rebus, bellum Carolo M. cum Bohemis fuit. Werinharius, quem inter Confinii rectores ſecundo nominatum loco, alias diximus, (C) cum Adulpho, Judiciorum Ratisbonenſium Prætore Regio, adverſus Sclavos Bohemannos miſſus, in partem ejus gloriæ venit, quam Carolus, Auguſti filius, de cæſo Lechone, Sclavorum duce, & evaſtata Bohemia reportavit. (D)

Hunni complures ad ſacra Chriſtiana traducuntur.

Bellis Sclavicis felice Marte concluſis Carolus Imperator, quod unum reſtabat in rebus momentum, ad partien-

(A) Monach. Egoliſm. „ Princeps „ Hunnorum *Capeanus* propter neceſ„ ſitatem populi ſui Imperatorem „ adiit, poſtulans ſibi locum dari ad „ habitandum inter *Sabariam* & *Car„ nuntum*, quia propter infeſtatio„ nem Sclavorum in priſtinis ſedibus „ eſſe non poterat. Quem Imperator benigne ſuſcepit (erat enim „ *Capeanus* Chriſtianus in Baptiſmo „ nomine *Theodorus*) & precibus ejus „ annuens, muneribus donatum redire permiſit. Qui rediens ad popu„ lum ſuum, pauco tempore trans„ acto diem obiit.„ Fuld. ad A. 805.

(B) Annal. Ratisbon. ad A. 805. „ *Abraham* Caganus baptizatus ſuper „ *Fiskaha*.„ Annal. Franc. Reuber. ad A. 805. „ Miſit *Caganus* unum de optimatibus ſuis, petens ſibi honorem „ antiquum, quem Caganus apud „ *Hunnos* habere ſolebat, cujus precibus Imperator aſſenſum præbuit, „ & ſummam totius regni, juxta priſcum eorum ritum habere præcepit. „

(C) Capitulari II. Anni DCCCV. apud Baluz. T. 1. p. 425. ſcribuntur „ Ratisbonæ *Odulfus*, Lauriaci *Wa„ rinarius* prævidiſſe. „ Quæ vox idem ſignificat, teſte Reineccio in Element. Jur. Germ. l. 1. tit. 5. §. 104. ac *Comitatui præeſſe*. Auth. de converſ. Bajoar. & Carantan. „ Tunc primus „ ab Imperatore conſtitutus eſt con„ finii Comes *Goterammus*, ſecundus „ *Werenbarius*. „ *Goteramnum* tamen Comitem inter teſtes non apud Meichelbeckium modo T. 1. parte altera Inſtrum. 118. ad A. DCCCII. ſed ad Annum etiam DCCCVIII. apud Bern. Pezium T. 1. Anecd. in Cod. Tradit. Sanct-Emmeram. c. 8. reperio; nulla tamen præter Comitis titulum, adjuncta dignitatis, aut præfecturæ nota: ut adeo, quo anno Confinii Præfecturam *Goterammus* reliquerit, aut *Warinarius* adierit, definiri haud certo poſſit.

(D) Annal. Pith. ad A. 805. „ *Carlus* junior in Boemanos Sclavos cum „ exercitu a Patre miſſus, depopulata provincia, regem eorum *Lechonem* occidit. „ Chron. Moiſſiac. ad A. 805. „ *Karolus* Imperator miſit filium ſuum *Karolum* Regem cum exercitu magno ſuper Windones, & „ alium exercitum cum *Adulpho* & „ *Werinhario*, id eſt, cum *Baguariis*. „ Sic enim Boji aliter & aliter appellantur, nunc *Bajoarii*, nunc *Baugoarii*, ut fit in Chron. Maſciaſc.

Carolus M. provincias inter filios partitur.

tiendum in filios Imperium curas convertit. Confectæ A. C.
A. DCCCVI. eam in rem ſupremæ voluntatis tabulæ, a Francici Imperii optimatibus, ac Leone inprimis Pontifice confirmatæ: (A) Pippino, Italiæ Regi, Bojaria, Noricum, Pannonia, cum Burgundia & Alemanniæ parte attributa: Carolo, quem ſucceſſorem ſibi deſtinarat, Saxonia, Friſia, & quidquid fere ſupra Danubium in Germania populorum erat, cum maxima Galliarum parte tranſcripta; relicta Ludovico natu minimo Aquitania, & Narbonenſi, ac Lugdunenſi Gallia. Cumque devexa jam ætas quietem Carolo Auguſto, & tranquillius in pace otium ſuaſiſſet, dimiſſis in novæ hæreditatis poſſeſſionem filiis, Aquisgrani fere ætatis reliquum exegit. Hac ultimæ voluntatis declaratione Auſtria in duas ſciſſa partes eſt, & inter Carolum ac Pippinum filios diſtracta: ſed conſecutus poſt paulo amborum hæredum præmaturus obitus conſilium intervertit. (B) Prior, Pippinus Italiæ Rex cum ingenti aulæ totius luctu ad VIII. Idus Julii A. DCCCX. Mediolani exſtinctus eſt: (C) 810
quem altero mox anno conſecutus Carolus, pridie Nonas Decembris ad meliorem vitam exceſſit. (D) Nihil in vita 811
adhuc gravius feliciſſimo Patri accidere potuit, morte tam præſtantium filiorum: animo ſibi tamen conſtitit, nec quidquam

(A) Annal. Fuld. ad A. 806. „Partitio regni Francorum ab Imperatore facta in villa Theodonis inter „ filios ſuos, ut ſciret unusquisque eorum, quam partem tueri, & regere debuiſſet, ſi pater eum ſuperſtitem relinqueret. De hac partitione teſtamentum conſcriptum, & ab „ optimatibus Francorum confirmatum, & *Leonis* Apoſtolici ſubſcriptione roboratum eſt. „ Extat Teſtamentum illud inter Scriptores coætaneos XII. Annal. Francic. ex Bibliotheca P. Pithœi I. C. in lucem editos: ſed fidei non uſquaque certæ.

(B) Poeta Saxo ad A. 806. Diviſionem provinciarum ſic exequitur:

„ Poſt aliquam litem, patrii diviſio regni,
„ Certas ipſe dedit partes, ut cuique volebat.
„ Italico Regi *Bajoariam* ſimul omnem
„ Pippino addiderat: nec non Burgundia, quantum
„ Parte ſub extrema celſas interjacet alpes,
„ Cum paucis Alemannorum quoque finibus, illi
„ Traditur. At Carolo reliquos donans Alemannos,
„ Saxones, ac Freſones ſubjecit eidem,
„ Cui ſimul ex magna fertur data Gallia parte,
„ Oceani donec vaſtis concluditur undis.
„ Hunc in Francorum ſibimet ſuccedere regnum
Diſpoſuit, ſi non aliter Domino placuiſſet.
„ Subjicitur vero Sceptris Burgungundia pene
„ Tota pii Regis Ludovici, jure tenentis
„ Poſt hæc Imperium, nec non Aquitania cuncta. „

Et poſt pauca:

„ Ipſe dehinc Princeps in Sede manebat *Aquenſi*,
„ Nec poſt militiæ ſolitos exercuit uſus. „

(C) Annal. Fuld. A. 810. „Nuntii „ ad eum (Carolum M.) perferuntur - - *Pipinum* Regem Italiæ VIII. „ Idus Jul. de corpore migraſſe. „

(D) Annal. Pithæ. A. 811. „*Carolus*, qui Imperatoris filius major natu erat, II. Non. Decemb. obiit. „

A. C. quam de graviſſimis Imperii curis minuit. Hunnos Sclavosque in Pannonia nova jam anno ſuperiore diſcordia miſcuerat, & veteris dominatus memoria, & recentibus injuriis irritata: nec malo in præſens adhiberi medicina poterat, Pippino cui Pannonia parebat, e vita ſublato. Miſſi tamen hoc anno in Pannoniam exercitus, qui diſſidentium inter ſe nationum motus comprimerent, & agrum illum Auſtriæ, trans Cetium, ac Comagenum montem poſitum, ducum authoritate, & militum armis ad quietem revocarent. (A) Res ſine cæde ac ſanguine transacta, Avarumque principes, ac Sclavorum primores Aquisgranum miſſi, imperata fecere. (B)

Hunnorum, ac Sclavorum diſſidia componuntur.

Compoſitis ad hunc modum Imperii rebus, mœſtus adhuc geminato funere pater, ætate ad hæc, laboribusque fractus, de ſucceſſore in magnum Imperium ſubrogando quamprimum agere conſtituit: id coactis Anno
813 DCCCXIII. Aquisgrani frequentiſſimis comitiis, magno omnium aſſenſu perfectum eſt, & Ludovicus, qui poſtea a Religionis ſtudio Pii nomen promeruit, tot regnorum hæres declaratus. (C) Permiſſa tamen Bernardo Nepoti Italia, Regiumque, quod Pippinus pater jam geſſerat, nomen hæredi filio confirmatum. (D) Deſignato Imperii conſorte, non diu ſuperfuit Carolus, ſequentis mox anni principio,
814 ad V. Kal. Februarias, Aquisgrani mortalitatem egreſſus. (E) Princeps omnium confeſſione Magnus tum belli, tum

Caroli M. obitus.

(A) Annal. Fuld. A. 811. „ Tres „ quoque exercitus in totidem partes „ regni Francorum miſſi: unus in *Linonis* - - alter in *Pannonias* ad controverſias *Hunnorum* & *Sclavorum* finiendas: tertius in *Britones* - - qui „ omnes, rebus proſpere geſtis, reverſi ſunt incolumes. „

(B) Annal. Bertinian. A. 811. „ Fuerunt etiam *Aquis*, adventum ejus „ (*Caroli M.*) exſpectantes, qui de „ *Pannonia* venerunt, *Canzaucus* Princeps *Avarorum*, & *Tudun*, & alii „ primores ac Duces Sclavorum circa „ *Danubium* habitantium: qui a Ducibus copiarum, quæ in Pannoniam „ miſſæ fuerant, ad præſentiam Principis miſſi venerunt. „ Monach. Egoliſm. „ Venerunt etiam *Aquas* de „ *Pannonia* duci principes *Avarorum*, „ & *Tudun*, & alii *Canzauci*, & primores *Sclavorum* circa *Danubium* „ habitantium cum muneribus. „

(C) Annal. Franc. Reuber. A. 813. „ Evocatum ad ſe *Aquisgrani* filium „ ſuum Ludovicum Aquitaniæ Regem excipiens, coronam illi impoſuit, & imperialis nominis ſibi conſortem fecit. „ Annal. Lambeciani. „ Placitum magnum in menſe „ Auguſto ad Aquis factum eſt & *Karlus* Imperator conſtituit Hlodoveum „ filium ſuum ſimul imperare cum eo, „ imponens diadema capiti ejus. „

(D) Annal. Franc. A. 813. item Fuld. anno eodem. „ *Bernardum* quoque, Nepotem ſuum, filium *Pipini* filii ſui, „ Italiæ præfecit, & Regem appellari „ juſſit. „ Sed Poeta Saxo ad A. 811. „ Hoc quoque *Bernhardo* Regnum conceſſerat anno „ Italicum pius Auguſtus. „

(E) Annal. Lambeciani. „ *Karlus* „ Imperator moritur ad Aquis V. Kal. „ Februarii die Sabbati. „ Eginhart. in vita Caroli M. „ Menſe Januario „ febre valida correptus decubuit - - „ ſeptimo poſtquam decubuit die, ſacra communione percepta, deceſſit „ anno ætatis ſuæ LXXII. & ex quo „ regnare cœperat XLVII. V. Kal. „ Febr. hora diei tertia. „ Annum mortis Annal. Franc. Fuld. Bertin. Lambec. &c. aſſignant Chriſti 814.

pacis artibus, quibus Imperii Francici fines a Danis ad Calabros; ab Hiſpanis ad ultimos pene Pannoniæ limites protulit: Religionis tamen maxime inſigni ſtudio, & quæ Religionem fere conſequuntur, clementia, munificentia, modeſtia, charitate, quibus rebus Conſtantinum, ac Theodoſium Magnos non æquavit modo, ſed ſuperavit. A. C.

Ejus de Auſtria merita.

At vero non alia facile provincia Carolo plus debet ac Auſtria, quam ex tot provinciarum velut laciniis in unum corpus collectam, ereptam Hunnis ac Avaris, legibus, moribus, incolis, religionibus, aris, templisque; artibus deinde, ac civilibus inſtitutis, ad eam, qua poſtea floruit, dignitatis ſpeciem perduxit. Quæſiiſſe optimum Principem tot curis, impenſisque non Imperii amplitudinem, ſed pacem ac Regnorum tranquilitatem; & quod omnibus in bellis ſpectabat maxime, Religionis incrementum, id ſatis argumento eſt, quod ampla provinciæ vectigalia, non ad regium ærarium, ſed ad ſacros fere Antiſtites (id quod in Saxonia etiam factitaſſe legimus) derivarit. (A) Quid Salisburgenſi, quid Paſſavienſi Eccleſiæ acceſſerit, ſupra relatum eſt: (B) parem extitiſſe in DEO dicata Cœnobia Caroli munificentiam, ex Altahenſium, & Cremifanenſium tabulario liquet, quorum alteris res & prædia, a Taſſilone Duce olim tradita, benigne confirmavit; alteris agrum ampliſſimum in Auſtria inferiori, inter Bielacham & Danubium, ad preces Geroldi Comitis conceſſit. (C) Sunt, qui S. Petri Viennæ, S. Petro-

(A) Poeta Saxo ad A. 803.

„ At vero cenſum Francorum Regibus ullum
„ Solvere nec penitus deberent, atque tributum,
„ Cunctorum pariter ſtatuit ſententia concors,
„ Sed tantum decimas divina lege ſtatutas
„ Offerrent, ac Præſulibus parere ſtuderent,
„ Ipſorumque ſimul clero, qui dogmata ſacra,
„ Quique fidem Domino placitam, vitamque doceret. „

(B) Pertinent huc quæ *Alcuinus* in Epiſtola ad *Arnonem* Salisburgenſem ſcribit. „ Tertiam vero partem de laboribus tuis, per ſingula loca ſeu „ Epiſcopatus, ſeu Monaſterii, conceſſit tibi Rex in eleemoſynam „ tuam tradere. „ Vid. Epiſt. totam apud Hanſiz. T. II. p. 108. Item quæ ex Dipl. Ludovici *Regimario* Paſſavienſi A. 823. dato alias relata ſunt. Confirmat id *Ludovicus* Rex, *Caroli* Nepos, Diplom. *Altahenſibus* dato, quod extat apud Hund. Metrop. T. II. pag. 12. „ Dominus Avus noſter *Carolus* licentiam tribuit ſuis fidelibus in augmentatione rerum Eccleſiaſticarum „ DEI in *Pannonia* carpere, & poſſidere hæreditatem, quod per licentiam ipſius in multis locis, & ad „ iſtud etiam Monaſterium factum „ eſſe dinoſcitur. „

(C) Annal. Cremifan. Rettenpacheri l. 1. p. 28. Gewoldus in Addit. ad Hund. Metrop. T. II. pag. 7. „ Ad „ deprecationem *Geroldi* Comitis fidelis noſtri concedimus, atque confirmamus ad Monaſterium *S. Mauritii*, quod eſt ſitum in ducatu *Bajoariorum* in loco nuncupante *Altaba*, ubi *Orulfus* rector præeſſe videtur, locum quendam in *Avaria*, ubi „ *Bieloba* fluvius *Danubium* ingreditur. „ Eſt autem æſtimatio illius loci, quaſi XL. manſorum. „ Quod Diploma datum eſt Aquisgrani VI. Kal. Decemb. A. 812. Imperii Caroli M. duodecimo.

A. C. S. Petronillæ Carnunti baſilicas (A) Carolo authori tribuant: id ut in medio relinquam, conſtat certe Ludovici filii teſtimonio, multas ab optimo Principe ædes ſacras Walderico Paſſavienſi tranſcriptas, quas niſi ſumptu ille ſuo, aut imperio excitaſſet, quis in tanta temporum barbarie medios inter Hunnos condere potuiſſet. (B)

Multa hoc loco, quæ ad Pannonici limitis, ſub quo Auſtria, adminiſtrationem pertinent, deſiderari poſſunt; ſed quæ longa vetuſtas publicæ notitiæ ſubtraxit. Id peculiare is limes habuit, ut cum viris nobilibus alias Comitatum non niſi unum comitteret Carolus, eumque finibus peranguſtum; eundem tamen, licet amplitudine pluribus parem, unius Comitis ac Præfecti fidei comendaret. (C) Ejus diſcriminis ratio in aperto eſt: nam cum adverſus numeroſiſſimam Hunnorum, ac Sclavorum nationem, quæ a fronte, ac lateribus Auſtriæ imminebat, excubandum eſſet limitis Præfecto aſſidue, res in ſummum periculum perſæpe adducta eſſet, niſi ex ampla provincia, amplas etiam adverſus hoſtem copias conſcribere potuiſſet. Quod ſi moram belli diſcrimen pateretur, literis circumquaque miſſis, locorum domini cum numeroſo milite evocari ad certum diem ſolebant: imperata iis, præterea in tres menſes annona, veſtimenta, arma, currus cum cetero belli apparatu, aſciis, palis, ligonibus, & quæ id genus plura erant, noſtræ ætati incognita: Equiti & ſcutum, & geminus erat cuique gladius, longior unus, alter brevior, & pugioni haud abſimilis; lancea adhæc, & cum arcu armata telis pharetra: omnia denique ſeu ad iter, ſeu ad prælium requiſita, a dominis ſic præbenda, ut præter aquam, lignaque, & pro jumentis fœnum, nihil a pacato quoquam extorqueri neceſſe eſſet. (D) Hæc belli gerendi

Cur præter morem Præfecto ani commiſerit tantum limitem.

Quæ provinciales fuerint belli onera.

(A) Laz. Coment. de Rep. Rom. L. XII. Sect. 3. c. 1. de *Carnunto*, quod S. Petronillæ oppidum appellari credit poſt Caroli M. ætatem. „ Is „ enim, *inquit*, cum in *Fabiana*, quæ „ modo eſt *Vienna Auſtriæ*, divo *Petro* „ ſacram ædem poſuiſſet; proximo, „ ut veriſimile eſt, municipio beati „ Apoſtoli filiæ templum conſecravit. „

(B) Pertinent huc templa, quæ in Diplom. *Ludovici Pii* ſupra relato recenſentur.

(C) Monach. San-Gallenſ. l. 1. de geſtis Caroli M. „ Providentiſſimus „ *Karolus* nulli Comitum, niſi his, qui „ in *confinio*, *vel termino Barbarorum* „ conſtituti erant, plusquam unum „ Comitatum aliquando conceſſit. „

(D) Conſtat id ex Epiſtola encyclica Caroli M. ad Fulradum (alias Orolphum) Altahenſem Abbatem: apud Bern. Pezium Cod. Diplom. P. 1. col. 73. „ Ita vero præparatus cum „ hominibus tuis, ad prædictum lo„ cum venias, ut inde, in quamcun„ que partem noſtra fuerit juſſio, & „ exercitaliter ire poſſis, id eſt, cum „ armis & utenſilibus, nec non & ce„ tero inſtrumento bellico, in victua„ libus & veſtimentis, ita ut unus„ quisque Caballarius habeat ſcutum „ & lanceam, & ſpatham & ſemi„ ſpatham, arcum & pharetras cum „ ſagit-

rendi ratio, in quo ſumma poſt Principem limiti præfectorum erat authoritas. Ceterum præter provinciæ Marchionem, alios etiam in Auſtria inferiore conſtitutos fuiſſe Judices, qui populo recens ex Bojis, Sclavisque in vacuas maxime Hunnorum ſedes collecto jus dicerent, quorumque a ſententia ad Principem ipſum appellatio eſſet, iisdem monumentis edocemur: quanquam quibus locis id forum celebratum ſit, ignoremus. (A) Extabant quædam adhuc Favianæ rudera, quæ longo poſt tempore in urbem Viennenſem adolevere: memorantur in eorum temporum monumentis Lytaha, Zeiſenmura, Draſmura, Artagruna; & frequentia paulo poſt Auſtriæ ordinum conventibus oppida Tullna, & Trebenſea: & ut ea præteream, quæ de S. Hippolyti oppido ex Tegernſeenſibus documentis afferuntur; Pielagi, Nardini, Rhoedæ, Aſpachi, Wolfeswannæ, Erlaphæ, Bierſtlingi, Saxinæ, (B) Kirchbachi; (C) Carnunti, item Sabariæque (D) nonnulla fit mentio: ſed cui potiſſimum ex his locis Judiciorum is honos debeatur, nondum deprehendi. A. C.

Loca quædam Auſtriæ Caroli M. ævo nota.

Ludovicus Pius Imp.

Carolo M. ad Superos translato, Ludovicus filius Imperium adiit, felix pietate, religionis ſtudio, obſervantia in Pontifices; ſed liberis, quos ambitio, & in Novercam contumacia Patri infeſtos reddidit, infeliciſſimus. Regnum ſapienter ab juſtitia auſpicatus, auditis in Aquisgranenſibus comitiis ordinum querelis, ablegatos ſtatim in omnes Imperii provincias dimiſit, qui oppreſſos præfectorum injuria popu-

„ ſagittis: & in carris veſtris utenſi-
„ lia diverſi generis, id eſt, cuniada,
„ & dolaturia, tarratres, aſſias, foſ-
„ ſorios, palas ferreas, & cætera uten-
„ ſilia, quæ in hoſtem ſunt neceſſaria.
„ Utenſilia vero ciborum in carris de
„ placito in futurum per tres menſes,
„ arma & veſtimenta in dimidium
„ annum. Et hoc omnino præcipi-
„ mus, ut obſervare faciatis - - ut
„ præter herbam, & ligna, & aquam
„ nihil de cæteris rebus tangere præ-
„ ſumatis, & uniuscujusque veſtri ho-
„ mines cum carris & cabalariis ſuis
„ vadant, & ſemper cum eis ſint us-
„ que ad locum prædictum, qualiter
„ abſentia domini locum non det ho-
„ minibus ejus mala faciendi. „

(A) Diplom. Ludovici Pii ſup. Laud. ex Laz. l. 7. de Migrat. „ Cum
„ autem *Reginberus* Epiſcopus effectus
„ eſt, devitans diſcordiam & litem;
„ *Godefridum*, Marchionem, & *Judi-*
„ *ces illius provinciæ*, in præſentiam
„ noſtram fecit venire. „

(B) Ex eodem Diplom. Ludovici Pii. „ In provincia *Avarorum* quen-
„ dam locum, qui vocatur *Lytaha*, &
„ in terra Hunnorum, *Zeiſenmurum*,
„ *Trasmam*, *Wachowam*, *Pielagum*,
„ *Nardinum*, *Rhoede*, *Aſpach*, *Wolfes-*
„ *wanne*, *Erlapha*, *Bierſtlingum*, *Tul-*
„ *lana*, *Trebenſee*, & in *Artagrun*, ba-
„ ſilicas duas, & in *Saxina* baſilicas
„ duas, & totidem in *Fabiana*. „

(C) Ex Diplom. Ludovici Regis German. dato A. 836. „ In provin-
„ cia Avarorum, in loco, qui dici-
„ tur *Kirchpach*. „

(D) Annal. Pithæ. & Lambeciani, corruptius, diſerte Annal. Reuberiani ad 805. „ Cacanus princeps Hu-
„ norum - - Imperatorem adiit, po-
„ ſtulans ſibi locum dari ad habitan-
„ dum inter *Sabariam*, & *Carnun-*
„ *tum*. „

A. C. populos, melius de ſe ſperare juberent. Bernardum deinde Italiæ Regem, ac Pippini fratris filium, confirmato Longobardiæ regno, cultum honoribus, muneribus donatum in fidem accepit: Lotharium denique, filiorum maximum, Bojariæ; Pippinum natu minorem Aquitaniæ Regem re-
815 nunciavit A. DCCCXV. (A) Triennium vix Imperii abierat, cum Lothario publicis comitiis in conſortium Imperii adlecto, Bojariæ regnum in Ludovicum, pueriles annos vix nuper egreſſum, tranſtulit. (B) Sed curas ea pro-
817 vinciarum partitione non imminutas, exorta biennio poſt in Italia ſeditio oſtendit. Bernardus, Pippini fratris ex concubina filius, confirmato jam Italiæ regno, ad Imperium etiam ſuaſu procerum quorundam aſpirare auſus, obſeſſis Italiæ clauſtris, nequa conatibus ejus vis ab Germania interveniret, multas jam Italiæ civitates ſua in verba adegiſſe ferebatur. (C) Rei magnitudo vigilantiam Ludovici Cæſaris exacuit, qui tranſcenſis propere cum exercitu alpibus, fractos terrore conjuratorum animos facile ad ſe traduxit. Bernardus a ſuis deſtitutus, Ludovici ſe clementiæ permiſit. (D) Sed rejecta in proxima comitia reorum cauſa, atrocibus

Lotharium filium Regem Bojariæ creat.

Bernardum, Italiæ Regem, opprimit,

(A) Annal. Franc. Reuber. A. 814. „ Ludovicus filius - - Aquisgrani „ venit, ſummoque omnium Francorum conſenſu ac favore Patri ſucceſſit: - - habitoque Aquisgrani „ generali populi ſui conventu, ad „ juſtitiam faciendam, & oppreſſiones popularium relevandos legatos „ in omnes regni ſui fines miſit. *Bernhartum* regem Italiæ, Nepotem ſuum „ ad ſe evocatum, muneribus donavit, & in regnum remiſit. - - Tunc „ duos ex filiis ſuis, *Lotharium* in *Bajoariam*, *Pipinum* in *Aquitaniam* miſit. „ Anonym. Script. Vit. Ludov. Pii addit. „ Tertium vero *Ludovicum* adhuc puerilibus conſiſtentem in annis ſecum tenuit. „ *Lotharium* porro, *Bajoariæ* Regem fuiſſe conſtitutum patet ex Annal. Lambec. ad A. 815. „ Illuc venit filius ejus „ *Hludbarius* Rex *Bajoariorum* &c. „ Et multo magis ex Diplom. plurib. apud Meichelb. in Hiſt. Friſ. T. 1. Part. Inſtrum. N. 316. & ſeq. „ Anno „ Imperii glorioſi Hludovici, & anno „ primo *Hlodharii* Regis in *Bajoaria* „ Indict. VIII. „ A. videl. 815.

(B) Auth. Vitæ Ludov. Pii. „ Filium primogenitum *Lotharium* Imperatorem appellari, & eſſe voluit, „ & duorum filiorum ſuorum *Pipinum* in *Aquitaniam*, *Ludovicum* in „ *Bajoariam* miſit. „ Annal. Franc. Reuber. ad A. 817. „ Filium ſuum „ primogenitum *Lotharium* coronavit, „ & nominis atque Imperii ſui ſocium „ ſibi conſtituit: cæteros Reges appellatos, unum *Aquitaniæ*, alterum „ *Bajoariæ* præfecit. „

(C) Thegan. de geſt. Ludov. Pii. „ *Bernardus* filius *Pipini*, & ex concubina natus, per exhortationem malorum hominum extollens ſe adverſus patruum ſuum, voluit eum a „ regno expellere. „ Annal. Franc. Reub. A. 817. „ Renunciatum eſt „ ei, *Bernhartum* Nepotem ſuum, Italiæ „ Regem, quorundam pravorum hominum conſilio tyrannidem meditatum, jam omnes aditus, quibus „ in Italiam intratur, impoſitis firmaſſe præſidiis, atque omnes civitates Italiæ in ipſius verba juraſſe: „ quod ex parte verum, ex parte falſum erat. „

(D) Auct. Anonym. Vit. Ludov. Pii. Thegan. de geſt. Ludov. Pii. Annal. Franc. Reuber. A. 817. „ Ad „ quos motus comprimendos, cum „ ex tota Gallia atque Germania congregato ſumma celeritate magno „ exercitu Imperator ad Italiam feſtinaſſet: *Bernhartus* rebus ſuis diffidens, maxime quod ſe a ſuis quotidie „

cibus omnes ſententiis ſunt confoſſi. Subtractus quidem Cæſaris clementia capitali ſupplicio Bernardus Rex eſt; ſed oculis tamen orbatus: ceteri, quos culpæ aliqua contagio afflavit, in exilium acti, aut in monaſteria detruſi. (A) Bernardus ipſe, incertum animi, an corporis dolore, vix triduum ſuperfuit, ſepultus Mediolani, & a Ludovico ipſo, mox facti pœnitente, ſinceris lachrymis defletus. (B) Non deſunt Scriptores, qui Bernardum ereptæ ſibi Bojariæ, Norici, ac Pannoniæ jactura ad hæc conſilia deſcendiſſe exiſtiment: (C) ſed veteres Scriptores omnes intemperiem eam animi in procerum perverſa conſilia, & ambitionem Principis, Italiæ regno tumidi, unice conjiciunt. (D) Bernardum ſexto poſt menſe ad plures ſecuta eſt Hirmingardis Auguſta, fœcunda Pippini, & Ludovici Regum, ac Lotharii Auguſti parens; nec male dixerim, eodem cum Hirmingarde tumulo, & Ludovici Cæſaris felicitatem, & pacem regnorum publicam eſſe conſepultam. (E) Suffecta in ejus locum Juditha conjux, ex illuſtri Welfonum ſtirpe progenita, fœmina, quam Cæſari chara, tam privignis inviſa, quibus fratrem non multo poſt dedit Carolum, diſcordiarum multarum facem. (F)

A. C. 818

& oculis multat.

Tranquillæ interea ſatis in Auſtria res erant, niſi quod Præfecti Pannonici Limitis Theodoricus, & qui hunc proxime eodem in munere ſecutus eſt, Godefridus in

„ tidie deſeri videbat, armis depoſi-
„ tis, apud Cabilonem Imperatori ſe
„ tradidit: quem ſecuti ſunt alii, &
„ non ſolum armis depoſitis ſe dedi-
„ derunt, verum ultro, & ad primam
„ interrogationem omnia, ut geſta
„ erant, aperuerunt. „

(A) Annal. Bertin. A. 818. „ Pau-
„ cis poſt ſanctum Paſcha diebus,
„ conjurationis authores - - ſimul
„ & regem, judicio Francorum capi-
„ tali ſententia condemnatos, lumi-
„ nibus tantum juſſit orbari, Epi-
„ ſcopos Synodali decreto depoſitos
„ Monaſteriis mancipari, cæterosque
„ prout quisque vel nocentior, vel
„ innocentior apparebat, vel exilio
„ deputari, vel detondi, atque in
„ Monaſteriis converſari. „

(B) Thegan. de Geſt. Ludov. Imp.
„ Tertio die poſt amiſſionem lumi-
„ num *Bernardus* obiit. Quod audiens
„ Imperator, magno cum dolore fle-
„ vit, multo tempore - - - propter hoc
„ tantum, quia non prohibuit conſi-
„ liarios hanc crudelitatem agere. „

(C) Brunner. Boic. P. II. l. 1. dubie: Aldzreit. Boic. P. 1. l. 9. apertius, & favere videtur Teſtamentum Caroli M. apud Pithæum, ubi hæc inſerta ſunt. „ Quod ſi talis filius cuili-
„ bet iſtorum trium fratrum natus
„ fuerit, quem populus eligere velit,
„ ut Patri ſuo ſuccedat in regni hæ-
„ reditate, volumus, ut hoc conſen-
„ tiant patrui ipſius pueri, & regna-
„ re permittant filium fratris ſui in
„ portione regni, quam pater ejus,
„ eorum frater, habuit. „ Sed huic Teſtamento *Carolus* poſtea ipſe obrogare viſus eſt, ut patet ex Poeta Saxone A. 811.

(D) Thegan. de Geſt. Ludov. Imp. c. 22. Biograph. Anonym. Ludov. Pii. Annal. Fuld. Bertinian. Reuber.

(E) Annal. Laurisheim. An. 818.
„ *Irmingardis* Regina, conjux ejus - -
„ V. Non. Octobr. deceſſit. „

(F) Thegan. c. 26. „ Sequenti ve-
„ ro anno accepit filiam *Welfi* ducis,
„ qui erat de nobiliſſima ſtirpe *Bava-*
„ *rorum*, & nomen Virginis *Judith*. „

A. C. (A) in Eccleſiæ Paſſavienſis prædia & poſſeſſiones a morte Caroli M. involarint. (B) Hatto Paſſavienſium Antiſtes, ut in ceteris parum ſtrenuus, ita in tuendis juribus minus fortis, diſſimulandam eam ſibi injuriam putavit. At Reginherus ſimul ac Epiſcopatum adiit, nihil antiquius habuit, quam ut Pontificiæ ea dignitatis præſidia veterem in ſtatum revocaret. Id quo minus primo quoque tempore conſequeretur, in cauſa bellum fuit, adverſus Liudewitum, Pannoniæ Saviæ, ſeu Sclavoniæ regulum, a Francis ſuſceptum. Eluſerat is vi aut dolo Italicas copias, (C) quas Imperator nuper in eum miſerat; cumque ſucceſſus improbi conſilii animos Sclavi principis incredibilem in modum inflaret, nec jam pacata ulla conſilia, aut conditiones admitteret; 820 miſſi A. DCCCXX. tres ſimul exercitus, qui contumacem, velut indagine concluſum, in caſſes agerent. Primus per alpes Noricas, per Carentanos alter; tertius per Pannoniæ ſuperioris fines in hoſtem ductus. Territus, non fractus tanta belli mole Liudewitus, munitiſſimis interim ſe locis continet, dum manu aut conſilio ſibi viam aperiret. Deformata tamen ferro, flammaque omnis circum regio, & Carnioli, Savi accolæ, ad obſequium revocati: quibus ad extremum Balderici, Præfecti Forojulienſis opera, Carentanorum pars illa acceſſit, quæ Sclavici ducis fortunam eatenus eſt ſecuta. (D) Liudewitus rerum ſuarum anxius,

Godefridus Confinii Præfectus, ſeu Marchio.

Bellum cum Liudewito Sclavoniæ regulo.

(A) Auth. de Converſ. Bajoar. & Carant. „ Tunc primus ab Imperatore conſtitutus eſt confinii Comes „ Goteramus--quartus *Godefridus*. „

(B) Diploma Ludov. Pii apud Laz. l. 7. de Migrat. Gent. mox afferendum.

(C) Annal. Franc. Reuber. A. 818. „ Erant ibi (*Hariſtallii*) & aliarum „ nationum legati - - ſimul & *Liudewiti* ducis *Pannoniæ inferioris*, qui „ res novas moliens *Cadalaum* Comitem, & Marcæ Forojulienſis Præfectum, crudelitatis & inſolentiæ „ accuſare conabatur. „ Item A. 819. „ Exercitus de Italia in Pannoniam „ propter *Liudewiti* (Fuld. annales *Ludewicum* appellant) rebellionem „ miſſus, qui rebus parum proſpere „ geſtis, infecto pene negotio regreſſus eſt. - - Exercitu vero de *Pannonia* reverſo *Cadolah* dux Forojulienſis, febre correptus, in ipſa Marchia deceſſit. Cui cum *Baldrichus* eſſet ſubrogatus, & in *Carantanorum* regionem, quæ ad ipſius curam pertinebat, fuiſſet ingreſſus, obvium „ ibi habuit *Liudewiti* exercitum, quem „ juxta *Dravum* fluvium iter agentem parva manu aggreſſus, pluribus interfectis, & avertit, & de „ illa provincia fugavit. „

(D) Annal. Reuber. A. 820. „ Transacta hyeme, ut primum herba pabulum jumentis præbere potuit, tres illi exercitus contra *Liudewitum* mittuntur: quorum unus de „ Italia per alpes *Noricas*, alter per *Carantanorum* provinciam, tertius, per „ *Bajoariam* & *Pannoniam ſuperiorem* „ intravit. Et duo quidem, id eſt, „ dexter & ſiniſter, tardius ingreſſi „ ſunt, eo quod unus Alpium tranſitu, hoſtium manu reſiſtente, prohibebatur: alter & longitudine itineris, & *Dravo* flumine, quod trajiciendum erat, impediebatur: medius „ autem, qui per *Carantanos* intrabat, „ quanquam tribus in locis ei reſiſteretur, feliciore uſus fortuna, ter „ hoſte ſuperato, *Dravo* etiam transmiſſo, celerius ad deſtinata loca pervenit. Contra hæc *Liudewitus* nihil molitus, munitione tantum Ca-

„ ſtel-

cum in omnes, ubi ubi effugio locus eſſet, partes ſe verte- A. C.
ret, relicta clam urbe Siſcia, loci ingenio, fluminumque interjectu tutiſſima, in Dalmatiam profugit: ſed qui dolo ad id tempus egit omnia, dolo ad extremum Liudemisli Dalmatæ periit. (A) Cæſareæ interim copiæ, perpetrato utcunque bello, e Pannonia incolumes rediere, ſi partem de- 823
mas eam exercitus, quæ in Dravi fluminis trajectu, & aquæ & cœli inſalubris gravitate, morbis conflictari cœpit, & alvi profluvio magnam ſuorum partem amiſit. (B) Pacatis Sclavorum in Pannonia rebus, ad provincialium lites componendas verſa ſunt Cæſaris ſtudia. In Auſtria Reginheri Paſſavienſis Epiſcopi cauſa ad Ludovicum delata, aure tam benevola accepta eſt, ut literis Francofordiæ ad IV. Kal. Julii datis, non modo reſtitui injuſte ablata a Marchionibus juberet; ſed fines etiam limitesque, quos inter partium jura conſiſterent, populi judicio, ex legis forma, Patrisque Caroli voluntate deſcriberet. Terminorum tamen hodie tam obſcura eſt notio, ut quid utram in partem ſit traditum, intelligi ſatis vix poſſit. (C)

Dum

„ ſtelli, quod in arduo monte con-
„ ſtruxerat, ſe ſuosque continuit - -
„ Exercitus vero, poſtquam in unum
„ convenerunt, totam pene regionem
„ ferro & igne vaſtantes, haud ullo
„ gravi damno accepto, domum re-
„ verſi ſunt. - - Quibus demum re-
„ verſis, *Carniolenſes*, qui circa *Savum*
„ fluvium habitant, & Forojulienſi-
„ bus pene contigui ſunt, *Balderichо* ſe
„ dediderunt. Idem & pars *Caranta-*
„ *norum*, quæ ad *Liudemiti* partes a no-
„ bis defecerat, facere curavit. „

(A) Annal. Fuld. A. 823. „ *Liu-*
„ *dewicus* - - relicta *Siſcia* civitate - - -
„ cum in Dalmatas ad *Emubſlum* (Ber-
„ tin. *Liudembuslum* appellant) avun-
„ culum *Bornæ* ducis perveniſſet, do-
„ lo ipſius interfectus eſt. „

(B) Annal. Fuld. A. 820. „ Is ta-
„ men (exercitus) qui per *Pannoniam*
„ *ſuperiorem* iter fecerat, in tranſitu
„ *Dravi* fluminis, ex locorum & aqua-
„ rum inſalubritate, ſoluti ventris
„ incommodo graviter affectus eſt,
„ & pars ejus non modica hoc mor-
„ bo conſumpta eſt. „

(C) Diplom. Ludov. Pii: datum Reginhero Paſſav. Epiſcopo A. 823. IV. Kal. Julii Francofurt. „ Sed poſt-
„ quam Dominus Genitor noſter piæ
„ memoriæ *Carolus* Imperator defun-
„ ctus eſt, *Marchiones* ejusdem provin-
„ ciæ eadem loca jure quodam alie-
„ nare, & eorum poteſtati ſubdere
„ conati ſunt. Cum autem *Reginbe-*
„ *rus* Epiſcopus effectus eſt, devitans
„ diſcordiam, & litem, *Godefridum*
„ Marchionem, & Judices illius Pro-
„ vinciæ in præſentiam noſtram fecit
„ venire. Nos vero juxta legem, &
„ judicio totius populi, juxta tradi-
„ tionem prædicti Imperatoris loca
„ ſuperius nominata ita diſtinximus
„ &c. Proinde ergo Imperiali noſtra
„ authoritate jubemus, ac diſtinguimus *marcham*, ita ut a *Lytoha* juxta
„ fontem, qui vocatur *Schömbrunno*,
„ cum omni integritate, ſicut *Theo-*
„ *doricus* habuit in ſua poteſtate, &
„ *Zeiſenmurus* cum tali *marcha*, ut Genitor noſter *Carolus* decrevit, hoc
„ eſt, ab illo caſtello in orientali pla-
„ ga, quæ & *Godefridus*, & *Theodoricus*
„ ſibi vendicaverunt: uſque ad pen-
„ dentem lapidem in ora montis *Co-*
„ *magani*, & in Auſtrali ad *Kunigobeſten*
„ (*Kunigoſteten*) in occidentali autem
„ uſque ad acervos, ſitos inter *Tulla-*
„ *nam*, & ipſum caſtellum; & ultra
„ ad *Danubium* ad *Drebenſee*, & inde
„ ad *Mochynles*, & uſque *Czymburch* &c.
„ Datum Anno DCCCXXIII. Indi-
„ ctione prima IV. Kal. Jul. Fran-
„ cofurt. Regnante Ludovico annos
„ decem. „ Ita mutilum extat apud Laz. l. 7. de Migrat. & l. 12. Comment. Reip. Rom. Sect. 3. c. 7.

A. C. Dum Reginherus de prædiorum ac poſſeſſionum jure cum Godefrido Marchione litigat, Urolfus, Paſſavienſis quondam Eccleſiæ electus Epiſcopus, majora animo aggreſſus, Romam proficiſcitur, & Laureacenſis Archiepiſcopatus inſignia ab Eugenio II. Pontifice Maximo ſibi vindicat. Nihil non impetrarunt viri inſignis merita, qui ampliando Chriſti regno cetera omnia ſapienter poſthabebat: nec nihil momenti attulere Epiſcoporum, Ducum, & Optimatum per Moraviam, ac Pannoniam literæ, qui in decus tam ſancti & vigilantis Antiſtitis mira conſenſione conſpirabant. (A) Extant ea de re Pontificiæ Eugenii II. literæ Rathfredo Favianenſi, Methodio Speculunenſi, Alewino Nitravienſi, Annoni Vetvarienſi Epiſcopis; nec non Moimaro, ac Tutundo Moraviæ, ac Hunniæ ducibus inſcriptæ, quarum ſumma hæc erat: ut quoniam earum gentium Eccleſia, opitulante DEO, magnis incrementis quotidie augeretur, neque Urolfi, ſanctæ Laureacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, cujus opera Chriſto adjunctæ ſint, ardor ac ſtudium amplificandæ Religionis ullis ſe laboribus frangi patiatur; hunc tam pium, tam ſalutarem ſuis rebus Antiſtitem, omni cultu, ac obſervantia proſequantur: eam in rem ſe pro ingentibus viri meritis, Urolfo præter Archiepiſcopi inſigne, Pallium, Vicarii etiam Apoſtolici partes per Moraviam, ac Pannoniam conferre: darent igitur operam, ut quæ ad veterem Laureacenſem Eccleſiam pertinebant Epiſcoporum ſedes tres reliquæ, aut inſtaurentur iterum, aut alias in urbes, in quas Urolfo viſum eſſet, transferantur. (B)

824 *Laureacenſis Archiepiſcopatus inſtauratur ab Urolpho.*

(A) Ex literis Eugenii II. PP. infra adducendis. „ Propter veſtras autem „ petitiones, ſuper hac re flagitantibus &c. „

(B) Literæ Eugenii II. PP. apud Hund. Metr. T. 1. pag. 230. quarum hoc eſt initium: „ *Eugenius* Epiſcopus, „ ſervus ſervorum DEI. *Rathfredo* „ ſanctæ *Favianenſis* Eccleſiæ, & *Methodio* ſanctæ *Speculi-Julienſis*, quæ & „ *Soriguturenſis* nuncupatur, atque *Alewino* ſanctæ *Nitravienſis* Eccleſiæ, „ parique modo *Annoni* ſanctæ *Vetvarenſis* Eccleſiæ Epiſcopis. Simul „ etiam *Tuttando*, nec non *Moymaro* „ Ducibus, & Optimatibus, exercitibusque plebis *Hunniæ*, quæ & *Avaria* dicitur, & *Moraviæ*. Deſiderio „ ſalutis animarum veſtrarum &c. „ ſubjungit deinde: „ Optabilis rumoris index fuit Reverendiſſimus *Urolphus*, ſanctæ *Laureacenſis* Eccleſiæ *Archiepiſcopus*. - - Is itaque ad Apoſtolorum limina orationis cauſa veniens, novam Eccleſiam, noſtris Apoſtolicis benedictionibus informandam, ſubnixe commendavit, quam Domino auxiliante Catholice gubernandam in veſtris partibus ſuſcepit. In quibus etiam quondam, Romanorum quoque, Gepidarumque ætate, ut e lectione certum eſt, in *ſeptem* Epiſcoporum *Parochias* Anteceſſores ſui, jure Metropolitano, obtinuerant Diœceſim. - - Quem nos doctiſſimum Divini Oraculi Miniſtrum - - Rectorem transmiſimus, atque in præfatis regionibus *Hunnia*, quæ & *Avaria* appellatur, ſed & *Moravia*, provinciarum quoque *Pannonia*, ſive *Meſia*, Apoſtolicam vicem noſtram, & Diœceſim, atque jus Eccleſiaſticum exercendi, & uſum, ac poteſtatem Anteceſſorum

Quod ex literis his Pontificiis ad Auſtriæ notitiam pertinet, A. C.
eſt Rathfredi Favianenſis & Annonis Vetvarenſis Epiſcoporum mentio, quæ ſedes ambæ, cum ex mente plerorumque Viennæ, ac Altenburgi (A) eſſent; argumento ſunt, Vindobonam, ſeu quæ vox tribus abhinc ſeculis in uſu eſſe cœpit, Favianam non ita deſiiſſe, ut ejus urbis plusquam rudera, ac parietinæ non ad nonum, aut duodecimum fortaſſe a Chriſto nato ſeculum perdurarent. Patet præterea Laureacenſem in Auſtria Eccleſiam, ſuppreſſam magis temporum injuria, ad eam diem fuiſſe, quam penitus extinctam.

Geroldus Pannonici limitis Præfectus.

Forte per id tempus Ludovicus, Pii filius, in Bojariam venit, & deſtinati ſibi dudum Regni poſſeſſionem cepit, (B) Pannoniæ interim Geroldo Comite ad limitis cuſtodiam præfecto, (C) Viro magnarum laudum, & rebus geſtis tum Romæ, tum in aula Caroli M. ac Ludovici Imperatorum ſpectato. (D) Initiis pacatis ſtatim ſe turbæ miſcuerunt. Ortomagus, Bulgarorum Rex, miſſis ſemel iterumque ad Cæſarem legatis, limites, qui Panno- 826

„ rum ſuorum, videlicet ſanctæ *Laureacenſis* Eccleſiæ Archiepiſcoporum, „ ſibi, ſucceſſoribusque ſuis Canonica „ authoritate committimus, atque „ hujus conſtitutionis noſtræ decretum ſubſcriptionis privilegio roboramus. Pallium præterea, *juxta conſuetudinem antiquam*, ſanctitati ſuæ „ dedimus, quod ita ſibi conceſſimus, „ ſicut Prædeceſſores noſtri ſuis prædeceſſoribus conceſſere, Privilegiorum ſuorum ſcilicet integritate ſervata. Cujus dilectioni, quamvis „ hoc debito permitteremus, propter „ veſtras autem petitiones ſuper hac „ re flagitantibus ad honorem ſuum „ *noſtram Apoſtolicam vicem, & authoritatem* inſuper accumulavimus, „ quod nunquam ſuis permiſſum eſt „ Prioribus. - - Studeat ſolertia veſtra, pro mercede, & remiſſione „ peccatorum veſtrorum, adminiculum atque juvamen præbere Reverendiſſimo *Trolpho* Archiepiſcopo, „ quatenus dudum illic conſtitutorum Epiſcoporum numerus impleatur. - - Maxime in iis locis, ſi opportunitas & utilitas commendaverit, ordinentur Antiſtites, ubi „ indicia Eccleſiarum, & ædificiorum „ ſedes Pontificales olim fuiſſe demonſtrant: ſin autem; illius arbitrio „ & deliberationi, qui, vel ubi diſponantur Epiſcopi, concedimus, cui „ vicem noſtram apud vos Eccleſiaſtici regiminis per omnia commiſi- „ mus. „

(A) Szentivani in Catalog. SS. Hungariæ ad 14. Januar. Hanſiz. Germ. Sac. T. 1. p. 148. & congruit nomen ex Latina & Hunnica lingua compoſitum *Vet-Var.* quaſi *Vetus burgum:* Ungaris *Ovar*, Germanis *Altenburg* hodiedum dictum.

(B) Documenta Friſing. apud Meichelb. T. 1. P. alt. Inſtr. N. 493. 495. ubi ad Annum Indict. IV. qui eſt Chriſti 826. adjungitur: „ Anno primo, quo filius ejus *Ludowicus* in Ba- „ waria venit. „

(C) Auth. de converſ. Bajoar. & Carantan. „ Tunc primus ab Imperatore conſtitutus eſt confinii Comes Goteramus - - quintus *Geroldus*. „ Annal. Franc. Reuber. item Bertiniani A. 826. „ *Baldricus* „ vero, & *Geroldus* Comites, ac *Pannonici limitis præfecti* in eodem conventu affuerunt. „

(D) Annal. Franc. Reuber. & Bertiniani, ad A. 815. „ Is (*Bernhartus* „ Rex Italiæ) cum Romam veniſſet, „ ægritudine decubuit. Res tamen, „ quas compererat, per *Geroldum* Comitem, qui ad hoc ei legatus fuerat datus, Imperatori nunciavit. „ Idem *Gerboldus* inter Teſtes ultimæ voluntatis Caroli M. duodecimo loco ponitur, apud Eginhardum in Vita Caroli M.

A. C. Pannonios a Bulgaris dirimerent, ex utriusque regni conſenſu finiendos poſtulabat. Suſpectam eam Legationem Abodriti, Daciæ Ripenſis accolæ reddidere, qui infeſtari ſuos fines a Bulgaris querebantur: accepti tamen, dimiſſique cum honore oratores ſunt; ad rei ſummam nihil in præſenti reſponſum: additus etiam per ſpeciem honoris Maghelmus comes, qui vires gentis, ac conſilia, tanquam aliud agendo exploraret. (A) Offenſus ea re Ortomagus, legatum iterum mittit, qui aut fines ex æquo dirimendos obtineret; aut ſiquid hoſtile incideret, Bulgaros a culpa abſolveret: ſed cum ne tum quidem certi reſponſi quid- *Bellum cum Ortomago, Bulgarorum Rege.*

827 quam referretur, contemptum arbitratus barbarus, collectis raptim copiis arma expedit, transmiſſoque Dravo flumine, in Pannoniam, Sclavosque Ludovico ſubjectos irruit: quorum cum regionem omnem ferro flammaque miſerrime deformaſſet, præſides iis locis ſua ex gente impoſuit. (B) Ea Calamitas Balderico, Carentaniæ præfecto, vitio data: nam cum ea in limitis præfectura, tanquam in ſpecula, collocatum ſe ſciret; adeo tamen graviſſimo huic muneri indormire viſus eſt, ut non modo ipſe ſecurus ageret, ſed pari poſtea ſecuritatis fiducia & Cæſarem ipſum, & collectos Ingelheimenſibus in comitiis Imperii proceres im-

828 pleret. (C) Motus idcirco dignitate (A. DCCCXXVIII.) Baldericus, quæ in quatuor poſtea Comites diviſa eſt. (D) Sunt, qui Geroldum quoque, Auſtriæ Marchionem, culpæ pœnæque ſocium Balderico adjungant: ſed quod idem anno adhuc ſequenti, in magna apud Ludovicum Cæſarem eſſet gratia, eodem condemnare crimine utrumque vix auſim.

(A) Annal. Bertin. ad A. 824. A. 825. A. 826. item Reuberiani ibid.

(B) Anonym. in Vita Ludov. Pii. „ Regredientibus Bulgariorum miſſis, „ literasque Imperatoris deferentibus, rex eorum minus grate, quæ „ ſcripta ſunt, tulit, eo quod petita „ non impetravit. Cum quadam ergo „ ſtomachatione eundem nuncium „ remittens mandavit, ut aut communis finium terminus ſtatueretur, „ aut quacunque poterat virtute, tueretur limites ſuorum finium.„ Addunt Fuld. A. 826. „ Quem Imperator ſuſceptum, & auditum, ſine literis remeare fecit.„ Sed A. 827. ut Fuld. & Bertiniani Annal. memorant. „ *Bulgarii Sclavos* in *Pannonia* ſedentes, „ miſſo per *Dravum* navali exercitu, ferro & igni vaſtaverunt: & „ expulſis eorum ducibus, Bulgaros „ ſuper eos Rectores conſtituerunt. „

(C) Annal. Franc. Reuber. A. 826. „ Affuerunt & in eodem conventu „ (*Ingelheimii*) *Balderichus*, & *Gerboldus* „ Comites, ac *Pannonici limitis præfecti*, & adhuc de motu Bulgarorum „ adverſum nos nihil ſe ſentire poſſe „ teſtati ſunt. „

(D) Annal. Bertiniani A. 828. „ *Baldricus* Dux Forojulienſis, cum propter ejus ignaviam Bulgarorum exercitus terminos *Pannoniæ Superioris* „ impune vaſtaſſet, honoribus, quos „ habebat, privatus, & *Marca*, quam „ ſolus tenebat, inter quatuor Comites diviſa eſt. „ Ita & Annal. Reuber. & Biograph. Ludov. Pii.

ſim. (A) Eundem enim fuiſſe Geroldum comitem, qui A. C.
dudum a Carolo M. agri partem bene magnam ad Bielaham Altahenſibus; (B) & Cremifanenſibus poſtea ad Draiſmam a Ludovico & Lothario Auguſtis impetravit, (C) dubitare vix licet. Mirum videri poſſit, tantas per id tempus a piis Regibus, Auguſtisque largitiones in ſacri ordinis homines eſſe factas: nam & Mannſeenſes, Auſtriæ ſuperioris Cœnobitæ, magnam ſylvæ, lacusque Aberni partem; (D) & Altahenſes ejusdem inſtituti in Bavaria ſodales, amplum in Wachovia terræ tractum, ad Aquilonarem in Auſtria inferiore Danubii ripam, Ludovici liberalitate

Ludovici Pii liberalitas in Cœnobia ex fundis Auſtriæ.

(A) Laz. lib. 7. de Migrat. Gent. ſed de Geroldi exauthoratione tacent Annal. Bertin. Reuber. & Biographus Ludov. Pii: qui tamen Balderici caſum non diſſimulant.

(B) Diplom. Caroli M. datum Altahenſ. A. 812. quod extat apud Hundium Metrop. T. II. pag. 7. „ Nos „ in eleemoſyna noſtra ad deprecationem *Geroldi* Comitis, fidelis noſtri, concedimus, atque confirmamus ad Monaſterium *S. Mauritii*, „ quod eſt ſitum in ducatu *Bajoariorum*, in loco nuncupante *Altaha* - - „ locum quendam in *Avaria*, ubi „ *Biolaha* fluvius *Danubium* ingreditur. - - - Actum Aquisgrani palatio regio, in DEI nomine feliciter. „

(C) Diploma Ludovici Pii, & Lotharii Augg. XI. Kal. April. Anno XV. Imperii Domini Ludovici, & Lotharii VI. Ind. XI. Aquisgrani datum Cremifanenſibus. „ Ad deprecationem dilecti filii noſtri *Ludovici* Regis *Wajoariorum*, & *Geroldi* „ Comitis, conceſſimus cuidam Monaſterio noſtro, cujus vocabulum „ eſt *Cbremiſa* - - territorium, quod „ eſt in pago *Grunzwiti*, juxta montem *Sumerberch* - - quod territorium ita terminatur. Incipit enim „ ex plaga Orientali a *Sumerberch*, ſicut miſſi *Geroldi* Comitis deſignaverunt, uſque in *Draiſma* ad locum, „ qui vocatur *Hoboga*, *Plattchin*, & inde ſurſum uſque ad territorium „ Epiſcopatus Patavienſis Eccleſiæ, & „ exinde ad plagam Auſtralem uſque „ in *Heribrunnum*. Deinde ex parte „ occidentali uſque ad eum locum, „ ubi *Flinsbach* exit de ſylva; a parte „ Aquilonis, ſicut ipſa ſylva pergit, „ uſque ad jam dictum montem, qui „ vocatur *Sumerperch* &c. „ Ita Annal. Cremifanenſ. apud Rettenpacherum l. 1. p. 30. Annus Indict. VI. & Ludovici Imperat. XV. pertinent ad Annum Chriſti 828. Annus vero VI. Lotharii incipit ab A. 823. quo ut habent. Fuld. ad A. 823. „ *Hlodharius* Juvenis, rogante Paſchale Papa, Romam veniens, ab eodem coronatur, & a populo Romano Imperator Auguſtus appellatur. „

(D) Anomodus l. 1. Traditionum Sanct-Emmerammenſium Cap. VII. ex Bern. Pezii T. 1. Anecdot. „ *Lantpertus* Abbas Hludovicum Regem „ poſtulavit, intercedentibus *Ernoſto* „ & *Adalperto*, ut ad Monaſterium ſancti Michaelis, quod eſt conſtitutum „ ad *Manninſeo*, in eleemoſynam ſuam „ perdonaret quendam lacum nomine *Aparineſſeo*, cum omni foreſte circumjacente ad utilitatem ſervorum „ DEI, qui in eodem Monaſterio Domino ſervire ſtudent. Ipſe vero „ Rex ob mercedem animæ fecit ita, „ & donavit ad S. Michaelem ſupradictum lacum, & foreſtem. „ Addit deinde donationis limites hoc modo. „ In Occidente a rivo nominato *Zinchinpach*, ubi ipſe in *Aparineſſeo* „ decurrit, & ab oriente ab eo loco „ ubi *Tinnilipach* in eundem lacum „ fluit, uſque ad eum locum, ubi *Iſcula* in *Trunam* cadit, ut absque ullius contradictione illuc conſtaret, „ & ex alia parte terminum haberet „ uſque ad *Vuizinpach*, ubi & ipſe in „ *Atarſeo* vadit, & ad alium *Vuizinpach*, uſque dum ipſe in *Trunam* decurrit ita videlicet, ut nemo alienus in hoc lacu piſcari auderet, neque in ſupradictis locis venationem „ exercere. - - Hæc donatio facta „ eſt ad Rantesdorf Anno Domini „ DCCCXXVIIII. „

A. C. tate acceperunt. (A) Sed enim Caroli M. exemplum in oculis erat, collocatum optime rati, quod ex erepta nuper barbaris regione, ad dicatas DEO familias transferretur. Tanti Principis authoritas, eo etiam valuiſſe videtur, ut Salisburgenſis Eccleſiæ limites, ab Urolpho Laureacenſi imminuti, ad veterem fere modum, quo a Pippino primum Rege, poſtea a Carolo Imperatore ipſo conſtituti ſunt, revocarentur. Transacta Ratisbonæ res eſt ad XIV. Kal. 829 Decembres A. DCCCXXIX. regiaque Ludovici voluntate, Paſſavienſium jura a Salisburgenſibus ſic diſcreta ſunt, ut regio, quæ ultra Comagenos montes in Pannoniam excurrit, uſque ad Spirazam amnem, qui cum altero ejus nominis rivo, & Arrabone confluit, occidentem, ac ſeptentrionem verſus, Paſſavienſi Antiſtiti pareret; reliqua, ad Auſtrum, Orientemque ſpectantia, ad Salisburgenſis Archiepiſcopi ſacram procurationem pertinerent. (B)

Salisburg. & Laureac. Diœceſeon limites.

(A) Diplom. Ludovici Regis Bajoar. datum Altahenſ. Ratisbonæ Anno Imperii Ludov. Pii XVII. Indict. IX. Circ. A. 830. apud Hund. Metrop. T. II. p. 9. „ Vir venerabilis *Cozbaldus* ſacri palatii noſtri ſummus „ Capellanus, & Abbas Monaſterii, „ quod dicitur *Altaha* - - adiens excellentiam noſtram innotuit clementiæ noſtræ, qualiter, poſtquam „ terra *Avarorum* ex parte ab avo noſtro, Domino *Carolo* Imperatore, „ capta fuiſſet, ipſius permiſſu, atque „ conſenſu, quædam res in ipſa *Marcha*, ad jus regium pertinentes eidem Monaſterio collatæ fuiſſent, „ quas etiam uſque nunc prædictum „ poſſedit Monaſterium. Sed quia „ auctoritas traditionis exinde minime apparebat, deprecatus eſt idem „ *Gotsbaldus* Abbas, ut noſtræ auctoritatis largitionem atque confirmationem eidem daremus Monaſterio „ - - cujus deprecationem - - libenter annuimus, & ipſas res perpetuo „ poſſidendas, ſolemni datione eidem „ conceſſimus Monaſterio, id eſt locum, qui nuncupatur *Wachavua*, „ qui terminatur a fonte rivuli, qui „ vocatur *Myſtrica*, uſque ad eum locum, ubi ipſe Danubium influit, ac „ deinde tendit ſurſum in ripam Danubii uſque in *Bochbach*, & ultra *Bochbach* manſum unum, & inde juxta „ *Bochbach* ſurſum uſque in verticem „ montis, qui nuncupatur *Abornica*, „ nec non & alium locum nuncupatum *Accusbach* juxta ripam Danubii, „ cujus menſura eſt in longitudine „ milliarium unum, & in latitudine „ ſimiliter, nec non & campum unum, „ qui continet manſum unum, quem „ interjacet cauſa Friſingenſis Eccleſiæ &c.

(B) Fragm. lit. Ludovici Regis Bajoar. Dat. Ratisbonæ A. 829. Indict. VIII. XIIII. Kal. Decemb. apud Hanſiz. T. I. pag. 155. „ Regio, quæ „ ultra *Comagenos* montes eſt, inter „ eos divideretur, ſic ut Aquilonem, „ Occidentalemque oram, qua *Spiraza* amnis exoritur, & cum altera „ *Spiraza* & *Arabone* confluit, Patavienſis haberet; reliqua Orientem, „ Auſtrumque ſpectantia procurarentur ab Salisburgenſi. Actum Reganesburch anno Chriſto propitio „ DCCCXXIX. Anno XVII. Hludovico Imperatore, filio ejus Hludovico regnante in Bojaria anno „ V. XIIII. Kal. Decemb. Luna XVI. „ Indict. VIII. „ Quo porro loco *Spiraza* fuerit, colligi poteſt ex Documento Alberti I. Habſpurgici, Auſtriæ Ducis, tempore confecto, de limitibus Dominii *Alpangenſis* in Auſtriæ finibus verſus *Hungariam* & *Styriam*: quod extat in Tabulario Excell. & Ill. Comitis J.G. de Wurmbrand Conſilii Imper. Aulici Viennæ Præſidis: ubi ſic dicitur. „ Der Tauchen nach unz „ das er in die *Finka* rint, an das Un-

„ geriſch

Inter has Antiſtitum concertationes Pannonici limi- A. C.
tis cuſtodia ad Rathbodum eſt translata, (A) Geroldo in
Rathbodus Austriæ Præfectus, seu Marchio. Bojariam reverſo, ubi ad quinquageſimum ſecundum ſeculi hujus annum ſuperfuiſſe videtur. (B) Novam Marchionis Auſtriaci Præfecturam Priwinæ calamitas inſignem fecit. Moravorum trans Marcham fluvium regulus erat, Chriſtianæ rei peramicus, ſedemque Nitriæ, quæ hodie Hungariæ ſuperioris urbs eſt, habebat. (C) Is orto inter gentiles ſuos diſſidio, a Moymaro, Moravorum duce, in exi-
Priwina, Moravorum regulus, in Auſtriam profugus. lium actus, ad Rathbodum, Pannonici limitis præfectum, confugit. Receptus ab eo, ut par erat, perhumaniter, & ad Regem Ludovicum transmiſſus: ſed quod ad ſacra Chriſtiana jam dudum aſpiraſſet, arcanaque religionis brevi tempore didiciſſet, Treiſmæ, Salisburgenſis juris oppido, ſacro fonte reſperſus in æde S. Martini eſt. (D) Rathbodus, qui ejus opera adverſum barbaros uſurum ſe ſperabat, Priwinam aliquamdiu honeſto apud ſe loco habuit. Sed ubi privatæ vitæ tædium, aut Boicæ gentis conſuetudo, Sclavo principi parum jucunda, altius animum ſubiit, arrepto temere novo conſilio, cum filio Chozilone, ſuisque omnibus in Wlgariam primum; tum ad Ratimarum ducem, Dravi accolam, ſe contulit, hoc eſt, a fumo, ut ajunt, in mediam flammam ſe conjecit. Decretum jam in Ratimarum bellum erat, Bulgarorum forte clientem, quod a Rathbodo, Ludovici Regis juſſu ita geſtum eſt, ut impar jam tantis viribus Ratimarus, cum paucis, quos ferrum reliquerat, in fugam ſe daret. Incertus ſuarum rerum Priwina, capto ex neceſſitate conſilio, ad Salachonem comitem

„ geriſch rechts gemerckh, der ge-
„ merckh nach hin-umb unz in die
„ *Spraza*, der *Sprazen* nach auf, unz
„ an den Ungeriſchen furt an das
„ *Sprazeck*. „ Teſtaturque idem Excellent. & Illuſt. Comes, nomen *Spraza* fluvioli, & *Sprazecka* adhuc in uſu eſſe accolis, eſſeque haud procul *Stickelberga* caſtro ſuo.

(A) Anonym. de Converſ. Bajoar. & Carant. „ His ita peractis *Radwodus* „ ſuſcepit defenſionem termini. „

(B) Anomod. L. 1. Tradit. Sanct-Emmeramm. cap. 69. „ Hoc fuit „ factum coram *Wilhelmo* miſſo Comitis *Geroldi* in ipſa *Marca* noſtra. „ Item apud eundem c. 39. „ Iſti ſunt teſtes per aures tracti: *Kerolt* Comes, *Kerolt* filius ejus &c. „ Actum ad Rota in Eccleſia anno Dominicæ Incarnationis DCCCLII. „

(C) Anonym. de Converſ. Carant. „ Cui (*Priwinæ*) quondam „ *Adelrammus* Archiepiſcopus ultra „ *Danubium* in ſua proprietate, loco vocato, *Nitrava*, conſecravit „ Eccleſiam. „

(D) Idem Ibid. „ *Radwodus* ſuſcepit „ defenſionem termini, ad quem *Priwina*, quidam exul, a *Moymaro* Duce „ Moravorum ſupra Danubium pulſus venit, ab eo ſtatim præſentatus „ eſt Domino Regi *Ludwico*, & ſuo „ juſſu fide inſtructus, baptizatus eſt „ in Eccleſia S. Martini loco *Treiſma* „ vocato, curte videlicet pertinente „ ad ſedem *Juvavenſem*. „

A. C. tem trans Savum ſe recepit. (A) Proſpere id conſilium cecidit: ejus enim opera reconciliata inter Rathbodum, ac Priwinam priſtina eſt gratia; cumque & fide, & integritate morum probaretur omnibus, agrum Pannoniæ ſat amplum, (B) quem Sana fluvius præterlabitur, a Rege impetravit: ubi & opibus, & Principum gratia non parum auctus, arcem opere validam, cum oppido condidit, Priwinæ, & Mosburgi nomine ad poſteros venturam. (C) Rathbodus, rebus ſuperiore bello feliciter confectis, in Auſtriam ſe retulit.

Ludovici Germanici pia liberalitas ex fundis Auſtriæ.

Multa per id tempus, Ludovici Regis munificentia, in ſacros Antiſtites ex fundis Auſtriæ ſunt collata. Baturico is Ratisbonenſi Mannſeenſe inprimis Cœnobium in 831 perpetuum tranſcripſit: (D) adjecit paulo poſt Harlungeburgenſe ad Erlaffam caſtrum, cum amplis ſylvarum, paſcuorum, ac piſcatus proventibus: (E) demum & Re-

(A) Idem ibid. „Interim exorta eſt „ inter illos antiqua diſſenſio, quam „ *Priwina* timens, fugam iniit in re„ gionem *Wigariam* cum ſuis, & *Cho„ zil* filius ejus cum eo: & non mul„ to poſt de *Wigariis Ratimari* Ducis „ adiit regionem. Illoque tempore „ *Ludwicus* Rex miſit *Ratbodum* cum „ exercitu multo ad exterminandum „ *Ratimarum* Ducem: qui diffiſus ſe „ defendi poſſe, in fugam converſus „ eſt cum ſuis, qui cædem evaſerunt. „ Et prædictus *Priwininus* ſubſtitit, & „ cum ſuis pertranſivit fluvium *Sau„ wa*, ibique ſuſceptus a *Salachone* Co„ mite, pacificatus eſt cum *Ratbodo*. „

(B) Idem ibid. „ Aliqua vero ite„ rum occaſione percepta, rogantibus prædicti Regis fidelibus, præ„ ſtitit Rex *Priwinæ* aliquam *inferioris* „ *Pannoniæ* in beneficium partem circa fluvium, qui dicitur *Sana*. „

(C) Anonym. de Converſ. Bajoar. & Carant. „ Tunc cœpit ibi habitare „ & munimen ædificare in quodam „ nemore, & palu *Sellede* fluminis, & „ circumquaque populos congrega„ re, ac multum ampliari in terra il„ la. „ *Mosburgum* a palude dictum & in Cileenſi tractu fuiſſe Hanſizius veriſimiliter affirmat, ob *Sanam*, fluvium propinquum.

(D) Diplom. Ludovici Regis Datum Baturico Ratisbon. Epiſcopo Ratisbonæ XVII. Kal. Mart. A. 831. Ind. XI. regni ſui VII. „ Dedimus, „ atque tradidimus præfatum Mona„ ſterium *Maninſeo*, ad S. Petrum, „ Principem Chriſti Apoſtolum, & „ ad S. Emeramum Martyrem Chri„ ſti, & - - decernimus, atque ju„ bemus, ut ab hodierna die & dein„ ceps memoratus Epiſcopus - - & „ omnes Succeſſores ejusdem - - fir„ miter habeant, & ſecure poſſi„ deant. „ Ita Codex Diplom. Ratisbon. apud Bern. Pez. T. 1. anecdot. Col. 14.

(E) Dipl. alterum Ludovici Regis Bajoar. datum Baturico Ratisb. Nonis Octob. anno, locoque eodem apud Bern. Pez. T. 1. Anecdot. col. 15. ex Cod. Dipl. Ratisbonenſi. „ Quasdam res proprietatis noſtræ, quæ „ ſunt in provincia Avarorum, ubi „ locum, ubi antiquitus caſtrum fuit, „ qui dicitur *Harlungeburch* cum reliquis adjacentiis in circuitu, quarum terminia ſunt ab eo loco, ubi „ *Erlaffa* in Danubium cadit, ſurſum „ per ripam ejusdem fluminis uſque „ ad locum, qui dicitur *Erdgaſtegi*, & „ ab eodem flumine in orientali parte uſque ad medium montem, qui „ apud Winades *Colmezza* vocatur, „ ubi in duabus arboribus evidentia „ ſigna monſtrantur, & ab eo loco a „ parte Aquilonis, uſque in *Danubium* „ & ad meridiem, & occidentem per „ verticem montis ſicut evidentia arborum ſigna demonſtrant, uſque „ ad ſupradictum locum *Erdgaſtegi*. „ Has itaque res cum Sclavis ibidem „ commanentibus, cum domibus &c. „ - - prædictæ Eccleſiæ perpetuo ad „ habendum conceſſimus. „

ginhero Paſſavienſi Epiſcopo, agrum non modicum, cum templo; vineis, paſcuis, ſylvis, rivisque in provincia Avarum attribuit. (A. DCCCXXXVI.) Kirchbacho nomen loco, agri modus centum & amplius jugerum, Cynnenbergam inter, & Marcham Theoterii. Donationi tamen adjecta conditio, ut non ante Annocoris Epiſcopi, & Annonis, quem ex fratre nepotem Annocor habebat, mortem Paſſavienſium juribus accederet. (A) Annocorem Rathfredo, Favianenſi Epiſcopo, ſuffectum quidam exiſtimant, quo fundamento, haud ſcio: ſi nominis ratio attendenda, in eam potius inclinaret animus ſententiam Annocorem, ab Annone Vetvarenſi; cui Eugenii II. literæ inter alios ſunt inſcriptæ, haud diſtinguendum. Illud interim non abnuerim; Rathfredi, & Annonis morte Favianenſem una, ac Vetvarenſem Epiſcoporum ſedes eſſe ſublatas, totamque eam provinciam ad Paſſavienſem rurſus Antiſtitem revocatam. A. C.

Ludovici Pii filiorum impium in Patrem bellum.

Pie ante hoc tempus, religioſeque multa a Ludovico Rege acta: ſed Caroli fratrum natu minimi, apud Ludovicum Patrem gratia, Judithæ novercæ odium, Pippini denique ac Lotharii fratrum violenta conſilia regem adhuc juvenem in Ludovicum Patrem armarunt. (B) Quæ in eum impie, nefarieque a filiis acta, pudet referre, nec hujus loci ſunt. Deportata in exilium Juditha conjux Auguſta, erepta Patri Majeſtatis inſignia, ipſe Cœnobii Sueſſionenſis parietibus incluſus: omnia ſic geſta a conſceleratis filiis in parentem optimum, ut ne ab hoſte quidem graviora paſ- 833

ſurus

(A) Diplom. Ludov. R. Germ. Datum Reginario Patav. Epiſcopo A. 836. apud Hund. Metrop. T. 1. pag. 231. „ Conceſſimus Eccleſiæ „ Patavienſi - - quasdam res pro- „ prietatis noſtræ, quæ ſunt in pro- „ vincia *Avarorum* in loco, qui dici- „ tur *Kirchbach*, id eſt, Eccleſiam unam „ conſtructam cum territorio ad man- „ ſos centum faciendum, & plus, „ quarum terminia ſunt, ab ipſo lo- „ co pergens per unam ſemitam uſque „ ad locum, qui dicitur *Tumus*, & in- „ de per circuitum uſque ad prædi- „ ctum *Kirchpach*, & deinde uſque ad „ *Marcham Theoterii*, & inde uſque ſur- „ ſum *Cynnenberg*. Has itaque res „ -- quemadmodum *Rathodus* Comes „ *Annonicor* Epiſcopo - - conſigna- „ vit, ita prædictæ Eccleſiæ - - libe- „ ralitatis noſtræ munere conferi- „ mus, ita videlicet, ut - - dum „ *Annocor* Epiſcopus, atque *Anno* Ne- „ pos ejus advixerint, ipſas res tene- „ re & uſare faciant, & nullus eis „ ipſas abſtrahere præſumat, & poſt „ illorum diſceſſum cum integritate „ ad eandem Eccleſiam revertantur. „ - - Dat. XIV. Maji. Anno - - III. „ Regni Domini Ludovici Regis in „ Orientali Francia. Indict. XIV. le- „ ctum *Oſtrenbova*, palatio Regio in „ DEI nomine feliciter, Amen. „

(B) Nithard. Angilbert. de diſſenſ. filiorum Ludov. Pii l. 1. Theganus de geſtis Ludovici Imper. Auth. Anon. Vitæ Lud. Pii. Annal. Reuber. Fuld. Bertin. &c.

A. C. ſurus videretur. (A) Sero quidem, reſpexit ſe tamen Ludovicus filius, fratremque Pippinum a Lotharii ſocietate abſtraxit. Utrique apud ſenem mitiſſimum facilis ad gratiam reditus fuit: nec Lothario his deſtituto audacia ſuperat, ſuo unius nomine ſcelerata arma in Patrem ſtringendi. (B) Reſtitutus itaque in integrum Auguſtus ſenex, Ju-
834 ditha ex Italia revocata; nec multo poſt Lotharius delicti venia donatus. (C) Sed enim raro, ut vetus verbum eſt, vitium cum fide manſueſcit. Mortem nuper oppetierat Pippinus filius, quem Patris voluntate Carolus fratrum mi-
838 nimus in Aquitaniæ regno excepit. Ludovicus Rex æger animi, & ob detractam ſibi nuper Auſtraſiæ partem magnam, & prælatum nunc fratrem Carolum, conciliatis ſibi Francorum, Alemannorum, ac Thuringorum ſtudiis, ereptam ſibi Regni portionem vi & armis vindicare nitebatur. (D)

(A) Bertiniani Annales A. 833. „ Nunciatum eſt illi (*Ludovico Pio*) „ quod iterum filii ſui adunati pariter in illum inſurgere, & cum multa copia hoſtium vincere vellent, -- „ id eſt, *Lotharius* de Italia Gregorium „ Apoſtolicum ſecum adducens, *Pippinus* de Aquitania, & *Ludovicus* de „ Bajoaria, cum plurima hominum „ multitudine. Quibus cum Dominus Imperator occurriſſet, nullatenus eos ab eadem pertinacia compeſcere potuit, ſed pravis perſuaſionibus, & falſis promiſſionibus „ populum, qui cum Domino Imperatore venerat, deceperunt, ita ut „ omnes illum dimitterent - - ablataque illi conjuge, & in Italiam „ apud civitatem Tortonam in exilium directa, *Lotharius* - patrem „ ſuum ſub cuſtodia per *Mettis* uſque „ ad *Sueſſionis* civitatem perducens, „ illic eum Monaſterio ſancti Medardi in eadem cuſtodia reliquit, & filium ejus *Carolum* ei auferens ad „ Monaſterium *Promiæ* transmiſit. „

(B) Annal. Bertin. A. 833. „ *Ludovicus* fratrem ſuum *Lotharium* obnixe deprecatus eſt, ut Patri illorum mitior fieret, nec tam ſtricta „ cuſtodia illum teneret. „ Et mox ſequenti A. 834. „ Cum *Ludoicus* „ comperiſſet, quod nihil ejus petitio apud germanum prævaleret, ut „ mitius apud Patrem egiſſet, miſit „ legatos ad fratrem ſuum Pippinum, „ eique innotuit omnia, quæ erga Patrem geſta fuerant: deprecans illum, ut reminiſcens paterni amo- „ ris, & reverentiæ, una cum illo patrem de illa tribulatione eriperet. „ Et poſt pauca ſubjicit. „ Deinde fi- „ lii ejus *Pippinus* & *Ludoicus* cum ce- „ teris fidelibus ad eum venientes, „ paterno animo gaudenter ſuſcepti „ ſunt. „ Nithard. l. 1. „ Cernens „ *Lotharius* prædictam animoſitatem „ vires ſuas excedere - - patrem ac „ *Karolum* dimittit. „

(C) Annal. Fuld. A. 834. „ Proxima - ætate ipſe (*Ludovicus Pius*) „ relaxatus arma reſumpſit, uxorem „ recepit. „ Bertiniani A. 834. de Lothario. „ Tunc Dominus Imperator ſolita clementia motus miſit „ ad illum, ut pacifice ad ſe veniret - „ - quem (*Lotharium*) pater ad ſe „ cum ſuis venientem fortiter juramento conſtrinxit, ne talia facere, „ aut alicui ſentire in poſtmodum „ tam ipſe, quam ſui deberent. „

(D) Annal. Fuld. A. 835. „ Optima pars regni Francorum *Carolo* juveni data eſt. „ Adjungit Nithard. l. 1. „ Quod quidem *Lotharius* & „ *Lodhuvvicus* audientes graviter ferebant: unde & colloquium indixerunt. - - *Pipinus* quoque filius ejus, „ Rex Aquitaniorum, menſe Novembri ejusdem anni defunctus eſt. „ Annal. Bertinian. A. 838. „ *Ludoicus* „ autem Patris præſentiæ, ſecundum „ quod juſſum fuerat, ſeſe offerre non „ diſtulit, habitaque ſecus, quam oportuerat, conflictatione verborum, „ quidquid ultra, citraque Rhenum „ paterni juris uſurpaverat, recipiente Patre amiſit: *Heliſatiam* videlicet,

„ *Saxo-*

Prævertit juvenis audacia consilia senex pater, & abductis, A. C.
Adalberti Comitis opera, Rheni Mœnique accolis, Ludovicum filium in eas angustias redegit, ut non sine vitæ discrimine viam sibi in Bojariam per medios barbaros aperire cogeretur. Sed dum filium contumacem persequitur
Ludovici Pii mors. Ludovicus Pater, in morbum incidit, ex quo ad XII. Kal. Julii A. DCCCXL. haud procul Ingelheimio diem obiit. 840 (A)

Peracto funeris honore, tanquam sublato belli signo, fratres in arma iterum, sed mutua ruere. Lotharius natu maximus, ut quod Imperium vivo adhuc Patre acceperat, Francorum consensu sibi firmius stabiliret; qua promissis, qua minis id agebat, ut Galli, Germanique eadem, qua Patri, Avoque, obsequii fide se obstringerent: id haud ferendum sibi rati fratres, mutuo se fœdere adversus Lotha-
Nova inter ejus filios bella. rium munivere. (B) Non latuit Principem id consilium, 841
qui raptis summa celeritate in Germaniam copiis, imparatum adhuc Ludovicum oppressurum se sperabat: sed enim is, oppositis ad Moguntiam castris, vim Lotharii elusit. Quare alio vela vertit Lotharius, & in Galliam cum exercitu movet, Carolum, minorem natu fratrem, felicius eversurus.

„ *Saxoniam*, *Thoringiam*, *Austriam* (id „ est *Austrasiam*) atque *Alamaniam*. „ Annal. Bertini. A. 839. „ Consistenti Maguntiæ Imperatori ipse (*Ludovicus* filius) ex adverso in castella ultra Rhenum posita, pertinaciter, atque hostiliter immorans, transitu fluminis cohibebat. Imperator - - *Rheno* transposito, Saxones obvios suscepit. *Ludovicus* vero competto patris eatenus sibi inopinato transpositu, deficientibus, quos ex *Austrasiis*, *Thuringiis*, atque *Alemannis* illexerat - - concitus aufugit. „ Annal. Fuld. A. 839. Imperator - - VII. id. Januarii cum exercitu navigio Rhenum transiit, obvios habens Saxones, partim minis, partim suasionibus *Adalberti* Comitis (a *Ludovici* filii partibus) abductos. Quo cognito *Hludovicus* nefas esse sciens, patri repugnare, cedendumque tempori ratus, in *Bajoariam* se recepit. „

(A) Annal. Fuld. A. 840. „ *Hludowicus* filius Imperatoris partem regni trans Rhenum, quasi jure sibi debitam affectans, per *Alemanniam* facto itinere, venit ad *Francofurt*, multorum ad se Orientalium *Francorum* animis prudenti consilio conversis. Quo comperto - - post pascha - Imperator collecto exercitu, filium per *Thuringiam* usque ad terminos barbarorum prosequitur, excludumque e finibus regni per *Sclavorum* terram cum magno labore *Bajoariam* redire compellit - - - Imperator vero illis diebus morbo correptus ægrotare cœpit, & per *Mœnum* fluvium navigio ad *Francofurt*, unde post dies paucos in insulam quandam *Rheni* fluminis prope *Ingelheim* delatus, morbo invalescente XII. Kal. Julii diem ultimum clausit.

(B) Annal. Fuld. A. 840. „ *Hlutharium* vero de Italia sero venientem Franci loco patris ejus super se regnaturum susceperunt. - - Quod fratres ejus non consentientes, contra eum insurgere parant, ac primum ei in suburbanis *Moguntiacis* cum exercitu venienti frater suus *Hludowicus* cum manu valida orientalium Francorum, partem regni ab oriente *Rheni* defensurus occurrit, initoque pacto, & dilato in aliud tempus placito, *Hlutharius* contra *Carlum* occidentem proficiscitur. „

A. C. ſurus. (A) Ludovicus Rex Germaniæ, qui facile providebat, obtrito Lotharii armis Carolo, nec ſibi quietam Germaniæ hæreditatem a victore fratre relinquendam; præ-
842 greſſi exercitus veſtigia ſecutus, ſuas cum Caroli Regis copiis conjungit. Fit pugna ſemel ac iterum, victusque iterata clade Lotharius in conditiones tandem pacis cum fra-
843 tribus deſcendit. (B) Conventum Virduni A. DCCCXLIII. eſt, & Carolo Gallia, Ludovico Germania, quæ cis Rhenum eſt, attributa. Lotharius ad Imperii titulum Italiam, & Transrhenanam Germaniam ſub Auſtraſiæ nomine accepit. (C) Atque hæc prima erant ex magno Imperio Germaniæ ac Galliæ Regnorum exordia, quæ Arnulpho poſtea Rege in perpetuum ſunt divulſa.

Ludovici Germanici res cum gentibus Sclavicis:

Sancita inter fratres pace, Ludovico tamen Germaniæ Regi diu quieto eſſe non licuit. In armis erant Abodriti, gens Sclavica: ſed tempeſtiva Regis celeritas, occiſo gentis rege, Gozzomuilone, perduellium conatus repreſſit. Gens bello domita, ager in provinciam redactus, regio om-
844 nis ad Germaniæ ſceptrum adjuncta. (A. DCCCXLIV.) (D) Valuiſſe hunc terrorem ad comprimendos Bohemiæ populos, inde liquet: quod eorum duces quatuordecim magna cum popularium manu ad Ludovicum tranſierint, fidem, ac ſacrorum etiam ſocietatem cum Francis profeſſi. Accepti ſunt omni cum honoris ſignificatione, & inter ado-
845 rati a Magis Chriſti DEI ſolennes ferias. A. DCCCXLV. luſtra-

„ ſcitur. „ Nithard. l. 2. „ Audiens *Lodharius* patrem ſuum obiiſſe, confeſtim nuntios ubique præſertim per totam Franciam mittit, qui ſe venturum in Imperium, quod olim fuerat illi datum, affirment: promittens unicuique honores, a patre conceſſos ſe concedere, & eosdem augere velle. - - Nolentibus vero capitale ſupplicium, ut prædiceretur, indixit. „

(A) Annal. Bertin. A. 840. „ *Lotharius* - - in utrumque fratrem, *Ludoicum* videlicet & *Carolum* hoſtiliter armatur, & nunc hunc, nunc illum prælio impetit: ſed utrumque minus proſpere, ſecundum ſuam duntaxat inſolentiam. „

(B) Annal. Bertin. Annal. Fuld. ad Annum 841. & 842. Nithard. de Diſſenſ. l. 2. ſuſe.

(C) Bertiniani A. 843. „ Carolus ad conductum fratribus obvians, penes *Virodunum* conjungitur, ubi diſtributis portionibus *Hludoicus* ultra Rhenum omnia; citra vero *Nemetum*, *Vangium*, & *Magurtiam* civitates, pagosque ſortitus eſt. *Lotharius* inter *Rhenum* & *Scaldem* in mare decurrentem, & rurſus, per *Cameracenſem*, *Hainnaum*, *Loemſem*, *Caſtritium* & eos comitatus, qui *Moſa* citra contigui habentur, uſque ad *Ararem Rhodano* influentem, & per deflexum *Rodani* in mare cum comitatibus ſibi utrinque adhærentibus. Cætera uſque ad Hiſpaniam *Carolo* ceſſerunt. „

(D) Annal. Fuld. A. 844. „ Hludovicus *Abodritos* defectionem molientes bello perdomuit, occiſo rege illorum *Gozzomuil*, terramque illorum, & populum ſibi divinitus ſubjugatum, per Duces ordinavit. „

luſtralibus undis expiati. (A) Felix tamen illa ad Chriſtiana ſa- A. C.
cra acceſſio, parum grata Bohemis univerſim extitit: pertracti in ſocietatem, ac fœdus Moravi, dudum jam Germano nomini infenſi, nihil pacati jam ſuadebant. Ludovicus, ad quem rumor novi fœderis in tempore manarat, ſub medium ſextilem anni ſequentis in Moraviam profectus, naſcentem ſedi- 846
tionis procellam ſua præſentia feliciter diſcuſſit. Oſtentare arma ſatis fuit, ut damnata perduellione ad officium redirent.

Cum Raſtice, Moravorum Duce.

Raſtices, Moymari nepos, genti præfectus: exercitus per Bohemanos, quanquam infeſto ſatis itinere, in Boicam reductus. (B) Sed Raſtices, ſimulato in præſens obſequio, conceptæ de ſe ſpei minime reſpondit. Accepta in Bohemia clades erat, æmulatione ducum, militesque hoſtem temere aggreſſi, in eas anguſtias ſunt redacti, ut libertatem ac pacem datis obſidibus redimere cogerentur. (C) Ea clade audentior Raſtices, qui confirmatis utcunque gentis ſuæ viribus, jam dudum aliud nihil agitabat, ſeditionis diuturnæ ſignum (A. DCCCXLIX.) extulit. Petitus bello, 849
populationes provinciæ munitiſſimis ex locis, quo acceſſus non erat militi, ſecurus ſpectavit. Sed cum Ludovicus infecto negotio cum exercitu ſe reciperet, Raſtices tentata fruſtra in caſtra irruptione, vim omnem, ac barbaræ immanitatis impetum in Auſtriam transdanubianam effudit.

Has

(A) Fuld. A. 845. „ Hludovvicus, „ XIV. ex ducibus *Boemannorum* cum „ hominibus ſuis Chriſtianam religionem deſiderantes ſuſcepit, & in „ Octavis Theophaniæ baptizari juſſit. „

(B) Fuld. A. 846. „ Circa medium „ menſem Auguſti cum exercitu ad „ Sclavos *Margenſes*, defectionem molientes profectus eſt (*Ludovicus Rex*) „ ubi ordinatis, & juxta libitum ſuum „ compoſitis rebus, Ducem eis conſtituit *Raſticem*, nepotem *Moimari*. „ Inde per *Boemannos* cum magna difficultate, & grandi damno exercitus „ ſui reverſus eſt. „

(C) Fuld. A. 849. „ *Boemanni* more ſolito fidem mentientes, contra „ Francos rebellare moliuntur. Ad „ quorum perfidos motus comprimendos *Hernuſtus* Dux partium illarum, & inter amicos Regis primus, Comitesque non pauci, atque „ Abbates cum exercitu copioſo mittuntur. Barbari vero pro pace, & „ ſecuritate ſua obſides ſe daturos, & „ imperata facturos per legatos ad „ *Thaculfum* directos promittunt, cui „ præ cæteris credebant, quaſi ſcienti leges, & conſuetudines Sclavicæ gentis. Erat quippe Dux *Sorabici* limitis - - - - cumque quibusdam ex primatibus per miſſos „ ſuos legatorum verba nuntiaſſet; „ indignati ſunt aliqui eorum adverſus eum, quaſi cæteris præferri cupiens, ſummam rerum gerendarum „ in ſe vellet inclinare, & citato impetu inconſultis cæteris, bellum hoſtibus paci ſtudentibus intulerunt, „ ſtatimque experti ſunt, quid ſine „ timore DEI propria diſcordium „ poſſit virtus, & audacia: hoſtes „ enim effecti ſuperiores, cædendo „ perſecuti ſunt eos uſque in caſtra „ - - unde coacti obſides dabant - - „ ut illæſi ab hoſtibus, ac via tantum „ publica pergentes in patriam reverti potuiſſent. „ Annal. Bertin. A. 849. „ *Hludowicus* Rex Germanorum ægrotans exercitum ſuum „ in Sclavos dirigit. Qui turpiter „ profligatus, quid diſpendii ſibi abſentia Ducis intulerit, cadendo fugiendoque expertus eſt. „

A. C. (A) Has inter clades nec cœleſtium irarum ſigna deerant:
855 emiſſa Cœlo Octobri menſe A. DCCCLV. ignitorum ſpi- *Oſtentum Cœleſte.*
culorum dira ſpecies, quæ horrendo diſcurſu ab ortu in occaſum tota nocte ferebantur. (B) Siquid portentis his divini inerat; Hungaros forte deſignabat, gentem ſagittis terribilem, & paulo poſt in Europæ pene totius cladem e Scythia erupturam. (C) Dilata interim in Moravos ultio: &
858 quanquam anno poſt tertio Carolomannus, natu maximus Ludovici Regis filius, in Moraviam irrumperet, nuſquam tamen in prælii caſum deſcenſum eſt, quod diſtractæ in Galliam, Abodritos, & Linones copiæ juſtam fiduciam cauto Duci non præberent. (D) Forte a Præfectis etiam metus erat, quorum alii ſuper alios ſub hoc tempus exauthorati re-
860 feruntur. Radbodum ſane Pannonici limitis præfectura per *Radbodus, Auſtriæ Marchio exauthoratur,* hos annos excidiſſe, certum eſt, violatæ in Regem fidei ergo, gradu dejectum. (E) Vir alioquin erat a rebus antea geſtis, & pia in ſacra DEO loca liberalitate non illaudatus, (F)

(A) Fuld. A. 855. „ Rex quoque „ *Hludovicus* in Sclavos *Margenſes* contra *Raſtiçen*, ducem eorum, ſibi rebellantem, parum proſpere ducto exercitu ſine victoria rediit, malens „ adverſarium firmiſſimo, ut fertur, „ vallo munitum ad tempus dimittere, quam militum ſuorum periculoſe pugnando damna ſuſtinere. Magnam tamen provinciæ partem prædis, & incendiis vaſtavit exercitus, „ nec parvam multitudinem hoſtium, „ caſtra Regis invadere cupientium, „ uſque ad internecionem delevit: „ ſed non impune, quia poſt reditum „ Regis, *Raſtices* cum ſuis inſecutus, „ plurima trans *Danuvvium* finitimorum loca prædando vaſtavit. „

(B) Fuld. A. 855. „ Menſe vero „ Octobri XVI. Kal. Novemb. per „ totam noctem igniculi inſtar ſpiculorum, occidentem verſus per aerem denſiſſime ferebantur. „

(C) Annal. Bertin. A. 862. „ Hoſtes antea illis populis inexperti, qui „ *Ungari vocantur*, Regnum ejusdem „ populantur. „

(D) Fuld. A. 858. „ Tunc etiam „ decrevit tres exercitus in diverſos „ regni ſui terminos eſſe mittendos, „ unum quidem *Carlmannum* filium „ ſuum ſeniorem, in Sclavos *Margenſes* contra *Raſtiçen*: alterum &c. „

(E) Conſtat id ex Diplom. Ludovici R. Germ. Sanct. Emmeram. dato A. Regni ſui in Orient. Francia XXVII. Indict. VII. qui eſt Annus Chriſti 860. apud Bern. Pezium. T. 1. Anecdot. Cod. Diplom. Ratisb. Col. 23. „ Nos „ cuidam ex primatibus noſtris nomine *Radpotto* medietatem unius fiſci, qui vocatur *Tullina*, ſitus in regione *Pannonia* - - contulimus: ea „ ratione, ſi fidem ſuam erga nos inviolatam ſervaſſet. Sed quia ipſe a „ nobis totis viribus ſe alienavit, & „ fidem atque jusjurandum omni infidelitate fraudavit, placuit Serenitati noſtræ, eandem medietatem „ memorati fiſci - - ad S. Emmerammum contradere, atque confirmare. „ Datum Franchenfurt, palacio regio Cal. Maji. confirmat *Radbodi* exauthorationem Lazius l. 7. de Migrat. Gent. Chron. Mellic. auctum manu recentiori eam ad A. 843. conferre videtur, quo *Wilhelmum* & *Engelſchalcum* Marchiones fratres collocat.

(F) Anomodus Tradit. Sanct. Emmeramm. l. 1. c. 73. apud Bern. Pezium T. 1. Anecdot. „ Poſtquam ergo in „ DEI nomine *Ratpodus* Comis ad ſanctum tradidit Emmerammum - - „ quidquid proprietatis ad *Tullinam* „ habere videbatur, in præſentiam *Ludovici* Regis *Reganesburc* venit, & „ omnia, quæ ad *Tullinam* viſus eſt „ poſſidere, ad prædictum ſanctum „ DEI, nihil extra dimittens, tradidit, ita ſcilicet, uti ſi hæres ſibi non „ naſceretur, poſt obitum ſuum ſtatim iſta traditionis cauſa firmiter ad „ locum

quæ tamen decora, turpis ad extremum perfidiæ macula obſcuravit. Quænam illa, quo modo, tempore ve contracta, haud liquet: niſi fors eadem illum cauſa, quæ Erneſtum Comitem ac ſummum militiæ Præfectum; quæ Utonem, Berengarium, ac Sighardum Comites (A. DCCCLXI.) affli- 861
xit. Erneſto, primæ ad eum diem inter Proceres authoritatis, crimini datum, quod Carolomannum, generum, res novas molientem, pravis conſiliis transverſum egerit, occultoque cum Raſtice, æterno Germanici nominis hoſte, fœdere, filium in Patrem Regem armaverit. Motus igitur dignitate Erneſtus, ceteri in ordinem redacti; omnia ſic acta, ut pœna ad paucos, terror ad omnes perveniret. (A)

cum pluribus aliis.

Carolomannus filius Ludovico Germanico ſuſpectus.

Neque vero in Carolomanno nihil culpæ erat, quo affectati ante diem Regni ſuſpicionem incurreret. Nam, ut illud, quod de fœdere cum Raſtice inito ſpargebatur, vanum eſſet; (B) provinciam tamen, cui Patris voluntate impoſitus erat, ſic gerebat, ut motis dignitate Pannonici, ac Carentani limitis præfectis, inconſulto Rege ſuos ſufficeret, Dominumque verius, quam Regis Vicarium præferret. (C) Ingens erat Wilhelmi, & Engelſchalci, quos Radbodo nuper in Auſtriæ Præfectura ſucceſſores Ludovicus dederat, apud Regem gratia, virtutis, fideique merito comparata: (D) hos nunc tam indigne abjeciſſe, quid erat aliud, quam invidiam ſibi ultro quærere, qua demum penitus conflagraret? Satisfeciſſe tamen principio Carolomannus irato Patri viſus eſt, cum

Wilhelmus, & Engelſchalcus Auſtriæ Præfecti, ſeu Marchiones.

„ locum ſancti DEI conſtaret. Si autem hæres ſibi naſceretur, ut cum „ ducentis ſolidis res ejusdem traditionis redimeretur. - - Facta eſt „ hæc traditio - - Anno Domini „ DCCCXXXVII. „

(A) Fuld. A. 861. „ *Hludowicus* „ Rex conventum habuit in *Reganesburg* - - in quo *Ernuſtum*, Summatem inter omnes Optimates ſuos, „ quaſi infidelitatis reum, publicis „ privavit honoribus: *Utonem* quoque & *Berengarium* fratrem ejus, & „ *Sighardum* Comites - - quaſi complices infidelitatis ejus ſimiliter exauthoravit.„ Annal. Bertin. A. 861. „ *Hludowicus* Socerum *Karolomanni* filii ſui, *Arnuſtum* honoribus privat, „ & nepotes ipſius a Regno ſuo expellit. „

(B) Annal. Bertin. A. 861. „ *Carolomannus, Ludovici* Germaniæ Regis „ filius, cum *Reſticio*, Winidorum Regulo, fœderatur, a patre deficit, & „ *Reſticii* auxilio magnam ſibi partem „ uſque ad *Hin* fluvium (Oenum) „ paterni Regni præſumit. „

(C) Annal. Fuld. A. 861. „ *Carlmannus* quoque filiorum Regis natu maximus res novas molitus eſt. „ Expulit enim duces, quibus cuſtodia commiſſa erat, *Pannonici* limitis, „ & *Carantani*, atque per ſuos *Marcam* „ ordinavit: quod Regis animum rebellionem ſuſpicantis non parum „ commovit. „

(D) *Radbodo* ſuffectos duos hos fratres apparet ex Annal. Fuld. ad A. 884. „ Duo fratres *Willihalmus* & *Engelſchalcus* terminum regni Bajovvariorum „ in Oriente a Rege, id eſt, ſeniore „ *Hludowico* conceſſum contra *Maravonos* tenuerunt, multaque pro patria conflictando ſudaſſe feruntur. „ Item ex Diplom. *Arnulphi* Regis dato Cremifanenſibus A. 893. apud Sim. Rettenbacher in Annal. Cremifan. „ *Wilhelmus* & *Engilſchalcus*, germani „ fratres, Comites videlicet quondam „ ſtrenui terminales. „

A. C. cum Ratisbonam profectus ipſe, & objecta ſibi crimina co-
862 ram diluit, & nequid in poſterum, regiis juribus adverſum ſuſciperet, ſacramento cavit. (A) Sed ubi bona Patris venia, in Carentaniam ſe retulit; vacuas nacti Ludovici Regis aures obtrectatores malevoli, tot tantasque in unius caput criminationes congeſſere, ut ſenex, ſuaque natura in ſuſpiciones pronior, dejeraret ſancte, filium, quoad vita ſibi regnumque conſtaret, ad tractandam rempublicam nunquam admovendum. Jam in eo erat Carolomannus, ut repetito Ratisbonam itinere ſuſpicionem Patri, ſiqua adhuc hæreret, in tempore eximeret: ſed ubi omnium in ore, ac ſermone verſari conjecta in ſe crimina; neque jam ſuſpectum, ſed reum Majeſtatis haberi ſe intelligebat; exhorruit enimvero magnitudinem periculi, ſeſeque propere, dum Patris ira remitteret, in Carentaniam retraxit. (B) Sed enim bellum evitari jam non poterat: id per ſpeciem comprimendæ Mora-
863 vorum inſolentiæ A. DCCCLXIII. repente Carinthiæ illatum eſt: additus ad armorum terrorem dolus, Gundaccaro Comite, cujus in manu totum pene Carentani exercitus robur erat, regias in partes magnis promiſſis pertracto: qui dum per ſpeciem arcendi hoſtem trajectu fluminis, litus obſidet, facto repente tranſitu, regiis ſe caſtris toto cum exercitu conjunxit. Sic deſtitutus a ſuis Carolomannus, ad Patris clementiam confugere neceſſe habuit. At enim vel hoc rerum ſtatu, illo in foro cauſam ſuam tam feliciter egit, ut una frontis exporrectæ ſerenitate, animi rectiſſimi indice, & muta velut eloquentia, objecti criminis ſuſpicionem utcunque abſterſerit. Gundaccari tamen perfidia præmium

Carolomannus a Gundaccaro Comite proditus

Ludovico Patri ſe ſubmittit.

(A) Fuld. A. 862. „ *Carlmannus* per „ ſacramenta pacis & ſecuritatis ſuæ „ *Reganesburgum* venit, & reddita ratione convicit adverſarios, patrique „ ſuo reconciliatur, juramento confirmans, ne contra ejus juſtam poteſtatem quidquam deinceps mente „ malitioſa machinaretur. „ Annal. Bertin. A. 862. „ *Carolomannus* Ludovici Regis Germaniæ filius, conceſſa ſibi a patre Regni portione, „ quam pridem invaſerat, & dato ſacramento, ne amplius inde ſine patris voluntate invaderet, cum patre pacificatur. „

(B) Fuld. A. 863. „ *Carolomannus* „ filius Regis, qui prælatus erat *Carentanis*, tam multis criminibus & „ tam magnis apud Patrem abſens accuſatus eſt, ut merito reus Majeſtatis haberi debuiſſet, ſi ea, quæ in „ eum dicta ſunt, ab accuſatoribus „ probari potuiſſent. Quod Regis „ animum adeo commovit, ut per ſe-ipſum coram frequentia populi ſui „ proteſtatus ſit, *Karlomannum* filium „ ſuum ab eo tempore & deinceps, „ donec ipſe viveret, & regnaret, ſua „ voluntate, publicis honoribus nunquam eſſe potiturum. Quo audito *Karlomannus* ab itinere, quo ad „ palatium ire cœperat, perterritus „ in *Carinthiam* ſe recepit, ibi tutari „ apud ſuos, quos ſibi fideles arbitratus eſt volens, donec patris ira quieſceret, & ipſe per internuncios veraces ſibi fallaciter objecta purgaret. „

Carentaniæ præfectura fuit; ſed nova brevi perfidia amittenda. (A) A. C.

Interea anno mox ſequenti arma in Raſticem ſunt reſumpta. Is cui ad repellendam vim tantam, nec virium ſatis, nec animorum erat, in arce Dovvina, cujus rudera fortaſſe ea ſunt, quæ ad dextram Marchæ fluminis ripam Tevenia in arce hodiedum viſuntur, tantiſper ſe tenuit. Sed ubi trajecto jam Danubio adventare propinquas Regis copias proſpexit, fractus animo, in pacis leges deſcendit. Imperati, datique in pignus renovatæ fidei obſides, ſed qui perjurum Principis animum haud diu morabuntur. (B) Quiescentem pauliſper, & ad opportuniora ſe tempora ſervantem Ludovicus junior ad ſpem novandarum rerum erexit. (C) Dudum ille Carolomanni apud Patrem Regem gratiam averſatus, collata in fratrem beneficia ſibi erepta querebatur. (D) Acrius is exarſit dolor, ubi Carolomannum, qui nuper e palatio, ubi libera velut in cuſtodia, Patris Imperio tenebatur, (A. DCCCLXIV.) clam fuga elapſus, ereptas ſibi nuper a Rege provincias, Marchionibus haud invitis occupavit; non modo in gratiam receptum, ſed reſtitutum honoribus, & Carentano, Pannonicoque limiti cum poteſtate præ-

Ludovici junioris impia in Patrem conſilia.

(A) Fuld. A. 863. „ Interim Rex „ collecto exercitu ſpecie quidem, „ quaſi *Raſticen Margenſium* Sclavorum „ Ducem - - domaturus, re autem „ vera ad *Carentanos*, filium expugnaturus acceſſit; qui revera ad id temporis defenderet, niſi proditione „ *Gundachari* Comitis ſui deciperetur „ incautus, qui totum pene robur exercitus ſecum habens, quaſi vada fluminis N. hoſtibus prohibiturus, „ cum omnibus copiis tranſivit ad Regem, & prælatus eſt *Carentanis*, ſicut ei prius occulte promiſſum eſt, „ ſi dominum ſuum fraude decepiſſet. „ Et hic quidem præfecturæ dignitatem hoc modo promeruit. *Carlomannus* vero per juramenta principum venit ad patrem, de objectis ſibi „ criminibus ſecurus, quia innocens „ erat, & teſtimonio conſcientiæ fretus, lætum ſe per omnia exhibebat, „ atque jucundum. „ Aliter paullo rem narrant Annal. Bertiniani A. 863. „ Alium Miſſum fratris ſui *Ludovici* „ nomine *Blitgarium* accipit (*Carolus* „ R. Franciæ) petentem, ut Carolomannum filium ejus, a *Reſtitio* Winido deſertum, & a ſe fugatum, ſi ad „ illum venerit, non recipiat. Quem „ non longo poſt tempore: deceptum „ atque deſertum a ſuis, ſub conditione ſacramenti pater ſuus *Ludoicus* „ recepit, & ſecum in libera cuſtodia „ tenuit. „

(B) Fuld. A. 864. „ *Hludovicus* Rex „ in menſe Auguſto ultra *Danubium* „ cum manu valida profectus, *Raſticen* „ in quadam civitate, quæ lingua gentis illius *Dovvina*, id eſt, *Puella* dicitur, obſedit. At ille cum regiis copiis congredi non auderet, atque „ loca ſibi effugiendi denegata cerneret, obſides, quales & quantos Rex „ præcepit, neceſſitate coactus dedit, „ inſuper cum univerſis optimatibus „ ſuis fidem ſe cunctis diebus Regi „ ſervaturum eſſe juramento firmavit, licet illud minime ſervaverit. „ *Douuinam* civitatem alii pro *Podovino*; alii pro *Devina*, arce ad Moravæ ac Danubii confluentem habent, apud Peſſinam Mart. Morav. l. 2. c. 5.

(C) Annal. Fuld. & Bertin. A. 866.

(D) Annal. Fuld. A. 866. „ *Hludowicus* Hludovvici Regis filius graviter „ ferens, quod Rex quædam beneficia, illi ſubtrahens, *Carlmanno* fratri ſuo reddidit, patri moleſtus efficitur. „

A. C. præfectum a Patre intellexit: (A) nec defuere ex regni optimatibus proceres, qui ſceleſta filii in parentem conſilia con-
866 ſiliis, opibusque juvarent. Rex ut gliſcentem parricidalis belli flammam in fomite extingueret, relicta Carolomanno Bojariæ, Auſtriæque cuſtodia, Francofurtum accurrit; & ut nondum confirmata erat impia contumacis filii factio, ſic ad primum Regis adventum eſt diſcuſſa. (B) Carolomannus tamen, quanquam longe abſens, propior periculo fuit. Agebat in prætoria ejus cohorte Gumpoldus miles, qui addictam pretio dexteram ſuum in Dominum ſtringere auderet: & reperit, quod mirere, homo inſanus, qui ejus ſigna ſequerentur. Sed ubi ad manus ventum, profligatæ ad primam impreſſionem temerarii proditoris copiæ, cæſoque manipularium grege, inſequentium manibus vix ipſe ſe ſubduxit. (C) *Carolomanni periculum.*

Pacatis domeſticis turbis, & Ludovico, perduelli filio, Wormatiæ in gratiam recepto (D) e Moravia iterum ac
869 Bohemia A. DCCCLXIX. novi motus erupere. Primi in Bojariam Bohemi impetum fecerunt, prædisque ex vicino agro non ſemel actis, deletis incendio villis, abſtractis in ſervitutem mulierum gregibus, inter ſaltus ſe ſuos receperunt. Datum interim limitum cuſtodibus negotium tuendæ provinciæ, dum Rex ipſe contractis ex omni regno copiis vindictam maturaret. (E) Moravis aut materiam tumultus, aut animos Gundaccarus Comes dedit, is qui nuper Ca-

(A) Annal. Bertin. A. 864. „ *Carolomannus* - - qui in libera cuſtodia, „ cum patre ſuo morabatur, ſimulans „ ſe venatum ire, a patre fuga labitur, „ & Marcas ſibi a genitore ablatas „ cum conſenſu Marchionum, qui „ eum tradiderant, occupat. „ Et anno mox ſequenti 865. „ *Ludoicus* „ Bajoariam pergens, *Carolomanno* filio ſibi familiariter reconciliato, „ Marcas, quas ab eo tulerat, reddidit. „

(B) Annal. Fuld. A. 866. „ *Hludowicus*, Hludowici filius, graviter ferens, quod Rex quædam beneficia „ illi ſubtrahens, *Carlmanno* fratri ſuo „ reddidit, Patri moleſtus efficitur. „ Nam nuntiis per univerſam Thüringiam & Saxoniam miſſis, quos „ potuit, ad ſe traxit, & contra Regem „ rebellare diſpoſuit. - - - Sed & *Heinricum*, principem ſuæ militiæ, ad *Raſtizen* deſtinavit, obnixe poſtulans, „ ut ejusdem conſpirationis fautor „ fieri non recuſaret. Quo comperto „ Rex *Carlmannum* ad tuitionem *Bajoariæ* derelinquens, concitus venit „ in Franciam, & a ſuis undique confluentibus honorifice apud *Francofurt* ſuſceptus eſt, & conſpirationem „ exortam facile extinxit. „ Confirmant iſta Annal. Bertiniani, addunt-que: „ Sed *Karolomanno*, cui Pater ipſam Marcham dederat, ſatagente, „ *Reſtitius* (Raſtizes) intra ſua ſe cohibet. „

(C) Fuld. A. 866. „ Interea *Gunpoldus* quidam de ſatellitibus *Carlmanni* contra Dominum ſuum volens dimicare, amiſſo exercitu vix „ vivus evaſit. „

(D) Fuld. A. 866. „ *Hludowicus* vero „ - - menſe Novemb. apud *Wormatiam* patri ſuo reconciliatur. „

(E) Fuld. A. 869. „ Sclavi, qui vocantur *Behemi*, terminos *Bajoariorum* „ crebris incurſionibus infeſtant, & „ quasdam villas incendio tradentes, „ mulieres inde duxere captivas: contra quos *Hludowicus* Rex tutores „ partium illarum interim miſit, donec ipſe opportuno tempore ſuorum vindicaturus injurias in deſertores arma corriperet. „

Gundaccarus Comes perfidiam perfidia cumulat:

rinthiæ præfecturam perfidia meruit: quæ cum perjurum caput quieſcere nuſquam ſineret, & nunc fratres inter ſe, nunc cum patre Rege Reges filios collideret, deſperata venia ad Moravos profugit: acceptus ab iis honore tanto, ut copiarum præfecturam dux ipſe Raſtices eidem demandaret. Sed enim Carolomannus, illato propere Moraviæ bello, perfidiæ pœnas brevi a ſcelerato transfuga exegit. (A) Inſtabat prælium Moravos inter Auſtriosque, jamque conſertæ propemodum erant acies; cum Gundaccarus cœleſtis iræ piaculum, manus ſibi pedesque obrigeſcere, & quaſi vinculis adſtringi ſentit: non ignarus ille cauſæ, pœnam hanc eſſe violati ſacramenti, quod ad aram ſancti Emmerammi Ludovico Regi filiisque dixiſſet, fatebatur: fuit tamen ea animi obſtinatio homini, ſuis jam furiis agitato, animos ut addere ad pugnam Moravis, ſecurumque reddere militem auderet, ſe tanquam piaculo iræ Superum litato, pronam fore de hoſte victoriam. Fefellit impia vox perituri vatis pugnantes Moravos: cæſus inter primos ipſe quidem; ſed ingenti etiam ſtrage affecti Moravi, ſervatis exitio iis tantum, qui in montes ſaltusq; invios properata fuga evaſerunt. Patratæ ejus victoriæ cauſa ſupplicatio publica ad D. Emeramum Ratisbonæ habita, Deoq; ac ſancto perjurii vindici gratiæ ſolenni ritu actæ. (B)

A. C.

& perjurii pœnas luit.

Ludovicus tamen Rex inſtandum perculſis ratus, tres uno tempore exercitus, totidem filiis in Sclavicos Germaniæ populos ducendos tradit. In Bohemos & Sorabos Ludovicus cum Saxonibus ac Thuringis miſſus: Raſtici Carolus filiorum natu minimus cum Francis & Alemannis, neceſſitate magis, quam voluntate oppoſitus, quod morbo implicitus ad bellum proficiſci Rex ipſe non poſſet: Zwentibaldo, ſeu ut eum gentiles ſui appellant, Swatopluco Carolomannus cum copiis, Auſtriis, ac Carentanis ſe objecit.

Raſtices, & Zwentibaldus Moravi vincuntur.

(A) Fuld. A. 869. „ *Cundachar* Vaſallus *Carlmanni*, qui multis perjuriis, & doloſis machinationibus „ *Hludowico* Regi, ejusque filiis ſæpenumero extitit infidelis, & proprium Dominum derelinquens ad „ *Raſticen* defecerat, contra patriam more Catilino dimicare volens, occiſus eſt. Hic Carolomanni Ducibus ad locum certaminis appropinquantibus, dixiſſe fertur ad eos, quibus erat a *Raſtize* prælatus: Pugnate fortiter, veſtram patriam tuentes, ego enim in hoc certamine vobis proficuus non ero, quoniam ſanctus *Emmerammus*, cæterique Sancti, in quorum reliquiis *Hludowico* Regi filiisque illius fidem me ſervaturum eſſe juravi, meum clypeum & haſtam tenentes, mea brachia & viſum deprimunt, & me undique conſtrictum, quaſi loris ligatum retinent, ita ut nec manum quidem ad os mittere valeam. Dum hæc infelix loqueretur, noſtris ſupervenientibus occubuit, Domino illi infidelitatis ſuæ condignam mercedem retribuente. „

(B) Fuld. A. 869. „ Quod cum Regi relatum eſſet, omnes in commune laudare Dominum, ſignis etiam cunctarum in *Reganesburg* Eccleſiarum concrepantibus, pro interitu hoſtis extincti præcepit. „

A. C. cit. Res ab omni parte præclare geſta: Ludovicus Sorabos geminata victoria ad deditionem compulit: Carolus everſa munitione ſupra ætatis modum operibus firmata Raſticem ipſum in intimas Herciniæ Sylvæ latebras extruſit: Carolomannus denique evaſtato longe lateque Moravorum agro, Zwentibaldum ad eas anguſtias redegit, ut anno proxime
870 ſequenti, ſe provinciamque omnem Carolomanni fidei permitteret; & Bohemi alieno periculo territi, pacem & amicitiam Regii Principis jam nunc ambirent. (A)

Raſticis dolo, quem Zwentibaldo nectit, ipſe capitur.

At enim Zwentibaldi factum Raſtici dolebat adeo, ut ignavam Nepotis indolem execratus, vitam ejus ex inſidiis appetere non dubitarit. Suboluit juveni in tempore fraus ſenioris, epulasque ſibi exitiales per ſpeciem aucupii declinavit. Ut dolos cecidiſſe vidit Raſtices, vim adhibere placuit, immiſſo in fugitivum juvenem militum globo: ſed Zwentibaldus ita ſe adverſum arma munierat, ut comparata militum manu egregia in Raſticem ipſum irrueret, captumque, ac compedibus ligatum, Carolomanno Principi offerret. Is non capta modo præda, ſed juvenis etiam fide ac præſtanti indole delectatus, in Bavariam captivum mittit, regnumque ejus, jam defenſore vacuum, in poteſtatem redigit. (B) Novembri menſe Ludovicus Rex Ratisbonam venit:

(A) Fuld. A. 869. „ Menſe vero „ Auguſto Rex *Hludowicus*, collectis „ copiis, in tres partes dimiſit exercitum. *Æquivocum* ſuum cum Thuringis & Saxonibus ad comprimendam *Sorabum* audaciam deſtinavit; „ *Bajoarios* vero *Karlmanno* in adjutorium fore præcepit contra *Zwentibaldum*, nepotem *Raſtizi*, dimicare „ volentem: Ipſe autem Francos & „ Alemannos ſecum retinuit adverſus „ *Raſticem* pugnaturus. Cumque jam „ proficiſcendum eſſet, ægrotare cœpit. Unde neceſſitate compulſus, „ *Carolum* filiorum ſuorum ultimum „ eidem exercitui præfecit, Domino „ exitum rei commendans. Qui dum „ cum exercitu ſibi commiſſo in illam „ ineffabilem *Raſtici* munitionem, & „ omnibus antiquiſſimis diſſimilem „ veniſſet, divino auxilio fretus, omnia mœnia regionis illius cremavit „ incendio, & abſcondita quæque in „ ſylvis, vel defoſſa in agris reperiens „ cum ſuis diripuit, omnesque ſibi „ congredientes fugere compulit, vel „ interfecit. Nec minus *Carlmannus* „ regnum *Zwentibaldi* nepotis *Raſtici*, „ igne & gladio depopulabatur, vaſtataque omni regione *Carlus* & *Carlmannus* fratres convenerunt, de victoria ſibi cœlitus data gratulantes. „ Interea *Hludovicus* frater illorum „ cum *Sorabis* manum conſerens, primo quidem quibusdam occiſis hoſtes terga vertere coegit: deinde „ vero non modica ex eis multitudine proſtrata, & *Behemis*, qui a *Sorabis* mercede conducti fuerant, partim occiſis, partim turpiter ad ſua „ redeuntibus, cæteros in deditionem „ accepit, - - - omnes autem *Hludowici* Regis filii in diverſis locis, rebus proſpere geſtis, ſine damno militum ſuorum cum triumpho regreſſi ſunt. *Behemi* dextras ſibi a *Carlmanno* dari petunt, & accipiunt. „ Annal. Bertinian. A. 869. omnia extenuant his verbis: „ *Ludovicus* Rex Germaniæ ab expeditione hoſtili de *Winedis*, cum quibus præſenti & præterito anno ſæpe cominus ſui congredientes, aut nihil, aut parum utilitatis egerunt, ſed maximum damnum retulerunt. &c. „

(B) Fuld. A. 870. „ *Zwentibald*, nepos *Raſtici* propriis utilitatibus conſulens, ſe *Carlmanno* una cum regno, „ quod

nit: ibi Raſtices cauſam ex vinculis juſſus dicere, conſentientibus Francorum, Bojorum, ac Sclavorum ſententiis capite damnatus eſt. Profuere tamen homini regii, quos geſſerat, tituli, ut impetrata vitæ gratia oculis tantum mulctaretur. (A) A. C.

Sublata turbarum ea face, tranquilliorem induere faciem Moravia poterat, niſi Zwentibaldus, Raſticis veſtigia præter ſpem ingreſſus novas turbas excitaſſet. Actus perfidiæ reus apud Carolomannum, in cuſtodiam datus eſt. Moravi Principem ſibi ſuum periiſſe rati, Sclagamarum, ejus propinquum, ducem ſibi conſtituunt, metu mortis ad ſumenda gubernacula adactum. Hoc belli auſpice, ac rectore in Wilhelmum & Engelſchalcum Auſtriæ Præfectos A. DCCCLXXI. itum, qui regio interim nomine Moraviæ urbes ad Imperii obſequium revocare nitebantur: ſed melior Auſtriæ miles, veteranis ducibus, & quod caput erat, fraterna plane charitate conjunctiſſimis, in hoſtem ductus, Sclagamarum facile in fugam egit. (B) Interea Zwentibaldus, objecta ſibi crimina haud difficili inficiatione diluit, nemine actoris partes auſo ſuſcipere: quare (C) abſolutus nec cum honore

Wilhelmi, & Engelſchalci March. Auſtriæ in Moravos bellum.

871

„ quod tenebat, tradidit. Unde *Raſtiz*, vehementer iratus, nepoti occulte ponit inſidias, & eum in convivio, nihil mali ſuſpicantem jugulare diſponit. Sed gratia DEI a periculo mortis liberatus eſt. Nam antequam illi, qui eum necaturi erant, domum intrarent, ſurrexit de loco convivii, annuente ſibi quodam ejusdem fraudis conſcio; & quaſi cum falconibus ludum exercens, præparatas devitavit inſidias. *Raſtiz* autem videns denudatum conſilium ſuum, nepotem cum militibus, quaſi comprehenſurus, inſequitur: ſed juſto judicio DEI captus eſt laqueo, quem tetendit. Nam ab eodem Nepote ſuo comprehenditur, ligatur, & *Karlmanno* præſentatur: a quo ſub militibus illum, ne elaberetur, obſervantibus, in *Bajoariam* miſſus, usque ad præſentiam Regis ſervandus in ergaſtulum retruditur. *Carlmannus* vero regnum illius nullo reſiſtente ingreſſus, cunctas civitates & caſtella in deditionem accepit, & ordinato regno, atque per ſuos diſpoſito, ditatusque gaza regia revertitur. „

(A) Fuld. A. 870. Rex *Ludovicus* „ --circa Kal. Novemb. in Bajoariam „ profectus eſt, ibique - - - *Raſticem* „ gravi catena ligatum ſibi præſentari juſſit, eumque *Francorum* judicio, „ & *Bajoariorum*, nec non *Sclavorum* -- „ morte damnatum, luminibus tantum oculorum privari præcepit. „ Ann. Bertin. addunt. „ Excæcari, & „ in Monaſterium mitti præcipit. „

(B) Fuld. A. 871. „ *Zwentibald* nepos *Raſtici*, apud *Carlmannum* infidelitatis crimine inſimulatus, in cuſtodiam miſſus eſt. Sclavi autem *Marabenſes* Ducem ſuum periiſſe putantes, quendam presbyterum, ejus ducis propinquum, nomine *Sclagamarum*, ſibi in principem conſtituunt, ei minantes interitum, niſi ducatum ſuper eos ſuſciperet. Qui eisdem, neceſſitate coactus, aſſenſum præbens; contra *Engelſchalcum*, & *Wilhelmum*, duces *Karlmanni*, prælia movere, & eos ex obſeſſis civitatibus expellere nititur. Illi vero adverſus hoſtem pari intentione dimicantes, & nonnullos de exercitu ejus proſternentes, eum fugere compulerunt. „

(C) Fuld. A. 871. „ Interea *Zwentibald*, cum nullus crimina, quæ ei „ objecta fuerant, probare potuiſſet, „ a *Carolomanno* dimiſſus, & muneribus regiis honoratus, in regnum „ ſuum rediit, ducens ſecum *Carlmanni* exercitum, quaſi *Sclagamarum* expugnaturus. Sic enim per dolum „ *Carlmanno* promiſerat, ſi ei ad petitionem reditus concederetur. „

A. C. honore modo, ac muneribus, ſed cum Auſtriacis etiam copiis in Moraviam remiſſus eſt, ut dejecto Sclagamaro priſtinam ſibi dignitatem vindicaret. Sed enim præſentior erat injuriæ, quam beneficii novi ſenſus: vix reverſus ad ſuos, cum regii milites ſecuri ſub pellibus agerent; urbem ille Raſticis ingreſſus (Wellehradum fuiſſe Scriptores Moravi opinantur) cives in arma egit, collectoque Sclavorum undique confluentium ingenti exercitu, diſperſas Carolomanni copias ex improviſo adortus eſt: oppreſſi Marchiones ambo, Wilhelmus & Engilſcalcus: multi ferro enecti: ceteri pene omnes, præter paucos admodum, qui dolum ſubodorati fuga cladem præverterant, in poteſtatem victoris vivi pervenere: quos ut Carolomannus a ſervitute eriperet, errore decumano obſides reddere, & cum captivis permutare non dubitavit. Zwentibaldus, Principis ſimplicitate in rem ſuam per ſummam perfidiam abuſus, ex tanto captivorum numero vix unum Radopotonem, neſcio quem, animam jam ægre trahentem, reſtituit. (A) Sic amiſſa omnis Moravia, tot præliis, tantoque ſanguine nuper empta. (B)

Zwentibaldi perfidia.

Annus, qui proxime ſecutus, nihilo quietior rebus Auſtriæ fuit. Irritatus Zwentibaldi perfidia Ludovicus Rex, actis ſub veris principium Forchemii Comitiis, bellum in Moravos ſimul, Bohemosque magna Optimatum conſenſione decreverat. Miſſi Majo menſe Thuringi, & Saxones adverſum Moravos, ſed quod abſente Rege legatis non eadem reverentia, ducesque ipſi diſcordibus animis rem communem aggrederentur: adeo infeliciter geſta res eſt, ut quibus ferrum parceret, ii ab agreſti plebecula equis proturbati, atque ut ignominiæ ſenſus eſſet acrior, ipſis a mulierculis fuſtibus mulctati, plena dedecoris fuga ſuam in Saxoniam ac Thuringiam ſint repulſi. (C) Carolomanno, qui

(A) Fuld. A. 871. „ *Zwentibald* cæteris caſtra metantibus, urbem antiquam *Raſtizi* ingreſſus eſt, ſtatimque Sclavico more fidem mentitus „ - - *Bajoarios* nihil mali ſuſpicantes, „ & minus ſe obſervantes, cum magno exercitu in caſtris aggreſſus eſt, „ & multos ex eis vivos comprehendit, ceteris pene omnibus occiſis, „ exceptis his, qui prius ſe prudenter de caſtris ſubduxerunt. - - Quibus auditis *Carlmannus* de exercitus „ ſui interitu nimium conſternatus „ eſt, & neceſſitate compulſus, omnes obſides, qui in ſuo regno erant, „ juſſit colligi, & *Zwentibaldo* reddi, „ vixque unum virum, nomine *Rat-*„ *bodonem*, inde ſeminecem recepit. „

(B) Annal. Bertin. A. 871. „ *Ludovicus* ſcilicet ad *Rainisburg* perrexit, „ quia maximum damnum a Nepote „ *Raſticii*, qui principatum Winidorum poſt eum ſuſceperat, habuit: „ in tantum, ut *Markiones* cum plurima turba ſuorum perdiderit, & terram, quam in præteritis annis obtinuerat, pernicioſe amiſerit. „

(C) Fuld. A. 872. „ Rex vero mediante quadrageſima apud villam „ Foraheim generali conventu habito, filios ſuos de regni partitione „ inter ſe diſſidentes pacificavit, & „ quam quisque partem poſt obitum „ ſuum

ad ceteras ſuas copias Francones quoque Bojosque adjunxerat, & in Bohemiam ſimul, ac Moraviam impetum fecerat; initia belli contigere ſatis proſpera: (A) Evaſtata omnis circum regio, Bohemici quinque reguli in fugam verſi: at Zwentibaldus, quanquam ancipiti bello preſſus, cladem alibi acceptam ſtrage multorum hominum in Auſtria ultus eſt. Stabant ad Danubium naves, quæ Francones Bojosque in Auſtriam deportarant: relicti ad cuſtodiam claſſis Boji, ut in regione ab hoſte ſatis remota, negligentius agebant: advertit ea res Zwentibaldum, immiſſaque repente in eam Danubii oram equeſtri ſuorum procella, alios ferro, alios Danubii gurgitibus hauſit: pauci cladem properata fuga evaſere, quos inter tamen Embrico, Ratisbonenſis Eccleſiæ Antiſtes, erat. (B) Hac victoria de Bojis parta ad conciliandam cum Ludovico Rege pacem prudenter uſus eſt Zwentibaldus, allegato ad Regem, Wiſeſtadii tum agentem, Berthrammo, Suevo homine, quem e cuſtodia dimiſſum ſacramento adegerat, ut cum fide poſtulata referret. (C) Et quanquam nihil tunc certi confici de pace potuit, ab armis tamen utrinque diſceſſum eſt, magno Carolomanni ſolatio, ad ſummam pene jam rerum deſperationem adacti. (D)

A. C. 873

Clades a Zwentibaldo accepta, redditaque.

Sed

„ ſuum tueri deberet, liquido deſigna-
„ vit. - - Menſe autem Majo miſit
„ Thuringos, & Saxones contra Sclavos *Marahenſes* qui quoniam regem
„ ſecum non habebant, & inter ſe
„ concordes eſſe nolebant, idcirco
„ hoſtibus terga verterunt, & plurimis
„ ſuorum amiſſis, turpiter redierunt:
„ ita ut quidam Comites in illa expe-
„ ditione fugientes, a mulierculis illius
„ regionis verberati, & de equis in terram fuſtibus dejecti referantur. „

(A) Fuld. A. 872. „ Iterum quidam de Francia mittuntur *Carlmanno* in auxilium contra Sclavos ſupra dictos, alii deſtinantur contra
„ Bohemos, qui DEI adjutorio freti
„ duces quinque - - cum maxima
„ multitudine ſibi rebellare nitentes,
„ in fugam verterunt; & alios quidem occiderunt, alios vero in fluvio *Fludaha* ſubmerſerunt. - - Deinde parte non modica illius provinciæ depopulata, incolumes reverſi
„ ſunt. - - - Hi vero qui *Carlmanno*
„ miſſi ſunt in auxilium, id eſt, *Aran*
„ Epiſcopus, & *Siegbardus* Abbas Fuldenſis monaſterii, quamvis fortiter hoſtes premendo pugnaſſent,
„ plurimis tamen ſuorum amiſſis, cum
„ magna difficultate regreſſi ſunt. „

(B) Fuld. A. 872. „ Sed cum *Carlmannus* cædes & incendia exercuiſſet, *Zwentibald* miſſo clam exercitu
„ copioſo, *Bajoarios*, qui ad tuendas
„ naves in litore *Hiſtri* fluminis relicti fuerant, occupavit, & alios occidit, alios necavit in flumine, alios
„ vero duxit captivos, nullusque inde, niſi *Embrico*, Radasbonæ civitatis
„ Epiſcopus, cum paucis evaſit. „

(C) Fuld. A. 873. „ Quidam etiam
„ de *Alemannia*, nomine *Berthrammus*,
„ qui ſuperiore anno a *Marahenſibus*
„ Sclavis fuerat comprehenſus, a
„ *Zwentibaldo* dimiſſus, venit ad Regem, & legationem ſibi ab eodem
„ Duce injunctam retulit, ſicut prius
„ juramento conſtrictus, ſe facturum
„ pollicitus eſt. „

(D) Annal. Bertiniani A. 873. „ *Hludowicus* Rex Germaniæ apud Mettis
„ civitatem placitum ſuum tenere disponens, nuncium accepit, quod niſi
„ citiſſime filio ſuo *Carolomanno* in Monarchia (forte *Moravia*) contra *Winidos* ſubveniret, illum ulterius non
„ videret. - - - Ad *Renisburg* autem
„ perveniens, per Miſſos ſuos, *Winidos* ſub diverſis Principibus conſtitutos, modo, quo potuit, ſibi reconciliavit. „

A. C. Sed quibus e bello reſpirare tantiſper licuit, potiri pacis commodis non licuit. Anni ſuperioris æſtas, grandine, & fulminibus horrida, multos paſſim mortales ſtraverat; per ſata deinde, & ſegetes diu multumque bacchata, arctiorem annonam fecerat: acceſſere frugum inopia, & fames, & quod cœleſtium irarum extremum eſt, terræ motus, quo collapſa Moguntia in rudera, & informem acervum lapidum conſedit. (A) Sed A. DCCCLXXIII. ad cumulum tot malorum, nova & inſolens plaga acceſſit. Locuſtarum vis ingens ex oriente effuſa Pannoniam, Noricum, Germaniamque fœda depopulatione depaſta eſt. (B) Moles corporum pollicem virilem æquabat: alæ illis quaternæ, ſenæve, totidemque pedes, quibus diſtentam late alvum trahebant: dentes quos geminos habebant ſingulæ, ferri acie nihilo mitiores, ut adeo cortices arborum corroderent, ac comminuerent: quacunque inciderent, arbores, prata, ſegetes ad vaſtitatem redigebant: pridie, quam caſtra moverent, paucæ metatorum more prægreſſæ, ſpatia diurni paſtus in diem poſterum deſignabant: orto dein ſole integra examina militari velut ordine per turmas & legiones provolabant, tam denſo ſpiſſoque ſæpe agmine, ut ad paſſuum quinque millia ſolem oculis ſubducerent. Alterum in menſem ea calamitas tenuit: ſic ut intra horæ unius ſpatium, quidquid per centum & amplius jugera ſatorum, frugumque eſſet, in ventres demitterent, & ſpem omnem conſequentis anni immani ingluvie devorarent. (C) Deſperata humana ope ad divina

Germaniæ calamitates a fame, terræ motu,

& Locuſtis:

(A) Fuld. A. 872. „ Omne tempus æſtivum grandinibus, variisque tempeſtatibus pernoxium extitit. Nam grando plurimis locis fruges devaſtavit; horrenda etiam tonitrua & fulmina pene quotidie mortalibus interitum minabantur, quorum ictibus prævalidis homines, & jumenta in diverſis locis exanimata, & in cinerem redacta narrantur. -- Sed & terræ motus III. Non. Decemb. hora prima *Moguntinam* conſumpſit civitatem. „

(B) Fuld. A. 873. „ Eodem anno facta eſt fames valida per univerſam Italiam atque Germaniam, & multi inedia conſumpti ſunt. Tempore vero novarum frugum, novi generis plaga, & prima in gente Francorum viſa, Germanicum populum, peccatis exigentibus, non mediocriter afflixit. Nam vermes, quaſi locuſtæ, quatuor pennis volantes, & ſex pedes habentes, ab oriente venerunt, & univerſam ſuperficiem terræ inſtar nivis operuerunt, cunctaque in agris & in pratis viridia devaſtabant. „

(C) Fuld. A. 873. „ Erant autem ore lato, & extenſo inteſtino, duosque habebant dentes lapide duriores, quibus tenaciſſimas arborum cortices corrodere valebant. Longitudo & graſſitudo illarum quaſi pollex viri: tantæque erant multitudinis, ut una hora centum jugera frugum prope urbem *Moguntiam* conſumerent. Quando autem volabant, ita totum aerem per unius milliarii ſpatium velabant, ut ſplendor ſolis in terra poſitis vix appareret. Quarum nonnullæ in diverſis locis occiſæ, ſpicas integras cum granis & ariſtis in ſe habuiſſe repertæ ſunt. Quibusdam vero ad occidentem profectis, ſupervenerunt „ aliæ,

vina præſidia verſæ omnium curæ ſunt: quibus factum, ut A. C.
vento in mare Britannicum ejectæ, longo tandem terrore
Germaniam liberarent. Sed mutata duntaxat pœna erat,
non ſublata: rejectæ enim in vicina litora æſtuantis Oceani
fluctibus, eam Germaniæ oram congeſtis in magnam alti-
tudinem putridorum cadaverum acervis repleverunt, quo-
rum tabe ac fœtore corruptus aer peſtem corporibus afflа-
vit; qua ad famem accedente, tertia pars hominum extin-
a peſte item, & hyemis aſperitate. cta eſſe creditur. (A) Peſtem conſecuta hyems nive, gla- 874
cie, ventisque aquilonibus ſupra modum ſæva, ut conjuraſ-
ſe in Germaniæ perniciem omnia elementa viderentur. (B)

Tot inter triſtia illud ſane lætum, quod Ludovicum
Regem Zwentibaldi oratores Forchemii convenerint, de
pace tractaturi: Princeps legationis Joannes Sacerdos erat,
Venetiis oriundus, per quem cum fidem Regi Zwentibal-
dus, cenſumque annuum ſolenni ſacramento promitte-
ret, in pacta facile conventum eſt. (C) Percommode ea
Ludovici Germanici cum Carolo Calvo bellum: res Ludovico Regi cecidit, ut Carolum fratrem exempto
(A. DCCCLXXV.) humanis rebus Ludovico II. Cæſare, 875
Italiam ſibi vindicantem ab incepto averteret. Sed conſi-
lium eventu caruit. Objectus primum Carolo fratri Ca-
rolus filius, ſed quod tantam belli molem adoleſcenti prin-
cipi

„ aliæ, & per duorum menſium cur-
„ ricula, pene quotidie ſuo volatu
„ horribile cernentibus præbuere ſpe-
„ ctaculum. „ Regino in Chron.
A. 873. „ Majores erant, quam cæ-
„ teræ locuſtæ, habebantque ſena ala-
„ rum remigia, & mirum dictu, ut
„ caſtrorum acies diſtinctis ordinibus
„ per aera ferebantur. - Duces cum
„ paucis exercitum itinere unius diei
„ præibant, quaſi loca apta multitu-
„ dini proviſuri. Circa horam no-
„ nam, ubi duces pridie venerant, in-
„ ſidebant, nec a loco occupato mo-
„ vebantur, quouſque ſol ſuum repræ-
„ ſentaret ortum; tunc per turmas
„ ſuas proficiſcebantur. - - Spatium
„ diurni itineris quatuor aut quin-
„ que milliaribus extendebatur. „
Confer. Sigeb. Gemblac. A. 874. Herm.
Contract. Albericum.

(A) Regino A. 873. Herman. Contr.
A. 873. Sigebert. Gemblac. A. 874.
„ Uſque ad mare Britannicum perve-
„ nientes, tandem flatu ventorum in
„ profundum maris demerſæ ſunt, ſed
„ æſtu Oceani ad litus rejectæ, ex pu-
„ tredine ſua aere corrupto multos
„ perire fecerunt. Secuta fames va-
„ lida multos conſumpſit inedia, ut
„ pene tertia pars hominum conſum-
„ pta ſit. „ Fuldenſ. A. 874. „ Hoc
„ anno fame & peſtilentia per uni-
„ verſam Galliam ac Germaniam graſ-
„ ſantibus, pene tertia pars humani
„ generis conſumpta eſt. „

(B) Annal. Bertin. A. 874. „ Hiems
„ prolixa & fortis, & nix tanta fuit
„ nimietate perfuſa, quantam nemo
„ ſe vidiſſe meminerit. „ Fuld. A. 874.
„ Unde accidit, ut non ſolum anima-
„ lia, verum etiam homines plurimi
„ frigore perirent. „

(C) Fuld. A. 874. „ Legatos *Zwenti-
„ baldi* pacem petentes, & fidelitatem
„ promittentes ſuſcepit. Cujus lega-
„ tionis princeps erat *Johannes* pres-
„ byter de Venetiis, qui etiam, ut ei
„ Rex omni ambiguitate remota cre-
„ deret, quidquid verbis dicebat, ſa-
„ cramento firmabat, videlicet, ut
„ *Zwentibald* Regi fidelis permaneret
„ cunctis diebus vitæ ſuæ, & cenſum
„ a Rege conſtitutum per annos ſin-
„ gulos ſolveret, ſi ei tantummodo
„ quiete, ac pacifice a Rege vivere
„ concederetur. „

A. C. cipi delegare, plenum periculi videretur; Carolomannum natu maximum, clarum jam bello, & magno Imperio parem in Italiam cum exercitu misit. Sed ut armis invictus, ita fallacibus promissis in fraudem illectus spe componendi fraterni dissidii in Bojariam retractus est. (A) Sic Carolo, cui a calvitie nomen est, Imperii diadema mansit. Ultus eam injuriam graviter ac severe est Ludovicus Rex senior Germaniæ, Gallia diris populationibus misere vastata: Sed regni insontis preces a Superis id demum impetrarunt, ut ira Ludovici mansuesceret, armaque victricia in Germaniam redirent. (B) Reversum ex Gallia mors ad V. Kal. Septem-
876 bris A. DCCCLXXVI. Francofurti oppressit. (C) Justas Regis optimi laudes Regino, ejus temporis Scriptor nobilis, luculenter exequitur, quarum hæc summa est: fuisse Ludovicum belli pacisque artibus in paucis inclytum; justitiæ cultorem rigidum; Religionis studio, Patre, Avoque nihilo inferiorem; promptum non manu magis, quam consilio; nec tam solicitum, ut late, quam ut bene, justeque imperitaret. Ea de causa nulli contigisse, ut auro vel muneribus ad dignitates obreperet; nulli, qui virtute, doctrinaque eminebat, ut in obscuro lateret: aurum, gemmas, & id genus fortunæ opulentioris illecebras pro nihilo; arma contra, equos, virosque bello strenuos in deliciis, ac divitiis habuisse:

Mors ejusdem, laudesque.

(A) Fuld. A. 875. „ Interea *Hludowicus* Italiæ Imperator obiit - - „ quod cum *Karolus*, Galliæ tyrannus, „ comperisset, illico regnum Italiæ „ invasit. „ Annal. Bertin. A. 875. „ *Hludowicus* Rex Germaniæ, frater „ ejus (*Caroli* Calvi) filium suum *Ca-* „ *rolum* in Italiam, ut fratri suo ad- „ versaretur, transmisit: quem *Caro-* „ *lus* Rex fugam accipere, & inde abs- „ cedere coegit. *Hludovicus* autem „ Rex Germaniæ alium filium suum „ *Carolomannum*, cum quibus potuit, „ in adversitatem fratris sui, in Ita- „ liam direxit. Quod prænoscens *Ca-* „ *rolus* Rex obviam ei cum validiori „ manu perrexit. Et quia *Caroloman-* „ *nus* prænovit, se patruo suo non „ posse resistere, pacem petens cum „ eo locutus fuit, & sacramentis „ utrinque confirmatis ad propria re- „ diit. „ Ita Annal. Bertiniani: sed Fuldens. longe aliter ad A. 875. „ *Ka-* „ *rolus* vero audito *Karlmanni* adven- „ tu in Italiam, primo clausis Alpium „ se defendere nititur, sed nihil pro- „ ficit. *Carlmannus* enim loca accessu „ difficilia cum suis præoccupavit. Il- „ le autem, dum negotium ferro de- „ cernendum timuisset, (est enim le- „ pore timidior) ad calliditatem so- „ litam convertitur. Nam aurum, „ & argentum, gemmasque infinitæ „ multitudinis *Carlmanno* obtulit, ut „ eum sibi placare, & a paterna fide- „ litate segregare potuisset, juravit- „ que se de Italia cito exiturum, & *Hludowici* fratris sui judicio regnum „ disponendum servaturum, si *Carl-* „ *mannus* inde discederet. Quo inde „ discedente, & promissionibus illius „ credente, ille quæcumque pollici- „ tus est, mentitur. „

(B) Annal. Bertin. A. 875. „ *Hlu-* „ *dovicus* cum suo exercitu idem Re- „ gnum (*Galliæ*) pessumdedit. „ Fuld. A. 876. „ *Hludowicus* Rex mise- „ ricordia motus, multorumque pre- „ cibus exoratus, ne Galliæ regionem „ propter *Caroli* stultitiam perderet, „ in regnum suum mense Januario „ rediit. „

(C) Fuld. A. 876. „ *Hludowicus* - - „ V. Kalend. Septemb. in palatio „ *Francofurt*, diem ultimum clau- „ sit. „

buisse: quibus rebus factum, ut Lotharium, ac Carolum Calvum fratres, quibus uno Imperii nomine minor erat, rerum gestarum gloria, regnique felicitate longissime anteiret. (A) A. C.

Germania in tres partes divisa.

Carolomannus Bojariam, Austriam, Pannoniam &c. accipit.

A morte Ludovici Regis Germania in tres partes tributa est: ex his Carolo, fratrum natu minimo, Alemannia; Ludovico Franconia, Thuringia, Saxonia cum Frisia, & parte Lotharingiæ; Carolomanno demum natu maximo, Bojaria, Carentania, Austria, Pannonia, Bohemia ac Moravia obtigere, amplæ satis ex magno Imperio Regnorum laciniæ, si pacatis esse liceret. (B) Primus hostem, stabilita nondum provinciarum partitione, mense post Novembri facta, expertus est Ludovicus, & Carolum quidem Cæsarem patruum: qui cum insatiabili cupiditate ad Galliæ regnum, Italiam etiam, Burgundiam & Austrasiam adjunxisset; tertiam quoque, quæ trans Rhenum, in Germania erat, aviti Imperii portionem appetebat: sed enim in virum incidit, qui trajecto celeriter Rheno, victum ad Andernacum gravi pugna patruum in Galliam rejecit. (C) Carolomannus interim, qui fratris Ludovici causam suam merito reputabat, non contentus una patrui infidi clade, A. DCCCLXXVII. in Italiam cum exercitu movit, ut 877 præ-

(A) Regino l. 2. A. 876. „ Fuit „ autem iste Princeps Christianissimus, fide Catholicus - - quæ religionis sunt, quæ pacis, quæ justitiæ, ardentissimus executor, ingenio callidissimus, consilio providentissimus, in dandis, sive subtrahendis publicis dignitatibus discretionis moderamine temperatus, in „ prælio victoriosissimus; armorum, „ quam conviviorum apparatibus studiosior, cui maximæ opes erant instrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem, quam auri fulgorem - - „ quem nemo muneribus corrumpere potuit, apud quem nullus per pecuniam Ecclesiasticam, sive mundanam dignitatem obtinuit. &c. „

(B) Regino l. 2. A. 876. „ Post „ hæc convenerunt tres supradicti „ fratres in loco, qui dicitur *Saulifelt*: „ (Salefelt) ibi divisérunt paternum „ regnum. *Carolomannus* sortitus est „ *Bajoariam*, *Pannoniam*, & *Carnutum*, „ quod corrupte *Carantanum* dicitur, „ nec non & regna *Sclavorum*; *Boheimiensium*, & *Marahensium*, *Ludovicus* „ Orientalem Franciam, Thuringiam, „ Saxoniam, Frisiam & partem regni „ Lotharii: porro *Carolus* Alemannia & aliquas civitates ex regno „ Lotharii. „

(C) Fuld. A. 876. „ *Carolus* vero „ *Hludovici* morte comperta, regnum „ illius cupiditate ductus invasit, & „ suæ ditioni subjugare studuit, existimans se (ut fama vulgabat) non „ solum partem Regni *Hlatharii*, quam „ *Hludowicus* tenuit, & filiis suis utendam dereliquit, per tyrannidem „ posse obtinere; verum etiam cunctas civitates regni *Hludowici* in „ Occidentali littore Rheni fluminis „ positas, suo regno addere, id est, „ *Maguntiam*, *Wormatiam*, & *Nemetum*, filiosque fratris per potentiam „ opprimere &c. &c. „ Hermann. A. 876. „ Quem cum *Ludovicus* junior per legatos redire, pacemque „ servare frustra postulasset, eumque „ sibi dolo insidias struere comperisset, transito Rheno VIII. Idus Octobris in Ribuaria, bello inito vicit, „ multisque occisis & comprehensis, „ illum pene nudum cum paucis turpiter fugere compulit, & castra „ ejus cum innumeris spoliis diripuit. „ Fusius ista Fuldens. Bertiniani, Regino, & Sigeb. Gemblac. exequuntur.

A. C. præreptam nuper Ludovico, Patri ſuo, Longobardici Regni hæreditatem, vi ac armis ſibi vindicaret. Acuebant bellicoſum Principem nuperæ Caroli fraudes, novæque in fratrem injuriæ: animos dabat longus bellorum uſus, & exercitus Noricis jam etiam, Sclavicisque gentibus auctus, quarum tumultus nuper admodum compreſſerat. At Carolus Calvus, novorum hoſtium adventu territus, dum pugnam fugit, mortem invenit, alvi profluvio extinctus; an veneno per Judæum medicum propinato, incertum. (A) Hinc Italorum verſa in Carolomannum ſtudia, quorum ſuffragiis certatim ad regnum Italiæ petebatur: ſed ſpes tam amplas, & ſummi Imperii coronam affecti pulmonis vitium, & peſtilitas, quæ cruenta tuſſi ejus exercitum ad ſummam paucitatem redegerat, intervertit. (B)

Carolomannus morbo oppreſſus.

Compoſitis utcunque Italiæ rebus, in Bojariam Carolomannus rediit; ſed enim gravior indies invaletudo vires Principis longa nervorum diſſolutione ita proſtraverat, ut hebeſcente ſenſuum officio linguæ etiam, vocisque uſum amitteret. Eo rerum ſtatu cum vitæ longioris ſpes nulla affulgeret, Ludovicus Rex frater in Bojariam venit, de ſucceſſione in id regnum cum proceribus acturus. (C) Carolomannus, qui inter vitæ, mortisque hæc confinia ferendum ſibi

(A) Fuld. A. 877. „ *Carolus* Galliæ „ tyrannus æſtivo tempore cum exercitu Italiam petiit, & Ticini reſidens, magnopere niſus eſt, qualiter „ *Carlmanno* illuc adventanti aditum „ denegaret in illam provinciam. *Carlmannus* vero cum manu valida *Noricorum*, diverſorumque *Sclavorum* „ Italiam ingreditur, contra *Carolum* „ dimicare volens. Quod cum *Carolus* comperiſſet, illico juxta conſuetudinem ſuam fugam iniit - - & „ eodem itinere dyſenteriæ morbo „ correptus, cum magna periit triſtitia. „ Annal. Bertin. A. 876. „ *Carolomannus* frater eorum nec ad eos „ (*Ludovicum & Carolum*) nec ad patruum ſuum *Carolum* Imperatorem, „ ſicut ei mandaverat, venit, occupatus in belligeratione contra *Winidos*. „ Regino ad A. 877. „ Eſt „ autem fama, quod a quodam Judæo, „ qui vocabatur *Sedechias*, poculum „ mortis ei propinatum ſit. - - - „ Obiit vero pridie Non. Octobris. „ Annal. Bertin. A. 877. hæc addunt de Carolomanno, ſed maligne, & falſo: „ *Carolomannus* vero mendaci nuncio „ audiens, quod Imperator & Papa „ *Johannes* ſuper eum cum multitudine maxima bellatorum venirent, & „ ipſe fugam arripuit per viam, quam „ venerat. „

(B) Fuld. A. 877. „ *Carlmannus* optimates Italiæ ad ſe venientes ſuſcepit, & diſpoſita, prout voluit, regione, reverſus eſt in Bajoariam. - - „ Peſtilentia quoque ingens ſecuta eſt „ exercitum *Carlmanni* de Italia redeuntem, ita ut plurimi tuſſiendo „ ſpiritum exhalarent. „ Bertin. A. 877. „ *Carolomannus* pene uſque „ ad mortem infirmatus, & lectica „ delatus ad propria, per annum ita „ jacuit, ut a multis fuerit deſperatus. „

(C) Fuld. A. 879. „ *Hludowicus* „ Rex - - in Bajoariam profectus eſt „ inviſere *Carolomannum*, qui gravi „ detinebatur infirmitate. Nam paralyſi morbo correptus uſum loquendi amiſit. Ibique optimates „ ejusdem regionis ad ſe venientes „ ſuſcepit, ea videlicet ratione, ut poſt „ obitum *Carlmanni* nullum alium ſuper ſe Regem ſuſciperent, vel regnare conſentirent. „

Regnum Ludovico fratri relinquit.

sibi jam quidlibet putabat, commendato tantum Arnulpho filio, quem furtivo concubitu ex Liutswinda, nobili fœmina, prognatum (A) Carentaniæ nuper Præfectura auxerat; cetera, quæ Ludovicus frater ſtatuiſſet, rata habuit, (B) nec longo poſt tempore A. DCCCLXXX. mortalitatem explevit. (C) Regino, Scriptor locuples, nec infacundus, multus eſt in hoc Principe dilaudando: præter inſignem enim corporis ſpeciem, viresque animi magnitudine nihilo minores, doctrinam, quanta in Principem cadere potuit, & parem tanto faſtigio eloquentiam tribuit: fidem præterea, religionem, morum honeſtatem, ac ſuavitatem tantam, dubium ut eſſet, hoſtes civesque an armorum magis terrore, quam comitate, ac lenitate ſibi adjunxiſſet. Bella cum patre multa, plura ſine patre in Sclavos maxime geſſit, exitu ſemper proſpero; finesque regni Bojarici in Moravos ac Bohemos latiſſime protulit: tam civi interim blandus, quam hoſti terribilis: ſic ut natus pene ad regnandum videretur. (D) Hoc tam charo ſibi Principe orbatæ provinciæ luctum ſolari ſuum utcunque poterant, ſi Ludovico fratri, qui ad capeſſenda novi regni gubernacula Ratisbonam in Bojariam continuo advolavit, (E) ampla provinciarum hac acceſſione

A. C. 880

Mors ejus, laudesque.

(A) Regino l. 2. A. 880. „ Huic „ (*Carolomanno*) ex legitimo matrimonio non eſt nata ſoboles propter „ infœcunditatem conjugis, ſed ex „ quadam nobili fœmina filium elegantiſſimæ ſpeciei ſuſcepit, quem „ *Arnolphum* nominari juſſit. -- Conceſſit autem idem Rex (Ludovicus) „ *Arnolpho Carantanum*, quod ei pater „ jam pridem conceſſerat. „ Matrem ſuam *Liutswindam Arnulphus* ipſe vocat in Diplom. Friſing. A. 895. dato. „ Poſt obitum dilectæ Matris noſtræ „ *Liutswindæ* &c.„ apud Meichelbeck. T. 1. p. 146.

(B) Fuld. A. 879. „ *Carlmannus* autem tandem *Hludowicum* ad ſe acceſſivit, & quoniam loqui non poterat, ei ſeipſum & uxorem & filium, univerſumque regnum ſcripto commendavit, cui Rex Epiſcopatus & Abbatias, & Comitatus ad „ ſervitium delegavit. „

(C) Fuld. A. 880. „ *Carlmannus* „ frater Hludovici, & Caroli, XI. „ Cal. April. obiit. „ Idem dies mortualis ab Hermanno contr. aſſignatur: ſed a Reginone, & Mett. An. manifeſto errore *VII. Non. April.* Arnulphus demum Rex filius in Diplom. a Miræo Notit. Eccl. Belg. c. 21. allato, Patrem ſuum *X. Calend. Octobr.* vitam finiiſſe ſcribit. Sepultus eſt *Odingæ*. Regino ibid.

(D) Regino l. 2. A. 880. „ Fuit „ vero iſte præcellentiſſimus Rex literis eruditus, Chriſtianæ religioni „ deditus, juſtus, pacificus, & omni „ morum honeſtate decoratus: pulchritudo ejus corporis inſignis, vires in homine quoque admirabiles „ fuere, nec inferior animi magnitudine. Permulta quippe bella cum „ patre, plurima ſine patre in regnis „ Sclavorum geſſit, ſemperque victoriæ triumphum reportavit, terminos imperii ſui ampliando ferro dilatavit: ſuis mitis, hoſtibus terribilis apparuit: alloquio blandus, „ humilitate ornatus, in ordinandis „ regni negotiis ſingulari ſolertia „ præditus, ſic ut prorſus ei nihil deeſſe in regiæ majeſtatis competentia videretur. „

(E) Regino, A. 880. „ *Ludovicus* „ comperto, quod frater obiiſſet, *Bajoariam* ingreſſus, *Ratisbonam* venit, „ ubi omnes Optimates regni ad eum „ confluentes, ejus ditioni ſe ſubdiderunt. Conceſſit autem idem Rex „ *Arnolpho Carantanum*, quod ei pater „ jam pridem conceſſerat. „

A. C. ne frui diutius licuiſſet. Sed vix oſtenſus magno Imperio, fatalis cometæ admonitu, de Regni, vitæque ſtatione ad 882 XIII. Kal. Februarii Anni Octingenteſimi, Octogeſimi Secundi deceſſit. (A) *Ludovici junioris mors.*

Ergo ad Carolum ex fratribus natu minimum, & jam Italiæ regno, ac Imperii titulis auctum, viduatæ Germanici Regni provinciæ reſpexere: (B) quæ, ne in præſens ſtatim, ut optabat, tranquilla redderet, Normanni in cauſa fuere, qui Sigefrido & Godefrido Regibus Rhenanam pene omnem Germaniæ oram, ferro ac igne ad extremam vaſtitatem redegerunt. In hos igitur ire placuit, Longobardis, Bojariis, Alemannis, Thuringis, Saxonibus, Friſiisque adverſus barbarum, ac communem hoſtem concitatis. Sed belli is exitus fuit, ut pax ac tranquillitas publica, auri ingenti pondere, additaque Friſonum Provincia, redempta non male videretur. (C) Sed Auſtriam longa calamitatum ſeries excepit. Graſſabatur per Bojariam, & Noricum dira lues, quæ tantam mortalium ſtragem dedit, mortuis ut tumuli deeſſent, (D) binique ſæpe eodem ſepulchro conderentur: acceſſere tumultus inteſtini, qui demum in Moravica, & Hungarica bella deſiere. E vivis exceſſerant Wilhelmus & Engelſchalcus fratres, Auſtriæ Marchiones, quibus raro germanitatis exemplo & fides, & concordia in regenda tuendaque adverſus Moravos Provincia ad ex- *Carolus Craſſus Rex Germaniæ.*

(A) Supplem. Fuldens. ex Lambecio. „ Stella Cometes XV. Kal. Februarii prima hora noctis apparuit „ rem infauſtam, quæ cito ſecuta eſt, „ ſua apparitione præmonſtrans. Nam „ *Hludowicus* invaleſcente morbo „ XIII. Kal. ejusdem menſis, diem „ ultimum clauſit. „

(B) Suppl. Fuldenſ. ex Lambec. A. 882. „ *Karolus* Imperator audito „ fratris ſui obitu de Italia perrexit in „ *Bajoariam*, & Optimates, qui fuerant „ fratris ſui, advenientes in ſuum ſuscepit dominium. „

(C) Regino l. 2. A. 882. „ *Carolus* „ Imperator - - cum Longobardis, „ *Bajoariis*, *Alemannis*, Thuringis, Saxonibus, Friſonibus & omnibus „ regnis, ſuæ ditioni ſubditis, Normannos in ſupra dicto loco obſidere exorſus eſt: ſed conatus ejus parum effectum obtinuit. - - - - Noviſſime Rex *Godfridus* Nortmannorum ea conditione Chriſtianum „ ſe fieri pollicetur, ſi ei munere Regis *Friſia* provincia concederetur - - „ qui ut optavit, adeptus, baptizatus „ eſt. - - *Sigefrido* & reliquis Nortmannis immenſum pondus auri & „ argenti expoſitum eſt, & tali tenore fines regni excedunt. „ Supplem. Fuld. A. 882. ex Pythæo meminit diviſi in tres partes exercitus, quarum una Bojoariis, altera Francis, tertia ex Alemannis, Longobardis &c. conſtabat. „ *Bajoarii* cum principe eorum *Arnolpho*, Franci cum Henrico „ miſſi manu valida ante Regem & „ exercitum &c. „ ad extremum ampliter de pactionibus cum Nordmanno hoſte factis differit.

(D) Suppl. Fuld. ex Pythæo A. 882. „ Redeuntibus Bajoariis domum, magna & immanis peſtilentia in tota „ *Norica* excrevit, ut ſæpe duo cadavera in unum tumulum ſepelirentur. „

tremum conſtitit. (A) Sunt, qui anno jam abhinc duode- A. C.
cimo, communi cum cetera turba clade, quam Zwentibaldus per ſummam perfidiam Carolomanni copiis ad antiquam urbem Raſticis attulerat, involutos exiſtiment: (B) Neque vero facile dictu eſt, quo aut tempore, aut alio mortis genere ambo extincti ſint, ſtrenui cetera Præfecti, & cum laude in veterum monumentis celebrati.

Arbo Auſtriæ Præfectus, ſeu Marchio.

Iis ſucceſſor in Auſtriæ præfectura Arbo datus eſt, filiis Wilhelmi & Engelſchalci, quorum firmior jam ætas erat, ſpe avitæ dignitatis dejectis, ac in ordinem redactis. (C) Ea res ut invidiæ habebat plurimum, ita non Marchionum modo filios, ſed propinquos etiam, ac amicos incredibilem in modum uſſit: jamque jactari paſſim minæ audiebantur palam frementium: vitam ſibi extorqueri poſſe; paternos honores non poſſe. Arbo, quanquam clara & ipſe domo, & patriis dudum carminibus celebrata ortus; ſuis tamen in tanta æmulorum potentia diffiſus viribus, offerre ſe unum tam ancipiti periculo non eſt auſus: neque tamen cauſæ indormiit ſuæ; ſed quod proximum illi perfugium, cum Zwentibaldo, Moravorum Duce, fœdus & amicitiam, dato in pignus fidei obſide filio, conſtituit. Metu Arbonis audaciores æmuli, collectis raptim copiis, in imparatum incurrunt, & domeſticis exutum præſidiis in fugam conjiciunt. (D) Ejecto ex Auſtria Marchione, Megingotus, Babo, & Werin-

Arbo a filiis Wilhelmi, & Engelſchalci ex Auſtria ejectus

(A) Suppl. Fuld. ex Pythæo A. 884. „ Quum duo fratres *Wilibelmus* & *Engilſchalcus* terminum regni *Bajowariorum in Oriente* a Rege (id eſt, ſeniore *Hludovico*) conceſſum contra „ Moravanos tenuerunt, multaque „ pro patria tuenda conflictando ſudaſſe feruntur. Tandem diem ultimum hujus aeris in eadem voluntate finivere permanentes. „ Eorundem meminit *Arnulphus* Rex in Diplom. Cremifan. dato ad A. 893. apud Rettenbacher his verbis. „ *Wilhelmus* & *Engilſchalcus*, germani fratres, „ Comites videlicet quondam ſtrenui „ terminales. „

(B) Annal. Bertiniani A. 871. „ *Ludovicus* ſcilicet ad Rainisburg perrexit, quia maximum damnum a Nepote *Raſticis*, qui principatum Winidorum poſt eum ſuſceperat, habuit: in tantum, ut *Marhiones* cum „ plurima turba ſuorum perdiderit, „ & terram, quam in præteritis annis „ obtinuerat, pernicioſe amiſerit. „ Cum igitur inter *Radwodum* & *Arbonem* Marchiones Auſtriæ alii nuſquam legantur, præter *Wilhelmum* & *Engilſchalcum*, quorum hoc tempore inter Diplom., Friſingenſ. & Ratisbon. ſæpius occurrit mentio, clades ea ad hos fratres pertinere videtur: niſi forte tum bello capti, ac demum patriæ præfecturæ ſint reſtituti. Ceterum amplas iis fuiſſe poſſeſſiones ex laudato *Arnulphi* R. Diplomate colligo, ubi hæc leguntur: „ Quidquid *Wilhelmus* & *Engilſchalcus* germani fratres, „ Comites videlicet quondam ſtrenui „ terminales - tam ad *Eporeſpurch* ad „ *Cambe*, ſive ad *Perſiniacham*, quamque in aliis *Waioariæ* ſcilicet, atque „ *Sclavinia* locis vel terminis habuerunt. „

(C) Suppl. Fuld. Pyth. A. 884. „ Cum vero non eſſet honor illorum filiis „ redditus, *Arbo* in Comitatum domino Rege concedente ſucceſſit. „

(D) Suppl. Fuld. ex Pyth. A. 884. „ Cum vero non eſſet honor illorum „ filiis redditus *Arbo* in comitatum „ domno Rege concedente ſucceſſit: „ quod

A. C. Werinharius (nam ea Wilhelmi & Engilſchalci filiorum erant nomina) ſecuri jam ſui, ut eſt juventus, negligentius agebant; & pro ingentibus parentum ſuorum meritis, quæ in recenti apud populares ſuos eſſent memoria, paternos honores jam titulo præferebant. At enim Arbo ad Zwentibaldum elapſus, occaſioni vindicandæ injuriæ nequaquam defuit; & Moravus Princeps ea diſcordia in rem ſuam uſurus, partes exulis haud gravate ſuſcepit. Arma igitur, vires, conſilia ſociantur, bellumque, antequam rumor ad hoſtes permanaret, in Auſtriam Aquilonarem deportatur. Agebat in ea provinciæ parte Werinharius, Engilſchalci filius natu ſecundus: in hunc effundere primum belli impetum Zwentibaldo placuit: & quod exiguas ad manum haberet copias Werenharius, cum Wecilone Comite, ac propinquo facile in poteſtatem victoris venit. (A) Dire in miſeros conſultum: præciſa crudelem in modum dextra, lingua faucibus exſecta, evirati ambo; & nequid ad ſummam immanitatem deeſſet, obvii quique dextra lævaque mulctati, cladis acceptæ ad ſuos nuncii, & crudæ barbariei teſtes futuri. Inde in tecta, agrosque verſus furor eſt, omniaque Arbonis hoſtium prædia continenti incendio deleta. Evaſtata Boreali Auſtria, in citeriorem quoque armorum terror illatus: hic etiam, quidquid ferrum præteriit, igne abſumptum. In tanta calamitate illud miſerrimum,

ad Zwentibaldum fugit:

illatam ſibi injuriam crudeliter ulciſcitur.

„ quod prædictorum virorum pueruli, illorumque propinqui in contrarium accipientes, & vertentes „ dixerunt: alterutrum fieri, & *Arbonem* Comitem ſi non recederet, „ deComitatu parentorum ſuorum & „ ſeipſos ante faciem gladii morituros. Hoc experimento *Arbo* concuſſus, amicitiam iniit cum *Zwentibaldo* duce Moravorum gentis, firmatoque inter illos fœdere, filium „ ſuum obſidem fieri non tardavit. „ Nec minus ipſi prædicti pueri conſulunt quosdam primores Bajowaricæ gentis, collatisque propinquis, „ ac undique copiis - - Comitem a „ Rege conſtitutum inhonorifice expellebant, Comitatumque illis in „ uſum uſurpaverunt. „

(A) Suppl. Fuld. ibid. „ Igitur eodem anno, quo illi pueri prædictum „ Comitem *Arbonem* a Rege comendatorum exortem fieri honorum „ impetraverunt, *Zwentibaldus* Dux „ Moravorum, plenum doli & aſtutiæ cerebrum, non immemor utriusque, quanta ab Anteceſſoribus iſtorum puerorum cum gente ſua, usque dum ad illos terminum Bajowariorum prætenderunt, paſſus ſit „ mala, inſuper etiam amicitiæ ac juramenti, quæ cum *Arbone* iniit, pepigitque, ad hoc vindicare proficiſcitur, & perfecit. Nam de ſeptentrionali parte *Hiſtri* fluminis apprehenſo *Werinhario* de pueris *Engilſcalchi*, qui tres habuit, mediocri; „ *Veziloni* quoque Comiti, qui illorum propinquus erat, dextram manum cum lingua & (monſtri ſimile) verenda & genitalia - - abſciderunt, homines vero illorum quosdam ſine dextra levaque reverſi ſunt. Exercitus ſcilicet juſſu ducis „ igne devaſtat omnia, inſuper ultra *Danubium* miſſis ſpiculatoribus, „ ubicunque proprietas & ſubſtantia „ prædictorum ſit puerorum, igni „ tradita ſine mora eſt. Hoc ſcandalum ante facti puerulis ſpatio „ unius anni ſentitur. „

quod neque, quo confugerent, ſpes ulla præſidii uſquam appareret. Fruſtra ad Cæſarem appellarent miſeri, quem Arbone expulſo infenſum ſibi reddidere: nullum a popularibus auxilium, quos in factiones diſtractos, & clades præteritæ, & impendentium calamitatum metus a belli conſiliis avocabant. A. C.

Zwentibaldi ſæva conſilia.

Ergo quod unum erat reliquum, ad Arnulphum, cui ad Carentaniæ Ducatum Pannoniæ tutela nuper acceſſerat, confugiunt. (A) Recepti benevole, reſpirare ex ſumma trepidatione nonnihil cœperant; cum novam exorſus telam Zwentibaldus, rempublicam omnem in ſummum diſcrimen adduxit. Legati ab eo ad Arnulphum miſſi, quorum poſtulata hæc erant: Megingoto, ac Baboni, manifeſtis regni ſui hoſtibus, neu receptum, neu auxilium præberet: conceptis deinde verbis juraret, ſe nec in vitam, nec in regnum Zwentibaldi cum Bulgaris, Moravorum hoſtibus, conſilia ſociaſſe. Renuentem iſta, tanquam indigna tanto faſtigio, bello aggreditur, transmiſſoque Danubio Pannoniam immani populatione percurſat. (B) Sed nec irarum, nec prædæ id ſatis erat: exacta vix hyeme bellum renovatur. Erat in Zwentibaldi exercitu innumerabilis multitudo, ſic ut gradu, viaque militari incedentium agmen noviſſimum ſero vix veſpere eo pertingeret, unde primum orto ſole diſceſſit. In Pannoniam ubi ventum, ita uri, exſcindique omnia cœpere, ut redacta in ſolitudinem florentiſſima regio videretur. Dies non minus duodecim ea populatio tenuit: (C) & quanquam, cum tertio redirent Moravi, Megin- 883

Pannoniæ dira populatio.

884

(A) Supplem. Fuld. ex Pythæo. A. 884. „ Hinc equidem non confidentibus a rege pueris aliquid boni propter delictum, quod *in Arbone* commiſere, receſſerunt, ſtatueruntque fieri homines *Arnolfi*, *Carlmanni* Regis filii, qui tunc *Pannoniam* tenuit. „

(B) Suppl. Fuld. ibid. „ Quo audito *Zwentibaldus* dux miſit nuncios ad eum (*Arnulphum*) & ait illi: inimicos meos ſuſtentas, ſi eos non dimiſeris, nec me tecum pacificatum habebis. Alteram etiam occaſionem adverſus eum protulit: „ tui homines in vitam meam, nec minus in regnum meum doloſe cum Bulgaris conſiliaverunt, qui priore anno ſuum regnum vaſtavere. Hoc volo mihi cum juramento, verum non eſſe, conteſtari, quorum neutrum unquam ſe facturum *Arnolphus* renunciavit. Itaque dux non diu, collectis ex omni parte Sclavanorum copiis, magno cum exercitu invadit *Pannoniam* immaniter, ac cruenti more lupi mactat, igne & ferro maximam partem devaſtat, deterit & conſcindit - - ſpatio unius anni Dux cum exercitu ſuo non læſus remeavit in ſua. „

(C) Suppl. Fuld. ib. A. 884. „ Cæterum vero inſtanti anno, quo iſta computamus, iterum Dux coagulata multitudine, hoſtiliter *Pannoniam* hoſtilem exercitum infert, ut ſiquid antea remaneret, nunc quaſi ore lupi per totum devoraſſet. Tanta enim multitudine in iſto itinere pollebat, ut in uno loco, ab ortu uſque ad veſperum lucis, exercitus

A. C. Megingotus, Baboque cum aliquanta Pannoniorum manu furentium ſe agmini objicerent; alio tamen non valuit inconſulta temeritas, quam ut in fugam conjecti ambo, relicto inter captivos Bertholdi Comitis fratre, Arrabonis gurgitibus haurirentur. (A) Excitatus tot cladibus, exulumque lamentis Carolus Cæſar, quanquam ſero, in Auſtriam deſcendit, promotisque ad Tullinam fluvium caſtris, Zwentibaldum ad amicam compoſitionem evocavit. Locus colloquio in monte Comageno captus: Zwentibaldus, qui ad ſimulationem a natura factus, non modo obedienter, ſed officioſe etiam cum magno procerum ſuorum comitatu affuit, renovato fidei ſacramento, in gratiam facile receptus eſt. (B) Quæ cauſa Imperatorem ad pacem tam indignam cum Sclavo principe impulerit, non facile dixerim: nec enim tam levis erat injuria, nec accepta calamitas tam exigua, ut nudis verborum officiis a Duce perfido ſatisfactum videretur. Obtrita & exinanita erat omnis prope ab Arrabone ad Savi Iſtrique confluentem Pannonia: tantum nobilis, plebejique ſanguinis fuſum: tot edita, tamque barbaræ immanitatis exempla, ſatis ut appareret, nihil nec humani, nec divini juris commune ſibi cum Germania Zwentibaldum voluiſſe. (C) Omnia tamen aut inconſulto a Mo-

Zwentibaldi Moravi cum Cæſare colloquium in Auſtria.

„ ercitus ejus præterire cerneretur. „ Cum tanta enim multitudine in regno Arnolphi per XII. dies exſpoliando verſabatur: demum, prout „ voluit, proſpere reverſus eſt. „ Herman. contract. A. 883. „ *Zwentibald* Dux *Marahenſium*, *Pannonias*, „ quibus *Arnolphus* Dux, filius *Carolomanni* Regis, præfuit, crudeliter „ vaſtat. „ Ex quo ſatis conſtat bellum hoc, quod Fuld. ſupplementum ad Annum 884. recenſet anno 882. cœptum, ſequentibus duobus continuatum eſſe, ut innuere ipſum etiam ſupplementum videtur his verbis: „ *Pace* vero vitiata, per ſpatium tantum, iſto continuato tertio anno „ dimidio inſtanti, *Pannonia* de *Hraba* „ flumine ad orientem tota deleta „ eſt. „

(A) Suppl. Fuld. ex Pythæo A. 884. „ Poſtea quoque miſſa quadam exercitus parte ſupra *Danubium*, quod „ audientes filii *Willibelmi* & *Engilſcalchi*, qui majores natu erant, *Megingor* & *Papo*, quibusdam *Pannoniorum* ſecum aſſumptis, contra illos „ incaute venerunt: ſed tamen pugnam certaminis inire non utile, „ nam ad illos victoria conceſſit: iſti „ fugæ præſidium quærentes *Megingor* & *Papo* in flumine, qui dicitur *Hrapa*, „ vitam finivere. Frater vero *Bertholdi* Comitis cum aliis quam plurimis a Sclavanis tentus eſt. „

(B) Suppl. idem ibid. „ Imperator per *Baiowariam* ad orientem proficiſcitur, veniensque prope flumen *Tullinam*, monte *Comiano* colloquium habuit: ibi inter alia veniens *Zwentibaldus* dux cum principalibus ſuis, homo (ſicut mos eſt) „ per manus Imperatoris efficitur, „ conteſtatus illi fidelitatem juramento, & uſque dum *Carolus* vixiſſet, nunquam in regnum ſuum hoſtili exercitu eſſet venturus. „

(C) Suppl. idem „ Iſto continuato „ tertio anno dimidio inſtanti *Pannonia* de *Hraba* flumine ad Orientem „ tota deleta eſt. Servi & ancillæ „ cum parvulis ſuis conſumpti ſunt, „ primoribus quibusdam tentis, quibusdam occiſis: & quod turpius „ erat, truncatis manu, lingua, genitalibus, remiſſi ſunt. „

ravis & Normannis metui ; aut occultæ fortaſſis cum Ar- A. C.
nulpho ſimultati, a Cæſare ſunt poſtpoſita. Ceterum compoſitis in præſens de Auſtria Pannoniaque cum Zwentibaldo rebus, Brazlavonem Sclavoniæ hodiernæ, qua Dravum inter Savumque patet, Ducem, fidem de more, militari ſacramento pollicentem, benigne ſuſcepit: (A) & Arbone in priſtini honoris gradum reſtituto, (B) per Carentaniam in Italiam eſt profectus. (C) Arnulphus, cui premendus interim injuriæ ſenſus erat, ſequenti mox anno, pacem & 885
ipſe cum Zwentibaldo renovavit. (D)

Carolus Craſſus Imp. exauthoratur.

Hos motus gravior mox tempeſtas in Imperio excepit. Carolus III. Imperator, qui amplitudine terrarum ejus Imperio ſubjectarum ; non item animo, ac fortuna, Magnum æquabat Proavum, in eum paulatim apud ſuos contemptum venerat, ut coacto ad A. DCCCLXXXVII. 887
Francofurti conventu, abrogandum illi Imperium, & in Arnulphum, Carolomanni fratris filium, transferendum cenſerent Germaniæ Optimates. (E) Multi multas inſolentis facti cauſas afferunt : belli clades a Sclavis ac Normannis acceptas : conceſſam eorum alteris Neuſtriam: ejectam ob violati thori ſuſpicionem Richardam conjugem, criminis innocentem : Liuwartum, Vercellenſem Epiſcopum, cujus in aula Cæſaris, ac Imperio ſumma potentia, eandem ob cauſam ab republica amotum: corporis gravem invaletudinem, quæ demum in mentis ſtuporem, ac ſenſus inopiam

(A) Suppl. id. ibid. „ Poſtea veniente *Brazla* duce, qui in id tempus regnum inter *Dravo* & *Savo* flumina tenuit, ſuique militiæ ſubditus adjungitur. „ Herman. contract. A. 884. „ *Brazlawonem* Ducem, qui inter *Dravum* & *Savum* fluvios Pannoniæ præfuit, nihilo minus ſe tradentem accepit : ipſe per *Carentaniam* in Italiam veniens, Natalem Domini Papiæ celebravit. „

(B) Suppl. Fuld. Pithæ: A. 884. „ Hoc ergo factum eſt poſt obitum *Hludovici* Regis, natorumque ejus *Carlmanni* & *Hludovici*, quorum Succeſſor, frater illorum minimus in regno extitit, qui mox, prout antea tenuit, *Arboni* prædictum Comitatum reddidit. „

(C) Suppl. id. ibid. „ Rex per Carentam in Italiam perrexit. „

(D) Suppl. id. A. 885. „ Pax in oriente inter *Arnolfum* & *Zwentibaldum*, præſentibus ſcilicet *Bajowariorum* principibus, jusjurando conſtare firmatur. „ Herm. contr. A. 885. „ Pax inter *Arnolphum*, Carentani & Pannoniæ ducem, & *Zwentibaldum*, Marahenſem ducem, confirmatur. „

(E) Herman. contract. A. 887. „ *Carolus* Imperator graviter infirmatus, mente etiam, ut videbatur, minus valuit, omnesque regni principes, averſo jam ab eo animo, cum apud *Francofurt* conventum habuiſſet, unanimiter eum deſeruere, & *Arnolphum*, fratris ejus *Carlomanni* filium, non ex legitima conjuge, ſed tamen nobili natum, *Carenthani* ſcilicet Ducem, ſuper ſe Regem conſtituere. „

A. C. opiam deflexit. (A) Sed hæc utcunque ſint: conſtat ſatis, Liuwartum ex aula ejectum, ad Arnulphum in Bajoariam conceſſiſſe, injectaque ſpe regni, non invitum permoviſſe, ut coacta Noricorum, Sclavorumque manu, agentem per id tempus Triburiæ Cæſarem, ac Procerum ad comitia adventum opperientem opprimeret. (B) Satis id erat ad Saxones, Thuringos, Bajoarios, ac Alemannos a fide ac officio deducendos: magna omnium voluntate in partes Arnulphi tranſitum, ſic ut triduo non integro, omnes pene & aulæ, & Regni Proceres ab ejus latere diſcederent. (C) Sic deſertum ac deſtitutum cum ſe videret, tempori ac neceſſitati parendum ratus, commendato Arnulphi fidei Bernhardo filio, tantum ex magni Imperii opibus ſubſidii poſtulat, quantum tuendæ vitæ neceſſarium videretur. Arnulphus modeſta Principis poſtulata facile conceſſit, tranſcriptis in eos uſus Alemanniæ quibusdam prædiis, quorum fructibus fugientem jam pene vitam utcunque ſolaretur. (D) Sed ejus beneficii uſus perbrevis Carolo contigit, Januario

(A) Suppl. Fuldenſ. ex Pithæo: alterum ex Lambecio: Regino ad A. 887. Herman. cont. Marianus Scotus. Sigebert. Gembl. in Chron. Otto Friſing. l. 6. c. 9. „ A. D. DCCCLXXXVII. „ *Carolus* Imper. cum corpore & animo ægrotare cœpiſſet, Principes Regni apud *Triburias* circa tranſitum „ S. Martini, *Arnolphum* Caroloman„ ni filium ad Regnum trahunt. „

(B) Suppl. Fuld. ex Lambec. A. 887. „ *Luitwardus* in Bajoariam ad *Arnul„ phum* ſe contulit, & cum eo ma„ chinari ſtuduit, qualiter Impera„ torem regno privaret, quod & fa„ ctum eſt. Nam cum idem Impe„ rator in villa *Tribure* conſediſſet, „ ſuorumque undique opperiens ad„ ventum, *Arnolfus* cum manu vali„ da *Noricorum* & *Sclavorum* ſuperve„ nit, & ei moleſtus efficitur. „ Aliter paulo rem narrat author ſupplementi Fuldenſ. Pythæanus ad A. 887. „ Alemanni contra *Luitwardum* Epiſcopum doloſe conſpiravere, qui „ tunc maximus conſiliator Regis in „ palatio fuit, & a præſentia Impe„ ratoris omni honore privatum abi„ re compellunt. Mox vero Cæſar „ graviſſima infirmitate detentus eſt. „ Ab illo ergo die male inito conſi„ lio Franci, & more ſolito Saxo„ nes, & Duringi quibusdam Baio„ wariorum primoribus, & Alemanno„ rum ammixtis cogitaverunt de„ ficere a fidelitate Imperatoris. „

(C) Regino A. 887. „ His ita geſtis, Imperator corpore & animo „ cœpit ægrotare. Menſe itaque No„ vembri circa tranſitum ſancti Mar„ tini Triburias venit, ibique conven„ tum Generalem convocat. Cer„ nentes Optimates regni non modo „ vires corporis, verum etiam ani„ mi ſenſus ab eo diffugere, *Arnol„ phum* filium *Carolomanni*, ultro in „ regnum attrahunt, & ſubito facta „ conſpiratione ab Imperatore defi„ cientes, ad prædictum virum certa„ tim tranſeunt; ita ut in triduo vix „ aliquis remaneret, qui ei ſaltem „ officia humanitatis impenderet. „ Author Suppl. Fuldenſ. Pythæani A. 887. „ Igitur veniente *Carolo* Im„ peratore *Franconofurt*, iſti invitave„ runt *Arnolfum*, filium *Carlmanni* Re„ gis, ipſumque - - ſine mora ſtatue„ runt ad Regem extolli. *Carolus* ni„ tens bellum contra *Arnolfum* Re„ gem inſtaurare, ſed non proficit. „

(D) Suppl. Fuld. Pythæan. A. 887. „ *Carolus* dum ſe undique a ſuis de„ ſertum ſentit - - tandem mu„ nera ad regem direxit, expoſcens „ ſua gratia, vel pauca loca in *Ale„ mannia* ſibi ad uſum uſque in finem „ vitæ ſuæ largiri, quod Rex ita fe„ ri

Moritur. nuario menſe A. DCCCLXXXVIII. aut fato ſuo, aut quod incerto rumore ſparſum, eliſis per familiares ſuos faucibus, Indingæ in Suevia extincto. (A) Indignam Cæſaris calamitatem, mortemque multi deplorarunt: nec modicas laudes Principi Regino Prumienſis tribuit: quas inter illa certiſſima, maximaque, quod ſupremum fortunæ, Regnique caſum non ſolum æquo, ſed magno, fortique animo pertulerit, gratiasque DEO, non in proſperis magis, quam adverſis rebus egerit. Demortui cadaver Augienſe Monaſterium ad ſepulturam cum honore ſuſcepit. (B) A. C. 888



LIBER

„ ri conceſſit. „ Regino ad A. 887. „ Mittit ergo ad *Arnolphum*, ex Imperatore effectus egenus - - tantum alimentorum copiam ad ſubſidium vitæ præſentis ſupplex expoſcit: dirigit etiam *Bernhardum* filium, quem ex pellice ſuſceperat, cum xeniis, eumque ejus fidei commendat. - - Conceſſit autem *Arnolphus* Rex nonnullos fiſcos in Alemannia, unde ei alimonia præberetur. „

(A) Suppl. idem. „ Paucos dies „ in locis a Rege ſibi conceſſis religioſe morabatur, poſt Chriſti Nativitatem die Idus Januarii, ultimum diem feliciter clauſit. „ Herman. contract. A. 888. „ *Carolus* „ Imperio jam privatus, DEO devote ſerviens, in villa Alemanniæ „ *Indinga* infirmatus, & ut quidam perhibent, a ſuis ſtrangulatus, Idibus „ Januarii vita deceſſit. „ Regino, & Annaliſta Saxo pridie Idus Januarii obiiſſe ſcribunt: quod etiam Annal. Metenſis annotavit.

(B) Regino ad A. 888. „ Carolus „ Imperator, tertius hujus nominis, „ & dignitatis, obiit pridie Idus Januarii, ſepultusque eſt in Augea „ Monaſterio. Fuit vero hic Chriſtianiſſimus Princeps, DEUM timens, & mandata ejus ex toto corde cuſtodiens, eccleſiaſticis ſanctionibus devotiſſime parens, in eleemoſynis largus, orationi, & pſalmorum melodiis indeſinenter deditus, laudibus DEI infatigabiliter „ intentus, omnem ſpem, & conſilium ſuum divinæ diſpenſationi „ committens. - - Quod autem circa finem vitæ dignitatibus nudatus, „ bonisque omnibus ſpoliatus eſt, „ tentatio fuit, ut credimus, non ſolum ad purgationem, ſed quod majus eſt, ad probationem: ſiquidem „ hanc, ut ferunt, patientiſſime toleravit; in adverſis, ſicut in proſperis, gratiarum vota perſolvens. „

LIBER QUARTUS.

A. C.

Ublato Capite magnum illud Imperii corpus, quod ſub Carolo Magno ex Italia, Gallia, Germania, Norico, ac Pannonia coaluerat, velut nexu ſoluto in partes abiit. Avulſa in perpetuum Gallia; Italia a Berengario oppreſſa; Burgundia, Belgica Provincia totidem in Dominos diſtracta: Arnulpho interim Rege Germaniæ, aut componendis tot turbis impari, aut nudis verborum officiis, quibus Odo Galliam, Rudolphus Burgundiam, Berengarius Italiam eblanditus eſt, contento. (A) Hoc ipſo tempore exorti Germaniæ, Auſtriæque imprimis noſtræ hoſtes, ut tum res erant, perinfeſti Hungari, Hunnorum ſtirps indubitata, quos dudum Priſcus, & Jornandes in Avares, & Unuguros diviſit. (B) Se-

Arnulphus Rex Germaniæ.

Hungarorũ adventus.

(A) Fuldenſ. A. 888. „ Illo diu „ morante multi reguli in Europa, & „ regno *Karoli* ſui patruelis excrevere. Nam *Berengarius*, filius *Eberhardi*, in Italia ſe Regem facit. *Rudolphus* vero filius *Chuonradi*, ſuperiorem Burgundiam apud ſe ſtatuit regaliter retinere. Inde itaque *Hludowicus*, filius *Buoſoni*, & *Wito*, filius *Lamberti*, Galliam Belgicam, „ nec non Provinciam, prout Reges, „ habere propoſuerunt. *Odo* filius „ *Rodberti* uſque ad Ligerim fluvium „ & Aquitanicam Provinciam ſibi in „ uſum uſurpavit. Deinceps *Arnolfus* „ ſe Regem haberi ſtatuit. „ Herman. contract. A. 888. „ Odo *Arnolphum* „ Regem Franciam petentem, humiliter adiens, & benigne ſuſceptus, „ permiſſo ejus, invaſum retinuit regnum. Itidem *Rodolfus* Ratisbonam ad eum veniens, favore ejus „ pervaſam impetravit Burgundiam. „ Nihilominus cum Italiam vellet „ Rex *Arnolphus* petere, obviam venienti *Berengario* - - paucis exceptis, totam conceſſit Italiam. „ Idem ſenſere auth. Suppl. Fuld. hoc loco: Otho Friſing. l. 6. c. 9.

(B) Regino l. 2. A. 889. „ Gens „ Hungarorum - - - a Scythicis regnis, „ & a paludibus, quas Tanais ſua re- „ fuſio-

des illi ſuas, quas pulſi a Carolo Magno majores ſui in Pannonia reliquerant, poſtliminio repetitum ibant. Moram adhuc audaci conſilio Sclavi, Bulgarique attulerant: ſed cum novis identidem ab Euxino ac Propontide ſupplementis augerentur, anno demum nono & octogeſimo in Bulgariam, Pannoniam, Moraviam, & Carentaniam ſe infudere, & interceptis ſumma equorum pernicitate multis hominum millibus, conſequentium añorum calamitatibus præluſere. (A) A. C. 889

Hungarorum primorum

Juvat hoc loco ejus gentis, quæ non unam noſtræ hiſtoriæ deinceps faciet paginam, inſtituta, moresque ex antiquorum Scriptorum fide, paucis deſcribere: tum ne poſteri ignorent, quanta e barbarie florentiſſima nunc Ungarorum natio cœleſtis diſciplinæ præſidio ſit traducta: tum ut conſtet, quo ab hoſte, quamque violento imperio, integro pene ſeculo Auſtria ſit oppreſſa. Ac primo quidem

habitus corporum ac animorum:

ferunt, crudos illos, ac recens a Pezinatis expulſos Ungaros facie fuiſſe torva, profundis oculis, humili ſtatura, lingua etiam ad terrorem aſpera. (B) Eadem fœminis, quæ viris ferocia, niſi quod horrore ſe ſuo, ut viri armis, adverſus hoſtes obmunirent. (C) Ingenia genti tumida, ſemperque aut in externos, aut domeſticos motus inquieta Regino Prumienſis tribuit: natura tamen taciti, atque ad agendum proniores, quam loquendum habebantur. (D) Corporis cultus, ut in reliqua Scytharum gente, parcus, vilisque, & fere

„ fuſione in immenſum porrigit, egreſ-
„ ſa eſt. „ Ceterum *Hunogurorum* meminit *Priſcus* Rhetor de legationib. Tom. 1. Hiſt. Byzant. „ Circa id „ tempus legatos ad orientales Romanos miſerunt Saraguri, Urogi, „ *Hunoguri*. Hæ gentes propriis ſedibus ejectæ commiſſa pugna cum „ Sabiris, quos expulerant *Abari*, & „ ipſi quoque extorres facti &c. „ Et poſt Priſcum Jornand. lib. de reb. Geticis. c. 5. „ Hinc jam *Hunni*, quaſi fortiſſimarum gentium fœcundiſſimus „ ceſpes in bifariam populorũ rabiem „ pullularunt. Nam alii Aulziagri, „ alii *Aviri* nuncupantur, - - *Hunogari* autem hinc ſunt noti, quia ab ipſis pellium murinarum venit commercium, quos tantorum virorum „ formidavit audacia. „ Nec ignoti erant Agathiæ, qui lib. 3. hæc habet: „ *Onogoris* vero hic locus ab antiquo „ id cognomenti ſortitus eſt. Hunnorum namque antea fuerat, qui & „ *Onuguri* dicebantur. „

(A) Regino A. 889. „ Gens memorata (Hungari) a finitimis ſibi pulis, qui *Pezinati* vocantur, a propriis ſedibus expulſa eſt. - - Horum itaque violentia effugati, ad „ exquirendas, quas poſſent incolere terras, ſedesque ſtatuere. -- Et „ primo quidem *Pannoniorum* ac *Avarorum* ſolitudinem pererrantes, venatu ac piſcatione victum quotidianum quæritant. Deinde *Carantanorum*, *Marabenſium*, ac *Bulgarorum* „ fines crebris incurſionum infeſtationibus irrumpunt, perpaucos „ gladio, multa millia ſagittis interimunt. „

(B) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. l. 1. c. 31. „ Sunt autem prædicti „ *Ungari* facie tetri, profundis oculis, „ ſtatura humiles, moribus & lingua „ barbari & feroces. „

(C) Regino ibid. „ Eandem ferocitatem fœminis, quam viris adſignant. „

(D) Regino ibid. „ Ingenia illis „ tumida - - ſemper in externos, aut „ in domeſticos motus inquieti, natura taciti, ad faciendum, quam „ ad dicendum proniores. „

A. C. fere ex pellibus conſutus. (A) Lanæ linique uſus ante ignotus, quam ſupellex lintea (B) a Bojariis, ut eo benevolentiæ genere paulum manſueſcerent, dono eſſet data. Capillum ad cutem uſque ferro cædere, morem reor cum gente natum. (C) Vicorum informis erat ſpecies: ſerus lapidum, cæmentique uſus, ligni etiam præparcus, ſic ut æſtas, & autumnus ſub pellibus; reliquum anni tempus in caſa, cannis paluſtribus contexta exigeretur. (D) Otium, & negotium bella erant: quibus vero a bellis vacatio, piſcatus & venatus. (E) Studium omne in equis, ſagittisque tractandis: hæc una ſervis, liberisque palæſtra. (F) Pugnæ non eadem, quæ noſtris ratio: procurſu equorum velitari magis, quam præliari norant: mox ubi telorum denſum imbrem effudiſſent, Parthorum more refugi, hoſtilem ictum declinabant. (G) Quodſi tanta vis dimicationis, ac conſtantia fuiſſet, quantus primo erat impetus, actum erat de genere humano, aut jugum hoſtile pronis cervicibus ſubeundum. (H) Arnulphus, cui ad ceteras calamitates, peſtem, famem, eluviones, novus iſte terror acceſſerat, (I) diſſimulandum

Cultus exterior.

Belli, pacisque ratio.

(A) Regino ibid. „ Lanæ his uſus, „ ac veſtium ignotus, & quanquam „ continuis frigoribus afficiantur, „ pellibus tantum ferinis, ac murinis induuntur. „

(B) Epiſtola Theodemar. Salisb. Archiep. & aliorum Antiſtitum ad Joannem IX. PP. apud Labb. Concil. T. XI. p. 695. & Ludewigium T. II. „ Quia enim Chriſtianis noſtris longe a nobis poſitis ſemper imminebant, „ & perſecutione nimia affligebant, „ donavimus illis nullius pretioſæ pecuniam ſubſtantiæ, ſed tantum noſtra linea veſtimenta, quatenus aliquatenus eorum feritatem molliremus. „

(C) Colligi poteſt ex eadem Epiſtola Epiſcop. ad Joannem PP. ubi hæc leguntur de Moravis morem Hunnorum imitatis. „ Ipſi (*Moravi*) *Ungarorum* non modicam multitudinem ad ſe ſumpſerunt, & more eorum capita ſuorum pſeudo-Chriſtianorum penitus totonderunt. „

(D) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. l. 1. c. 31. „ Cum viliſſima in vicis vel oppidis ibi, id eſt, ex cannis tantum, rara ex lignis, rariſſima „ ex lapidibus habeantur habitacula; „ toto æſtatis vel autumni tempore „ papiliones inhabitant. „

(E) Regino l. 2. A. 889. „ Venatu, ac piſcatione quotidianum „ victum quæritant. „

(F) Regino ibid. „ Super illos ire, „ meditari, conſiſtere, ac colloqui ſolent, liberos ac ſervos ſuos equitare, ac ſagittare magna induſtria docent. „ Ac paulo ſuperius: „ Multa millia ſagittis interimunt, quas „ tanta arte ex corneis arcubus dirigunt, ut earum ictus vix præcaveri poſſit. „

(G) Regino ibid. „ Cominus enim „ in acie præliari, aut obſeſſas expugnare urbes neſciunt. Pugnant autem procurrentibus equis, aut terga dantibus, ſæpe etiam fugam ſimulant, nec pugnare diu poſſunt. „

(H) Regino ibid. „ Cæterum intolerandi forent, ſi, quantus eſt impetus, vis tanta & perſeverantia „ eſſet. Plerumque in ipſo ardore certaminis prælia deſerunt, ac paulo poſt pugnam ex fuga repetunt, „ ut cum maxime viciſſe te putes, „ tunc tibi diſcrimen ſubeundum ſit. „ Quorum pugna, quo cæteris gentibus inuſitatior, eo & periculoſior. „

(I) Suppl. Fuldenſ. A. 889. „ Italica febris tuſſiendo perplurimos „ vexabat, inundationes aquarum „ plus ſolito excrevere, civilia bella „ cir-

in præſens, quidquid acceptum detrimenti eſſet, ratus, Forchemii comitia celebravit, ut Zwentibaldo & Ratoldo, quos unos ex Elinratha pellice habebat, filiis ſucceſſionem in Regnum firmaret. A Bojariis facile impetrata res; ſed Francones, ceteriq; vix ſero ad eam ſententiam acceſſere. (A) Quanquam eo dedecore Ludovicus filius, ex Uta conjuge deinde natus, brevi Germaniam abſolvit. (B) Una interim cura Arnulphum ſollicitum habebat, nequid e Moravia turbarum exiſteret. A. C.

Obrepſerat jam dudum in Arnulphi gratiam Zwentibaldus Dux, & ſimulato obſequio tantam cum Principe familiaritatem contraxerat, ut Arnulphus Sponſorem luſtricum ſacro in fonte ſuo filio adhiberet, eumque ex Sclavici Ducis nomine Zwentopluchum, aut ut noſtri peregrinam vocem efferunt, Zwentibaldum appellaret. Sacro huic vinculo, aliud poſtea (A. DCCCXC.) & niſi in perfidum collata eſſet ea gratia, haud minus ad firmandam amicitiam valiturum adjecit, Bohemiæ Principatum. Ea res Bohemorum animos, Ducem ſibi ſua e gente deligere adhuc ſolitorum, mirum quantum alienavit, & Zwentibaldum tanta virium acceſſione auctum, penitus transverſum egit. (C) Vix digreſſus ab Arnulpho, qui Omunteſpergæ in Pannonia de præſenti rerum ſtatu multa cum eo egerat, (D) ſtatim nova belli conſilia agitare cœpit. Miſſi eam ob cauſam legati, qui & officii eum commonerent ſui, & ſancita

Arnolphi Regis cum Zwentibaldo amicitia

890

891

„ circumquaque regiones conquaſſantur, peſtilentia ſparſim ac fames „ inopinata ultra modum incubuit. „ Grandine vero contritis frugibus „ mortales inopiam frugum cum miſeria patiuntur. „

(A) Suppl. Fuld. A. 889. „ Rex „ apud villam, quæ dicitur *Forabbem*, „ generale conventum habuit - - ut „ eodem tenore primores Francorum, „ prout *Bajoarii* juramento confirmarent, ne ſe detraherent, a principatu & dominatu filiorum ejus, „ *Zwentibaldi* quidem & *Ratoldi*, qui „ ei de concubinis erant nati, quod „ quidam Francorum ad tempus renuentes, tandem regiæ ſatisfacientes voluntati, dextram dare non recuſabant, eo tamen modo, ut ſi de „ legali uxore hæres ei non produceretur. „

(B) Herm. contr. A. 893. „ Regi „ ex *Uta* Regina Ludovicus filius naſcitur. „ Idem habet Supplem. „ Fuldenſ. ad hunc annum.

(C) Regino l. 2. A. 890. „ *Arnolphus* rex conceſſit *Zundebolch* „ (Zwentibaldo) *Marabenſium* Sclavorum Regi, ducatum *Bohemenſium*, „ qui hactenus principem ſuæ cognationis, ac gentis ſuper ſe habuerant, „ Francorumque regibus fidelitatem „ promiſſam, inviolato fœdere conſervaverant, eo quod illi, antequam „ in regni faſtigio ſublimaretur, familiaritatis gratia fuerit connexus, „ denique filium ejus, quem ex pellice ſuſceperat, a ſacro fonte levavit, eumque ex nomine ſuo *Zundepolch* appellari fecit. Quæ res non „ modicum diſcordiarum, & defectionis præbuit incitamentum. Nam „ & Bohemi a fidelitate diutius cuſtodita receſſerunt, & *Zundepolch* ex „ adjectione alterius regni vires non „ parvas ſibi acceſſiſſe ſentiens, faſtu „ ſuperbiæ inflatus, contra *Arnulphum* „ rebellavit. „

(D) Supplem. Fuld. A. 890. „ Mediante vero quadrageſima Rex *Pannoniam* proficiſcens, generale conventum, cum *Zwentibaldo* duce, loco, qui vulgo appellatur *Omunteſperch*, habuit. „

A. C. cita nuper fœdera, data acceptaque fide, renovarent. Nihil non per ſummam ſimulationem actum. (A) Sed cum *in bellum deſinit.*
892 Arnulphus ipſe (A. DCCCXCII.) in Auſtriam deſcenderet, fruſtraque Zwentibaldi officia, quanquam de adventu Regis in tempore moniti, expectaret; rea perfidiæ mens indicium ipſa de ſe fecit. (B) Quare Arnulphus, Hengſtfeldam ſe confert, habitoque cum Brazlavone, Pannoniæ Saviæ Duce, deliberatione, ſimul hoſtem Reipublicæ Zwentibaldum declarat, ſimul triplici exercitu ſub menſem Quintilem in hoſticum immiſſo, cum Franconibus, Suevis, Bajoariis, & qui ſeu vocatu Arnulphi, ſeu ſua ſponte arma *Hungarorum auxilia.*
conjunxerant, Ungaris, (C) menſem totum in deformanda rapinis, ac incendiis Moravia conſumpſit. Conſtrictus tot hoſtibus Zwentibaldus, cum poſt vicos & oppida, ar- *Pax cum Zwentibaldo redintegrata.*
bores etiam frugumque ſeminaria exſcindi videret; pacem ab Arnulpho, dato tandem obſide filio, exoravit. (D)

Et quieſcere tantiſper arma poterant, niſi novarum turbarum ſemina Engelſchalci libido impotens jeciſſet. Wilhelmi, aut Engelſchalci, geſta nuper laudatiſſime provincia celebrium Auſtriæ Marchionum, is erat filius; ſed degener, & ea, in qua natus eſt, familia indignus. Deperire is, forma puellæ captus, Arnulphi filiam cœperat, extra juſtas thori leges Regi parenti natam: quam ut impio voto potiretur, in Moraviam ſecum abſtrahere non dubitavit. Graviter ſane pro eo, ac merebatur, hoc facinus tulit Rex

(A) Supplem. Fuld. A. 891. „ Rex „ legatos ſuos pro renovanda pace ad „ Moravos transmiſit. „

(B) Suppl. Fuld. A. 892. „ Rex „ de Francia - - orientem proficiſcitur, ſperans ibi *Zwentibaldum* Ducem „ obvium habere. Sed ille, more ſolito ad regem venire renuit, & omnia ante promiſſa mentitus eſt. „

(C) Suppl. Fuld. A. 892. „ Inde „ Rex irato animo in *Hengiſtfeldono* „ cum *Brazlavone* duce colloquium „ habuit, ibi inter alia quærens tempus & locum, quomodo poſſit terram Moravorum intrare. Conſultum eſt enim, ut tribus exercitibus „ armatis regnum illud invaderet. „ Rex equidem aſſumptis ſecum Francis, Bajoariis, Alamannis, menſe „ Julio *Maravam* venit: ibi per IV. „ hebdomadas cum tanta multitudine, Ungaris etiam ibidem ad ſe cum „ expeditione venientibus, omnem „ illam regionem incendio devaſtandam verſabatur. „ Sigebert. Gembl. „ ad A. 893. „ Ad quem (*Zwendebaldum*) debellandum cum non ſufficeret (*Arnulphus* Rex) gentem „ *Hungarorum* regno immiſit, eorum- „ que auxilio *Zwendebaldum* devicit, „ & tributarium fecit. „ Hepidanus A. 893. „ Arnolf contra *Moravenſes* pergebat, & *Agarenos* (*Ungaros*) „ ubi recluſi erant, dimiſit. „ Luitprand. l. 1. c. 5. „ Arnulfus - - depulſis his (proh dolor) munitiſſimis interpoſitionibus, quas vulgo „ cluſas nominari prædiximus, *Hungarorum* gentem - - in auxilium „ convocat, ſi tamen auxilium dici „ poteſt, quod paulo poſt, eo morien- „ te, tum genti ſuæ, tum cæteris in „ meridie, occaſuque degentibus nationibus grave periculum, imo excidium fuit. „

(D) Regino l. 2. ad A. 890. „ Ad „ ultimum ne cæteræ fructiferæ arbores exciderentur, *Zundebolch* pacem poſcit, & dato filio obſide, „ hanc pacem ſero promeruit. „

Pater, & raptorem improbum, a Zwentibaldo receptum, ulturus non leviter erat, niſi pacata conſilia armis tutiora exiſtimaſſet. Diſſimulata igitur in præſens ira, promiſſa ſceleris impunitate, Engelſchalcum e Moravia elicit, & ſpecie honoris Auſtriæ præfectura ornatum, tempeſtivæ vindictæ deſtinat. Nec defuit diu criminandi materia: nam cum ſuperbe ageret omnia, ac palatinis aulæ proceribus plerisque in rebus adverſaretur; Ratisbonam (A. DCCCXCIII.) occultis artibus pellectus eſt, ac Regis imperio oculis orbatus. (A) Ab Engelſcalco ira in Wilhelmum patrui filium vertit, qui quod occultis nunciis cum Zwentibaldo egiſſe deprehenſus eſſet, majeſtatis accuſatus, & capite damnatus eſt. Ea res fratrem quoque ejus in Moraviam profugum perdidit: Zwentibaldus enim, cui a fugitivo juvene nihil ſpei; nonnullus tamen ab Rege metus erat, receptum primo benevole, mutato mox conſilio, cum reliquis exilii ſociis de medio ſuſtulit. (B) Hic exitus fuit nobiliſſimorum juvenum, ſed libidine aut ambitione ſua ſponte in exitium ruentium. Amplæ iis, (C) ut in regnatrice olim familia, opes & prædia per Auſtriam, Sclaviniam & Bavariam, qua in provincia Weſtermanniorum etiam, & Tonogewenſium Comitum titulis, ac præfecturis eorum majores gaudebant. (D) Omnia perduellione amiſſa, Regioque fiſco addicta, eodem

A. C. 893

Engelſchalcus II. Auſtriæ Præfectus, ſeu Marchio creatur: & oculis orbatur.

(A) Supplem. Fuldenſ. A. 893. „ *Engilſcalchus* juvenili audacia vir, qui „ poſt rapta de concubina Regis filia „ ad tempus ſe *Maravos* exul contulit. „ Poſt hæc ad gratiam Regis non longum veniens, *Marchenſis* in *Oriente* „ effectus eſt. Ibi audacter contra primores Bajoariæ in rebus ſibi ſummis agens, judicio eorum, urbe „ *Radaſpona* incaute palatium Regis „ prolapſus, & Regi præſentatus, obcæcatus eſt. „

(B) Supplem. Fuldenſ. A. 893. „ Hinc etiam & *Willibelmus* filius patruelis ejus, miſſos ſuos ad *Zwentibaldum* ducem dirigens, reus majeſtatis habebatur, capite detruncatus eſt, frater quoque ejus cum „ Moravis exul delitescens, inſidioſo „ conſilio ducis cum aliis quam plurimis interfectus eſt. „ Herman. Contract. ad A. 893. „ *Engilſcalcus*, „ Marchio Pannoniæ, judicio Noricorum excæcatus, & patruelis ejus „ *Wilhelmus* decollatus eſt. „

(C) Conſtat id ex diplomate Arnulphi Regis Cremifanenſi Cœnobio A. 893. XI. Kal. Novembr. dato, ubi hæc leguntur: „ Quidquid *Wilhelmus*, „ & *Engilſchalcus*, germani fratres, comites videlicet quondam ſtrenui „ terminales, vel cohæredes, filii ac „ poſteri eorum in terris, agris, vineis, Eccleſiis, decimis, curtibus, „ ædificiis, familiis, mancipiis utriusque ſexus, viniatoribus, agricolis, „ pratis, paſcuis, ſylvis, molendinis, „ piſcationibus - - tam ad *Eporeſparch*, „ ad *Cambe*. ſive ad *Perſiniachaus*, quamque in aliis *Waioariæ* ſcilicet, atque „ *Sclaviniæ* locis, vel terminis habuerunt. „

(D) Anamodus l. 1. Tradit. Sanct. Emmeram. apud Bernard. Pezium Anecdot. T. 1. P. 3. c. 29. col. 281. „ Piiſſimi Regis *Arnulphi* donatione „ idem *Anamodus* in poſſeſſionem accepit in pago *Weſtermannomarcha* „ nuncupato juxta *Prointala* in loco „ *Reitinpuoh*, in Comitatu *Engildeonis* „ Comitis &c. „ Codex Diplom. Ratisbon. apud eundem Pezium Anecdot. l. 1. p. 3. col. 27. „ In pago, qui „ dicitur *Tbnogevve*, in Comitatu *Engildeonis*. „ Vid. Tom. Prodrom.

Chro-

A. C. eodem adhuc anno ad XI. Kal. Novembres Cremifanenſi Cœnobio ab Arnulpho donata ſunt. (A)

Poſt ſublatos Auſtriacos hos pacis turbatores, Zwentibaldum quoque proditorem ſua fata urgebant: neque enim iſta ejus in dedititios crudelitas cladem a Moravia avertit. Reum peragebant periculoſa conſilia, quæ averſum a Germaniæ Rege ad Græcos Imperatores applicabant. Bellum igitur *Novum cum Zwentibaldo bellum:*

894 An. DCCCXCIV. in perjurum toties Principem decretum, geſtumque ab Arnulpho eo ſucceſſu, ut deſperatis rebus arma Zwentibaldus & regia inſignia abjiceret, occultaque in montem Sambrium fuga elapſus, tribus, ut ferunt, (B) eremi cultoribus ſocium ſe adderet, vitamque ex eorum norma pio conſilio ſuſceptam inter ſylvarum latibula concluderet: felix, ſi voluntaria ea vitæ aſperitate præteritorum ſcelerum conſcientiam expiavit. At enim Fuldenſium Annalium fide longe aliud docemur: oberraſſe hominem perfidum vicinas regiones omnes, neque ambitionem, neque nocendi ſtudia vel in morte poſuiſſe: ſed cum ſuos ad perſequenda conſilia ſeditioſa diu multumque eſſet cohortatus, acerbam ex priſtinæ fortunæ memoria vitam conſimili exitu concluſiſſe. (C) Elapſo inter montes invios Zwentibaldo, Moravia, quæ trans Marcham amnem, in ſupe- *ejus fuga, & vitæ exitus.*

Chronici Gottwicenſ. Reverendiſſimi Abbat. Godefridi L. IV. §. DXIV. verbo *Weſtermann.* Porro *Engilſchalcum* & *Engildeonem* idem eſſe vocabulum inter Scriptores ſatis conſtat.

(A) Dipl. Arnulphi R. Cremifanenſ. dat. apud Rettenpacherum Annal. Cremifan. l. 1. c. 9. p. 43. „ Nos „ quasdam res juris noſtri, ob quo„ rundam infidelitatis contra nos per„ petratæ reatum, in noſtram publice „ ditionem redactas, id eſt, quidquid „ *Wilhelmus* &c. -- Ad ſanctum DEI „ Martyrem *Agapitum* tradimus &c. „

(B) Coſmas Pragenſ. Chron. l. 1. „ *Zuatopluck* Rex *Moraviæ* (ſicut vulgo „ dicitur) in medio exercitu ſuorum „ delituit, & nusquam comparuit. „ Sed revera dum in ſeipſum rever„ ſus, cum recognoviſſet, quod con„ tra Dominum ſuum Imperatorem „ & compatrem *Arnulphum* injuſte, & „ quaſi immemor beneficii, arma mo„ viſſet, qui ſibi non ſolum *Boemiam*, „ verum etiam alias regiones hinc us„ que ad fluvium *Odram*, & inde ver„ ſus *Ungariam* usque ad flumen *Gran* „ ſubjugarat, pœnitentia ductus, me„ diæ noctis per opaca, nemine ſcien„ te, aſcendit equum, & tranſiens ſua „ caſtra, fugit ad locum in latere „ montis *Zobor* ſitum, ubi olim tres „ Heremitæ inter magnam, & inacceſ„ ſibilem hominibus ſylvam, ejus ope „ & auxilio ædificaverant Eccleſiam. „ Quo ubi pervenit, ipſius ſylvæ ab„ dito in loco equum interficit, & „ gladium ſuum humi condidit, & ut „ luceſcente die ad Heremitas acceſ„ ſit, quis ſit, illis ignorantibus, eſt „ tonſuratus, & heremitico habitu „ indutus, & quam diu vixit, omni„ bus incognitus manſit; niſi cum jam „ mori cognoviſſet, monachis ſemet„ ipſum, quis ſit, innotuit, & ſtatim „ obiit. „ Plura de hoc Dubravius Bohem. l. 4. Brunner. Boicor. P. II. l. 1.

(C) Supplem. Fuldenſ. ex Codice ſeculi XI. Bibl. Cæſar. a Gentiloto ad Annal. Lambecian. adjectum apud Murator. T. II. P. II. p. 121. „ *Zwen„ tibaldus* Dux *Maravorum*, & vagina „ totius perfidiæ, cum omnes regio„ nes ſibi affines dolo & aſtutia per„ turbando, humanum ſanguinem ſi„ tiens circumiret, ultimum hortando „ ſuos, ne pacis amatores, ſed potius „ inimici domeſticis perſiſterent, „ diem ultimum clauſit infeliciter. „

Re-

ſuperiorem nunc Hungariam latiſſime porrecta erat, rapi- A. C.
nis, cædibus, incendiis Hungarorum patuit. Autumno tamen ſero pax inter Arnulphum Moravosque coaluit. (A)

Leopoldus Auſtr. Lim. Præfectus, ſeu Marchio.

Auſtriaco interim limiti (A.DCCCXCV.) poſt exau- 895
thoratum captumque Engelſchalcum Leopoldus cum imperio præfectus eſt: (B) in Moravia Zwentibaldo patri Moymarus, & Zwentibaldus filii ſuffecti ſunt. (C) Cum ab hoſte aliquanta quies eſſet, dira ſupra modum fames, quæ obſcœna primo, mox etiam hominum corpora in cibum vertit, Bajoariam omnem, Noricumque depaſta eſt. (D) Inter has clades inquieta per id tempus Moravorum natio factionum, in quas ſciſſa erat, ſtudiis agitata, veteres in Auſtria turbas renovavit. Datus quidem anno DCCCXCVII. ſenatus eſt 897
Otingæ Moravis petentibus, ne turbatores ſuæ reipublicæ in exilium ejectos Arnulphus reciperet: cum interim Bohemi, ac Sorabi infeſtas Moravorum incurſibus regiones ſuas quererentur. Utrisque in præſens benigne reſponſum: Bohemis etiam id ſolatii datum: ut Arnulphus Rex in eorundem confinio armatus ageret, & Danubium, ne quid a Moravis hoſtilitatis exiſteret, firmis præſidiis copiisque muniret. (E)

At

Regino An. 894. „ Circa hæc etiam „ tempora *Zundipolch* Rex *Marahenſium* Sclavorum vir inter ſuos prudentiſſimus, & ingenio callidiſſimus, diem clauſit extremum. „

(A) Suppl. Fuldenſ. ex Gentiloto. A. 894. „ *Avari*, qui dicuntur Ungari, in „ his temporibus ultra *Danubium* peragrantes multa miſerabilia perpetravere. - Pax tempore autumni inter „ *Bajoarios* & *Moravos* compacta eſt. „

(B) Suppl. idem An. 895. „ *Engildico* (Engilſchalcus) Marchenſis „ Bajoariorum honoribus privatus „ eſt: in cujus locum *Luitpoldus* nepos Regis ſubrogatus eſt. „

(C) Regino l. 2. An. 893. „ *Zundipolch* - - diem clauſit extremum: „ cujus regnum filii ejus pauco tempore infeliciter tenuerunt, Ungaris „ omnia usque ad ſolum depopulantibus. „ Coſmas Pragenſ. Chron. l. 1. p. 1986. „ Cujus (*Zwentibaldi*, „ ſeu ut ille ſcribit: *Zuatopluck*) Regnum filii ejus parvo tempore, ſed „ minus feliciter tenuerunt, partim „ *Hungaris* illud diripientibus, partim *Teutonicis Orientalibus*. „

(D) Suppl. Fuldenſ. ſupra laudat. An. 895. „ Fames valida per univerſam *Bajoariorum* provinciam excrevit, ita ut per plurima loca inedia „ morte conſumerentur. „

(E) Fuldenſ. Annales An. 897. „ Cæſar vero cum curte regia *Otingæ* „ natalem Domini celebravit, advenientibus ibidem *Maravorum* miſſis, „ qui pro pace cuſtodienda, ne exules eorum profugi reciperentur ab „ Imperatore flagitant, quos Rex ut „ audivit abſolvit, & ſine mora abire „ juſſit. - - Quo peracto ad curtem, „ quæ dicitur *Salz* pervenit, advenientibus ibi ad eum cum muneribus *Soraborum* miſſis, quos ut audivit, abſolvit, & abire permiſit. „ His ita expeditis contigit, ut gentis „ *Behemitarum* duces ad Imperatorem „ *Arnulphum*, qui tunc temporis civitate *Raduſpona* moratus eſt, advenerunt, offerentes ei regia munera, „ & ſua ſuorumque ſuffragia contra „ eorum inimicos, *Marahabitas* ſcilicet, poſtulantes, a quibus ſæpe, ut „ ipſi teſtificati ſunt, duriſſime comprimebantur. Quos ergo duces „ Rex Imperator - - lætabundos donoque honoratos patriam in ſuam „ abire permiſit, totumque illius anni tempus autumnale, finitimis „ in locis Aquilonaribus Danubii, „ Ymbrisque fluminis ſeſe ſuſtentavit. „ Supplem. a Gentiloto adductum videtur Bohemorum adventum ad An. 895. referre.

(A) Suppl.

A. C. At illi, gemina ſemel fratrum, principum factione colliſi, revocari ad quietem niſi armis non poterant. Gliſcentem diſcordiæ flammam Arbo comes, ejusque filius Iſenricus nutrire omni ope ſatagebat. Urebat hominem, præfecturâ Auſtriæ jam ſemel, iterumque cum aliis communicatâ, imminutæ poteſtatis dolor incredibilis, & ſeu ut ægre faceret Leopoldo æmulo, ſeu ut Moravorum armis in priſtinæ authoritatis gradum reponeretur, Moymari & Zwentibaldi diſſidia naviter fovebat. Moymaro ſuorum ſtudiis feroci, imparem ſe Zwentibaldus facile providere poterat, niſi Arnulphi Cæſaris auxilio adverſus æmuli fratris arma tutum ſe præſtaret: hoc ad cauſam ſuam adjuncto, Leopoldum etiam Auſtriæ Marchionem ad delendas belli reliquias adjutorem impetrat. Is collecto ex ſuis exercitu
898 A. DCCCXCVIII. Moravorum fines ingreditur, & rejecto in ſylvas & loca munitiora Moymaro, nusquam copiam ſui facere auſo, divitem ſpoliis militem vix ſera tandem hyeme in hyberna reducit. Arbonem Comitem Leopoldo in ejus belli ſocietatem, a Cæſare adjunctum, Fuldenſes annales memorant: ſed cum detectis per eam occaſionem malis artibus, quibus diſſuta fratrum concordia cauſam bello dederat, perfidiæ crimen amoliri a ſe nullo pacto poſſet, redactus in ordinem, & publicis tantiſper honoribus exutus eſt. (A) Reſtabat filius Iſenricus, patre etiam nocentior, qui cum ad ceteras fraudes perduellionis etiam crimen adjunxiſſet, & Mauteram, Auſtriæ oppidum pervetuſtum, Arnulphi ingratiis inſediſſet, tyrannide in circumje-

Arbo, & Iſenricus filius bellum Moravicum renovant.

Vincuntur Moravi.

Arbonis fraudes detegun-tur.

Iſenricus Mauterā occupat.

(A) Suppl. Fuldenſ. A. 898. „ Inter duos fratres gentis *Marabenſium*, „ *Moymarum*, videlicet ac *Zwentobolchum*, eorumque populum diſſenſio, atque diſcordia graviſſima exorta eſt, ita etiam ut ſi uterque alterum ſuis viribus inſequi, atque comprehendere valeret, capitalem ſubiret ſententiam. Tunc vero Rex Imperator ita ſciens Marchiones ſuos *Luitboldum* ſcilicet, & *Arbonem* comitem, una cum cæteris fidelibus ſuis, parti quæ ad ſe ſpem ac confugium habuit, auxilium ad eorum liberationem, protectionemque Bawarios ſuos primates transmiſit. At illi in ore gladii igneque, prout poterant, inimicos ſuos humiliaverunt, & devaſtando necaverunt. Iſtius ergo diſſenſionis & diſruptæ pacis inter ſupra nominatos fratres *Arbo* Comes & *Ibarico* (forte *Iſanrico*) filio ſuo inſtigante inſtructor, delatorque atque proditor eſſe convincitur, & ob hanc cauſam præfectura ſua ad tempus caruit, quam non multo poſt accepit. Ex hoc loco conjectura duci poteſt: *Arbonem* neque *Engelſcalco II.* ad regendam Auſtriam admoto, neque *Leopoldo* ſucceſſore *Engelſcalci*, a præfectura Auſtriæ fuiſſe remotum: Sed partito in utrosque imperio, alterutri parti Auſtriæ præfuiſſe, quemadmodum ſub *Wilhelmo* & *Engelſcalco* fratribus factum fuiſſe videtur. Herman. contract. A. 898. „ Diſcordia capitalis inter fratres *Zwentibaldum*, & *Marmarum*, Marahenſes duces, facta. *Luitpoldus* Marchio cum aliis *Marahenſes* in imperium rebelles vaſtat. Item Baioarii fines *Marabenſium* hyeme vaſtant. „

ctam late viciniam extenta, hoſtis reipublicæ renunciatus A. C.
eſt, viſumque Imperatori operæ pretium, ut navali ipſe itinere in Auſtriam deſcenderet, perduellem ibi juvenem op- 899
preſſurus. (A)

Capitur, & cuſtodum manibus elabitur.

Reſiſtenti in urbe vis admota, extortaque armorum terrore Mauteræ deditione, abreptus in cuſtodiam, & Ratisbonam deportari juſſus eſt: eluſit tamen cuſtodum diligentiam Iſenricus & properata trans Danubium fuga ad Moravos evaſit. (B) At vero Erimberto ſimilis perfidiæ in Cæſarem reo, injecta a Leopoldo Auſtrio vincula, cauſaque capitis coram Arnulpho, ad quam Rantesdorffium transmiſſus eſt, dicenda fuit. (C) Interim, nec hyeme, nec æſtate, ab armis quies fuit, Leopoldo, aliisque optimatibus Moravorum fines ferro igneque depopulatis: (D) cumque Moymari factio, auctis ſubinde viribus, Zwentibaldo validius incumberet, eundemque cum exigua ſuorum manu intra unius oppidi mœnia, velut carcerem, concluſum jam teneret; Leopoldus, quique cum eo erant Bajoariorum principes, facto in urbem impetu, hoſtilem cuſtodiam diſcuſſerunt, igneque tectis injecto aſſertum libertati principem in Auſtriæ tutiores agros deduxerunt. (E) Servatus ibi in ſpem regni, dum ſe nova aggrediendi hoſtis opportunitas daret: ſed eam Arnulphi Cæſaris mors intempeſtiva penitus

Leopoldus Auſtriæ March. Moraviam populatur.

(A) Supplem. Fuld. A. 898. aut 899. ut ex ſerie narrationis apparet. „ Interim „ autem *Iſauricus* (lege *Iſanricus*) tyrannidem ſuam ſine ceſſatione contra Regem exercens: quod vehementer Rex accipiens decrevit navigio, quia jam tunc infirmus corpore fatigaretur, civitatem *Mutarenſem*, in qua ipſe *Iſauricus* erat, aggredi: quod & factum eſt. „

(B) Supplem. Fuld. A. 898. aut verius 899. „ Illo vero reſiſtente, Rege quoque & ſuis fortiter viriliterque ſuperantibus, atque civitatem oppugnantibus, demum ipſe *Iſauricus* vi compulſus cum uxore & his, quæ ad ſe pertinebant, exivit, & Imperatori ſeſe præſentavit. Tunc Rex cuſtodibus illum cuſtodiendum commendavit, quatenus *Radasponam* produceretur. At ille timens, ne puniretur, fugam iniit, & *Marchenſes* uſque fugit. „

(C) Suppl. Fuld. id. ibid. „ Deinceps autem quidam, qui erat quondam princeps cum cæteris primoribus gentis Bawariorum, nomine *Erimbertus*, qui poſtea Regi ſuisque rebellis extitit, a *Priznolano* quodam Sclavo duce, qui & ipſe Imperatori fidus probatur, comprehenſus dinoſcitur, & a *Luitbaldo* ſtrenuo comite aliisque, vinculis illigatus Regi ad *Rantesdorf* eſt præſentatus. „

(D) Suppl. Fuld. id. ibid. „ Iterum autem expeditione ordinata, tempore hyemali *Bawariorum* principes cum ſuis fines *Marahabitarum* fortiter atque hoſtiliter invaſerunt, & manu valida loca illorum deſertantes, prædamque colligentes, domumque revertentes &c. „

(E) Suppl. idem ibid. „ Denique non poſt multum temporis *Bawarii* terminos *Maraborum* confidenter iterato intrantes, & quæcunque poterant diripiendo populati ſunt, & *Zentobolchum* puerum, filium antiqui ducis *Zwentobolchi*, ſuumque populum ſe ergaſtulo civitatis, in quo incluſi morabantur, eripuerunt, ipſamque civitatem igni ſuccenderunt, atque in fines patriæ ſuæ pro miſericordia ſecum abduxerunt. „

A. C. tus evertit: quæ cum in annum hujus ſæculi poſtremum incideret, oſtium calamitatibus aperuit, quæ octoginta & amplius annorum ſerie Chriſtianum orbem afflixere. Lentum ex veneno malum quod Germanus (Gramannum appellant alii) parricidii author obtulit, Rodburga noxiis herbis temperavit, valetudinem Arnulphi jam dudum fractam penitus proſtraverat; nervi artusque omnes diſſolvi paulatim cœpti: tum vero, ſi Luitprando fides, vis tanta minutorum vermium ex corrupta corporis compage ebullire, ut ad VI. idus Decembres (A. DCCCIC.) jam funus eſſet. (A) *Arnulphi Imperat. mors.*

Juſtis de more perſolutis, Ludovicum, ſeptennem puerum, ſed ab Arnulpho patre, jam abhinc biennio, Regni hæredem deſtinatum, (B) Germaniæ proceres, coactis Forchemii comitiis Regem ſalutarunt. (C) Formandæ regiæ pueritiæ cura Adalberoni Auguſtanæ Eccleſiæ Antiſtiti; (D) Regni negotia Hattoni potiſſimum Moguntino Archiepiſcopo commendata. (E) At vero Leopoldo Auſtriaci limitis Præfecto curarum prima fuit, ut affectum jam bellum Moravicum, ſed Iſenrici transfugio haud dubie redintegrandum conficeret. Adjuncti in belli ſocietatem Bohemi, præclaram Bojis Auſtriisque operam contulere. Repreſſi ubique Moravi, & hoſte e munitioribus locis nuſquam prodire auſo, per ſtrages, & populationes, menſe non integro, *Ludovicus puer Germaniæ Rex.*

900

(A) Supplem. Fuld. ibid. „ Ipſo „ quoque tempore ejusdem magni & „ communis placiti civitate regia Rex „ paralyſi ſolutus infirmatus eſt. Secundum autem, ut regi nocivum „ quoddam a viris ac feminis daretur, „ ut inde paralyticus efficeretur, quorum unus vocabatur *German*, qui „ reus Majeſtatis convictus, & ideo „ *Otingæ* decollatus eſt: alter vero fuga lapſus in Italia latuit. Et alia „ quoque fœmina, nomine *Rodpure*, „ quæ ejusdem ſceleris auctrix deprehenſa, certa examinatione inveniebatur, *Eptlingæ* in patibulo ſuſpenſa „ interiit. „ Luitprand. l. 1. c. 9. „ Turpiſſima valetudine expiravit. „ Minutis quippe vermibus, quos pedunculos ajunt, vehementer afflictus ſpiritum reddidit. „ Herman. contract. „ *Arnulfus* Imperator *Ratisbonæ*, ubi frequentius manebat, „ obiit. VI. idus Decembris, anno „ regni XII. „ Et conſtat ex inſcriptione monumenti ſepulchralis, quæ ſic habet: „ VI. Idus Decemb. Arnolt. „ Imp. obiit. „

(B) Herman. contract. A. 897. „ *Arnolfus* Imperator habito conventu, nulli fidens, ſacramentum fidelitatis demum ſibi & filio parvulo „ *Ludovico* - - exigit. „

(C) Regino A. 900. „ Proceres & „ Optimates qui ſub ditione *Arnolfi* „ fuerant, ad *Foracbem* in unum congregati, *Ludovicum* filium præfati „ Principis, quem ex legitimo matrimonio ſuſceperat, regem ſuper ſe „ creant, & coronatum, regiisque „ indumentis indutum in faſtigio regni ſublimant. „

(D) Diplom. Ludovici Reg. apud Hundium T. 1. pag. 234. „ Per quorundam procerum noſtrorum, *Adalberonis* quoque reverendi Antiſtitis, „ ac ſtudioſiſſimi *nutritoris noſtri*, --- „ interventum. „

(E) Witichind. collat. apud Leibnit. T. 1. pag. 213. „ *Hattho* - - Vir „ magnæ prudentiæ, & qui tempore „ *Ludewici* adoleſcentis ſuper imperio „ Francorum acri cura vigilabat. „

gro, tota pene Moravia in ſolitudinem data. (A) Brevem ab re geſta lætitiam ingens terror excepit. Ungari, ſoluti jam Arnulphi metu, & contempta pueri Regis ætatula, a vaſtanda Pannonia hoſtilitatis initium fecere. Brazlavoni Sclavoniæ duci, Pannoniæ tuendæ provinciam, cum urbe Paludarum, nuper Arnulphus dederat: (B) is, quanquam fidus Regi, manuque ſtrenuus, avertere tamen calamitatem, quantiscunque viribus haud poterat: mortales innumeri aut ferro interempti, aut in miſerrimam ſervitutem abſtracti: ſacrorum templorumque ea paſſim ſtrages facta, ut paucos intra dies Religionis nullum veſtigium in ampla provincia appareret. (C) Exhauſta cædibus ac rapinis Pannonia, primo mox vere in Italiam verſi Ungari, eandem formoſiſſimis iis regionibus cladem, ac vaſtitatem intulerunt: Cæſa uno die Italorum viginti millia, vici, pagi, oppida, omnibus barbaræ immanitatis exemplis evaſtata. (D) Spoliis graves cum in Pannoniam redirent, præmiſere, qui per ſpeciem firmandæ pacis aditum in Bojariam explorarent: hoc reperto nulla mora fuit, quin cum univerſis repente copiis, trajecto Anaſo fluvio, in patentem eum agrum ſe infunderent, & quidquid Danubium inter, Ænumque interjacet, per quinquaginta paſſuum millia, ferro flammaque exſcinderent, præda, quanta maxima in regione multorum annorum pace, procerumque opibus florentiſſima cogi poterat,

A. C.

Hungari Pannoniam vaſtant:

in Italiam irrumpunt.

Reverſi in Auſtriam Superiorem ſe infundunt.

(A) Supplem. Fuld. A. 900. „ *Bajowari* per *Boemanniam*, ipſis ſecum „ aſſumptis, regnum *Marahavorum* „ cunctis, per tres hebdomadas devaſtantes irruperunt. Tandem cum „ omni proſperitate reverſi ſunt. „

(B) Supplem. Fuldenſ. A. 896. ex Mſpto. Cæſar. Biblioth. teſte Gentiloto apud Murator. T. II. „ Imperator „ *Pannoniam* cum urbe *Paludarum* tuendam *Brazlavoni*, duci ſuo, in id „ tempus commendavit. „

(C) Herman. contract. A. 900. „ *Ungarii* hoſtes novi - - *Pannonias* „ depopulatas occupant. „ Luitprand. l. 2. c. 1. „ Primo mortis „ hujus (*Arnulphi*) natique ejus ordinationis anno, permagno collecto exercitu *Maravanorum* gentem, „ quam virtutis eorum adminiculo „ rex *Arnulphus* ſubdiderat, ſibi vendicant, *Baioariorum* etiam fines occupant, caſtra diruunt, Eccleſias „ conſumunt, populos jugulant. „ At vero Supplem. Fuldenſium etiam rerum geſtarum ſeriem ponit ad Annum 900. ſic enim habet. „ Interim „ vero *Avari* (qui dicuntur *Ungari*) „ tota devaſtata Italia, ita ut occiſis Epiſcopis quamplurimis, Italici „ contra eos depellere molientes, in „ uno prælio, uno die ceciderint XX. „ millia. Ipſi namque eadem via, qua „ intraverunt, *Pannoniam* & maxima „ parte devaſtantes regreſſi ſunt. „ Regino denique hanc *Ungarorum* in Italiam irruptionem, omiſſis *Pannoniæ* cladibus in annum 901. conjicit. „ Anno Domini Incarn. DCCCCI. „ Gens *Hungarorum*, Longobardorum „ fines ingreſſa, cædibus, incendiis, ac „ rapinis, crudeliter cuncta devaſtat „ - - innumerabilis multitudo ictibus ſagittarum periit, quam plurimi Epiſcopi, & Comites trucidantur. „ Sed eam ad A. 900. pertinere Epiſtola Theodmari Salisburg. ad Joannem IX. PP. manifeſte demonſtrat.

(D) Hermann. Contract. A. 900. „ *Ungari* hoſtes novi Italiam magna „ ex parte vaſtaverunt, & conſerto „ prælio victores (*millia*) XX. ex „ Italis una die peremerunt. „

A. C. poterat, abſtracta. (A) Coorti quidem, ut in re ſubita, tumultuaria manu cives, agreſtesque; ſed Ungari non tam pugnæ, quam prædæ avidi, transmiſſo ſumma celeritate flumine, abrepta ex Italia, Noricoque ſpolia in tutum migrarunt. (B) Non omnino tamen impune fuit hoſtibus, jus gentium violaſſe: nam cum alteram quoque, quæ Bohemiæ propior eſt, Auſtriæ partem ſimili populatione late diriperet agmen hoſtile, ab exercitu longius avulſum; conſecuti veſtigia Leopoldus Marchio & Richarius, Paſſavienſis Antiſtes, ita in palantes invecti ſunt, ut inclinante in noſtros victoria, mille ſupra ducentos, qua ferro, qua Danubii fluctibus hauſti ſint, noſtrorum, quod prodigii inſtar fuit, vix ullo deſiderato. (C) Actis DEO gratiis, de obſtruendo hoſtibus aditu opportune deliberatum: inſtaurandi veteris Laureaci conſilium omnibus placuit: itaque collata in rem communi opera, urbem in ſiniſtro Anaſi litore novam ſtatuunt, eamque, ut cuique facultas erat, firmo opere communiunt: Anaſiburgo nomen loco datum. (D)

Pars eorundem in reditu caſa a Leopoldo March. Auſtriæ.

Id qualecunque acceptæ calamitatis ſolatium Moravorum perfidia corrupit. Moymarus fratrum alter, Zwentibaldo jam patria extorri, Moraviæ ſolus dominabatur. Is ut moleſtum Germaniæ jugum totis cervicibus excute-

(A) Supplement. Fuldenſ. A. 900. „ Ipſi (*Ungari*) - - miſſos illorum „ ſub dolo ad *Bajoarios* pacem optando, regionem videlicet ad explorandum transmiſerunt. Quod (proh „ dolor) primum malum & cunctis „ retro transactis diebus inviſum „ damnum *Bajowarici* regni contulit. „ Igitur ex improviſo cum manu valida maximo exercitu, ultra *Anſeum* „ fluvium Regnum *Bajowaricum* hoſtiliter invaſerunt, ita ut per quinquaginta milliaria in longum, & in „ transverſum, igne & gladio cuncta „ cædendo & devaſtando jam una die „ proſtraverint. „

(B) Supplem. Fuld. ibid. „ Quod „ vero comperientes ulteriores *Bajowarii*, dolore compulſi, e contra feſtinare diſponunt. Sed *Ungari* præ„ cognoſcentes cum his, quæ deprædaverunt, redierunt, unde venerunt ad ſua in *Pannoniam*. „

(C) Supplem. idem ibid. „ Interim vero quædam pars de exercitu „ illorum, de aquilonari parte *Danubii* fluminis partem illam devaſtando prorupere. Quod ut *Luitpoldo* „ Comiti compertum foret, moleſte „ hoc patiendum ferens, contra exiſſe cum quibusdam primoribus Ba„ jowariorum, uno tantum *Eucbario* „ (alias *Richario*) Patavienſis ſedis „ Epiſcopo comitante, ultra *Danubium* eos inſequendum ſe diſpoſuit. „ Conſertoque illico cum iis prælio „ nobiliter dimicatum eſt, ſed nobilius triumphatum. Nam in prima „ congreſſione belli tanta DEI gratia „ Chriſtianis occurrit, ut mille CC. „ gentilium inter occiſos, & qui ſe „ in Danubio merſerunt, perempti inveniantur. Vix tantum unum de „ Chriſtianis occiſum in apparatu „ belli inveniunt. „

(D) Supplem. hiatus Annal. Fuld. A. 900. ex Leibnit. T. 1. p. 129. „ In „ eodem loco poſt victoriam illis cœlitus datam congreſſi clamore magno in cœlum inde DEO grates ferebant. - - Tandem læti poſt tantam victoriam ad ſocios, unde venerant, regreſſi ſunt, & citiſſime „ in id ipſum tempus pro tuitione „ illorum Regni validiſſimam urbem „ in littore *Aneſi* fluminis muro obpoſuerunt. „

gro, tota pene Moravia in ſolitudinem data. (A) Brevem ab re geſta lætitiam ingens terror excepit. Ungari, ſoluti jam Arnulphi metu, & contempta pueri Regis ætatula, a vaſtanda Pannonia hoſtilitatis initium fecere. Brazlavoni Sclavoniæ duci, Pannoniæ tuendæ provinciam, cum urbe Paludarum, nuper Arnulphus dederat: (B) is, quanquam fidus Regi, manuque ſtrenuus, avertere tamen calamitatem, quantiscunque viribus haud poterat: mortales innumeri aut ferro interempti, aut in miſerrimam ſervitutem abſtracti: ſacrorum templorumque ea paſſim ſtrages facta, ut paucos intra dies Religionis nullum veſtigium in ampla provincia appareret. (C) Exhauſta cædibus ac rapinis Pannonia, primo mox vere in Italiam verſi Ungari, eandem formoſiſſimis iis regionibus cladem, ac vaſtitatem intulerunt: Cæſa uno die Italorum viginti millia, vici, pagi, oppida, omnibus barbaræ immanitatis exemplis evaſtata. (D) Spoliis graves cum in Pannoniam redirent, præmiſere, qui per ſpeciem firmandæ pacis aditum in Bojariam explorarent: hoc reperto nulla mora fuit, quin cum univerſis repente copiis, trajecto Anaſo fluvio, in patentem eum agrum ſe infunderent, & quidquid Danubium inter, Ænumque interjacet, per quinquaginta paſſuum millia, ferro flammaque exſcinderent, præda, quanta maxima in regione multorum annorum pace, procerumque opibus florentiſſima cogi poterat,

A. C.

Hungari Pannoniam vaſtant:

in Italiam irrumpunt.

Reverſi in Auſtriam Superiorem ſe infundunt.

(A) Supplem. Fuld. A. 900. „ *Bajowari* per *Boemanniam*, ipſis ſecum „ aſſumptis, regnum *Marahavorum* „ cunctis, per tres hebdomadas devaſtantes irruperunt. Tandem cum „ omni proſperitate reverſi ſunt. „

(B) Supplem. Fuldenſ. A. 896. ex Mſpto. Cæſar. Biblioth. teſte Gentiloto apud Murator. T. II. „ Imperator „ *Pannoniam* cum urbe *Paludarum* tuendam *Brazlavoni*, duci ſuo, in id „ tempus commendavit. „

(C) Herman. contract. A. 900. „ *Ungarii* hoſtes novi - - *Pannonias* „ depopulatas occupant. „ Luitprand. l. 2. c. 1. „ Primo mortis „ hujus (*Arnulphi*) natique ejus ordinationis anno, permagno collecto exercitu *Maravanorum* gentem, „ quam virtutis eorum adminiculo „ rex *Arnulphus* ſubdiderat, ſibi vendicant, *Bajoariorum* etiam fines occupant, caſtra diruunt, Eccleſias „ conſumunt, populos jugulant. „ At vero Supplem. Fuldenſium etiam rerum geſtarum ſeriem ponit ad Annum 900. ſic enim habet. „ Interim „ vero *Avari* (qui dicuntur *Ungari*) „ tota devaſtata Italia, ita ut occiſis Epiſcopis quamplurimis, Italici „ contra eos depellere molientes, in „ uno prælio, uno die ceciderint XX. „ millia. Ipſi namque eadem via, qua „ intraverunt, *Pannoniam* & maxima „ parte devaſtantes regreſſi ſunt. „ Regino denique hanc *Ungarorum* in Italiam irruptionem, omiſſis *Pannoniæ* cladibus in annum 901. conjicit. „ Anno Domini Incarn. DCCCCI. „ Gens *Hungarorum*, Longobardorum „ fines ingreſſa, cædibus, incendiis, ac „ rapinis, crudeliter cuncta devaſtat „ - - innumerabilis multitudo ictibus ſagittarum periit, quam plurimi Epiſcopi, & Comites trucidantur. „ Sed eam ad A. 900. pertinere Epiſtola Theodmari Salisburg. ad Joannem IX. PP. manifeſte demonſtrat.

(D) Hermann. Contract. A. 900. „ *Ungari* hoſtes novi Italiam magna „ ex parte vaſtaverunt, & conſerto „ prælio victores (*millia*) XX. ex „ Italis una die peremerunt. „

A. C. poterat, abſtracta. (A) Coorti quidem, ut in re ſubita, tumultuaria manu cives, agreſtesque; ſed Ungari non tam pugnæ, quam prædæ avidi, transmiſſo ſumma celeritate flumine, abrepta ex Italia, Noricoque ſpolia in tutum migrarunt. (B) Non omnino tamen impune fuit hoſtibus, jus gentium violaſſe: nam cum alteram quoque, quæ Bohemiæ propior eſt, Auſtriæ partem ſimili populatione late diriperet agmen hoſtile, ab exercitu longius avulſum; conſecuti veſtigia Leopoldus Marchio & Richarius, Paſſavienſis Antiſtes, ita in palantes invecti ſunt, ut inclinante in noſtros victoria, mille ſupra ducentos, qua ferro, qua Danubii fluctibus hauſti ſint, noſtrorum, quod prodigii inſtar fuit, vix ullo deſiderato. (C) Actis DEO gratiis, de obſtruendo hoſtibus aditu opportune deliberatum: inſtaurandi veteris Laureaci conſilium omnibus placuit: itaque collata in rem communi opera, urbem in ſiniſtro Anaſi litore novam ſtatuunt, eamque, ut cuique facultas erat, firmo opere communiunt: Anaſiburgo nomen loco datum. (D)

Pars eorundem in reditu caſa a Leopoldo March. Auſtriæ.

Id qualecunque acceptæ calamitatis ſolatium Moravorum perfidia corrupit. Moymarus fratrum alter, Zwentibaldo jam patria extorri, Moraviæ ſolus dominabatur. Is ut moleſtum Germaniæ jugum totis cervicibus excute-

(A) Supplement. Fuldenſ. A. 900. „ Ipſi (*Ungari*) - - miſſos illorum „ ſub dolo ad *Bajoarios* pacem optando, regionem videlicet ad explorandum transmiſerunt. Quod (proh „ dolor) primum malum & cunctis „ retro transactis diebus inviſum „ damnum *Bajowarici* regni contulit. „ Igitur ex improviſo cum manu valida maximo exercitu, ultra *Anſeum* „ fluvium Regnum *Bajowaricum* hoſtiliter invaſerunt, ita ut per quinquaginta milliaria in longum, & in „ transverſum, igne & gladio cuncta „ cædendo & devaſtando jam una die „ proſtraverint. „

(B) Supplem. Fuld. ibid. „ Quod „ vero comperientes ulteriores *Bajowarii*, dolore compulſi, e contra feſtinare diſponunt. Sed *Ungari* præ„ cognoſcentes cum his, quæ deprædaverunt, redierunt, unde venerunt ad ſua in *Pannoniam*. „

(C) Supplem. idem ibid. „ Interim vero quædam pars de exercitu „ illorum, de aquilonari parte *Danubii* fluminis partem illam devaſtando prorupere. Quod ut *Luitpoldo* „ Comiti compertum foret, moleſte „ hoc patiendum ferens, contra exiſſe cum quibusdam primoribus Bajowariorum, uno tantum *Euchario* „ (alias *Richario*) Patavienſis ſedis „ Epiſcopo comitante, ultra *Danubium* eos inſequendum ſe diſpoſuit. „ Conſertoque illico cum iis prælio „ nobiliter dimicatum eſt, ſed nobilius triumphatum. Nam in prima „ congreſſione belli tanta DEI gratia „ Chriſtianis occurrit, ut mille CC. „ gentilium inter occiſos, & qui ſe „ in Danubio merſerunt, perempti inveniantur. Vix tantum unum de „ Chriſtianis occiſum in apparatu „ belli inveniunt. „

(D) Supplem. hiatus Annal. Fuld. A. 900. ex Leibnit. T. 1. p. 129. „ In „ eodem loco poſt victoriam illis cœlitus datam congreſſi clamore magno in cœlum inde DEO grates ferebant. - - Tandem læti poſt tantam victoriam ad ſocios, unde venerant, regreſſi ſunt, & citiſſime „ in id ipſum tempus pro tuitione „ illorum Regni validiſſimam urbem „ in littore *Aneſi* fluminis muro obpoſuerunt. „

ret, paterna Zwentibaldi vestigia secutus a Joanne IX. Pontifice Maximo multis precibus contendit, suum ut genti suæ Archiepiscopum, a quo sacra, sacrorumque Antistites peteret, intra Moraviam constitueret. Eam ingressus viam satis providebat homo vafer, impedimento sibi fore Bojariæ ordines: quorum authoritatem ut subrueret, nihil verebatur, fœdissimis criminationibus totam gentem deformare: hos nimirum esse, qui quietos ad id tempus Ungaros in exitium Italiæ invitarint, qui nefario sacramento, per canem lupumque, fœdus cum iis sanxerint, qui pecunia & quibus rebus possent, gentem cædibus assuetam juverint, & nobilissimam eam orbis Christiani partem hominum immanissimis ad cædem & vastitatem objecerint: integrum sibi jam non esse, cum iis superstitionum administris, ac Religionis prævaricatoribus, sacrorum communione jungi: petere proinde majorem in modum, ne se, ne gentem suam ea adhuc scelerum contagione puram, maculari impuro profanatæ religionis commercio patiatur. (A) His simulationum integumentis fidem calumniis haud difficulter reperit veterator callidus: jamque in eo erat Pontifex, recenti adhuc Ungaricæ procellæ metu facile irritabilis, ut in Moymari postulata concederet. Ea re ex minacibus Joannis Pontificis Maximi literis comperta, non quievere Bojariæ, Noricique Antistites; sed datis communi nomine ad Christi Vicarium litteris, inustam genti, Ordinique inprimis suo fœdissimam maculam abstersere. (B) Initium gravissimæ epistolæ a modesta querela est, de Passaviensi Episcopatu contra morem majorum, & sacri juris præscripta in quinque Diœceses diviso: (C) tum ad eluendas impias criminatio-

A. C.

Moymari criminationes

ab Episcopis nostratibus refutatæ,

(A) Constant ista ex Responsoria Epistola Boicorum Episcoporum ad *Joannem IX.* PP. data, quæ extat apud Hundium T. I. pag. 30. apud Ludewigium T. II. apud Marcum Hansizium T. I. pag. 176.

(B) Constat ex initio literarum prædictarum, quibus sua nomina præfixerunt: „ *Theotmarus* Juvavensis Ecclesiæ Archiepiscopus; *Waldo* Frisingensis, *Erchenpaldus* Eystatensis, „ *Zacharias* Sebonensis, *Tutto* Ratisponensis, *Richarius* Pataviensis Ecclesiæ Episcopus, nec non & universus Clerus, populusque Christianus, per totam *Noricam*, quæ & *Bavaria* vocatur. „

(C) Epistola eadem. „ Nunc vero, quod nobis grave videtur, & „ incredibile, in augmentum injuriæ „ jactitant se magnitudine pecuniæ „ id egisse, qualia de illa Apostolica „ Sede nunquam audivimus exisse, „ neque canonum decreta sanxisse, „ ut tantum Schisma una pateretur „ Ecclesia. Est enim unus Episcopatus in quinque divisus. Intrantes „ enim prædicti Episcopi (*Joannes „ Archiepiscopus*, *Benedictus & Daniel „ Episcopi*) in nomine vestro, ut ipsi „ dixerunt, ordinaverunt in uno eodemque Episcopatu unum Archi„ episcopum, si tamen in alterius Epi„ scopatu Archiepiscopiú esse potest, „ & tres suffraganeos ejus Episcopos, „ absque scientia Archiepiscopi, & „ consensu Episcopi, in cujus fuerunt „ diœceси. Cum in concilio Africano cap. XX. decretum sit, ut &c. „

A. C. nationes verſi, negabant pacta a ſe ulla adverſus rempublicam Chriſtianam cum Ungaris inita: veſtium lintearum aliquid pro domeſtica lini copia a ſe miſſum, non ad concitandam, ſed mitigandam eorum feritatem fatebantur. (A) Ceterum innoxios ſe fuſi, in barbara illa Italiæ depopulatione, ſanguinis; nec tuendæ adverſus hoſtem tam immanem nobiliſſimæ regioni defuturos fuiſſe, ſi pacem, quam ultro obtulerint, impetrare a Moravis potuiſſent. (B) Tum vero in querelas liberius effuſi, impoſitum falſo ſibi crimen in criminationis authores retorquebant: Hos nempe eſſe, qui ut tectius fallerent, Ungaris permiſti in Pannonios ita ſævierint, ut aliis ferro, aliis fame ſitique enectis, innumeris certe, nullo vel nobilitatis, vel ſexus diſcrimine, aut exilio, aut quod iſto gravius, ſervitute damnatis, domos, templa, & quidquid ſacri profanique uſquam ædificii, exſcinderent ac delerent: id nec Epiſcopis, qui Legatos Pontificis ſe ferrent, ignotum eſſe poſſe, quorum iter omne in Moraviam aut cædis aut incendii recentibus veſtigiis fuerit conſignatum: nullam jam tota Pannonia, quanta Provincia, quamque late diffuſa! ædem extare ſacram, quam non religioſi iſti, ſi Superis placet, pietatis cultores incenderint, ac funeſtarint. (C) Ad extremum Pontificem obſecrabant, ne frau-

& in authorem retortæ.

(A) Epiſt. eadem. „ Quod nos „ præfati *Sclavi* criminabantur, cum „ *Ungaris* fidem Catholicam violaſſe, „ & per canem ſeu lupum, aliasque „ nefandiſſimas, & ethnicas res, ſacramenta & pacem egiſſe, atque „ ut in Italiam tranſirent, pecuniam „ dediſſe, ſi vobis coram poſito ratio „ inter nos agitaretur ante DEUM, „ qui cuncta novit - - eorum falſitas manifeſtaretur, & noſtra innocentia probaretur. Quia enim Chriſtianis noſtris longe a nobis poſitis „ ſemper imminebant, & perſecutione nimia affligebant, donavimus „ illis nullius pretioſæ pecuniam ſubſtantiæ, ſed tantum noſtra linea veſtimenta, quatenus aliquatenus eorum feritatem molliremus, & ab eorum perſecutione quieſceremus. „

(B) Epiſt. ead. „ Quando vero „ *Ungaros* Italiam intraſſe comperimus, pacificari cum eisdem *Sclavis*, „ teſte DEO, multum deſideravimus, „ promittentes eis, propter DEUM „ omnipotentem, ad perfectum indulgere omnia mala, contra nos „ noſtrosque acta, & omnia reddere, „ quæ de ſuis noſtros conſtaret habere, quatenus ex illis ſecuros nos „ redderent, & tamdiu ſpatium darent, quamdiu Longobardiam nobis „ intrare, & res ſancti Petri defendere, „ populumq; Chriſtianum Divino adjutorio redimere liceret. Et nec ipſum ab eis obtinere potuimus. „

(C) Epiſt. eadem. „ Ipſi enim crimen, quod nobis falſo ſemel factum „ impoſuerunt, multis annis peregerunt. Ipſi *Ungarorum* non modicam multitudinem ad ſe ſumpſerunt, & more eorum capita ſuorum pſeudo Chriſtianorum penitus „ detonderunt, & ſuper nos Chriſtianos immiſerunt, atque ipſi ſupervenerunt, & alios captivos duxerunt, alios occiderunt, alios ferina carcerum fame & ſiti perdiderunt, innumeros vero exilio deputaverunt, & nobiles viros ac honeſtas mulieres in ſervitium redegerunt, Eccleſias DEI incenderunt, „ & omnia ædificia deleverunt, ita „ ut in tota *Pannonia* noſtra maxima „ provincia, tantum una non appareret Eccleſia, prout Epiſcopi a vobis deſtinati, ſi fateri velint, enarrare poſſunt, quantos dies tranſierunt, & totam terram deſolatam „ viderunt. „

fraudum his architectis fides habeatur, neve cauſa Sacerdo- A. C.
tii, Regnique unius hominis fraudulentæ perfidiæ poſtpo-
natur. (A) His literis ſuas quoque Hatho Moguntinus Ar-
chiepiſcopus adjecit, quibus egregie firmat ea, quæ a cete-
ris Antiſtitibus in hac cauſa Romam ſunt perſcripta. Lau-
dat præterea Bojariæ, Noricique Epiſcopos ab Religione,
pietate, & inſigni populi ſibi commendati cura: (B) tum in
gentis univerſæ laudes nihilo parcior, Bajoarios, quorum ſub
nomine vicinos etiam Auſtriacos (nondum recepto ejus vo-
cis uſu) complexus eſſe videtur, (C) in tuenda Chriſtiani
officii ratione, nullis mortalium inferiores prædicat: mina-
tur poſtremo Moravis, ſi pertinacius tenderent, ſi amoliri
ſuis a cervicibus jugum Regium niterentur; non defuturum
vindicem Regi ſuo gladium, quo & priſtinam perfidiam,
& novas adverſus Præſulum ſuorum innocentiam crimina-
tiones pro merito caſtigaret. (D) Concitatos animorum
motus gravior ab Ungaris metus compreſſit, litemque an-
cipitem aut ſuſpendit, aut diremit.

Hathonis Moguntini Archiep. eadem in cauſa litera.

A ſacris itaque ad Regni curas verſi, muniendum an-
tiquum Bojariæ limitem adverſus Ungaros ſuſcepere, ex-
citata eam ob cauſam nova ad Anaſi ripam urbe, qua par-
te

Laureacū inſtauratū Monaſterio S. Floriani contribuitur.

(A) Epiſt. eadem. „ Idcirco ſin-
„ guli omnesque admonendo preca-
„ mur, ne ullo modo, alicui falſo de
„ nobis aliquam ſuſpicionem referen-
„ ti creduli ſitis, antequam opportu-
„ nitas exigat, ut hujus rei gratia
„ Miſſus de veſtra celſitudine nobis,
„ aut a noſtra parvitate directus ap-
„ pareat vobis. - - Ideo ſiquid fraus
„ maligni Schlavorum calliditate ad-
„ duxerat, juſtitia vertat. „

(B) Epiſt. *Hathonis* Mogunt. Archi-
epiſ. apud Hund. Metrop. T. 1. p. 32.
„ Accuſator autem Epiſcoporum nul-
„ lus ſit ſervus, aut libertus, nulla-
„ que perſona ſuſpecta, aut infamis,
„ repellantur inimici, & omnes laï-
„ ci. Iſti Fratres, & Coepiſcopi noſtri
„ Bavarienſes, veraces DEI cultores,
„ & boni paſtores pervigili cuſtodia
„ cuſtodiunt gregem ſibi comiſſum,
„ ne lupi rabies aliquam ſancti gregis
„ oviculam rapiat in prædam ſuam,
„ ſtant pro muro Domus Iſrael &c. „

(C) *Auſtria*, & *Auſtriorum* nomen vix ante Seculi X. finem obtinere cœpit, ut recte notat Hieron. Pezius Diſſert. II. quare nihil mirum eſt, ſi ſcriptores Seculi IX. Auſtriæ populos Bavaros nominent, vel ob deductas ex Bavaria colonias, ut habet Anonym. de Converſ. Bojorum & Carantan. vel ad diſcrimen a Sclavis ſedes alicubi in Auſtria nactis; vel quod ad Bajoariæ regnum extra Bavariam late diffuſum, quale ſub Regibus erat, Caroli M. poſteris, velut nova acceſſio pertineret. Neque noſtra hac ætate inſuetum eſt, ut Suevi, Saxonesque per Hungariam, Daciamque ſparſi, quamquam præter Hungariæ Reges Dominum alium non agnoſcant, Suevorum, Saxonumque nomine, a ceteris Regni indigenis, linguæ ac originis cauſa, diſtinguantur.

(D) Epiſt. Hathon. „ Quod ſi ve-
„ ſtra admonitio illos non correxe-
„ rit, velint, nolint, Francorum Prin-
„ cipibus colla ſubmittent, & credi-
„ mus absque effuſione ſanguinis, &
„ mutua cæde ex utraque parte tunc
„ poſſe bene contingere. Iterum ite-
„ rumque veſtræ dignitatis auribus
„ replicamus, quod tam Epiſcopi,
„ quam Laici Bavarienſes in Religio-
„ ne Chriſtianitatis nulla gente infe-
„ riores eſſe probentur: neque un-
„ quam Franci absque illorum auxi-
„ lio, aut in Eccleſiaſticis rebus, vel
„ in bellicis negotiis nominatim, vel
„ fama dignum aliquid peregerunt,
„ ſicut neque illi absque iſtis. „

A. C. te fere Laureaci veteris rudera viſebantur. (A) Precibus deinde Richarii Paſſavienſis Antiſtitis, ac Leopoldi Marchionis id ab Rege datum, ut ad ſarcienda nuperæ depopulationis damna, quæ ad Anaſum maxime fœda ſtrage de-
901 ſæviit, urbs ea ad Ædem S. Floriani donaretur, confirmata etiam largitione Perharti, viri nobilis ac opulenti, qui quidquid ultra Danubium agrorum, mancipiorumque in Auſtria habuit, ejus Divi honoribus dedicavit. (B) At vero Ungari, ſuperioris prædæ dulcedine ſemel capti, aliam ſibi, aliamque ſpoliorum aream deſignabant. Ac primo quidem Carentaniam diripiendam ſuſcepere; ſed victi cæſique, (C) iras brevi, impetumque in Moravos vertere. Periculum commune eam gentem ad pacis conſilia commodum inflexerat: miſſi Ratisbonam oratores, nec recuſata conditio eſt. Additi ad reduces Richarius Paſſavienſium Antiſtes, & Udalricus Comes, qui Moymarum Ducem, & Optimates Moraviæ ad pacis ſacramentum admiſerunt. (D) Abſtracto ab turbulentis conſiliis

Hungari in Carentania caſi.

Pax cum Moravis ſancita.

(A) Supplem. Fuldenſ. An. 900. „ Tandem læti ad ſocios, unde venerant, regreſſi ſunt, & citiſſime „ in id ipſum tempus pro tuitione illorum regni, validiſſimam urbem „ in litore *Aneſi* fluminis, muro oppoſuerunt; quo peracto unusquisque redierunt in ſua. „

(B) Diplom. Ludovici R. Dat. XIV. Kal. Febr. A. 901. Indict. IV. Regni ejus I. Ratisbonæ apud Hund. in Metrop. T. I. pag. 234. „ Notum eſſe volumus, qualiter Vir „ Venerabilis, nomine *Richarius*, Patavienſis ſcilicet Præſul, per quorumdam procerum noſtrorum, *Adalberonis* quoque Reverendi Antiſtitis, ac ſtudioſiſſimi nutritoris noſtri, & *Waltonis* Friſingenſis Epiſcopi, nec non *Luitwoldi* Illuſtris Comitis, & dilecti propinqui noſtri „ interventum, regalitatis noſtræ eminentiam, mœrore confectus Epiſcopus ſui damnum lamentando interpellans, eo quod ſæviente, proh „ dolor! paganorum impugnatione „ quædam pars Diœceſis ſuæ, ubi *S. Floriani Martyris Monaſterium* conſtructum eſſe dignoſcitur, ex improviſo devaſtata eſt; deprecans, „ ut *civitatem* illam, quam fideles noſtri regni - - noviter in ripa *Onaſi* „ fluminis in proprio jam dicti Martyris, partimque in terra Præfecturæ terminalis ſtatuentes conſtruxerunt, ad ſupradictum ſacroſanctum locum, in quo ejusdem beatiſſimi Martyris corpus venerabiliter humatum eſt, traderemus, jurique ipſius Sancti, atque poteſtati largiendo firmaremus. At nos - - decrevimus ita fieri, eandem *civitatem* - - Chriſtiano Martyri *Floriano* - - contulimus atque tradidimus. Inſuper etiam quidquid „ ſervus noſter quidam nomine *Perhart* in Aquilonari parte *Danubii*, „ proprii in terra & mancipiis in ipſa „ *Marca* tenuit, eidem Sancto DEI „ perpetim firmamus. „

(C) Suppl. Fuld. A. 901. „ *Ungarii* Auſtralem partem regni illorum, *Carantanum* devaſtando, invaſerunt. „ Herm. Contr. A. 901. „ *Hungari Carentaniam* invadunt & in „ Sabbato commiſſa pugna occiduntur. „ Chron. S. Pantaleon. & Annaliſta Saxo ad A. 902. „ *Ungarii Charentaniam* invadunt, & commiſſo in *Sabbato Paſchæ* prælio occiduntur. „

(D) Suppl. Fuld. A. 901. apud Hanſiz. correctius T. I. pag. 180. „ Anno „ DCCCCI. generale placitum Ratisbona civitate habitum eſt. Ibi „ inter alia miſſi Moravorum pacem „ optantes pervenerunt, quod mox „ ut petierunt, complacuit, & juramen-

Moymaro, non erat, quod paci communi diutius oblucta- A. C.
retur Iſenricus: receptus & ipſe in gratiam Ludovici, & Auſtriæ reſtitutus. (A) Arbonem, Iſenrici patrem, ad id tempus adhuc fuiſſe ſuperſtitem, regiæ Ludovici literæ ſub annum hujus ſeculi tertium datæ, credibile reddunt. (B) Sed enim Præfectura, in quam Regis clementia nuper reſtitutus erat, (C) Ungaris tota jam Auſtria ſecunda late dominantibus, frui diu non licuit. Varia illi, quoad vixit, commutabilisque fortunæ ſemper ratio erat: natus ex familia, veris non magis, quam fabuloſis laudibus celebrata: (D) ad regendam Auſtriam magna multorum invidia admotus: ejectus ab æmulis, rurſum a Cæſare reſtitutus: admittere ſubinde in communionem provinciæ Engelſcalcum; hoc de gradu dejecto, Leopoldum juſſus: demum exutus dignitate ab Arnulpho, mox iterum ad priſtinum honorem revocatus: ad extremum, occupata per Ungaros Au-

Arbo & Iſenricus ejus filius in gratiam recepti.

„ mento firmatum eſt. Inde ob hoc „ ipſum *Richarius* Epiſcopus, & *Udalricus* Comes *Marababa* miſſi ſunt, qui „ eodem tenore, ut in *Bajoaria* firmatum fuit, ipſum Ducem, & omnes Primates ejus eandem pacem ſe „ ſervaturos juramento conſtrinxerunt. „

(A) Herman. contr. A. 901. „ Eodem anno *Mormarus*, Dux *Marabenſis*, & *Iſanricus*, Noricus Comes, qui „ ad ipſum transfugerat, cum Ludovico Rege pacificati ſunt. „

(B) Diplom. Ludovici Reg. Dat. A. 903. Indict. VI. „ Noverit omnium - - ſolertia qualiter quidam „ comes nomine *Arbo* &c. „

(C) Suppl. Fuldenſ. A. 898. „ Ob „ hanc cauſam præfectura ſua ad tempus caruit, quam non multo poſt „ accepit. „

(D) Albertus Stadenſis in Chron. ad A. MCIV. de poſteris *Arbonis* hæc habet: „ Hi duo fratres, *Erbo* ſcilicet, & *Boto* paterno de ſanguine, „ *Noricæ* gentis, antiquiſſimam nobilitatem tenebant, illius nimirum „ famoſi *Erbonis* poſteri, quem in venatu a Wiſonte beſtia confoſſum „ vulgares adhuc cantilenæ reſonant. - - Maternum vero illis ſtemma de Saxonia. - - *Friderum Erbonis*, & *Botonis* mater - - poſt mortem *Hartwigi*, ſtatim viduitatis velamine conſecratur, adhuc *Erbone* „ parvulo, *Botone* impregnata poſthumo: quorum uterque literis & „ armis, atque rebus ſatis profecit. „ Attamen *Boto*, ſicuti corpore procerior & elegantior, ita rebus bellicis præſtantior in tantum fuit, ut „ vere de gigantibus antiquis unus „ fuiſſe in *Pannonia* crederetur. „ Hæc Abbas Stadenſis, qui forte loquitur de fabuloſo illo *Erbone*, ſeu *Harede* (nam vocabula *Arbo*, *Aribo*, *Erbo*, *Hæres*, ut inter Scriptores Boicos conſtat, & patet ex Documentis *Arbonis* Epiſcopi Friſingen. apud Meichelbeckium T. I. P. II. Num. 40. & 41. &c. idem ſonant.) de quo Monachus Sangallenſ. L. 2. de geſtis Caroli M. agit his verbis: „ Erat quidam vir de „ *Durgouue*, juxta nomen ſuum, magna pars terribilis exercitus, vocabulo eis *Hære*, tantæ proceritatis, „ ut de *Enachim* ſtirpe exortus credi „ potuiſſet. - - Is itaque cum in comitatu Cæſaris *Bohemannos*, *Wilzos*, „ & *Avaros* in modum prati ſecaret, „ & in avicularum modum de haſtili ſuſpenderet, domum victor reverſus, & a torpentibus interrogatus, qualiter ei in regione *Winidum* complaceret: illos dedignatus, bisque indignatus ajebat: „ Quid mihi ranunculi illi? ſeptem, „ vel octo, vel certe novem de illis „ haſta mea perforatos, & neſcio quid „ murmurantes huc illucque portare ſolebam: fruſtra adverſum tales vermiculos Dominus Rex, & „ nos fatigati ſumus. „ Male iſta & inepte conficta nemo non videt: ſed in vulgi fabellis quis veriſimilitudinem requirat?

A. C. Auſtria, rem una ac nomen Marchionis amiſit. De mortis vel genere, vel tempore nihil conſtat, communi provinciæ clade privatos familiarum luctus abſorbente.

De Auſtriæ inferioris per id tempus ſtatu incerta omnia.

Operæ hic pretium foret, quo tempore, qua via, modoque Auſtria inferior ab Hungaris ſit oppreſſa; quis ſtatus deinde provinciæ, quæ gubernandi forma, quæ loca, qui locorum incolæ remanſerint, curatius deſcribere: ſed earum nobis rerum notitiam ipſa temporum calamitas ſubduxit. Si quis conjecturæ locus, Auſtriam ego, quæ Cetio monti proxima, eodem cum reliqua, cujus portio quondam erat, Pannonia turbine quaſſatam, ac laceratam exiſtimem; parte altera, quæ a Cetio monte ad Anaſum pertinet, poſt reditum Hungarorum ex Italia obtrita, & exhauſta. (A) Miſeras populi reliquias, quæ templorum, ac oppidorum ſtrages evaſerint, tributarias Hungaris ac vectigales factas, libertatem ſervituti pene ſimilem habuiſſe. (B) Arces tamen, oppidaque, quorum a centum & amplius annis, Antiſtitum, Nobiliumque cura, non exiguus erat numerus, haud ita everſa eſſe crediderim, nulla ut rudera aut ruinæ ſupereſſent: quæ cauſa fuit, ut recuperata poſtmodum ex hoſtibus provincia, nota oppidorum nomina, Favianæ, Mauteræ, Sancti Hippolyti, Tulnæ, Altenburgi reviviſcerent, & ad veterem rurſus frequentiam redirent. Id Rudigeri Pechlarienſis poſt id temporis præfectura; id Arnulfi, Ducis Boici ad Hungaros fuga; id Gizonis in arce Mellicenſi dominatus innuere videntur. (C) Sunt qui hanc Auſtriæ calamitatem ſerius aliquanto accidiſſe exiſtiment propterea, quod & a Moravis ſub id tempus cladem paſſi

(A) Luitprandus l. 2. c. 1. „ Primo mortis hujus (*Arnulphi*) natique ejus ordinationis anno, per magno collecto exercitu, *Maravanorum* gentem - ſibi vendicant. „ *Bajoariorum* etiam fines occupant, „ caſtra diruunt, Eccleſias conſumunt, populos jugulant. „ Colligi idem videtur poſſe ex Epiſtola Antiſtitum Bojar. ad Joan. IX. A. 900. data: ubi de *Pannoniæ* ſtrage, ad quam pertinebat *Auſtria infra Cetium*, & per quam iter erat legatis Pontificis, agitur, nulla adhuc facta mentione, de clade poſt reditum Ungarorum ex Italia circa *Anaſum* accepta: quod indicio eſt, prius *Pannoniam*, *Auſtriamque infra Cetium*, quam illam, quæ *ſuperiori Auſtriæ* jungitur, provinciæ partem ab *Ungaris* eſſe evaſtatam.

(B) Luitprand. l. 2. c. 2. de populis quibusdam Germaniæ, quorum provincias *Ungari* incurrere: „ Nec „ quisquam erat, qui horum præ„ ſentiam, niſi labore non parvo, na„ turave munitiſſimis præſtolaretur „ in locis, factusque eſt per nonnul„ los años populus hic tributarius. „ Sigebert. Gembl. ad A. 905. „ *Hun„ gari* ſuperioris anni victoria elati, „ regnum Ludovici ſub tributo redi„ gunt. „ Id *univerſe* dictum, accommodari etiam *Auſtriæ* poteſt.

(C) Patent iſta ex dictis dicendisque ſuo loco.

Cuſſolis, Hungarorum Ducis, cades.

ſint Ungari, (A) & Cuſſolem, Ducem ſuum, cum non paucis ſuæ gentis, aut aperta vi, aut ex inſidiis cæſum amiſerint. Sed ut illud de Moravis certum; ita de loco, modoque, quo Cuſſolis cædes patrata, ex obſcura Hepidani narratione (B) liquere non poteſt. Utcunque tamen res habeat, ultra ſeptimum hujus annum Seculi differri clades Auſtriæ non poteſt. A. C. 902

Cæſo interim uni, duos continuo Duces Ungari ſuffecerunt Durſacum & Bugatum, qui icto cum Beringario, Italiæ Rege, fœdere Italiam deinde ipſam immani populatione lacerarunt. (C) Sed dum Germania ab infeſtis eorum incurſionibus quieſcit paululum, inconſulta ambitio nobiliſſimas Wetteravienſium & Babenbergenſium Comitum familias in arma egit. Mota lis ingens de nihilo (verbo Reginonis utor) ſeu de numeroſa majorum ſerie, de familiæ ſplendore, opibus, potentia, claritate, eaque in annos complures extracta. (D) Babenbergici generis tres fratres erant, Adelbertus, Adelhartus, & Henricus; quos idcirco commemoro, quod ea ex ſtirpe, quos deinde Marchiones, Ducesque in Auſtria habebamus, duxiſſe originem ferantur. (E) Wetteravicorum uno plures fuere, Rudolphus Wirzburgenſis Epiſcopus, Conradus, Gebhardus, Eberhardus Comites. Bis ea cauſa infeſtis armis concurſum, alternante fortuna, quæ Babenbergicis primo gravior incubuit: Henricus cæſus in acie, Adelhardus captus, & Gebhardi Wetteravii juſſu mox capite multatus: Adelbertum fuga ſubtraxit. Quanquam nec Wetteravicis ſuum

Babenbergenſiũ & Wetteravienſiũ Comitum diſſidia.

(A) Herman. contr. ad An. 902. „ *Hungari* a *Mariis* occiduntur. „ alia „ editio ejusdem ad A. 901. - *Ungarii Marabenſes* petunt, pugnaque victi terga vertunt. „ Ut adeo vel gemina clades accepta, vel eadem ad diverſos annos a Scriptore relata ſit.

(B) Hepidan. in Chron. ad A. 902. „ *Agareni* a *Bajoariis* ad *prandium* vocati, ubi Rex eorum *Chuſſol* occiſus eſt, & alii quam plurimi cum „ eo. „ Conjectura eſt ſcriptorum quorundam, mendum eſſe litterarum, & non *prandium*, ſed *praliandum* eſſe legendum. Ceterum cædem ad *Viſcham* contigiſſe, tacente Hepidano, recentiorum opinio eſt, incertum, quo fundamento nixa.

(C) Luitprand. l. 2. c. 16. „ Contigit Hungaros *Veronam*, his ignorantibus, adveniſſe, quorum duo „ reges *Durſac* & *Bugat*, amiciſſimi „ Berengario fuerant. „

(D) Regino l. 2. ad A. 897. „ Ea „ tempeſtate inter *Rudolphum*, Epiſcopum *Wirtzburgenſem*, & filios „ *Henrici* Ducis, *Adalhardum* & *Heinricum* magna diſcordiarum lis, & „ implacabilis odiorum controverſia „ ex paucis, minimisque rebus oritur. - - Et dum de nobilitate carnis, de parentum numeroſa multitudine terrenæ poteſtatis ultra, „ quam decet, ſe extollunt: in mutuis cædibus prorumpunt - - - regiones illis ſubjectæ rapinis & incendiis ſolo tenus devaſtantur. „

(E) Otto Friſing. l. 6. c. 15. „ Ex „ hujus *Alberti* ſanguine, *Albertus* qui „ poſtmodum *Marchiam Orientalem*, „ id eſt, *Pannoniam ſuperiorem* Ungaris „ ereptam, Romano Imperio adjecit, originem duxiſſe traditur. „

A. C. ſuum funus deeſſet, Eberhardus; ſatisque appareret, Adelbertum ſuperſtitem prælio, non bello ſuperatum. (A) Tentata iterum alea, victi victores: Rudolfus Antiſtes Wirzburgenſi Diœceſi exactus, ejecti paternis caſtris Eberhardi filii, cæſus in acie Conradus Comes, Conradi poſtea Germaniæ Regis pater; regio omnis rapinis ac incendiis deformata. (B) Graviter pro eo ac debuit, moleſteque tulit periculoſas has dimicationes Ludovicus Rex, indictoque Triburias Optimatum conventu, ad dicendam cauſam Adalbertum evocavit. Sed cum is judicium capitis ſubterfugeret, obſeſſus in caſtro ſuo, incertum Bambergenſi, an Teraſſenſi, eſt; (c) unde aut Eginonis, quo potiſſimum authore arma corripuerat, perfidia; aut Hatto-

Adalbertus Babenbergicus in jus vocatur.

Forum refugit, obſidetur in arce ſua:

(A) Regino l. 2. ad A. 902. „ *Adalbertus* cum fratribus *Adalhardo*, & *Heinrico*, collecta valida manu, adverſus *Eberhardum* & *Gebelhardum* & *Rudolphum* fratres - - ex caſtro, quod *Babenberck* dicitur, proſiliens, ad pugnam proceſſit. - - - In quo certamine *Heinricus* interfectus, & *Adalhardus* captus, & poſtmodum juſſu *Gebelhardi* decollatus eſt. *Eberhardus* etiam multis vulneribus confoſſus in prælio cecidit, - - & paucis interpoſitis diebus & ipſe moritur. „

(B) Regino l. 2. ad A. 903. „ *Adalbertus Rudolphum* Epiſcopū de *Wirtzburgenſi* Eccleſia fugat, res & poſſeſſiones præfatæ Eccleſiæ crudeliſſima depopulatione, filios etiam *Eberhardi* ſimul cum matre a propriis hæreditatibus & honoribus, regio munere conceſſis, exire compellens, ultra *Speſſesbart* ſecedere cogit. „ Et infra ad An. 905. „ *Conradus* ſenior in *Haſſia*, - - fratrem vero ejus *Gerhardum* in *Wederavia*, cum omnibus, quos ſibi adſociare poterat, ejusdem *Adalberti* præſtolabatur repentinam irruptionem: nec eos fefellit, per omnia rerum eventus: ſiquidem *Adalbertus* - - primo quidem ſimulat, ſe contra *Gerhardum* copias transferre velle. - - Deinde quanta potuit celeritate, aciem adverſus *Conradum* dirigit. Quod cum *Conradus* ſero cognoviſſet - - mox in ipſo primo impetu multis vulneribus confoſſus extinctus eſt. *Adalbertus* victoria potitus - - tribus itaque continuis diebus totam illam regionem perluſtrans, cædibus ac rapinis cuncta demolitus eſt. „ Haud pro certo affirmem, nullum his annis mendum in Chronicon Reginonis, plane alias ſynchroni, irrepſiſſe: nam & accuratiſſimum Necrologium Fuldenſe apud Schannatum Hiſt. Fuld. p. 471. mortem *Cuonrat Comitis cum aliis ibidem necatis* ad An. DCCCCVI. conſignat: & *Ludhelmus*, Tullenſis Epiſcopus, quem Regino eodem hoc Anno 905. obiiſſe ſcribit, Anno 906. Kal. Septembris vixiſſe adhuc legitur in Diplom. Ludovici R. Tulli A. DCCCCVI. Regni ejus VII. Kal. Septembr. dato apud Calmetum Annal. Lotharing. Tom. I. Append. p. 332. unde probabile videtur, Reginonem quoque, qui teſte Mabillon. Annal. Bened. Tom. III. L. 41. p. 329. Chronicon ſuum ad Annum nongenteſimum octavum deduxit, quorum duo poſtremi non diſtinguuntur, mortem Adalberti A. 906. poſuiſſe, ſed notam ejus anni intercidiſſe.

(C) Regino l. 2. ad A. 905. vel 906. „ Eodem anno circa Julium menſem „ *Ludovicus* Rex conventum generalem celebravit apud Triburias, villa regia, ubi adeſſe mandavit ſæpe „ dictum *Adalbertum* - - ſed his ſalutaribus monitis nequaquam aſſenſum præbuit. Cernens itaque Rex „ obduratum ejus animum - - eum „ in caſtro, quod *Teraſſa* dicitur, obſidione cinxit. „ Luitprandus & Otto Friſingen. pro *Teraſſa*, caſtrum *Bauenburg*, ſeu *Babenberg* ponunt, quorum ſententiam Eccardus Wirzburg. T. II. p. 811. amplectitur propterea quod caſtrum *Teraſſa* jam A. 903. occupatum a Rege ſit; nec receptum poſtea ab Adalberto legatur.

nis Moguntini malis artibus extractus, diuturnam contu- A. C.
maciam ſuo ſanguine expiavit. Regino Prumienſis, perculſum repentina Eginonis defectione, apertis ultro portis in caſtra (A) regia veniſſe ſupplicem ſcribit; at ſi Luitprando, Hermanno, Mariano Scoto, Ottoni Friſingenſi credimus, ad eum modum peracta res eſt: Ludovicus lentam pertæſus obſidionem, conficiendæ rei negotium Hattoni dederat, animi confidentis viro, & a conſiliorum calliditate noto. Is recta ad Adalbertum tendit, propoſitoque tum periculo, tum veniæ ab Rege adoleſcentulo impetrandæ ſpe injecta, ſuadet Comiti, perſuadetque in caſtra ut regia ſe conferret, pollicitus interim, interpoſita Sacerdotii fide, ſe in arcem, ſalvum ac incolumem brevi reductu-

Hattonis fraude in caſtra Regia pertrahitur:

rum. Adalbertus, qua erat humanitate, Hattonem ad hoſpitalem menſam comiter invitat: ille pari modeſtia deprecatus officium, deditium urget, properato obſequio Regis ſibi gratiam conciliaret. Paret monitis Adalbertus: ſed vix arce digreſſis, Hatto ſeſe reprehendit, quod oblati prius epuli hoſpitalem gratiam inconſulto recuſarit: viæ reſtare pluſculum, ſolem non procul a meridie abeſſe. Adalbertus nihil fraudis veritus, invitationem iterat, nec jam Hatto recuſat. Reditur in arcem, diſcumbitur, & ſublata poſt exemptam famem menſa, in caſtra properatur. (B)

Sed

(A) Regino ibid. „ Interea *Egino*, „ qui ejus individuus comes in omni pravitate extiterat, ab ejus ſocietate defecit, & cum omnibus ſuis ad regis caſtra tranſiit. Protracta igitur paulo prolixius obſidione, fractus animo *Adalbertus* ad callida argumenta convertitur. - - Portis itaque apertis, a munitione exiens cum perpaucis, ultro ſe regi obtulit, ſupplex veniam de commiſſis expoſcit, emendationem promittit. Sed cum fraus, quæ ſtruebatur, ſuis prodentibus, fuiſſet detecta, cuſtodiæ mancipatur, & omnibus adjudicantibus, capitalem ſententiam ſuſcepit quinto Idus Septembris. „

(B) Otto Friſing. l. 6. c. 15. „ Circa idem tempus (A. nempe 905.) „ *Albertus* nobiliſſimus Francorum „ Comes, *Ottonis* Saxonum Ducis ex „ filia nepos, *Conradum*, qui a quibusdam *Ludovici* Regis frater fuiſſe creditur, occidit. Ob ea Rex prædictum Heroem in caſtro *Babenberg* - - bello petiit, cumque viribus ſe proficere poſſe non videret, *Hattonis* Moguntini Archiepiſcopi conſilio ad dolum ſe contulit. Itaque, ut non ſolum in Regum geſtis invenitur, ſed etiam in vulgari traditione, in compitis & curiis hactenus auditur, præfatus *Hatto Albertum* in caſtro ſuo *Babenberg* adiit, eumque DEI pietatis obtentu de gratia Regis adipiſcenda convenit. Ille devote monitis ejus obtemperans, humiliter conductum de perſonæ propriæ incolumitate petiit. Ac ne multis morer, interpoſita Sacerdotis præfati fide, iter carpunt. Vix caſtro exierant, jam proximi vico, qui *Teurſtat* dicitur, appropinquabant, & Epiſcopus: grave, inquit, erit nobis jejunium ſuſtinere: ſi placet, antequam Regi præſentemur, ad prandium divertamus. Tum ille ſimplices aures more antiquorum primorum habens, dolumque minime perſentiens, gratanter eum ad prandendum in caſtro, unde digreſſi fuerant, reduxit. At poſtquam refecti ſunt, ad curiam veniunt. „ Luitprand. l. 2. c. 3.

Adal-

A. C. Sed jam ea confuſis undique vocibus perſonabant, Adalbertum, facem diſcordiæ, Haſſiæ, ac Wetteraviæ populatorem ad ſupplicium depoſcentium. Rex adventu ejus cognito, convocari in concilium proceres actutum jubet, turbisque, quas excitaſſet Adalbertus, ac tumultibus breviter commemoratis, ſententiam rogat: quam cum atrocem in ejus caput dixiſſent plurimi, reus Majeſtatis crimine, ad ſupplicium capitis condemnatur. Ille ubi actum de ſe videt, Hattonis fidem contenta voce implorat. Hatto ſimplicem bellatoris mentem ridens, promiſſis ſe ſuis ſtetiſſe teſtatus, quo tempore ad prandium incolumem ſuam in arcem reduxiſſet; (A) mittere querelas juſſit, caputque tot ſententiis confoſſum ultori gladio ſubmittere: ſecuri igitur percuſſus ad V. Idus Septembres, anno Seculi, incertum ſexto, an octavo: arx Theraſſa, ut quidam prodidere, in Cœnobium verſa, opes aut in publicum redactæ, aut inter proceres diſtributæ. (B) Hatto tamen poſteritatis odium non effugit, ſuaque infamia ſupplicii pene infamiam Adalberto detraxit. (C) Hos

Capite mulctatur.

„ *Adalbertus* - jusjurandum ab *Hattone* accepit, eumque ut ſecum pranderet, protinus invitavit. *Hatto* vero - - ſe haudquaquam pranſurum omnimodis interdixit. „

(A) Regino l. 2. Otto Friſing. l. 6. c. 15. Herm. contr. A. 907. Marian. Scotus. A. 908. Sed Luitprand. fuſe l. 2. c. 3. „ Cibus ſumitur, atque „ ab eisdem die eadem uſque ad Regem properatur. Clamor in caſtris oritur, fit tumultus non modicus, quandoquidem *Adelbertus* „ Regi adveniſſe nunciatur. Rex „ præterea hujus ob adventum non „ parum exhilaratus, proceres ad ſe „ venire, atque in Judicio reſidere „ præcepit. - - Qui omnium decreto, ſecundum priſcorum inſtituta „ Regum, Majeſtatis reus judicatus, „ capite truncatur. Verum dum vinctus traheretur ad mortem, *Hattonem* intuitus: Perjurii, inſit, reus „ eris, ſi me necem incurrere ſinis. „ Cui *Hatto* ſanum te, inquit, e caſtro educturum, ita & reducturum „ promiſi: quod me tunc impleſſe „ intellexi, quum te e caſtello eductum, ſalvum & incolumem mox „ in caſtellum reduxi. „

(B) Mire de anno mortis *Adalberti* diſſentiunt veteres Scriptores. Regino, plane ſynchronus, An. 905. Hepidannus, & Annaliſta Saxo An. 906. Hermannus Contractus, Lambertus Schaffnaburg. An. 907. Chron. Hildesheimenſe A. 907. Marianus Scotus, ſententiæ incertus, A. 905. & A. 908. Chronic. Wirzburgenſe Baluzii, & Epitaphium Teraſſenſe A. 908. Sigebertus denique, more ſuo ſerius, An. 910. mortem Adalberti conſignant. Quodſi certum eſſet, Documentum illud Fuldenſe, quod Schannatus ex Piſtorio affert Trad. Fuld. p. 224. ad A. 907., pertinere ad Adalbertum Babenbergicum, (Eckartus enim de Adalberto Argoviæ Comite interpretatur) certum pariter foret, mortem Adalberti Babenbergici ad A. 908. differendam. Regino interim L. 2. Chron. ad A. 905. ſic ſcribit: „ Capitalem „ ſententiam ſuſcepit (*Adalbertus*) V. „ Idus Septembr. Facultates, & poſſeſſiones ejus in fiſcum redactæ, & „ dona Regis inter nobiliores quosque diſtributa. „ Vide Hoffman. Aſial. Bamberg. L. 1. N. IX. & Eccard. Wirzburg. T. II. L. 32. N. CXVII.

(C) Otto Friſ. l. 6. c. 15. „ Judicent de hoc Sacerdotis facto alii, „ quod velint, - - ego omnino nullius emolumenti gratia, non ſolum „ quemlibet Chriſtianum fraude circumvenire, ſed etiam in corde, & „ ore in cauſa capitali loqui non debuiſſe arbitror Epiſcopum. „ Quæ porro fuerit ceterorum de hoc facto opinio, apud Nicolaum Serarium Rer. Mogunt. l. 4. leges.

Hos inter tumultus, qui aliquot jam annos Germa- A. C.
Bellum in Hungaros determinatur niam miſcebant, de bello in Ungaros gerendo deliberari cœ-
ptum. Ludovicus Rex, quanquam pueritiam vix egreſ-
ſus, jacturam tamen Pannoniæ, Auſtriæque ferendam ſi-
bi non putavit; & metus erat præterea, ne ſi hoſtem tam
potentem creſcere porro ſuis damnis ſineret, ex tanto
quondam regno propediem provincia fieret. Id belli con-
ſilium pronis omnium, præſertim Bojariæ, ordinum vo- 907
luntatibus eſt acceptum. Data certatim non ab Opti-
matibus modo, ſed a ſacrorum etiam Præſulibus in belli
ſocietatem nomina: ſed ſpem ingentem clades poſt homi-
num memoriam longe triſtiſſima peremit. (A) Ea poſt
XV. Cal. Julii contigit, quo die ad S. Floriani prope Ana-
ſum Ludovicus Rex conſtitit, & Burchardo, Paſſavienſi
Antiſtiti, ad preces Dietmari Salisburgenſis Archiepiſcopi,
ac Leopoldi, & Eiſengreinii Comitum, Ottingam ad com-
penſanda, quæ ab Hungaris illata erant, damna tranſcri-
pſit. (B) Non libet rei geſtæ ſeriem, quod Aventino pla-
cuit, ſine teſte exequi. Illud ſatis conſtat, cæſos cum
Clades noſtratium. Dietmaro Salisburgenſi Archiepiſcopo Utonem Friſingen-
ſem, Zachariam Brixinenſem, aliosque duos Epiſcopos;
& præter multos Bajoariæ Optimates, vulgi innumerabi-
lem multitudinem, partim in acie, partim in immani Au-
ſtriæ ſuperioris, Bavariæque depopulatione concidiſſe. (C)

Sed

(A) Continuat. Reginon. A. 907. „ Bavari cum Hungaris congreſſi, „ multa cæde proſtrati ſunt, in qua „ congreſſione *Luitbaldus* Dux occi- „ ſus eſt, cui filius ſuus *Arnolphus* in „ Ducatu ſucceſſit. „ Hermann. „ Contract. An. 907. - *Bajoarii* ab „ Hungaris interficiuntur. „ Eadem ſcribit ad hunc annum Marianus Scotus. Nec plura Otto Friſing. l. 6. c. 15.

(B) Hundius in Metropol. Salisb. T. 1. p. 199. ex literis Ludovici Regis. „ Ludovicus Rex ob preces „ Dietmari Archiepiſcopi, Luitpolt, „ & Iſingrini illuſtrium Comitum „ Burckhardo Patavienſi, ob deva- „ ſtationem Diœceſis a paganis fa- „ ctam, confirmat Ottingam Epiſco- „ pi proprietatem XV. Cal. Julii, „ An. DCCCCVII. Indict. X. Regni „ Hludowici invictiſſimi Regis VIII. „ Actum ad S. Florianum. „

(C) Regin. Contin. Hermannus Contr. Marianus Scotus, paulo ante relati. Chronicon Salzburgen. An. DCCCXVII. (leg. DCCCCVII.) addit. „ Dietmarus Archiepiſcopus, „ Otto, & Zacharias Epiſcopi in bel- „ lo Ungarico occiſi ſunt.„ Chron. Admontenſe An. DCCCCVI. (leg. DCCCCVII.) „ Ditmarus Salz- „ burgenſis Egiſcopus occiditur ab „ Ungaris cum Utone, & Zacharia, „ aliisque duobus Epiſcopis. „ Ea- dem narrat, ſed multis cum adjun- ctis Aventinus l. 4. C. XXI. „ Lu- „ dovicus Rex - - ex omni Bojaria „ peracto delectu, *Anaſiburgum*, no- „ vam Bojorum coloniam ſe confert. „ Adſunt Epiſcopi, Monachorum An- „ tiſtites, Proceres Bojorum quinto „ decimo Calendas Julii anno Chri- „ ſtianæ Salutis noningenteſimo ſu- „ per ſeptimum. - - Bellum Vgris „ indicitur. - - Ludovicus cum „ Burchardo Bathavenſi Epiſcopo, „ Arabone Præfecto, Anaſiburgii ſub- „ ſtitit. Belli deinde periti, omnes „ copias in tria agmina partiuntur. „ Luitpoldus Auſtriaci Limitis Dux „ ripa Aquilonari; Meridionali ve- „ ro in parte Theodomarus Archi-

„ my-

A. C. Sed Leopoldi præ ceteris gravior jactura fuit: qui cum ruentem Bojarici regni fortunam manu adhuc, consilioque utcunque sustentasset; armis tandem Hungarorum succubuit, casuque suo nudum hostibus latus præbuit ad regionem omnem, quæ Anasum inter, Licumque interjacet, ferro & igne populandam. (A) Primus in sacram Divo Floriano Ædem hostium impetus incubuisse fertur, post cujus ruinas nihil sacri usquam, profanique ædificii a belli injuriis intactum fuit. (B) Cremisanense Cœnobium istone, an superiore Hungarorum incursu, in cineres subsederit, incertum est: certius illud, quinquaginta eo loci homines hostili ferro interemptos. (C) *Leopoldi Austriæ Marchionis cædes.*

Leopoldo in Austriæ præfectura successisse per id tempus Rudigerus Pechlariensis creditur: hunc enim ad Seculi hujus annum sextum ac decimum Austriæ inferiori, Marchionis nomine, præfuisse; eodemque anno, qui vitæ illi supremus fuerit, successorem accepisse Rudigerum *Rudigerus Pechlariensis an jam tunc Austriæ Marchio.*

„ mysta Juvaviensis, Zacharias Sa„ bonensis, Otto Fruxinensis cum „ Monachorum Præsulibus - - Vra„ tislaviam usque procedunt, ibique „ castra faciunt. Eodem in Danu„ bio navibus copias Sighardus Se„ nonum Princeps - - & Eysengri„ nus Dynastæ Bojorum producunt. „ Nec *Ugri* segnitiei - se dedunt - „ - a fronte, a tergo incursant, no„ stros defatigant - sternunt, cæ„ dunt V. Idus Augusti, noctuque „ clanculum Danubium tranant, Luit„ poltum, Legatum Ludovici, Eisen„ grinum epularum magistrum cum „ omnibus copiis, cum XV. Dyna„ stis in castris trucidant. Postridie, „ id est, III. Idus Augusti eos, qui „ ad naves erant - - simili strage ad„ ficiunt. Tres dies continenter ira„ to cœlo pugnatum. Maxima pars „ Nobilitatis Bojariæ perit, vulgus „ promiscuum sine numero occi„ sum. „ Omniane ita gesta sint, ut Aventinus narrat, præstare nolim. Catalogi certe Frisingenses, teste Meichelbeckio, *Utonem* Frisingensem Episcopum, quem Aventinus V. Idus Augusti cæsum scribit, 30. Junii inter defunctos notant: qui si *ad Vratislaviam*, ut Aventinus scribit (pro *Posonio* forte, seu *Presburgo*) cæsus esset, vix referri occisi corpus in ea fuga & trepidatione *Frisingam* potuisset, quod tamen candido inclusum marmori A. MDCCI. ibi repertum est. Omitto tranatum ab Hungaris toto cum exercitu noctu Danubium, & id genus alia, quæ apud cordatum lectorem fidem ægre impetrabunt.

(A) Aventin. l. 4. c. 21. n. 23. &c. Negat tamen Meichelbeckius ad hunc annum, agrum Frisingensem, quod Aventinus asseruit, ab Hungaris fuisse violatum.

(B) Aventinus ibid. qui cæsas iterum ex insidiis prope Anassiburgum recentes Regis Ludovici copias, & Regem ipsum Passavium profugisse memorat; sed Ædem S. Floriani perperam *infra Anasum* collocat.

(C) Bernardus Noricus in Catalogo Abbat. Cremisan. „ Isto (*Snelperong*) Abbate decedente, proba„ tur Abbatia vacasse *Chremsmunstren„ sis* plusquam C. annos: quia regno „ ad Italos translato - - & Hunis, „ ac Ungaris Wawariam depopulan„ tibus homines necando, Ecclesias „ destruendo, penitus est destructa. „ - - Et dicunt nostri Seniores se a „ suis accepisse, quod L. personæ hu„ jus loci ab eisdem Ungaris illo tem„ pore fuerint interfectæ. „

filium, Ortilo ex Aloldo Peklarienſi tradit. (A) Sed enim haud facile dictu eſt, quo pacto inſeſſa, vel obtrita ab Hungaris inferiore Auſtria, ſtare Marchioni ſua jura hoc tempore potuerint; maxime cum per annos amplius triginta, deſtitutam auxilio, ac propemodum hoſtibus relictam, tum ex alto deinceps ſilentio, tum ex rerum alibi geſtarum ſerie aperte ſatis colligamus. Quoties non tranſitum præbebat Hungaris, ſeu in Bavariam, & Alemanniam, ſeu in Franconiam irrupturis? an arma uſquam armis in Auſtria ſunt oppoſita? an hoſtile unquam in ea factum deinceps ullum legitur? Dimicatum ſemel, iterumque cum Bavaris; ſed in Trungovia, vel ad Oenum, non in Auſtria inferiore, ut adeo pro deplorata jam habita videretur. (B) Prodigii certe inſtar futurum erat, ſi circumfuſis tot hoſtibus, & quotannis fere Auſtriam perrumpentibus, ſalvam rem publicam, ſalvam dignitatem retinere potuiſſet. Quidſi tributum Hungari, ſi militare ſtipendium exigere voluiſſent (voluiſſe autem quis dubitet, qui Thuringos etiam, & Saxones, a Pannonia tam remotos, ad annua tributa coegere?) negaſſet Rudigerus? vim, arma, militem objeciſſet? at nullum erat in Ludovico præſidium, belli fortunam toties, neque unquam ſine maxima Regni clade experto: nullum in Conrado, Ludovici ſucceſſore, tot undique bellis, tot Principum defectionibus impedito, & in alia omnia avocato: quin nec in Henrico quidem Rege ipſo, qui & longius aberat, & inter Regni ſui primordia in lucro numerabat, quod tributo annuo, quod factis deinde in plures annos induciis, Hungaros a Thuringia ſua, & Saxonia avertiſſet. (C) Quodſi autem tributo tantum, fuga, latebris ſe, gentemque conſervaſſet ſuam, laudari in Rudigero prudentia poterat; belli ſtudia, roburque armorum, quæ Scriptores veteres in illo celebrant, laudari non poterant. (D) Aliud A. C.

igi-

(A) Ortilonis Notulæ ex Aloldo de Peklarn, ad A. 916. „ Interea „ Oſterrichiam Comes Rutgerus de „ Pechlarn, terræ hujus ſtrenuus Cuſtos gubernavit, & obiit anno noningenteſimo decimo ſexto. Cui „ Rutgerus filius ſuus ſucceſſit. „ Aventinus tamen, neſcio unde, ſcribit l. 4. c. 21. n. 21. „ Aribo in „ demortui Luitpoldi locum ſubſtituitur. „ Sed enim is ſeniſſimus erat, & jam olim exauthoratus: ut adeo haud credibile ſit, Auſtriæ hoc tempore fuiſſe iterum præfectum.

(B) Id anno Seculi hujus 9. 10. 12. vel 13. 15. 17. 24. 26. 33. 37. 43. ex continuatore Reginonis, Hermanno Contracto, aliisque factum conſtat. De pugna cum Hungaris ad Ænum, & ad Trunam in ſuperiore Auſtria ad A. 912. & 943. infra agetur.

(C) De his infra ſuis locis.

(D) Metellus Tigurinus apud Henr. Caniſ. T. III. „ Orientis, *ait*, regio flu„ mine nobilis Erlafa, Inclyta Roge„ rii Comitis robore &c. „ Rhytm. fragmentum apud Lazium l. 7. de Migrat.

A. C. igitur Viro tempus quærendum videtur, quo rem publicam in Auſtria capeſſeret: id, quod ſuo loco indicabitur.

Ceterum hæc calamitatum, quæ deinceps longa ſe- *Hungarorum iteratæ in Germaniam irruptiones.*
908 rie Germaniam exceperunt, præludia tantum erant. Altero mox anno in Saxoniam, ac Thuringiam iidem hoſtes irrupere; (A) tertio Sueviam adorti ex opulenta alias Pro-
909 vincia ſolitudinem fecerunt: (B) nam cum nemo adverſus hoſtes multitudine innumerabiles auderet arma ſtringere, extincta quaſi bellicoſæ nationis indole; omnis ætatis, ſexusque homines miſerrimam in ſervitutem ſunt abſtracti. Perculſus tot acceptis continenter provinciarum ſuarum cladibus Rex Ludovicus, ne tota deinceps Germania uno tanquam incendio deflagraret, edicto ſeveriſſimo ſanxit,
910 ut cum decimo ejus Seculi anno Franconiæ minarentur Hungari, ad ſigna præſto eſſent, niſi quibus ætas, viresque neceſſariam a bello vacationem concederent: ſecus facturi, ad reſtim condemnati, infelici ex arbore penderent. (C) Hoc terrore coacta quidem ingens eſt armatorum multitudo; ſed quæ pallore ipſo ſecuturi omen exitii in vultibus præ ſe ferret. Caſtris in extremis Sueviæ finibus, qua parte Bavariæ, Franconiæque jungitur, poſitis hoſtem opperiri placuit: qui cum die jam in veſperum præcipiti, caſtra caſtris objeciſſet, pugnæ copiam in ſequentem lucem diſtulit. (D) Extracta multam inter & inutilem trepidationem nocte, adeo tamen lenti ſuos in ordines convenere noſtri, ut emiſſa ſagittarum procella, ſtrages ante in caſtris fieret, quam certas in turmas militari imperio partirentur. Reſtitere tamen fortiter ad horam diei ſeptimam, ani- *Bellum in Hungaros ſumma ope comparatur.*

Prælium & clades noſtrata.

grat. gentium. Aventinus l. 4. qui eundem vocat. „ Rogerium, armorum, Martisque ſtudioſiſſimum, inclytum fabuloſis Teutonum carminibus „

(A) Contin. Regin. A. 908. „ Hungari iterum terminos transgreſſi, „ Saxoniam, & Thuringiam vaſtaverunt. „

(B) Idem. An. 909. „ Hungari „ Alemanniam ingreſſi ſunt. „ Herman. 909. „ Ungari Alemanniam „ vaſtant. „

(C) Luitprand. l. 2. c. 1. „ *Ludovicus* itaque Rex gentis ſuæ depopulationem, illorumque intelligens crudelitatem, ſuorum omnium animos hac formidine inflammat, ut ſi bello eodem quemquam, quod tum acturus eſſet, deeſſe contingeret, laqueo procul dubio vitam finiret. „

(D) Idem ibid. „ Jamjam Rex „ *Ludovicus* collecta multitudine *Auguſtam* venerat, quæ eſt in Suevorum, Bajoariorum, ſive Orientalium Francorum confinio civitas, „ quum inſperata magis non autem „ optata, gentis hujus nunciatur vicinitas. Sequenti igitur die *Lemanni* ſecus fluminis campos, Martio operi capacitate ſua aptos, utræque acies convenere. „ Reginon. contin. ad A. 910. „ Franci in confinio Bavariæ, & Franciæ Hungaris congreſſi miſerabiliter aut vi„ cti, aut fugati ſunt. „ Ex quo colligi poteſt, Franconiam, ſeu orientalem Franciam ad Danubium uſque pertigiſſe; locumque pugnæ haud procul *Auguſta* fuiſſe.

misque ipſo ſucceſſu confirmatis, tenere ſibi jam manibus victoriam videbantur. Cum verſi ad ſuas artes Hungari fugam ſimulant, & ruentem in ſe incompoſito agmine exercitum in comparatas inſidias præcipitant. Hic vero nova exiſtere pugnæ facies, & coortis undique hoſtibus tanta paſſim cædes fieri, ut e victore ſe victum Rex ipſe miraretur. (A) Strati paſſim cadaveribus agri, ſaltus, paſcua; rivi adeo ipſi cæſorum ſanguine fœdati: cumque fuga, ſtragesque aliorum ſuper alios ruentium late obtineret omnia, & jam Bojaria, Suevia, Franconia, hoſtilibus tota facibus colluceret; (B) ſubeunda erat quævis conditio, ut hoſtis tam immanis e Germaniæ viſceribus extraheretur. Auro itaque mercanda quies fuit, poſtquam in ferro nullum præſidium: atque ut ſtabilis ea pax eſſet, annuo etiam tributo redimenda. (C) Turpiſſimæ pactioni Ludovicum Regem anno mox ſequenti mors ſubduxit, cum quo Caroli Magni ſtirps virilis in Germania eſt extincta. (D)

A. C.

Pax auro redempta.

Ludovicus Rex, & Caroli M. in Germania familia extinguitur

Opinione celerius in novi Regis electione conventum eſt. Publicis regni Comitiis, omnium votis, ſuffragiisque principum deſignatus eſt is, qui eſſet optimus, Otto Dux Saxoniæ. Sed procerum ſuffragiis unus ipſe, ad quem honor is delatus erat, Otto interceſſit, cauſatus ætatem jam bellis imparem, quæ ab Hungara gente in perniciem Germaniæ quotannis gererentur: non defuturum de cetero communi rei profeſſus, quibus modis poſſet; in præſens

911

(A) Luitprand. l. 2. c. 2. „ Hungarorum gens necis ſitiens, belli „ avida, hos videlicet Chriſtianos adhuc opprimit oſcitantes: nonnullos namque ſpicula prius, quam „ clamores evigilarunt. - - - Gravis itaque hinc inde oritur pugna. „ Verſi terga, ſeu in fugam Hungari telis plurimos ſternunt. - - Jam „ deſcendens ſeptimam Phœbus occupaverat horam, & ſerenus adhuc *Ludovici* partibus Mars favebat: quum *Turci (Ungaros, Græcorum quorundam Scriptorum more ſic appellat)* ſicut non incallidi, poſitis ex adverſo inſidiis, fugam ſimulant. Quos dum Regis populus, doli ignarus, impetu validiſſimo „ inſequeretur, omni ex parte prodeunt inſidiæ, quaſi victi ipſi victores interimunt. Rex ipſe e victore ſe victum eſſe miratur. „

(B) Luitprand. l. 2. c. 2. „ Videres equidem ſaltus, agros, paſſim cadaveribus ſtratos, rivos & „ flumina - ſanguine permixta rubere. - - *Hungari* præterea compotes voti ſui effecti, - - ut rabiem „ perfidiæ ſatiarent, Bajoariorum, „ Suevorum, Francorum, omnia deflagrando regna percurrerunt. „

(C) Luitprand. l. 2. c. 2. „ Bajoariorum, Suevorum, Francorum omnia deflagrando regna percurrerunt (Ungari) - - factusque eſt per nonnullos annos populus hic tributarius. „ Sigebert. Gemblac. A. 905. „ Hungari ſuperioris anni victoria elati, regnum „ *Ludovici* ſub tributo redigunt. „ ubi anni epocha, quod Sigeberto ſæpe evenit, male eſt conſignata.

(D) Contin. Regin. A. 911. „ *Ludovicus* Rex filius *Arnolphi* Imperatoris, obiit, cui *Cunradus* filius *Cunradi* ab *Adalberto* occiſi, regali jam „ ſtirpe deficiente, in regno ſucceſſit. „ Eadem fere habet Herm. contract. Marianus Scotus. Hepidan. ad A. 911.

A. C. ſens non melius conſulturos ſe ſibi, quam ſi Conradum Franconem, in quo ſumma eſſent omnia, nobilitas, ætas, rerum uſus, & quas id tempus poſceret maxime, belli, pacisque artes, Ludovico ſucceſſorem darent. Valuit Ottonis authoritas, omniumque ſuffragia in Conradum inclinavit. (A) Verum hæc procerum in novum Regem ſtudia, brevi ut fit, refrixere. Ludovici Regis ætas tenerior, viresque ab Hungaris acciſæ Principibus Germaniæ jam dudum ſpem dabant, provinciarum, quas gerebant, præfecturas ſuos ad poſteros transmittendi. Conradus, qua erat prudentia, facile, quo res evaſura eſſet, providebat: & niſi Ducum potentiam partitis in plures provinciis infirmaret, præter regium nomen, & quotidianas bellorum contentiones, nihil reliquum ſibi fore perſuadebat. Nihil tamen in præſens novari viſum, dum Otto ſupereſſet, cui Regni faſtigium debere ſe agnoſceret. Arnulpho Leopoldi filio, cui a patris morte Ludovici Regis adhuc voluntate Bojariæ præfectura acceſſerat, (B) confirmatus honos eſt.: quem
912 ille, deletis ad Ænum fluvium internecione Hungaris, quorum vix triginta ſuperſtites, infelicis prælii nuncii ad ſuos evaſere, egregie tuebatur. (C) Sed eam is laudem multi-

Conrad. I. Germaniæ Rex eligitur.

Arnolphus Dux Bavariæ Hungaros cædit.

(A) Wittichind. Annal. l. 1. „Regi autem *Lothowico* non erat filius, „ omnisque populus Francorum atque Saxonum quærebat *Ottoni* diadema imponere regni. Ipſe vero „ quaſi jam gravior, recuſabat Imperii onus: ejus tamen conſultu *Cunradus* quondam Dux Francorum ungitur in Regem. „ Eadem habet Abbas Urſperg. Annaliſta Saxo.

(B) Reginon. Contin. An. 907. „ *Luitbaldus* Dux occiſus eſt, cui filius ſuus *Arnolphus* in Ducatu ſucceſſit. „ Annaliſta Saxo ad A. 907. „ *Luitbaldus* Dux Bawariæ ab Ungaris eſt in prælio occiſus, & Bawarii multa cæde ſunt proſtrati. *Arnulphus Luitbaldi* filius in Ducatu ſucceſſit, vir animo & corpore ſpectabilis. „

(C) Herman. contr. A. 912. „Ungari a Bajoariis & Alemannis juxta flumen *Ine* occiduntur. „ Hepidan. ad A. 913. „ In Purificatione S. Mariæ, transacta feſtivitate „ ad veſperum, grande miraculum „ contigit, ut ſtellæ miro modo uſque ad mediam noctem inter ſe „ volitarent. Eodem anno nix immanis cadens Id. Apr. ebdomadam „ Paſchæ perduravit. - - - *Erchanger* & *Pertholt* frater ejus, & *Uodalrichus* Comes auxiliante illis nepote eorum, *Arnolfo* optimo Duce Bajoariorum, totum exercitum eorum, juxta *Ine* fluvium penitus occiderunt niſi XXX. viros. „ Ubi notandum, Paſcha Anno tantum 912. incidiſſe in pridie Id. April. nam An. 913. incidit in 28. Martii, ut proinde Hermannus videatur Hepidannum recte correxiſſe. Chronic. Rhytmicum antiquum ex Biblioth. Univerſ. Vien. quod deſinit ad An. 1146. hæc habet de Conrado I. R. & pugna ad Ænum fluv. pag. 104.

„ Der Kunich beſande ſich drat
„ Nach der Furſten rat.
„ Von Bejern, und von Swaben,
„ Gott ſi ſich alle ergaben &c.
„ Da was gevochten ein michel ſtrit.
„ Menich Vnger verlos da den lip.
„ Die Beier racheri chint und wip.
„ Ir wart da ſovil erſlagen
„ Das es niemen chan geſagen
„ Und niemen erzelln mach
„ Sie ſlugen ſie nacht und mch.
„ Umz an der Lita (Leytha) ſtat.
„ Dannoch waren ſie nicht vechten ſat. „

Ex quo conſequeretur, Hungaros ab Æno uſque ad Leytham fluvium, Auſtriæ & Hungariæ limitem, rejectos: quod fidem ſuperat.

tiplici brevi dedecore deformavit. Diem nuper obierat A. C.
Otto Dux Saxoniæ, qui unus Conradi Regis consilia ad-
Henricus Saxo, huc morabatur. (A) Henricus filius, quo minus in om-
nia parentis jura, titulosque succederet, a Rege prohibitus,
detractam sibi hæreditatis partem ægerrime ferebat. (B)
Indigna res visa multis, & iis maxime, qui & ipsi tempo-
rarias præfecturas in dominatum vertere exoptabant: nec
defuere intempestivæ vindictæ authores, sociique, quos suæ
quosque causæ ad partes Henrici adjunxere: quibus no-
& Arnolphus Bojus in Conradum R. insurgunt. vissime Arnulphus Bavarus, regii & ipse nominis ambitio-
ne tumidus arma sociavit. (C) Hinc intestina annorum
complurium bella, quibus Germania, alioquin plus nimio
ab Hungaricis incursionibus vexata, miserrime conflagra-
bat. (D) Adversum hos non ferro tantum, sed sacris etiam
armis pugnatum, ut ex Altheimensis Synodi decretis vide- 916
ri potest. (E) Rediere in Regis gratiam Optimatum alii;
in alios, ut res & causa postulabat, graviter consultum. (F)
Erchangerus & Bertholdus Suevi fratres, capite damna-
ti:

(A) Contin. Reginon. An. 912. „ *Otto* Dux Saxonum obiit. „

(B) Witichind. l. 1. „ Rex autem *Cunradus*, cum sæpe expertus „ esset virtutem novi Ducis, veritus est ei tradere omnem potestatem patris. Quo factum est, ut „ indignationem incurreret, totius „ exercitus Saxonici. „ Ditmarus l. 1. „ *Henricus* in vacuum succedens, hæreditatem jure, & maximam beneficii partem gratuito Regis suscepit ex munere, & quod ei „ defuit, cum suis omnibus ægre tulit. „

(C) Witichind. l. 1. „ Saxones vero - - suadebant Duci suo, ut si „ honore paterno eum nollet sponte „ honorare, rege invito, quæ vellet, obtinere posset. „ Contin. Reginon. A. 917. „ *Arnolphus*, Dux „ Bavarorum Regi rebellat. „ Et Diploma Henrici VI. Imp. apud Hundium Metropol. Salisburg. T. III. pag. 274. memorat Tegernseense Monasterium reditibus spoliatum „ ab „ Arnoldo (*Arnolphum* intelligit) „ Duce Noricorum, affectante Rom. „ Imperium, & discordante cum Rege Heinrico. „

(D) Sigebert. A. 914. „ Contra „ *Conradum* Regem potentiores regni „ Principes rebellionem meditati, „ scilicet *Arnolphus* de Baioaria, *Burchardus* de Suevia, *Everardus* de Francia, *Gislebertus* de Lotharingia, & „ horum omnium præcellentior, *Henricus* Dux de Saxonia, & Thuringia, &c. „ Herman. Contract. A. 913. „ Hungari Alemanniam depopulabantur. „ A. 916. „ Hungari totam Alemanniam igne & „ gladio vastant. „ A. 917. „ Basilea ab Hungaris destruitur. „ Reginon. Contin. A. 915. „ Hungari „ totam Alemanniam igne & gladio „ vastaverunt, sed Thuringiam & „ Saxoniam pervaserunt, & usque „ ad Fuldam monasterium pervenerunt DCCCCXVI. „ An. 917. „ Hungari per Alemanniam in Alsatiam, & usque ad fines Lotharienses regni pervenerunt. „

(E) Labbeus in Collect. Concil. T. XI. Ant. Pagius ad A. 916. de Synodo ipsa hæc habet Herman. A. 916. „ Synodus coram Missis Apostolici, „ apud *Altheim* est habita. „

(F) Luitprand. l. 2. c. 7. „ Secundo itaque regni hujus susceptionis „ anno, memorati principes huic, „ præsertim *Henricus*, rebelles extiterant. Quos *Conradus* Rex tam „ sapientiæ vigore, quam fortitudinis robore superavit, suamque ad „ fidelitatem perduxit. „

A. C. ti: (A) Arnulphus metu e Bavaria profugus, exilium inter Hungaros delegit. (B) Arnulpho interim Eberhardum fratrem a Conrado Rege in Bojaria ſuffectum, Aventinus author eſt, conjectura magis opinor, quam certa antiquitatis fide: (C) eum tamen adeo parum benevolis Bavarorum ſtudiis ſuſceptum ferunt, ut Arnulphum poſtea ab exilio reducem, ſuis quodammodo humeris in patriam reportarent. Sunt, qui vivo adhuc Conrado Rege, per Salisburgenſem agrum in Bojariam irrupiſſe velint, & Ratisbonæ receptum: quod cum ad Conradum fama pertuliſſet, affuiſſe illico cum exercitu, urbemque obſidione cinxiſſe: (D) Arnulphum, cum ſuſtinere vim tantam jam non poſſet, clam ſe urbe ejeciſſe, mediosque per hoſtes viam ſibi ferro, ne Rege quidem ipſo a vulnere intacto, ad
918 fugam aperuiſſe. (E) Conrado interim, magnarum laudum principe, vita functo in patriam reverſus, & regiis pene honoribus a ſuis ornatus eſt Arnulphus. (F)

Arnolphus fugit ad Hungaros.

Henricus, qui Conradi judicio, Germaniæque votis fero tandem morem gerens regios nuper titulos ſuſceperat, Aucupis nomine ad poſteros notus, obniti Arnulphi conſiliis non admodum videbatur, modo omiſſo regio nomine, in fide, ac poteſtate ſe Regis futurum promitteret. Ægre id quidem a ſuperbo principe impetrari poterat, jamque ad dimicationem res ſpectabat; cum tandem prolixa Henrici benignitate victus conſenſit, ſi citra priſcorum jurium imminutionem in gratiam recepto, poteſtas præterea fieret Bojariæ Antiſtites, in locum demortuorum, cooptandi. Henricus Rex, qui in ea perturbatione temporum connivendum tantiſper putabat, ratam habuit pactionem: ſed ea deinde poteſtate Arnulphus tam intemperanter uſus eſt, ut direptione ſacrorum fundorum barbaros ipſos abſolviſſe vide-

Henricus I. Rex German. Arnolphum reſtituit.

(A) Herm. A. 917. „ *Erchangerus* „ Dux & *Bertholdus*, germani fratres „ decollantur 12. Kal. Febr. „

(B) Sigebert. A. 914. „ Solus *Arnoldus* (Arnolfus) ad Hungaros „ cum uxore & filiis fugiens, uſque „ ad mortem Regis ibi manſit. „ eadem habet Luitprand. l. 2. c. 7. & Chron. Salisb. A. 914.

(C) Aventin. Boic. l. 4.

(D) Chron. Salisburg. Hier. Pezii T. 1. „ A. DCCCCXIV. Arnoldus „ Dux Regi rebellans in Ungariam „ pellitur. A. DCCCCXVI. Arnoldus Dux a *Juvavo* egreſſus, *Ratiſpona* a Conrado Rege obſeſſus eſt. „

(E) Witichind. l. 1. „ Rex autem profectus in Bajoariam dimicavit cum *Arnulpho*, & ibi ut quidam tradunt, vulneratus revertitur in patriam ſuam. „

(F) Witichind. l. 1. „ Rex (*Conradus*) moritur, vir fortis, & potens, domi, militiæque optimus, „ largitate ſerenus, & omnium virtutum inſigniis clarus: „ Annaliſta Saxo A. 919. „ Eodem tempore ab Ungaria cum uxore, ac filiis „ rediens, (*Arnolphus*) non ſolum „ honorificena Bawariis ſuſceptus, „ ſed etiam ut Rex fieret, eſt vehementer exoratus. „

videretur. (A) Hoc tamen Bojariæ rectore aliquanta ab Hungaris quies, aut icto, cum Arnulpho fœdere, aut annuo tributo conſervata. Sed, quæ res Bavariæ ſaluti, eadem Alemanniæ, Alſatiæ, Lotharingiæ, Franciæ utrique ac Italiæ ſæpe exitio fuit, quas aliis ex aliis irruptionibus, partitis annorum vicibus, miſerrime lacerarunt. (B) Saxoniæ tamen Thuringiæ, ac Weſtphaliæ præter morem ſuperiorum annorum perinfeſti erant, quod iis in provinciis ſublato Conrado Rege, Regni caput eſſe comperiſſent. (C) Et quanquam non eadem ſemper iis fortuna fuit; conſtat tamen ſatis, Henricum Regem, gravi pugna victum, vix ab ultimo diſcrimine abfuiſſe, niſi Bichinenſis urbis mœnibus, quo ſe fuga abſtulerat, hoſtium impetum refregiſſet. (D) A. C.

Hungarorum in Germaniam irruptiones.

Anci-

(A) Otto Friſing. l. 6. c. 18. „ Circa idem tempus *Arnolphus* Bajoariorum Dux, morte *Conradi* Regis „ comperta, ex Ungaria in patriam „ revertitur, regnareque geſtiens tandem a Rege, relictis ſibi terræ ſuæ „ Eccleſiis, in pacem vocatur. Hic „ eſt *Arnolphus*, qui Eccleſias & Monaſteria Bajoariæ crudeliter deſtruxit, ac poſſeſſiones earum militibus diſtribuit „ Luitprand. l. 2. c. 7. fuſe rem narrat. „ Rex *Henricus* quum obtemperare ſuis omnes juſſionibus, *Arnoldumque* ſolum reſiſtere cerneret, pervalido „ exercitu in Bojariam tendit. Quod „ *Arnolfus* ut audivit, ejus non paſſus eſt in Bajoaria præſtolari adventum: verum collectis, quibus valuit, copiis huic obviam properat. - - quumque in eo eſſent, ut „ bellum pariter inire deberent - - „ Rex *Henricus* cogitans ex utraque „ parte irrecuperabile poſſe damnum „ accidere, *Arnoldo*, quatenus cum „ ſolo ſolus loquatur, denunciat. - - quem ſibi obviam properantem „ rex *Henricus* tali eſt ſermone aggreſſus: Inſana Domini juſſis quid „ mente reſiſtis &c. - - Totius Bojariæ pontifices tuæ ſubjaceant ditioni, tuæque ſit poteſtatis, uno „ defuncto, alterum ordinare. Connivens igitur *Arnoldus* huic optimo „ ſuorum conſilio, *Henrici* Regis miles efficitur, & ab eo, ut jam dictum eſt, conceſſis totius Bojariæ „ pontificibus honoratur. „ Witichind. l. 1. „ Rebus proſpere geſtis, (*Henricus*) tranſiit inde in „ Bajoariam, cui præſidebat *Arnulphus* Dux. Quo comperto in præſidio urbis, quæ dicitur *Reginesburg*, „ obſedit eum. Videns autem *Arnulphus*, quia Regi non ſufficeret, „ apertis portis egreſſus eſt ad Regem, tradito ſemetipſo cum omni „ regno ſuo. Qui honorifice ab eo „ ſuſceptus, amicus Regis appellatus „ eſt. „ Annaliſta Saxo A. 920. Sigebert. A. 920. eadem confirmant.

(B) Cont. Regin. A. 924. „ Hungari Orientalem Franconiam vaſtaverunt. „ Herman. An. 925. „ Ungaris item Alemanniam vaſtantibus, & ad Cœnobium S. Galli „ venientibus, *Wiborada*, Virgo incluſa - - Martyrio coronatur. „ A. 926. „ Ungari, vaſtata Alamania, per totam Franciam, Alſatiam, „ atque Galliam igne & gladio deſæviunt. „

(C) Luitprand. l. 2. c. 8. „ Dum „ *Conradi* Regis interitum, atque *Henrici* in regno ſucceſſionem Hungari audirent, tali ſe mutuo ſermone ſunt aggreſſi: Rex forte novus „ novis uti legibus cupit: copiis igitur collectis non minimis aſcendamus, ſcrutemurque, debita utrum „ *Henricus* rex velit tributa perſolvere - - non Bajoariorum, ſed Saxonum, ubi rex ipſe eſt, primo fines occupemus. „

(D) Ditmar. l. 1. „ Rex autem „ Avares ſæpe numero inſurgentes „ expulit, & cum in uno dierum hos „ impari congreſſu lædere tentaret, „ victus in urbem, quæ *Bichin* vocatur, fugit. „

A. C. Ancipiti Regis fortunæ caſus ſubinde momentum in-
924 gens adjecit. Captus erat Hungarorum Dux, neſcio quis, magnæ apud gentem ſuam famæ, gratiæque. Nihil non actum a propinquis, nulla litri conditio recuſata, redire in patriam captivo tam nobili ut liceret. Aſpernatus Rex litri mentionem, habituros ſine pretio captivum ſpondet, ſi pacem præſtare ſtabilem, in animum inducerent. Ardua genti viſa conditio, annuis ad eam diem rapinis vivere aſſuetæ; accepta tamen eſt, paxque in annos novem tota a gente confirmata. (A) Ea res Germaniam ſervavit. Toto induciarum tempore in inſtruendo, augendoque milite, in muniendis oppidis, in exercendis bello Sclavico, Danicoque copiis exacto, (B) tantum virium, animorumque Germaniæ acceſſit, ut frontem jam Hungaro hoſti obvertere auderet. Nonus vixdum annus in exitu erat, cum Hungari per Legatos munera rurſum, ac tributa exigerent. Sed rejecti non ſine contumelia, & ferrum, non aurum exſpectare juſſi ſunt. (C) Ea injuria irritata gens, raptis confeſtim, ingentibus copiis in Thuringiam advolavit. Iter per Scla-
933 vos Dalemantios erat, veteres Hungarorum amicos; ab his auxilia in hoſtem poſtulant. Sclavi intempeſtivum rati, caput ultro diſcrimini offerre, cognito præſertim Regii exercitus robore, totiusque belli apparatu ante oculos poſito, copias audacter negant; atque ut abruptam porro ſecum

Inducia novem annorum.

Pacis tempore belli apparatus.

Novum cum Hungaris bellum.

(A) Witichind. l. 1. „ Contigit „ quendam ex principibus Ungarorum capi, vinctumque ad Regem „ duci. Ungari vero ipſum in tantum dilexere, ut pro redemptione „ illius innumera auri & argenti pondera offerrent. Rex autem ſpernens aurum, expoſtulat pacem, „ tandemque obtinuit, ut reddito „ captivo cum aliis muneribus, ad „ novem annos pax confirmaretur. „ Eadem refert Annaliſta Saxo ad A. 924. & Sigebert. Gembl.

(B) Sigebert. A. 922. „ Rex *Henricus*, quoscunque fures, aut latrones, aut ſicarios manu fortes, & bellis aptos videbat, indulta eis venia, agros, & arma dabat, & legionem ex eis faciens, ad debellandos „ barbaros exponebat. „ Witichindus l. 1. „ Quanta prudentia vigilaverit in munienda patria - - ſupra noſtram eſt virtutem edicere. „ Annaliſta Saxo. A. 926. „ Rex *Heinricus* Nortmannos & Danos armis „ fecit obtemperantes ſibi. „ Iterum A. 927. „ *Heinricus* poſt pactum pacis ab Ungariis acceptæ in muniendа patria contra barbaras nationes „ mira prudentia invigilans, ex agrariis militibus nonum quemque eligens, in urbibus habitare fecit. - - „ Concilia, conventus, & convivia „ in urbibus voluit celebrari, quibus „ exſtruendis die & nocte operam „ dabat. - - Tali lege ac diſciplina „ cives aſſuefaciens, irruit ſuper Sclavos, præliisque multis fatigans, „ hyeme aſperrima poſitis ſuper glaciem caſtris cepit *Brannеburch*, fame, ferro, frigore. „ Rurſum A. 928. „ Rex *Pragam* Boemiorum „ cum exercitu adiit, urbem & Regem in deditionem accepit. „ Confirmat id Regin. Cont. ad A. 928.

(C) Witichind. l. 1. „ Poſt hæc „ legati Ungarorum adierunt Regem „ pro ſolitis muneribus: ſed ab eo „ ſpreti, in terram ſuam vacui ſunt „ reverſi. „ Confirmat iſta Annal. Saxo. & Sigebert. ad A. 934.

belli Societatem omnem ſcirent, muneris loco canem viliſſimum, ac pinguedine, ſcabieque pigrum ante pedes projiciunt. (A) Devorandum interea feſtinantibus in hoſtem, id quidquid acerbitatis in atroci contumelia, erat. In Thuringiam ubi ventum, partito bifariam agmine, Saxoniæ una, Thuringiæque cladem, ac vaſtitatem minantur. (B) Henricus, quanquam incommoda uſus valetudine, præſens tamen ipſe, ubi plurimum periculi, adeſſe voluit. (C) Forte nunciatum in regia caſtra erat, hoſtem haud procul Merſeburgo abeſſe, grave mulierum, puerorumque captivorum agmen trahentium. Eo lætus nuntio Rex Henricus, ſuos continuo in hoſtem ducit. Ibi invocato magnis vocibus DEO, exercituum Domino, ad manus ventum. Neque ea tam pugna, quam cædes fuit, hoſte quocunque aut error, aut impetus tulit, fugam moliente. (D) Maximum ad victoriam momentum Henricus Rex ipſe attulit, qui cum ſuos opportune monuiſſet, ut protecti clypeis primam ſagittarum procellam immoti exciperent, tum æquatis, citatisque paſſibus in hoſtem irent; (E) integris ſemper ordinibus tanta internecione in Hungaros ſævitum, ut cæſis in acie triginta ſex millibus, ceteri in fugam verſi, aut fame, aut

A. C.

in Thuringiam, & Saxoniam ſe infundentibus.

Hungari cæduntur, ad internecionem.

(A) Witichind. l. 1. „ Hæc audientes *Avares*, nihil morati cum „ gravi hoſtilique manu feſtinant intrare Saxoniam. Et iter agentes „ per *Dalamantiam*, ab antiquis opem „ petunt amicis. Illi vero ſcientes „ eos feſtinare ad Saxoniam, Saxonesque ad pugnandum cum eis eſſe „ paratos, pinguiſſimum pro munere eis projiciunt canem. Et cum „ non eſſet injuriam vindicandi locus, ad aliam pugnam feſtinantibus, cum ridiculoſa ſatis vociferatione longius proſequuntur amicos. „

(B) Witichindus l. 1. „ Igitur, „ quam poterant, repentino impetu „ intrant fines Thuringorum, illam „ totam terram, hoſtiliter pervagantes: ibique diviſis ſociis, alii ad „ occidentem pergebant, ab occidente, & meridie Saxoniam quærentes „ intrare. „

(C) Luitprand. l. 2. c. 8. „ Rex „ *Henricus* graviſſima valetudine detinetur, & Hungarorum ei adventus proxime nunciatur. „

(D) Luitprand. l. 2. c. 9. „ Volipes nuncius Hungaros in *Meresburgo*, quod caſtrum in confinio Saxonum, Thuringorum, & Sclavorum, „ eſſe nunciabat. Adjecerat etiam, „ eos non modicam parvulorum ac „ mulierum habere prædam, virorum vero immenſam fuiſſe ſtragem. „ --- Haud mora bellum incipitur, „ atque ex Chriſtianorum parte, ſancta, mirabilisque vox: Κύριε: ex „ eorum (hoſtium) turpis & diabolica: *hui*, *hui* frequenter auditur. -- „ Fitque divini muneris pietate, ut „ potius hos fugere, quam præliari „ juvet. -- Verum omnipotens Deus, „ qui eis pugnandi audaciam abſtulerat, fugiendi etiam copiam omnino negabat. „

(E) Luitprand. l. 2. c. 9. „ Dederat autem Rex *Henricus* ſuis ante „ belli inchoationem hujusmodi ſapiens, ac ſalutare conſilium: quum „ ad Martis præludium cœperitis „ properare, nemo ſocium velociori, „ quanquam habeat, attentet equo „ præire: verum clypeis altrinſecus „ cooperti, primos ſuper ſcuta ſagittarum ictus recipite: deinde curſu „ rapido, impetuque vehementiſſimo „ ſuper eos irruite, quatenus non „ prius vobis ſagittarum ictus ſecundo poſſint emittere, quam veſtrorum ſibi armorum ſentiant vulnera perveniſſe. „

A. C. aut frigore, aut fluviorum vorticibus hauſti, interirent. (A) Reſtabat alterum adhuc agmen, quod in ſpem amplæ prædæ, urbem interea Thuringiæ quandam ſumma vi oppugnarat; ſed ubi trepidis nunciis de ſuorum clade, Regisque adventu edoctum eſt; refixis per noctem caſtris, ac ſociis igne fumoque, ut genti mos erat, de periculo monitis, fuga & ipſum ſibi conſuluit. Nihil non a Rege actum, ut fugientes ſiſteret, atque ad pugnam revocaret. Sed præſentior ſuorum clades erat, quam ut novum in diſcrimen ſe conjicerent. (B) Henricus interea non ignarus, eam victoriam cœli munus fuiſſe, tributum, quod hoſtibus pendendum erat, divino ſolum cultui addictum voluit, (C) dignus, qui victoriæ hujus fructu diutius frueretur. Sed
936 eum ad VI. Non. Julii Anno ſupra nongenteſimum, ſexto ac trigeſimo, Germaniæ mors ſubduxit, hoc tamen nomine, vel in obitu felicem, quod filium, ſe majorem, relinqueret Regni ſucceſſorem. (D) *Henrici I. Regis mors.*

Otto is erat I. rerum geſtarum gloria, & prolato feliciſſime Imperio Magni poſtea cognomento auctus. Sed vix Majeſtatis inſignibus inauguratum novæ turbæ in Germania excepere. Vita per id tempus exceſſerat Arnulphus *Otto I. in Regno ſuccedit.*

(A) Frodoardus A. 933. „ Contra quos (Hungaros) profectus „ *Henricus* cum Bajoariis, & Saxonibus, cæterisque quibusdam ſibi „ ſubjectis, omnes uſque ad internecionem ſternit, quorum triginta „ ſex millia cæſa referuntur, præter „ eos, quos abſorbuit fluvius, & qui „ vivi capti ſunt. „ Witichind. l. 1. „ Saxones cum Thuringis congregati, inito cum eis certamine, cæſis „ ducibus, cæteros illius exercitus „ Occidentalis per totam illam regionem errare fecerunt: quorum alii „ fame conſumpti, alii frigore diſſoluti, alii autem cæſi, vel capti, ut „ digni erant, miſerabiliter perierunt. „

(B) Witichind. l. 1. „ Qui autem in Oriente remanſit exercitus, „ audivit de ſorore Regis, quæ nupſerat *Widoni* Thuringo - - quia „ vicinam urbem inhabitaret, & multa pecunia ei eſſet auri & argenti, „ unde tanta vi urbem expugnare „ cœperant, ut niſi nox viſum pugnantibus impediret, urbem caperent. Ea vero nocte audientes de „ caſu ſociorum, Regisque ſuper eos „ adventu cum valido exercitu - - „ timore perculſi, relictis caſtris, „ more ſuo, igne fumoque ingenti „ agmina diffuſa collegerunt. Rex vero poſtera die producens exercitum „ veritus eſt, quemadmodum evenit, „ ut hoſtes viſo milite armato fugæ „ ſtatim indulſiſſent, miſit legionem „ Thuringorum cum raro milite armato, ut inermes proſequerentur, „ & uſque ad exercitum pertraherentur. Actumque eſt ita, ſed nihilominus videntes exercitum armatum fugerunt, ut peracto milliario „ vix pauci cæderentur, vel caperentur. Caſtra vero invaſa, & omnis „ captivitas liberata eſt. „

(C) Witichind. l. 1. „ Rex vero victor reverſus modis omnibus gratiarum actiones divino honori, ut „ dignum erat, ſolvebat - - tributumque, quod hoſtibus dare conevit, divino cultui mancipavit, „ & largitionibus pauperum deſervire conſtituit. „

(D) Cont. Regin. A. 936. „ *Henricus* Rex - - VI. Non. Julii diem „ clauſit extremum. „ Ditmar. l. 1. „ *Henricus* - - VI. Non. Julii in Miminleve moritur. „ Herm. A. 936. „ *Henricus* Rex obiit - - pro quo *Otto*, „ filius ejus, regnavit. „

Dux Bojariæ, dubiæ ad posteros famæ Princeps. (A) Au- A. C.
dita ejus morte Hungari, quibus amicitia adhuc cum illo
erat, tanquam soluto nexu fœderis in arma ruunt; perrup- 937
Hungarorum novæ populationes. taque Bavaria, Sueviam diripiunt, & Gallia ad Occeanum usque evastata, per Longobardos, ac Venetos in Pannoniam redeunt. (B) Is terror Bojos adegit, ut ad evertenda barbaræ direptionis damna, Eberhardum, filiorum Arnulphi natu maximum, non exspectato Ottonis Regis consensu, vel legerent Principem, vel admitterent. (C) Ea res non modo fratres Arnoldum, & Hermannum in partes distraxit, sed Ottonem etiam Regem brevi in arma egit. Valuere tamen popularium pro Eberhardo studia, ut provinciam eam, in annum sequentem, Rege etiam invito, obti-
Laureacensis Archiepiscopatus jura iterum confirmantur. neret. (D) Hoc Duce, Laureacensi in Austria Ecclesiæ, sub Gerardo Antistite, pristinus tandem Metropoliticæ sedis honos restitutus est. Res cum Leone VII. Pontifice Maximo agi cœpta, tam pronas Vicarii Christi aures reperit, ut Gerardo non modo Archiepiscopi insigne, Pallium; (E) Sed vicariam etiam Romani Pontificatus per Bavariam, Alemanniam, Germaniam, Galliamque potestatem, datis eam ob rem publicis literis impertiret. (F) Res tam glorioſa

(A) Contin. Regin. A. 937. „ *Rudolphus* Rex Burgundiorum, & *Arnolphus*, Dux Bavariorum obierunt. „ Herman. A. 937. „ Arnolphus, Dux „ Bajoariæ, obiit. „

(B) Herman. Contr. „ *Ungarii* per „ Bajoariam, Alamanniamque, & „ Orientalem Franciam prædis, gladio, igneque furendo vagantes, „ transito Wormaciæ Rheno, Alsatiam, regnum Lotharii, & adjacentes usque ad Oceanum Gallias vastantes, per Burgundiam, Italiam, „ tandem in Pannoniam redierunt. „ Notæ ex Aloldo: ad A. 937. „ *Hunni* „ *Osterrichiam* irruptionibus & rapinis „ semper vexantes, anno sequenti „ (post mortem *Henrici* Aucupis) „ in Germaniam iterum irrumpere „ tentarunt. Sed *Radigerus* junior de „ *Pecklarn*, Orientis Comes diligenter vigilavit. „

(C) Witichind. l. 2. „ Defunctus „ est *Arnulphus* Bajoariorum Dux, & „ filii ejus in superbiam elati, regis „ jussu contempserunt ire in Comitatum. „

(D) Regin. Contin. A. 938. „ Filii Ducis *Arnolphi* ambitione Ducatus, regi rebellarunt, quos ipse de- „ bellaturus in Bavariam ibat: sed „ non ut voluit, eos pacificare valens, „ revertitur. „

(E) Lit. Leonis VII. PP. apud Hund. Metrop. T. 1. pag. 245. Quarum initium est. „ *Leo* Episcopus servus ser- „ vorum DEI, reverendissimo, & „ sanctissimo confratri nostro *Gerhardo* sanctæ *Laureacensis* Ecclesiæ Archiepiscopo, omnibus diebus vitæ „ tantum tuæ, exhinc ammodo. Si Pastores ovium &c. - - Pallium „ autem fraternitati tuæ ad Missarum „ solennia celebranda concedimus, „ quo tibi non aliter, Ecclesiæ tuæ „ privilegiis in suo statu manentibus, „ uti largimur &c. „

(F) Lit. aliæ Leonis VII. apud Ludewig. T. II. pag. 354. de variis quæstionibus a Gerardo Laureac. Archiepiscopo, quo tempore Romam venit, sibi propositis. Earum initium hoc est: „ *Leo* Episcopus, servus ser- „ vorum DEI Regibus, Ducibus, Epi- „ scopis, Abbatibus, Comitibus, pa- „ ri etiam modo *Egilolpho* Juvavensis, „ *Isingrimo* Ratisbonensis, *Lantberto* „ Frisingensis, *Wisundo* Sebonensis Ec- „ clesiæ venerabilibus Episcopis, & „ cæteris, per Galliam, Germaniam, Bawa-

A. C. rioſa Laureacenſi Eccleſiæ, non potuit non Egilolphi Salisburgenſis luminibus officere; ferenda tamen in præſens erat, dum opportunior ſe occaſio recuperandi olim juris ſui, alio ſub Pontifice offerret. Eberhardo Duci, cui tuendæ voluntatis ſuæ in inſtauranda Laureacenſi Eccleſia curam Leo Pontifex iisdem literis commendarat; (A) non eadem in tuenda dignitate ſua, fortuna affuit. Otto enim Magnus, qui fiduciariam clientelam Regi debitam, ea Eberhardi electione everſam queſtus erat, arma initio oſtendere, ſatis ha-
938 buit: ſed ubi nihil pro æquo impetraſſet, Bavariam cum exercitu ingreſſus, Eberhardum in exilium ejecit. (B)

Erat extorri Bertholfus patruus, integra in Regem fide, & bellica laude clarus: huic Bojariam Otto, poſt geſtam Tyrolenſis provinciæ præfecturam, fiduciario tamen nomine, procurandam commiſit. (C) Nec fefellit ſpem Regis Bertholfus: nam cum quinto poſt anno Hungari ho-
943 ſtilem irruptionem in fines Bojariæ ſuſciperent, contractis propere copiis ad Traunam fluvium, tanta clade, terroreque illos perculit, ut unde fuga ſe ejecerant, redire pluribus annis non auderent. (D) Sunt, qui hoc anno Rudigerum

Hungari in Auſtria ſuperiore.

„ Bawariam, & Alemanniam commorantibus. Si inſtituta Eccleſiaſtica &c. „ Subjungit deinde. „ Fraternitatem veſtram monemus „ per hanc noſtram Apoſtolicam juſſionem, ut huic *Gerardo* Archiepiſcopo, cui vicem noſtram in cunctis finibus veſtris commiſimus in „ omnibus, quæ ad Eccleſiaſticum ordinem pertinent, obedientes & adjutores ſitis. „

(A) Eædem poſteriores lit. Leon. VII. PP. „ Præter hæc *Eberhardo*, „ Duci Bawariorum, noſtra authoritate injungimus, ut præfato *Gerardo* Archiepiſcopo, in omnibus „ auxilium præſtet, ut ſuæ Eccleſiæ „ ſtatus, & rectitudo ac proprius vigor, ad integrum culmen, & priſcum decorem ſuo juvamine valeat „ pervenire. „

(B) Contin. Reginon. An. 938. „ Rex (*Otto*) in Bavariam revertens, „ omnes ſibi ſubdidit, & *Eberhardum*, „ *Arnolfi* filium, plus aliis rebellem, „ in exilium miſit. „ Marian. Scot. A. 938. „ Iterum Boarios invaſit „ cum exercitu, omnesque ſibi ſubdidit, niſi tantum unum *Arnolphi* „ filium. „ Eadem pene totidem verbis repetit Sigebert. ad A. 939. Sed Herman. contr. recentiore manu auctus ad A. 938. ſic habet: „ Denuo „ Noricos cum exercitu invaſit, omnesque, præter *Arnolfi* Ducis filium, „ *Arnolfum* ſubjugavit. „

(C) Herman. Contr. A. 937. „ *Arnolfus*, Dux Bajoariæ obiit, Ducatumque ejus accepit *Bertolfus*. „ Annaliſta Saxo A. 938. „ Rex filios „ *Arnoldi* debellaturus in Bawariam „ ibat - - - conceſſo Ducatu fratri „ *Arnoldi Bertoldo*. „ Urſpergenſ. Abb. Chron. pag. 204. „ *Bertholdus* „ Bajoariorum Dux, *Arnoldi* Ducis „ frater Vir ſtrenuus, toto conamine favebat regis partibus. „ De *Bertholdi* præfectura in *Tyroli*, conſtat ex Diplom. Henrici I. Regis A. 931. Friſing. Eccleſiæ dato apud Hund. T. 1. pag. 90. „ Majes, Chortes, & Chames - - quæ ſita eſſe dinoſcuntur „ in pago Venuſta in Comitatu *Berchtoldi*. „ Sunt autem ea loca in Tyroli, ut notum eſt.

(D) Witichind. l. 2. „ Illis diebus *Bertholdus* frater *Arnulfi*, procurabat Bajoariam, pugnansque contra Ungaros, victorque exiſtens, „ triumpho celebri factus eſt clarus. „ Chron. Salzburg. apud Hier. Pezium T. 1. A. 942. „ Ungari in Bawaria „ in *Trungoeu*, a *Pertoldo*, Duce occiſi ſunt. „ Hepidan. ad A. 943.

„ Om-

Pechlarienſem obiiſſe; annoque mox ſequenti Leopoldum, ex Babenbergicis Marchionem primum, Auſtriæ præfectum ab Ottone Magno velint: cujus indicio, monituque & hoſtium conſilia patefacta, & arma armis in tempore ſint oppoſita. (A) Sed de hoc alias. Et vero Hungari clauſo ab ea parte aditu, viam per Carinthiam ad ſolitas populationes rimabantur. Id ut pronum ſpei, ita funeſtum exitu erat: fuſi, cæſique a Carinthiis, tantumque ſanguinis in promiſcua hoſtium cæde fuit, ut maximis, quas unquam acceperant, cladibus ea ſtrages æquaretur. (B)

A. C. 944

& in Carinthia caſi.

Pace armis parta, vetera inter Laureacenſem, ac Salisburgenſem Antiſtites diſſidia recruduere. Herolfus Egilolfo Juvavenſi in ſede ſuffectus, Gerardo Laureacenſi de poſſeſſione novæ dignitatis litem movebat, contentione eo acriori, quo majoribus cauſæ præſidiis nitebatur. Pro Laureaco, Laureaci tantum locus erat: provincia ſacræ procurationi Laureacenſium obnoxia, maxima ſui parte ſub Hungarorum, graviſſimorum per id tempus fidei hoſtium, dominatu gemebat: accedebant vetera Salisburgenſium jura, jam inde a Carolo Magno, per Reges, ac Pontifices confirmata: nec nihil momenti in nobiliſſima Schyrenſium Comitum familia erat, qua ex gente ut originem, ita authoritatis quoddam pondus Herolfus trahebat. Agapitus per id tempus Romanæ, ac Univerſali Eccleſiæ præerat, ejus nominis ſecundus: ad hunc cauſa, tanquam ſupremum litis arbitrum, defertur. Hadmaro Fuldenſium Abbate, partes Gerardi ad Pontificem agente. (C) Cauſæ is exitus erat, ut diviſa inter Gerardum, ac Herolfum ſacræ jurisdictionis poteſtate, Pannoniam, quæ ad Ortum eſt, cum Avarum, ac Moravorum

946

„ Omnis Agarenorum exercitus a „ Bajoariis occiſus eſt. „ Herman. A. 943. „ Hungari cum *Bajoariis* pugnant, & vincuntur. „

(A) Not. ex Alold. ad An. 943. „ *Rudigerus* prædictus obiit: & vacavit Marchia noſtra. Tunc *Otto* „ Magnus eam *Liupoldo* Babenbergico contulit &c. „ Anno dein 944. „ *Luipoldus* itaque hoc anno in hanc „ terram adveniens, Hunnorum irruptionem, & hoc, & quarto poſtea anno impédivit, provide omnia Regi, & vicinis celeriter per „ nuntios prodens, quæ ipſi moliebantur: ut unusquisque ante fores „ ſuas ſolicitus excubaret, & hoſtis „ inhumanus introitum non reperiret. „

(B) Contin. Reginon. A. 944. „ Hungari a Carantanis tanta cæde „ mactantur, ut nunquam a noſtratibus antea taliter infirmarentur. „ Chron. Salzburg. Pezian. An. 944. „ Hungari cum Bawaris, & Carantinis pugnantes vincuntur. „

(C) Ex Lit. Agapiti II. PP. apud Hund. Metrop. T. 1. pag. 236. „ Venerabilis Fuldenſis Monaſterii Abbas *Hademarus* - - jurgia, & diſceptationes graviſſimas inter te, „ & *Heroldum* Archiepiſcopum pro „ utrinque ſuſcepta in una provincia pallii authoritate exortas, flebiliter nunciavit. „ De *Herolfi* cum Schyrenſibus Comitibus cognatione Scriptores Boici fere conſentiunt.

A. C. rum provinciis Laureacenſis; eam vero quæ Occidenti propior, Salisburgenſis in has leges obtineret: primo Gerardi ſedes non alibi, quam Laureaci eſſet: quod non novam aliquam erigere Eccleſiæ Metropolim, ſed veterem inſtaurare ſibi mens eſſet: Laureacenſis deinde in ſedis ordine, propter emeritam ejus Eccleſiæ antiquitatem, Salisburgenſem præcederet: æquum enim eſſe, ut junior ſeniori aſſurgeret. Demum quod ſi Herolfus, his necdum contentus, ultra niteretur, etiam conceſſa per has literas dignitate excideret, jusque omne in utramque Pannoniam ad Laureacenſem Archiepiſcopum rediret: ceterum utrique Pallii jus, uſusque eſſet, & æquata in ſuos authoritas, nullis deinceps ætatibus convellenda. (A) Tam plena ſapientiæ, & æquitatis epiſtola in Auſtriam perlata Gerardum jam extinctum reperit, Virum

Laureacenſis, ac Salisburgenſis Diœceſis nova diviſio.

(A) Epiſtol. Agapiti II. PP. „ Modo autem mortalibus propitiante „ Chriſto, ab hoſtibus ſanctæ *Lauriacenſis* Eccleſiæ quiete, & inhabitandi ſecuritate conceſſa, non alibi, „ quam ibidem, fraternitatis tuæ Cathedra oportet haberi. Quapropter reintronizamus te eidem Eccleſiæ, ſanctorum patrum, videlicet prædeceſſorum noſtrorum, ſed „ & beatæ memoriæ domini *Leonis* „ Papæ, a quo excellentia tua pallio, „ ac privilegio donata eſt, ſanctiones, „ atque ſtatuta exequentes, ac ſæpe „ dictam ſanctam *Laureacenſem* Eccleſiam poteſtate, & vice beati *Petri*, „ Apoſtolorum Principis, abſolvimus, & archiepiſcopamus, & in „ culmen Metropolitanum ſublimamus, & privilegia nobis transmiſſa, „ manu propria munimus, & corroboramus, ac rata eſſe firmamus, denuoque tibi pallium cum præſenti „ præcepto, ſecundum uſum prius „ conceſſum, ſucceſſoribusque tuis „ perpetim tenendum tradimus. Hisque ex amuſſi ita ad juſtitiam redintegratis, decrevimus rixas veſtras, & diſſenſiones, præfata ex „ cauſa derivatas dirimere, atque in „ fraternum amorem vos reconciliare, ſic ut utrique veſtrorum, modo ſuſceptus ſervetur Pallii honor „ illæſus - - - ut diviſis duabus *Noricæ* regionis Provinciis, *Heroldo* „ Archiepiſcopo occidentalis Pannoniæ cura committatur, & cuſtodia; „ tibi autem, ſucceſſoribusque tuis, „ propter emeritam ſanctæ *Laureacenſis* Eccleſiæ antiquitatem, cui jure „ juniorum reverentia aſſurgit, in „ benedictionis, & ſedis ordine prælatis, atque præpoſitis, providentiam *Orientalis Pannoniæ*, regionemque *Avarorum*, atque *Moraborum*, „ ſed & *Sclavorum*, qui modo Chriſtiani, vel adhuc per baptiſma Chriſto lucrandi ſunt, circumquaque „ manentium credimus, noſtramque „ Apoſtolicam vicem in illis partibus „ prædicandi, & pro arbitrio veſtro, „ ubi opus eſt, Epiſcopos conſtituendi, omniaque diſponere, atque ordinare, tali authoritate, atque poteſtate delegamus, ac ſi ipſi præſentes affuiſſemus. Quodſi jam dictus „ *Heroldus* Archiepiſcopus deinceps, „ ſuorumve quispiam ſucceſſorum, „ minime diffinito limite contentus, „ ſed interdictam, atque a ſua poteſtate ſeparatam diœceſim repetere „ pertinaciter conatur. - - Ipſe etiam „ pie conceſſa dignitatis munificentia penitus privetur, atque ſecundum jus priſtinum, ſuperior *Pannonia* continuetur inferiori, atque „ tuæ, tuorumque ſucceſſorum ambæ perpetualiter ſubjaceant ditioni. „ Diviſionem *Noricæ* Regionis explicat Bernardus Noricus in Append. Laureac. & Patav. Pontif. apud Hier. Pez. T. 1. „ Notandum, „ quod cum duæ ſint provinciæ *Noricæ* regionis, *Heroldo* occidentalis, „ id eſt, *Pannonia*; *Gerhardo* Orientalis, id eſt, *Babaria* eſt commiſſa. „ Sed vereor, ne mendum hic lateat: & *Babaria* pro *Pannonia*; & *Pannonia*, pro *Babaria* perperam ſit ſcriptum, quis enim neſcit, Pannoniam eſſe ad Orientem, ſi cum Bavaria comparetur?

Virum omni virtutis, doctrinæque laude clariſſimum, (A) cum quo recentis beneficii gratia conſepulta videri poteſt. Adalbertum enim, quem ſucceſſorem habuit, & turbulenta imprimis tempora, & Herolfi claritudo inter Germaniæ proceres maxime inclyta, a contentione pallii facile averterunt. A. C.

Gerardum beata morte ad Superos translatum, intervallo haud magno aut prævertit, aut ſecutus eſt Bertholfus, Dux Bavariæ, fide in Regem, ac Religionis ſtudio ex æquo nobilis. (B) Supererant Arnulphi Ducis filii, per ætatem jam agendis rebus pares: ſed Mathildis, Reginæ matris, preces Ottonem filium inflexere, ut Henricum, fratrem ſuum, quanquam perduellionis reum, Bojariæ Ducem renunciaret. (C) Principatus initia Dux novus recepta ab hoſtibus Aquileja, geminaque adverſus Hungaros victoria illuſtravit. (D) Hungarorum irruptiones, jam ſemel iterumque expertus, quo patriæ conſuleret, inſtandum ſibi ratus, ut Aneſpurgum, unicum adverſus Hungaros frenum, ac præſidium, ab Adalberto, Paſſavienſium Epiſcopo, permutatione reciperet, certius utique numeroſo Ducis exercitu, quam exiguis Epiſcopi copiis adverſus quotidiana diſcrimina tutandum: id ab Antiſtite pio facile impetratum. (E) Sed ſecurum ab hac parte Ducem alia brevi, nec minus turbulenta tempeſtas excepit. Atrox in Ottonem Regem excitata erat ſeditio, quæ a Liudolpho filio exorta, brevi Conradum, Lotharingiæ Ducem, Fridericum Moguntinum, & Herolfum Salisburgenſem Archiepiſcopos, Arnoldum denique Arnulphi, Boici quondam Ducis, filium

Henricus, Ottonis M. frater, Dux Bavariæ.

950

953

Luidolphus inſurgit, in Ottonem M. patrem:

(A) Chron. Laureac. & Patavienſ. Antiſt. apud Hier. Pez. T. 1. col. 7. „ A. 931. *Gerardus* Archiepiſcopus ſedit Laureaci, & Pataviæ An. 14. „ ex quo annus mortis erui veriſimiliter poteſt. De hoc, & *Adalberto* ſucceſſore conſulatur Hanſiz. T. 1.

(B) Herman. contr. A. 947. „ *Bertholfus*, Bajoariotum Dux obiit. „ Contin. Reginon. A. 945. „ *Bertoldus* Dux Bavarienſis obiit. „ Cui conſentit Annaliſta Saxo ad A. 945.

(C) Witichind. l. 2. „ Monitu, „ & interceſſione ſanctæ matris ejus, „ recordatus eſt multis laboribus fatigati fratris (*Henrici*) præfecitque „ eum regno Bajoariorum, - - - Erat „ autem ipſe Dominus *Henricus* copulatus matrimonio filiæ Ducis *Arnulfi*. „

(D) Witichind. l. 2. „ Ducatu „ igitur Bajoariorum accepto, nequaquam deſidia torpuit, ſed abiens „ *Aquilejam* cepit, Ungaros duabus „ vicibus armis ſuperavit: &c. „ Confirmat id Sigebertus ad A. 948. & innuere Aloldus ad A. 944. videtur.

(E) Otton II. Imp. Diploma apud Hundium Metrop. T. 1. pag. 201. „ Quoddam prædium juris noſtri, „ *Aneſpurck* nominatum, quod quondam venerandæ recordationis *Adalbertus* Patavienſis Eccleſiæ Antiſtes, „ ex maſſa patrimonii *S. Laureacenſis* „ Eccleſiæ *Henrico* Duci piæ memoriæ patruoque noſtro, tradidit in „ concambium in pago *Troungau*, in „ ripa *Anaſi* fluminis. „

A. C. lium implicuit. (A) Quanquam non eædem omnibus irarum cauſæ, Luidolfum novæ Patris ſui, Regis, cum Adelhaide nuptiæ, metusque naſcituri inde hæredis æmuli; (B) forte & injuriæ quædam Italico nuper in itinere ab Henrico patruo acceptæ, tam perverſa ad conſilia impulerunt: (C) Conradum Ducem pupugit Berengarii ſpes fruſtrata, cui author ipſe extitit cum Ottone de Italiæ Regno coram transigendi. (D) Arnoldum & Herolfum, ereptum familiæ ſuæ Boici principatus decus adverſus Henricum Ducem, & Ottonis fratrem ſociavit. Conſilia tam turbulenta Salveldiæ cuſa ſunt, (E) moxque cum ingenti Germaniæ perturbatione in apertum protracta. Expulſus Bavaria Henricus Patruus, uxor, liberi; theſauri a Luidolpho capti: (F) obſeſſus Maichingæ ſanctus Udalricus, Auguſtanus Epiſcopus; ſed a Theobaldo fratre, & Adalberto Marthalenſi comite, victoriæ ſuæ immortuo, liberatus: (G) evo-
954 cata in Germaniæ perniciem Hungarorum auxilia, & Conrado ductore ad Galliæ uſque fines, cum immenſa homi-

Factioſi Principes alii,

Hungaros in auxilium vocant:

(A) Fulcuinus apud Acherium T. II. in Geſt. Abbat. Lobienſ. de miraculis *S. Urſmari.* c. 25. „Erat in ea conjuratione princeps, ipſius Regis filius „ *Luidulphus*, -- & cum eo quaſi quidam ſtimulus *Cono*, Dux paulo ante fortiſſimus. „ Contin. Reginon. A. 952. „ Tunc *Fridericus* Archiepiſcopus, & *Chunradus* Dux, amici „ facti ſunt „ Herman. An. 953. „ *Arnolfus* filius *Arnolfi* -- partibus „ ſe *Luidolfi* contra Regem jungens „ &c. „ de Herolfo infra dicetur.

(B) Witichind. l. 3. „ Rex -- in „ conjugium ſibi eam ſociavit (*Adelhaidem*) -- quod cum vidiſſet filius „ ejus *Luidulfus*, triſtis a Rege diſceſſit, „ profectusque in Saxoniam, aliquamdiu moratus eſt in loco conſiliis funeſto *Salaveldum.* „ Ditmar l. 2.

(C) Contin. Regin. A. 951. „ Patruus enim ejus, *Henricus* Dux, omnium ejus bonorum, & proſperitatum invidus, de Bavaria per triennium (l. *Tridentum*, ſic enim habet „ Annaliſta Saxo) legatos ſuos præmiſit in Italiam, omniumque, quorum potuit, mentes Italicorum ab eo avertit. „

(D) Contin. Regin. A. 952. „ *Chunrado* Duce ad perſequendum *Berengarium* relicto, *Berengarius*, ejusdem „ ducis conſilio ſponte ſua in Saxoniam ad Regem venit, nihil tamen „ de his, quæ voluit, obtinuit: -- „ Unde etiam *Chunradus* dux multum „ offenſus, a debita fidelitate Regis „ defecit. „

(E) Witichind. l. 3. ut ſupra.

(F) Witichind. l. 3. „ Bojarii „ comites fratris Regis, relicto eo „ conjuncti ſunt *Liudolfo*: qui pergens cum eis cepit urbem regiam, „ quæ dicitur *Reinesburg*, cum cæteris „ in ea regione munitiſſimis, omnemque pecuniam Ducis, ſuis militibus „ diviſit: conjugem cum filiis patrui, „ & amicis, non ſolum urbe, ſed & „ regione excedere cogit. „

(G) Herman. A. 953. „ *Arnolfus*, „ filius *Arnolfi* --- partibus ſe *Ludolfi* contra Regem jungens, Auguſtenſem Urbem, Epiſcopatumque „ deprædatur, & beatum *Udalricum* „ Epiſcopum, Regi fidum, in caſtello „ *Mandichinda* capere, vel occidere „ nititur. Sed ſuperveniente cum „ copiis militum *Adalberto de Marthalo* „ Comite, & *Theodpaldo*, Epiſcopi „ fratre, item Comite, pugna victus „ turpiter repulſus eſt. -- In ea congreſſione *Adalbertus* Comes parum „ vulneratus moritur, & a ſancto „ Epiſcopo *Auguſtæ* honorifice ſepelitur. „ Videri ea de re poteſt Gerardus Presb. in Vit. S. Udalrici C. X. ap. Mabillon. Sæc. Bened. V. T. VII. p. 434.

num ſtrage pertracta. (A) Interea Henricus in Bavariam reverſus, Herolfum Salisburgenſem Archiepiſcopum Müll-dorffii comprehenſum, oculis orbavit. (B) Crimini dabantur tum ſociata cum perduellibus conſilia, tum arma Hungarorum hoſtium, in orbis Chriſtiani exitium diſtricta: qua poſteriore tamen a labe multi immunem eum credidere. Jamque & Conradum Ducem præſtitæ Hungaris operæ pœnitere cœperat; (C) &capto Hermanno, Arnoldoque ejus fratre ad Ratisbonam interfecto, (D) Luidolphus unus ſupererat, qui optatam Germaniæ pacem moraretur. Elapſus in Sueviam, qua illum provincia Pater dudum donaverat, in eo jam erat, ut conſerto cum Patre prælio nefas ultimum abſolveret, niſi Udalricus, & Hartwertus, ille Auguſtæ, hic Curiæ Epiſcopus, pugnæ conſilium diſcuſſiſſent. Emollitis eorum hortatu ad concordiam animis, Luidolphus jam manſuetior, veniam paullo poſt, multis cum lachrymis ab Rege Patre impetravit. (E) A. C.

in gratiam cum Rege redeunt.

Diſpulſa hac ſeditionum nube, atrocior mox tempeſtas ex Italia erupit. Hungari direptis tot provinciis, per Longobardiam reduces, in Bojariam ſe per Alpes Noricas infudere. Hepidannus centum millibus haud pauciores numerat: Frodoardus immenſas fuiſſe illorum copias; Regino tam inflatis fuiſſe animis tradit, ut niſi terra dehiſceret, aut cœlum

Hungari Bavariæ ſe infundunt. 955

(A) Fulcuin. de miracul. S. Urſmari. c. 25. „ Erat in ea conjuratione princeps, ipſe Regis filius *Liudulfus* - - & cum eo quaſi quidam ſtimulus *Cono*, Dux paulo ante fortiſſimus. - - Hi Hungaros, antiquam peſtem, ſollicitaverunt, ut regnum in ſeipſum diviſum invaderent. „ Witichind. l. 3. „ Illi (*Ungari*) autem divertunt ab eo, acceptisque ducibus a *Luidulfo* omnem Franciam pervagati ſunt. „ Sigebert. Gemblac. in vita S. Guiberti apud Mabillon. ſæcul. V. Benedict. „ Gens *Hungarorum* tempore primi Ottonis aggreſſa Lotharingiam, deducta eſt a Duce *Conrado* uſque ad ſylvam *Carbonariam*. „ Not. ex Aloldo ad A. 953. „ Hoc demum anno ambitio quorundam Principum Germaniæ, in Regem conſpirantium, *Hunnos* per *Karinthiam* allexit, & intromiſit in Germaniam: qui fere per bieſſium populati ſunt miſeras terras, ad quas pertigerunt. „

(B) Contin. Reginon. An. 954. „ *Heroldus* Archiepiſcopus a fratre Regis cæcatus. „

(C) Witichind. l. 3. „ Pontifex (*Fridericus* Moguntinus) cum Duce *Chunrado*, cum adoleſcentem non poſſent inclinare, - - diſceſſerunt ab eo, DEO, Regique ſe jungentes. „

(D) Witichind. l. 3. „ Acriter pugnatum eſt ante portam urbis (*Ratisbonæ*) equo cadente aſcenſor *Arnulfus* armis exutus, illico telis perfoſſus occubuit. „

(E) Herman. A. 953. „ Secuto tempore cum invaleſcente diſcordia *Otto* Rex, & filius ejus *Liudolfus* Dux, collectis contra ſe exercitibus juxta fluvium *Hilaram* - - conſediſſent, intercurrentibus ſanctis Epiſcopis *Udalrico* Auguſtenſi, & *Halperto* Curienſi, DEO donante, pacificati, & confœderati ſunt. „ Confirmat hoc Gerardus biographus S. Udalrici. c. 12.

A. C. cœlum rueret, vinci ſe poſſe pernegarent. (A) Viſum eſt tamen hoſtibus exploratores præmittere, qui ſpecioſo legatorum nomine Ottoni victoriam gratularentur. (B) Sed Rex periculum ab Henrico fratre edoctus, contractis, quantas potuit, copiis Auguſtam, quam interim urbem, trepidantibus civibus ſanctus Udalricus ipſe, equo ſublimis, cultuque pontificali ad majeſtatem indutus, defendendam ſuſceperat, (C) magna feſtinatione occurrit. Saxones perpauci erant, quod bellum urgeret Sclavicum: Boji, quorum tum res agebatur maxime, Franconesque validis ſuorum copiis, haud procul urbe Auguſta, Suevicis, Regiisque ſe caſtris adjungebant. (D) Animos omnibus, miramque alacritatem addidit Conradi, quondam Lotharingiæ Ducis, nuperque admodum, data perduellionis venia, in Regis gratiam recepti, in caſtra adventus. Erat in eo principe, ſuper ingentis animi excelſitatem, conſilii plenus ardor; & ſeu pedes, ſeu eques in hoſtem iret, tanquam fulmen quoddam, terrorem, ſtragemque inferebat. (E) Pervigilium ea die ſancti Laurentii Martyris agebatur: id non veteri magis inſtituto, quam prona Regis, exercitusque voluntate, caſto jejunio conſecrare viſum. (F) Simul ut illuxit,

Auguſtam Vindelicam obſident.

(A) Frodoard. A. 955. „ Hungari cum immenſis copiis - - Bajoariam aggrediuntur. „ Contin. Regin. A. 955. „ Hungari cum tam „ ingenti multitudine exeuntes, ut „ non, niſi terra eos dehiſceret, vel „ cœlum eos obrueret, ab aliquo ſe „ vinci poſſe dicerent. „ Hepidan. ad A. 955. „ Erat numerus illorum „ centum millia. „ Gerardus in vita S. Udalrici. c. 12. „ Tanta multitudo Ungarorum erupit, quantam tunc temporis viventium hominum nemo ſe antea vidiſſe in „ ulla regione profitebatur. „

(B) Witichind. A. 3. „ Ingreſſus - Saxoniam circa Kal. Jul. abvios habet legatos *Ungarorum*, tanquam ob antiquam fidem, & gratiam eum viſitantes, re autem vera, ut quibusdam videbatur, eventum belli civilis conſiderantes. „ Quos cum ſecum aliquot diebus „ retinuiſſet, & aliquibus munuſculis donatos remiſiſſet in pace, audivit a nunciis fratris, ducis ſcilicet *Bajoariorum*, quia ecce *Ungari* diffuſi invadunt terminos tuos &c. „

(C) Gerard. Presbyt. in Vita S. Udalrici. „ Anno DCCCCLV. Tanta multitudo *Ungarorum* erupit: „ quantam &c. - - Auguſtam autem „ civitatem obſedit. - - Hora vero belli Epiſcopus ſuper caballum „ ſuum ſedens, ſtola indutus, non „ clypeo, aut lorica, aut galea munitus, jaculis & lapidibus, undique circa eum diſcurrentibus intactus, & illæſus ſubſiſtebat. „

(D) Witichind. l. 3. „ His auditis Rex - - cœpit ire contra hoſtes, ſumptis ſecum paucis admodum ex Saxonibus, eo quod bellum Sclavonicum urgeret. Caſtris poſitis in confiniis *Auguſtanæ* urbis „ occurrit ei exercitus Francorum, „ Bajoariorumque. „

(E) Witich. ibid. „ Cum valido quoque equitatu venit in caſtra „ *Conradus* Dux, cujus adventu erecti milites jam optabant non differre certamen. Nam erat natura audacis animi, & quod rarum eſt audacibus, bono conſilio, & dum „ eques, & dum pedes iret in hoſtem, „ bellator intolerabilis, domi, militiæque, ſociis charus. „

(F) Witichind. ibid. „ Jejunio in caſtris indicto, juſſum eſt omnes in craſtinum paratos eſſe ad „ bellum. „ De die ex dicendis conſtabit.

Pugna Ottonis M. adversus Hungaros.

luxit, partita in ſuos ordines acies, octoque legionibus definita. Primam, alteram, tertiam Bojarii conſtituebant, ductoribus ejus provinciæ optimatibus, quod Henricum Ducem morbus lecto affixerat: quarta ſub Conrado Duce ex Franconibus conſtabat: in quinta, quæ multorum erat millium, Rex ipſe cum prætoriano militum robore eminebat. Præferebatur, fatale hoſtibus ſignum, Angelus, momentum ingens ad concitandum in pugnam militem, omenque victoriæ futurum. Sextam, ſeptimamque ex Suevis conflatam Burchardus, Regii fratris gener, ductabat. In octavam Bohemi mille, & impedimenta exercitus ſunt rejecta. (A) Verum hunc aciei ordinem, ſeu temere, ſeu conſilio circumvecti a tergo Hungari, & non tam pugnæ, quam prædæ imminentes fruſtrarunt. Invecti in Bohemos primum horribili vociferatione, noviſſimum agmen illud momento disjecere: jamque cæſis aliis in fugam verſis, direptisque, quibus inhiabant, ſarcinis ac impedimentis, in Suevos itum. Ingens & hic trepidatio: ſed laborantem, ac profligato noviſſimo agmine vacillantem jam pene legionem ſextam, ac ſeptimam, Dux Conradus ſubſidio a Rege miſſus, opportune recreavit: quacunque ferebatur, metum, palloremque præ ſe agere viſus, momento prope tem-

Victoria.

poris, & hoſtem repreſſit, & prædam excuſſit, & cum victore tironum agmine ſuis ordinibus ſe reddidit. (B) Cœpta

(A) Witichind. ibid. „ Primo „ diluculo ſurgentes, pace data, & „ accepta, operaque ſua primum Duci, deinde unusquisque alteri cum „ ſacramento promiſſa, erectis ſignis „ procedunt e caſtris, numero quaſi „ octo legionum. Ducitur exercitus per aſpera, & difficilia loca, ne „ daretur hoſtibus copia turbandi ſagittis agmina, quibus utuntur acerrime, arbuſtis ea protegentibus. „ Primam, & ſecundam, tertiamque „ legionem direxerunt *Bajoarii*, quibus præfuerunt præfecti Ducis *Henrici*: nam ipſe bello interim aberat, „ eo quod valetudine corporis laboraſſet, qua & mortuus eſt. Quartam vero ordinavere *Franci*, quorum procurator & rector erat Dux „ *Cunradus*. In quinta, quæ erat maxima, quæ & dicebatur *Regia*, ipſe „ Princeps vallatus lectis ex multis „ militum millibus, alacrique juventute, coramque eo *Angelus*, penes „ quem victoria, denſo agmine circumſeptus. Sextam & ſeptimam „ conſtruxerunt *Suevi*, quibus præfuit *Burchardus*, cui nupſerat filia „ fratris regis. In octava erant *Bohemi* electi milites mille, armis potius inſtructi, quam fortuna: in „ qua & ſarcinæ omnes, & impedimenta quæque, quaſi ipſa eſſet tutiſſima, quæ eſſet noviſſima. „

(B) Witichind. l. 3. „ Ungari nihil cunctantes *Lech* fluvium tranſierunt, circumeuntesque exercitum, extremam legionem ſagittis „ laceſſere cœperunt, & impetu cum „ ingenti vociferatione facto, aliis „ cæſis, aliis captis, ſarcinis omnibus potiti, cæteros legionis illius „ armatos fugere compulerunt: ſimiliter ſeptimam ac ſextam aggreſſi, plurimis ex eis fuſis in fugam „ verterunt. Rex autem, cum intellexiſſet, bellum ex adverſo eſſe, „ & poſt tergum noviſſima agmina „ periclitari, miſſo duce cum quarta „ legione, captivos eripuit, prædamque excuſſit, latrocinantiaque hoſtium agmina perturbavit. Fuſis „ latro-

A. C. pta ab ea parte victoria, nihil jam cunctandum ratus Rex Otto, ſacram Lanceam & ipſe coruſcat, primusque in conferta hoſtium agmina invehitur: quem ſecuti veterani, victoriæ aſſueti, ea ab omni parte facinora edidere, ut impulſus ſemel hoſtis, per æqua, per iniqua in fugam effuſiſſimam ſe conjiceret. Sed enim denſa fugientium agmina ipſa multitudine ſibi impedimento erant: ruebant ſuper alios alii, latamque camporum planitiem jumentorum, hominumque cadaveribus conſtratam poſt ſe relinquebant. Reliquiæ cladis aut Lyco amne, aut agreſtium armis deletæ: direpta a victore milite eorum caſtra, omni opulentia referta: captivi puerorum, mulierumque greges vinculis erepti, & libertati redditi: tanta dénique palantium turba altero, tertioque die per vicos, oppidaque a coortis undique civibus trucidata, ut vix pauculi inexpertæ adhuc calamitatis nuncii in Pannoniam redirent. (A) Capti tres gentis reguli, & ad Henricum Ducem adducti, ſuſpendio enecti ſunt: (B) gens tota ad eam paucitatem redacta, ut non de inferendo deinceps bello; (C) ſed de patria adverſus hoſtem

„ latrocinantibus undique adverſa-
„ riorum agminibus, ſignis victrici-
„ bus Dux *Conradus* ad Regem rever-
„ titur: mirumque in modum cun-
„ ctantibus veteranis militibus, glo-
„ riæ victoriæ aſſuetis, cum novo
„ milite, & fere bellandi ignaro tri-
„ umphum peregit. „

(A) Witichind. l. 3. „ Totum
„ pondus prælii ex adverſo jam adeſ-
„ ſe conſpiciens Rex -- arrepto gla-
„ dio & clypeo, ac ſacra lancea, ip-
„ ſe primus equum in hoſtes vertit,
„ fortiſſimi militis, ac optimi Impe-
„ ratoris officium gerens. Hoſtium
„ audaciores primum reſiſtere, de-
„ inde ut ſocios viderunt terga ver-
„ tere, obſtupefacti, noſtrisque in-
„ termixti extinguuntur. Cætero-
„ rum vero alii equis fatigatis, vil-
„ las proximas intrant, circumfuſi-
„ que armatis cum mœniis pariter
„ concremantur: alii flumen conti-
„ guum transnatantes, dum ripa ul-
„ terior aſcendentes non ſuſtinet,
„ flumine devolvuntur, & pereunt.
„ Eo die caſtra invaſa, captivique
„ omnes erepti, ſecundo die, ac ter-
„ tio a vicinis urbibus reliqua mul-
„ titudo in tantum conſumpta eſt,
„ ut nullus, aut rarus evaderet. „
Not. ex Aloldo ad A. 955. „ Tan-
„ dem DEUS, juſtus judex, retribuit
„ eis (*Hungaris*) menſuram confer-
„ tam, & coagitatam, confortans
„ brachium *Ottonis* Magni Imperato-
„ ris, cum cæteris adjutoribus ſuis,
„ inter quos præcipuus *Liupoldus*,
„ Auſtralis Marchio, ut cum prædis
„ redeuntes barbaros apud Vindeli-
„ ciam immaniter ſuperaret in die S.
„ Laurentii, innumeros enſe macta-
„ ret, & multa millia captivorum ex
„ eis vivos in terra ſepeliret. Qua
„ contentione ita defecit Hunnorum
„ temeritas, ut nunquam amplius in
„ Germaniam auderet redire. „

(B) Witichind. ibid. „ Tres Du-
„ ces gentis Ungariæ capti, Ducique
„ Henrico præſentati mala morte, ut
„ digni erant, multati ſunt, ſuſpen-
„ dio namque crepuerunt. „ Hepi-
dan. A. 955. „ Multi illorum (Aga-
„ renorum ſeu Ungarorum) compre-
„ henſi ſunt cum rege eorum nomi-
„ ne *Pulſzi*, & ſuſpenſi ſunt in pati-
„ bulis. „ Conſimilia habent Her-
man. A. 955. Sigebert. A. 957. Anali-
ſta Saxo A. 955. Abbat. Urſper-
genſ. Chron.

(C) Otto Friſing. l. 6. c. 20. „ Glo-
„ rioſiſſimus Rex - - occurrit, tan-
„ taque prædictos barbaros virtute
„ ſtravit, ut exhinc gens omnium
„ immaniſſima, non ſolum regnum
„ invadere non auderet, ſed & ſuum
„ de-

ſtem victorem munienda cogitaret. Pugnæ ad memoriam A. C.
glorioſiſſimæ dies in IV. Idus Sextiles incidit, S. Laurentio, Chriſti Martyri dicatum. (A) Publica tamen lætitia non ſine luctu fuit. Nam & Theobaldus, & Reginwaldus comites, ille ſancti Udalrici frater; iſte ſororis filius, cum multis aliis in acie cecidere; (B) & Conradus Dux, Regis gener, cum & ſolis, & pugnæ ardore æſtuans, loricæ, qua collo jungitur, vincula diſſolveret, ſagitta in guttur adacta funus fuit, communi omnium luctu deploratum. (C) Ferunt, quo die a perduellium ſocietate ſe nuper abruperat, id a DEO precatum, ut quando in exitium tot mortalium Hungaros ipſe in Franciam deduxiſſet, eorum pariter manibus piacularis victima caderet: (D) cujus voti nunc damnatum Rex Otto Wormatiam deferri, & ſplendidiſſimo funeris honore terræ mandari juſſit. (E) Tertio ſubinde menſe mortalitatem explevit Henricus, Dux Bavariæ, ac Regis frater, Calendis Novembribus morbo extinctus. Succeſſit patri Ottonis voluntate Henricus filius, (F) quieto ali-

„ deſperatione correpta vallibus & „ ſudibus in locis paluſtribus contra „ noſtros munire cogitaret. „ Sigebert. A. 957. „ Quo bello in tantum ſunt *Hungari* victi, & attenuati, ut ultra jam nec mutire auſi fuerint. „ Contin. Reginon. A. 955. „ Tanta cæde, DEO præſtante proſtrati ſunt, ut nunquam ante apud „ noſtrates talis victoria audiretur, „ aut fieret. „

(A) Lambert. Schaffnaburg. A. 955. „ *Otto* Rex Ungaros cum magno periculo ſui, ſuorumque magna cæde proſtravit in *Lechfeld*, in natali „ *ſancti Laurentii*. „ Ditmarus l. 2. Annaliſta Saxo. A. 955. Herman. contract. ad eundem annum.

(B) Herman. Contr. A. 955. „ In „ ipſa pugna ex noſtra parte, inter „ alios multos *Conradus* Dux bellicoſus, & pius, gener regius, & ſancti frater Epiſcopi *Theodbaldus*, ſororis ejus filius *Reginwaldus* Comes, „ aviæ meæ *Berthæ* patruus occubuere. „

(C) Witichind. l. 3. „ *Chunradus* „ quippe Dux fortiter pugnans, animi fervore, ſolisque ardore, qui „ eo die nimius erat, accenſus æſtuat, „ vinclisque loricæ ſolutis, dum auram captat, vulnere ſagittæ adverſo gutturis defixæ cadit. „

(D) Sigebert. A. 957. „ *Conrado* „ ab Hungaris ad eum (*Ottonem R.*) „ pœnitendo refugiente, & orante „ DEUM, ut pro pœna perfidiæ ſuæ „ in ipſo bello ab Hungaris perimeretur. - - *Conradus* tamen ſecundum votum ſuum ibi occubuit. „

(E) Witichind. l. 3. „ Cujus „ (*Chunradi*) corpus juxta Regis Imperium honorifice collectum transportatur *Wormatiam*, ibique ſepelitur Vir omni virtute animi magnus, atque famoſus cum fletu & „ planctu omnium Francorum. „ *Lotharingiæ* Ducem hunc factum narrant *Witichind.* l. 2. Otto Friſing. l. 6. c. 20. Ducem *Wormacienſem* appellat.

(F) Contin. Reginon. An. 955. „ *Henricus*, frater regis, deſperatis „ rebus recuperatis, recepto Bavariæ „ Ducatu, obiit: cujus filio *Henrico* pius „ Rex Ducatum & Marcam dedit. „ Eadem repetit Annaliſta Saxo ad Annum 955. In aſſignando die mortis Necrol. Fuldenſe, quod ſic habet: „ A. DCCCCLV. Kal. Nov. *Heinrichus* Dux. „ Hermannum corrigit, qui IV. Id. Auguſti, hoc eſt X. Auguſti eidem ultimam fuiſſe narrat. Ceterum quænam ea *Marca* fuerit, quam cum Ducatu Otto I. Henrico dedit, lis eſt inter Authores: Gobellinus Perſona Æt. VI. c. 48. Marcham *Carinthiacam* intelligit: ſic enim ſcribit: „ Henricus filius (Henrici) Ducatum, & cum hoc Marchiam *Carinthianorum* ſuſcepit. „ Marcus Hanſizius T. 1. Germ. Sac. pag. 189. de

Au-

A. C. aliquamdiu principatu uſus, donec ſubortæ poſt annos aliquot contentiones cum Ottone eum ſecundo colliſere.

Parta Germaniæ quiete, Auſtria non continuo ſine metu fuit, Toxo, Hungarorum Principe, finitimam ſibi Provinciam, cædibus ac rapinis identidem divexante: quanquam non dubitem, quin Otto Magnus, oppreſſam jam dudum ab hoſtibus Auſtriam inferiorem, vindicare rurſum Imperio ſit aggreſſus. (A) Neque parum veriſimile eſt, Rudigerum Pechlarienſem, Auſtriæ per id tempus præeſſe juſſum: qui niſi hoc, aut undecimo abhinc anno regendam Marchionis poteſtate Auſtriam ſuſceperit, locum vix alium inter Marchiones commode reperit. Ingens hujus Viri apud externos æque, ac noſtrates Scriptores nomen eſt: nec alius huic, in qua natus eſt, patriæ rector commodior obtingere potuit. Juſta illi ætas, amplæ quondam in familia opes, notitia rerum ac locorum, quantam præſens haurire poterat; uſus adhæc armorum is, qui rudi etiam ætati illi materiem præbuit, patriis carminibus ejus laudes celebrandi. (B) Deſunt quidem clara, apertaque ejus rei documenta, conjecturæ non deſunt. Nullum deinceps cum Hungaris per annos viginti bellum fuit: & Marchionis titulus, aliquot poſt annos in Burchardo renovatus. (C) Parebat ejus ditioni longus Wachaviæ tractus, quod nomen etiamnum in Boreali ſupra Crembſium Auſtria eſt receptum. Conſtabant Ratisbonenſi Antiſtiti ſua ad Pechlariam jura, prædiaque, ut adeo propius fidem ſit, Ottone Ma-

Rudigerus Marchio.

Burchardus Marchio.

Auſtriaco limite interpretatur. Sed neſcio, an non rectius de *Marca Veronenſi* & *Aquilejenſi* ibi agatur: ſic enim contin. Reginon. idem A. 952. præmiſerat: „ *Marca* tantum *Veronenſis* „ & *Aquilejenſis* excipitur, quæ *Henrico* fratri Regis committitur. „ Eadem verba repetit ad A. 952. Annaliſta Saxo: nec alio ſenſu Ruotgerus in vita Brunon. Colonienſ. Henricum Ducem Ottonis I. fratrem, „ Bauwariorum Ducem, & Marchionem inclytum „ appellare videtur. Neque alias cauſa eſſet, cur non & *Arnolfus*, *Dux & Marchio*; vel cur *Burchardus*, Ratisbonenſis Præfectus, *Marchi-comes* appellaretur.

(A) Notæ ex Aloldo ad An. 955. „ Sed tamen *Oſterrichiam* eis proximam nequaquam in pace eſſe ſinebant: donec eorum Dux, quem *Urzum* appellabant, homo ferox, & „ rapax inſtar belluæ, a quo nomen „ habebat, ſupereſſet. „ *Urzus* pro *Toxo* vocatur, nomine fortaſſe a *Dachs*, Theutonica voce, male detorto.

(B) Vide pag. 234. Lit. (D)

(C) Hundius in Metrop. T. 1. p. 200. „ *Otto* ſecundus Imperator, precibus „ dilecti Nepotis noſtri *Henrici*, Ducis Bajoariorum, confirmat *S. Laureacenſ.* Eccleſiæ Venerabili Pontifici *Piligrino* traditionem *Ludovici* Regis Vinearum in *Wachow*, in comitatu Reverendi Marchionis *Burckhardi*. „ Arnolfus Vohburg l. 1. de Mirac. S. Emmeram. c. 16. eundem *Marchi-comitem* appellat. „ Vir „ ingenuus *Burchardi Marchi-comitis*, „ & Præfecti Ratisbonenſis Vaſallus. „ Confirmat. Aventin. l. 5. mihi pag. 306. ex Diplom. Otton III. Eberſpergæ aſſervato. „ *Burckardus*, „ præfectus pagi Bojorum, qui *Oſterricha*, hoc eſt *Auſtria* vocatur. „

Magno adhuc ſuperſtite, Auſtriæ ſecundæ magnam pâr- A. C.
tem Germanum ad Dominum rediiſſe. (A) Id niſi po-
Piligrinus Laureacenſis Archiepiſcopus. ſtremis Imperii ejus annis contigiſſet, non erat, cur Piligrinus, Laureacenſis Eccleſiæ ſibi jura ad ſancti Floriani, ad ſancti Hippolyti, ad ſancti Salvatoris Cremifani confirmari ſub id tempus petiiſſet. (B) Adalberto is ſucceſſor datus 970
eſt, Paſſavienſi Antiſtiti nuper e vivis erepto, eamque Cathedram primo ac ſeptuageſimo ſeculi hujus anno regendam ſuſcepit, magnus plane vir, & cum honore dicendus, in quo & virtus, & doctrina, & incenſum revocandæ ad Chriſtum Pannoniæ ſtudium ex æquo concertabant. Et quanquam Viri Apoſtolici conatibus moram afferre Fridericus Salisburgenſis Archiepiſcopus aliquantam viſus eſt, qui Benedicti VI. ſummi Pontificis literis Vicarius Apoſtolicus per utriusque Norici, Pannoniæque provincias nuper renunciatus eſt; (C) non defuit tamen afflictæ per eas oras Eccleſiæ

(A) Id colligitur ex Diplom. Otton. II. A. 979. dato Ratisbonenſi Eccl. apud. Hund. Metrop. T. 1. p. 168. „ Innotuit auctoritati noſtræ, in terra quondam *Avarorum* juxta fluviolum, qui *Erlaffa* dicitur, locum quendam, qui *Steinina Chiricha* nominatur, quem per multa annorum curricula deſertum ipſe de Bavaria miſſis colonis incoli fecit, qui ut tutiores ibi ab infeſtatione Ungarorum manere poſſent, petiit noſtram ſerenitatem (*Wolfkangus* Epiſcopus Ratisbon.) locum quendam inter majorem & minorem *Erlaffam* ſitum, ubi ipſi conveniunt, caſtellum ad conſtruendum, qui vocatur *Zuifila*. „ Tempus porro, quo Auſtriæ inferioris pars ea Germaniæ reſtituta eſt, videtur indicare Hroswitha, Monialis Gandersheimenſis in Panegyrico de geſtis Oddonum apud Reuber. pag. 171. ubi agit de Henrico Ottonis I. fratre.

„ Hic quia prudentis functus valetudine mentis,
„ His hominum monſtris bellis obſtans iteratis,
„ Ad nos pergendi calles recluſerat omnes;
„ Inſuper & primus Chriſti bene nomine tutus
„ Audenter cum ſubjectæ plebis legione
„ Ejusdem populi patriam petiit ſceleroſi &c. &c.
Et ſic proſtratis rediit gaudens inimicis. „

Id factum A. 944. poſt pugnam gravem, & victoriam de Ungaris ab Henrico relatam, de qua Contin. Regin, & Herman. Contract. meminere: aut certe poſt Ottonis M. Victoriam A. 954.

(B) Colligitur ex Diplom. Ottonis II. Piligrino Epiſcopo dato A. 976. apud Hund. Metrop. T. 1. pag. 239. „ *Piligrinus* ſanctæ Patavienſis Eccleſiæ Epiſcopus, obtulit nobis auctoritates immunitatum piæ recordationis Imperatorum, *Caroli*, atque *Ludovici*, nec non Domini & Genitoris noſtri, *Ottonis* piiſſimi Imperatoris, in *quibus continebatur inſertum*, qualiter ipſe prædictam ſedem - - cum pertinentibus Monaſteriis, id eſt, *Cella ſancti Floriani* Martyris, atque *Treiſma* ad monaſterium *ſancti Tpoliti*, nec non *Chremiſa*, quæ eſt in honore ſancti Salvatoris fundata - - ſub immunitatis ſuæ defenſione conſiſtere fecerant &c. „ Item ex Epiſtola Piligrini Epiſcopi ad Benedictum VII. apud Hund. T. 1. Metrop. pag. 237.

(C) Lit. Benedict. VI. PP. Friderico Salisburg. datæ circa An. 973. apud Labb. Conc. T. XI. p. 951. & Ludewigium T. II. Col. 350. „ Concedimus itaque vicem Apoſtolicam, *Friderico* Salisburgenſis Eccleeccleſiæ Antiſtiti, ejusque ſucceſſoribus in tota *Norica* provincia, & in tota *Pannonia*, *ſuperiori* videlicet & *inferiori*, quomodo ſui anteceſſores eandem poteſtatem a noſtris habuere anteceſſoribus &c. „

A. C. cleſiæ DEUS, & Wolfgangum, cujus inter ſanctos Cœlites ingens nomen eſt, ad obeundam Apoſtolico in opere ampliſſimam hanc provinciam, a ſylva usque Hercinia excivit. (A) Nihil quidem ſeu laboris, ſeu induſtriæ a viro hoc ſancto prætermiſſum, quo incultum hunc agrum ad ſpem priſtinæ fæcunditatis revocaret: ſed gentis ferocia, aſſiduo armorum uſu indurata ſpem omnem, ac operam eluſit. (B) Piligrinus, ſeu juſto dolore, quod ſterilibus in ſulcis laborem fruſtra expenderet; ſeu qua neſcio ſuſpicionis umbra, tanquam Monaſticæ diſciplinæ pertæſus, ea religioſæ induſtriæ ſpecie diverticula quæreret, Wolfgangum ab opere Evangelico revocat. Suſpicionem facile delevit Viri conſpecta virtus, quem cum dies aliquod benigne, humaniterque apud ſe tenuiſſet, eam concepit animo de eximia ejus ſanctitate, meritisque opinionem, ut beatam pronunciaret Eccleſiam, quæ illo olim Antiſtite gauderet. (C) Comodum per id tempus Ratisbonæ deceſſerat Michael Epiſcopus, is, qui ultimo cum Hungaris prælio ad Auguſtam, amiſſa jam auris parte, ſancto Emeramo vindice, hoſtium crudelitati mirabiliter ereptus eſt. (D) Eam occaſionem ſuis conſiliis opportunam ratus Piligrinus Epiſcopus cum Burchardo, Ratisbonenſi ſimul Præfecto, ſimul Auſtriaci Limitis Comi-

S. Wolfgangus in Auſtriam inferiorem tendit.

(A) Arnolf. Vohburgic. de Memor. B. Emeram. l. 2. „ Erat quidam Vir „ genere ingenuus, virtute ſtrenuus, „ natione Alamanus, nomine quidem „ *Wolfgangus*. - - Is primum inter Canonicos, ſive Clericos, laudabilem „ & caſtam duxerat vitam, dein arctioribus regulis implicari deſiderans, in Suevia apud cœnobitas, qui „ *ſolitarii* vocantur, monachum profeſſus eſt. - - Acrius intendens aciem „ mentis in ſpeculum geminæ dilectionis - - monaſterium & monachum deſerens, imo ſecundum Apoſtolum majora æmulari charismata „ cupiens, per Alamanniam devenit „ exul in Noricum. Ad cujus *Orientalem partem* cum humili comitatu „ pertendens prædicandi gratia, *Pannoniæ* petiit confinia. „

(B) Biograph. S. Wolfgangi c. 13. „ Ubi cum veterum errorem frutices „ extirparet, - - a *Piligrino* Patavienſi „ Epiſcopo, ab incœpto revocatus „ eſt opere. „

(C) Arnolf. Vohburg. l. 2. de Mem. B. Emeram. „ E qua (*Pannonia*) per „ Piligrinum Patavienſem Epiſcopum „ evocatus, piæ, ut decuit, humanitatis ab eo ſuſcipitur, & fovetur offi- „ cio. Apud quem, & jam rogatus, & „ juſſus manſit aliquot diebus: hæc inter cætera prudenti ſecum tractans „ mente, quare prohibitus ſit ab adducenda ad DEUM *Pannoniorum* gente: quo commorationis tempore „ idem Epiſcopus optime uſus - - ſatis „ probavit, hunc quem ſuſceperat Peregrinum, non eſſe gyrovagum, ſed „ ſtabilem veræ fidei domeſticum. „ Unde & quosdam de ſuis familiariter pro eo alloquitur, dicens: O „ quam felix Eccleſia, quæ, DEO volente, iſto donabitur Sacerdote. „

(D) Arnolf. Vohburg. l. 1. de Miracul. B. Emmerammi. „ Contigit „ me aliquando (verba ſunt Michaelis Epiſcopi Ratisbon.) ſecus *Licum* „ flumen ſub *Ottone* Saxonigena Imperatore primo gravi interfuiſſe „ prælio, ubi cum - - a Chriſtianis „ eſſet triumphatum, *Ungari* meam „ abſcidentes auriculam, gladiis ac „ ſpiculis inter cæteros me ſtraverant, ac adæquaverant glebis. Ibi inſperato raptus, ad ſalutem ſenſi beneficiis adeſſe patronum clementem, quem nunc timeo, ob temeritatem peccati mei iraſcentem. „ Loquitur de S. Emmerammo.

te, diligenter egit, ut orbatæ ei Ecclesiæ Wolfgangus Episcopus præficeretur. Res ex sententia cessit. Erat ea Burchardi apud Ottonem Magnum gratia, ut cum ad consiliorum, quæ dabat, præstantiam par fides, industriaque accederet, nihil ei negandum Cæsar putaret, præsertim si ad Religionis, cujus studiosus inprimis Otto erat, incrementum res cessura videretur. (A) Ergo Ratisbonensibus auctus infulis, quam Hungariæ, Austriæque subtrahere coactus est operam, in suæ Ecclesiæ deinceps utilitates pari studio contulit. A. C. 972

Ratisbonensis Ecclesiæ Episcopus renuntiatur.

At Pannoniæ, quanquam adhuc sterili, nec Otto Augustus, nec Piligrinus Antistes defuere. Rerum inter Hungaros post Toxum patrem Geisa filius potiebatur, severus Princeps, & crudeli propior in suos: idem tamen Christianum nomen professis non æquus modo, sed benignus etiam, ac peramicus. (B) Eam illi mentem Saroltha conjux, quæ Ditmaro Merseburgensi Antistiti Beleknegini, seu pulchra domina appellatur, indidit, virilis animi fæmina, quæque non in gentem modo, sed ipsum adeo in principem dominari videbatur. (C) Ferunt eam dies totos virorum more in equo egisse; sed vini, ac iræ nimiam, manus ne a Virorum quidem cæde abstinuisse. Tam imperiosa

Geisa Hungaris dominatur.

(A) Arnolf. Vohburg. l. 2. „ Necessarium valde videtur mihi, & „ utile, ut huic famulo DEI petam „ regimen *Ratisbonensis* Episcopii. - - - „ Unde operæ pretium censeo, quo „ mittam ad *Marchicomitem*, cujus „ consilio multa solet facere Imperator, ut suggerat ei, ne per ambitionem, aut Simoniacam hæresim, „ quemquam Episcopalem sinat accipere dignitatem. - - Quid plura? „ per legationem Episcopi ac suggestionem consiliarii Cæsar suæ & „ Ecclesiasticæ utilitatis admonitus - - „ se totum ad electionem venerandi „ viri *Wolfgangi* convertit. „

(B) Not. ex Aloldo ad An. 972. „ *Urzo* (alias *Toxo*) mortuo Ungari „ elegerunt *Geizzam*, suæ quidem gentis, sed natura mitiorem, quam barbari patres sui fuerunt. Hunc gratia DEI prævenit, ut prudens consideraret mala maxima, quæ sua „ gens tot aliis regionibus intulit, & „ crudeles strages, quas ipsa vicissim „ passa est: & ideo in pace majorem „ spem habuit. - - Et quia terram „ suam novit esse bonam, & fertilem, suasit genti suæ, ut arma deponeret, & merces suas potius vicinis distraheret, quas sibi provincia sua copiose germinaret &c. „ Carthuitius in Vita S. Stephani apud Surium: „ *Geisa* severus sane, & crudelis homo in suos: potenter eis imperans: erga alios vero, præsertim „ Christianos, humanus, misericors, & „ liberalis. „ Ditmarus Mersburg. Episc. l. 5. hæc de *Geisa*, quem *Dejax* appellat, refert: „ Hujus (Regis *Pannonici*) pater erat *Dejax* nomine, admodú crudelis, & multos ob subitum furorem suum occidens. Qui cum Christianus efficeretur, ad corroborandam hanc fidem contra reluctantes „ subditos, sævum & antiquum facinus, zelo Domini exæstuans, „ abluit. Hic Domino Omnipotenti, variisque Deorum illusionibus „ immolans, cum ab Antistite suo „ ob hoc accusaretur, divitem se, & „ ad hæc facienda satis potentem affirmavit. „

(C) Ditmar. l. 8. „ Uxor autem „ ejus *Belecknegini*, (rectius forte: *Belekneſini*) id est, pulchra Domina „ Sclavonice dicta, supra modum „ bibebat, & in equo more militis „ agens, quendam virum iracundia „ nimio fervore occidit. „ Bonfin. Dec. II. l. 1. eam *Saroltham* dictam, & *Gyulæ* filiam fuisse scribit.

A. C. riosa conjuge, eademque Christianis tam addicta, non poterat vir uxorius a nostris religionibus abhorrere. (A) Is igitur cum Bohemos jam, & Polonos, authoritate Ottonis Cæsaris ad Christiana sacra traduci indies audiret, luce etiam meliore jam ejus animo affulgente, pacem inprimis, ac amicitiam cum Imperatore constituere exoptabat. Prævertit fortasse Cæsar ejus vota, missoque ad Geisam (B) Brunone (Verdensi ut opinio est) Episcopo, ita sibi eum Principem devinxit, ut oratores sua & ipse ex gente ad Ottonem Magnum Quedlinburgum mitteret, per quos fundamenta earum rerum jacta sunt, quæ ad publicam pacem, & Christianæ per Hungariam Religionis propagationem vim postea maximam habuere. (C) Geisæ igitur vocatu excitus Passavio Piligrinus est, ad Christianæ Doctrinæ sementem tota late Pannonia faciendam. Missæ in agrum novellum strenuæ ex Monachis, Canonicisque operæ, quarum in fundo alias sterili tanta messis fuit, ut anno nondum exacto, ad quinque capitum millia sacri fontis asperſione, authorata Christo censerentur. (D) Major ad eos fructus pertinuit,

Missi in Hungariam Christianæ Legis Doctores.

(A) Auct. Vitæ S. Adalberti M. c. 5. „ Miserat his diebus ad Ungarorum „ seniorem magnum, imo ad uxorem „ suam, quæ totum Regnum Viri „ manu tenuit, & quæ erant viri ipsa regebat, qua duce erat Christianitas cœpta, sed intermiscetur cum „ paganismo polluta Religio. „

(B) Lit. *Ottonis* Imp. ad Piligrin. Patav. Ep. apud Mabillon. Sæcul. VI. Benedictin. p. 73. „ *Otto* DEI gratia Imperator Augustus Piligrino, „ Venerabili Patavienſis Ecclesiæ Episcopo salutem, & gratiam. *Brunonem* Episcopum vestræ mittimus, & „ committimus dilectioni, ut quibuscunque apud vos indiguerit utensilibus, abundantissime adjuvetur: „ & tam vestris hominibus, quam „ & caballis, aliisque in itinere rebus necessariis, quanto propius possit, Ungarorum confinio, honorifice ac cautissime perducatur. Nobis enim illuc erit delegandus, quo „ rex eorundem nostro quam propere arbitrio sit colligandus. Vobis „ ergo magnopere sit studium, hanc „ cautissime fieri legationem. Nam „ si, ut apud nos sedet, prosperabitur, vobis in hoc, vestrisque omnibus consuletur. Valete. „ Consuli de hac epistola meretur M. Hansizius T. 1. p. 208. qui & Ottoni eam I. & *Brunoni Verdensi* legationem illam vendicat. Obiit *Bruno* Verdensis teste Ditmaro L. III. & Annal. Saxone A. 975. VII. Idus Martii.

(C) Lambert. Schaffnaburg. A. 973. „ *Otto* Imperator senior cum juniore „ venit *Quidlingburg*, ibique celebravit sanctum Pascha X. Kal. Aprilis. „ Illucque venerunt legati plurimarum gentium, videlicet Romanorum, Græcorum, Beneventanorum, „ Italorum, *Ungarorum*, Danorum, „ Sclavorum, Bulgarorum atque Ruscorum cum magnis muneribus. „ Idem narrat Annalista Saxo; & Chronic. Hildesheimense ad A. 973.

(D) Literæ *Piligrini* Passav. Episcopi ad Benedictum VII. PP. apud Hundium Metrop. T. 1. pag. 237. „ A „ Neophyta *Ungarorum* gente huc ire „ prohibeor, apud quam fœdere pacto sub occasione pacis fiduciam „ sumpsimus, operam exercere prædicationis. - - A qua ergo præfata *Ungarorum* gente multis precibus ipse invitabar venire, aut Missos meos in opus Evangelii illuc „ dirigere. Ad quos dum transmitterem satis idoneos viros ex Monachis, Canonicosque Presbyteros, „ atque de singulis Ecclesiasticis gradibus clericos - - tantum divina „ gratia fructum statim ministravit, „ ut ex eisdem nobilioribus *Ungaris* „ utrius-

nuit, qui vel ſub Hungarico jugo gemebant Chriſtiani po- A. C.
puli, vel ex omni orbe abſtracti, miſerrimam ibi ſervitutem ſerviebant. Nulla ad eum diem vel templorum, vel ſacrorum iis copia, gentis terrore omnem Religionis ſpeciem excludente: nunc abſterſo metu, certatim & ſobolem ad lavacri ſacroſancti fontes, & manus ad dicanda vero DEO ſacella, templaque conferebant. Cum Duce viſa miteſcere tota natio, & ad accipiendum ſanctæ legis jugum cervicem inflectere. (A) Tam fauſtis magnæ rei initiis lætus Piligrinus, Pallium cum Archiepiſcopi juribus a Benedicto ejus nominis VII. Pontifice Maximo impetraſe legitur: inſtauratis jam tertium Laureacenſium Antiſtitum juribus, provinciis inter Piligrinum & Salisburgenſem Archiepiſcopum ita diviſis, ut Agapiti II. ſanctione jam antea conſtitutum erat: illa ſolum adjecta lege, ut deinceps conſeſſus ordo non ab antiquitate Eccleſiæ, quod Agapito viſum; ſed ab Antiſtitum ætate inter Eccleſiarum ſuarum curas exacta ſumeretur. (B) Verum hæc nonniſi biennio poſt tranſigi potuere.

Otto interea Magnus Nonis Maji Anno ſupra non- 973
genteſimum tertio ac ſeptuageſimo ad vitam meliorem exceſſerat, Princeps, qui & Romani Imperii coronam Germaniæ

„ utriusque ſexus Catholica fide imbutos, atque ſacro Lavacro ablutos „ circiter *quinque millia* Chriſto lucrarentur. Chriſtiani autem, quorum „ major pars populi eſt, qui ex omni parte mundi illuc tracti ſunt captivi, quibus nunquam ſoboles ſuas „ licuit, niſi furtive Domino conſecrare, modo certatim nullo obſtante „ timore offerunt eos baptizare. „

(A) Lit. eædem *Piligrini*. „ Gratulantur omnes tanquam de peregrinatione ſua in patriam reducti, „ quod Chriſtiano more Oratoria „ audent conſtruere, & licentia percepta linguam ligatam in laudem „ Salvatoris præſumunt ſolvere. Ipſi enim mira omnipotentis DEI „ operante clementia, quorum licet „ adhuc gentilitate ſint quidam detenti, nullum tamen ex illorum „ ſubditis vetant baptizari, nec ſacerdotibus invident, quocunque libet, proficiſci. - - - Factum eſt ergo, „ ut pene cuncta *Ungarorum* natio ſit „ prona ad percipiendam fidem ſanctam, ſed & aliæ *Sclavorum* provinciæ ad credendum promptæ. „

(B) Lit. *Benedicti VII. PP.* in cauſa eadem apud Ludewigium T. II. Col. 370. „ Oportet juſtis ſupplicationum petitionibus nos ſemper faciles, & „ humiles exhibere - - quapropter dignum æſtimavimus, aſſenſum præbere congruis poſtulationibus reverendiſſimi Archiepiſcopi, quas „ per probabiles perſonas, nobis intimavit reſponſalium ſuorum, duorum presbyterorum, quatenus ſibi „ pallium, & Metropolitanum honorem Cathedræ ſuæ, ſanctæ *Lauriacenſi* Eccleſiæ reſtitueremus, confinio *Ungarorum* adjacenti. - - Unde ergo authoritate, & poteſtate „ B. Petri, Principis Apoſtolorum „ - - eandem ſanctam *Lauriacenſem* „ Eccleſiam, ejusque rectores jam „ Archiepiſcopos ammodo, perpetim „ ab omni Salzburgenſis Eccleſiæ, ejusque Præſulum ſubjectione, ac ditione abſolvimus, & honore Metropolitano ſublimamus: & ſicut modernis temporibus ſanctæ memoriæ *Agapitus* Papa terminos eorundem parochiarum ab invicem diſtinxit, ſic „ & ipſi diffinimus. - - Quibus utique „ jam præceptis inſuper injungimus, „ ut juxta Beati *Gregorii* decretum Anglorum Archiepiſcopis directum, alter illorũ, qui prior ſit in ordinationis tempore, ipſe etiam, quoad vivat, prioratũ teneat & in ordine. „

A. C. maniæ affirmavit, & rebus pro Eccleſiæ, ac Imperii bono geſtis Magni cognomentum, quod acceperat, adæquavit. Succeſſit Otto II. filius, hæres nominis & coronæ, ad quam, vivo adhuc parente, conſenſu Germaniæ Principum eſt cooptatus. (A) Sed Henricus Boicus, pertractis in fœdus Boleslao Bohemiæ, Miceslao Poloniæ, Haraldo Danorum Regibus, Henricis etiam duobus, altero Carinthiæ Duce, Auguſtanæ Eccleſiæ Antiſtite altero, nulla juris, nulla propinqui ſanguinis habita ratione, dubiam Regni poſſeſſionem Ottoni reddere auſus eſt. (B) Otto ad extinguendum
974 in favilla incendium Comitia indixit, quibus cum Henricus, haudquaquam ad ſuſtinendam tanti belli molem adhuc comparatus, adeſſet, feſtino forte obſequio exitium redempturus, in cuſtodiam datus eſt, & Geilheimium deportatus. (C) Compreſſa videbatur ſeditio; ſed ea, elapſo e cuſtodia Duce, vehementius brevi exarſit. Accepta in Bohemia clades eſt, Paſſavium, ab Henrico captum, Bojoaria omnis novis tumultibus perturbata. (D) Ferunt Wolfgangum, nondum exacto novæ dignitatis triennio Ratisbona ea cauſa profugum ad Alpes ſe Noricas recepiſſe, ut quietem, quam inter homines amiſerat, inter ferarum latibula inveniret: hic in monte Falcone haud procul Aberno lacu abditum, toto, ut quidam volunt, quinquennio latuiſſe, ſolis notum Cœlitibus. Viget etiamnum, atque in veneratione eſt ſancti inquilini memoria: ſupereſt locus, & piis advenis oſtenditur, ubi e petra calcis ictu fontem elicuit;

Ottoni M. ſuccedit Otto II. filius.

Turbæ ab Henrico Bavaro patruele.

S. Wolfgangus in Auſtriam ſuperiorem ſecedit.

(A) Lamb. Schaffnab. An. 973. „ *Otto* Imperator ſenior obiit in *Mi-* „ *melieba* Nonis Maji, cui filius ejus, „ ſecundus *Otto* ſucceſſit. „ Annaliſta Saxo Chron. Hildesheim. Herman. ad h. an.

(B) Lamb. Schaffnab. An. 974. „ *Heinricus* Dux Bajoariorum, & *Abraham* Epiſcopus, cum *Boiſclaione*, „ & *Miſichone*, inierunt contra Impe- „ ratorem pravum conſilium, - - „ eodemque anno perrexit Imperator „ contra *Haroldum* in Scleoswig. „ De *Henrico* Duce Carinthiæ, & *Henrico* Auguſtano Epiſcopo agit Herman. ad A. 977.

(C) Ditmar. l. 3. „ *Henricus* Ba- „ variorum Dux captus eſt, ad *Geil-* „ *beim*, deductus, caute cuſtoditur. „ Annal. Saxo, & Chron. Hildesheimenſe pro *Geilheim*, ſcribunt *Engilinheim*, Lambertus Schaffnab. ad A. 974. „ (*Henricus*) ſine dilatione, D E O „ donante, dedit ſe in poteſtatem „ Imperatoris. „

(D) Ditmar. l. 3. *Henricus* Dux Bavariorum honore, & communione privatus, *Bojemiam* fugit, quem Imperator ibidem valido petens exercitu cum Duce *Bolizlao* manentem, nil ibi prorſus in neutro horum profecit, ſed magnam Bavariorum catervam, ſibi ad auxilium huc venientem, & juxta *Piliſini* urbem caſtra metatam, dolo cujusdam militis *Bolizlai* ſic perdidit: Veſpere facto *Bavarii* ſe lavantes nulla cuſtodum ſecuritate fruuntur, & ecce hoſtis loricatus adveniens nudos eosdem in tentoriis, & in virentibus pratis, occurrentes proſtravit, & cum omni præda lætus, & incolumis revertitur. Imperator autem audita tantorum ſtrage virorum, & quod nulla ſibi via redeundi patuit, recto itinere ad civitatem ſuam, quæ *Cromena* dicitur, venit.

ubi jactu ſecuris omen cepit ſacræ ædiculæ exſtruendæ, quæ A. C.
mira hominum frequentia hodiedum celebratur: viſuntur
etiamnum impreſſa ſaxo orantis veſtigia, quod ad tantum
pietatis æſtum inſtar ceræ liqueſcebat. Sacro hoc in otio
dum Wolfgangus ageret, terroresque inferi hoſtis, qui nunc
objecta montium inter ſe coeuntium ſpecie, nunc aliis præ-
ſtygiis exigere ſuis latebris virum ſanctum nitebatur, ſecu-
rus eluderet. (A) Henricus interim Paſſavii obſeſſus eſt, & 977
quod opis nihil usquam appareret, ad Cæſaris clementiam
confugit. (C) Nihil quidem tum triſtius in dediditium
conſultum, ſed rejectus ad anni proximi verna comitia, ubi
cauſam coram Imperii Principibus dicturus eſſet. Ea Mag-
deburgi coacta ſunt, ubi cum præter ambitum juſtæ cauſæ
nihil ad defenſionem afferretur, ſententia in illum, ſociosque
lata eſt, & ſeditionis capita exilio ſunt multata. Henrico
Trajectum deportato, Otto (c) Luidolphi fratris filius, ab
Imperatore in Bavaria ſuffectus eſt: (D) Piligrinus, qui in
tanto rerum turbine, fide in Cæſarem integerrima ſemper
ſteterat, (E) multa eam ob rem conſtantiæ ſuæ recepit præ-
mia: confirmata inprimis jura, quibus Paſſavienſis Eccle-
ſia, cum ſubjectis ſibi per id tempus in Auſtria utraque
cœnobiis a Carolo, Ludovico, Ottone Auguſtis, aliisque
Regi-

(A) Nihil quidem de fuga *Wolfgangi* ad lacum Abernum vel Anonym. in vita S. Wolfgangi ap. Mabil. Sæc. V. Benedict. T. VII. vel Arnolfus l. 2. de memor. S. Emmeram. ubi res S. Wolfgangi exſequitur, meminere. Sed Brunner. Boic. P. II. l. 3. & Adelzreit. P. I. l. 14. ex patriis monumentis hauſta prodidere. Vid. Rader. in Bavar. ſancta T. 1. & Carmen D. Medici Philippi Menzelii in laudem S. Wolfgangi, quod extat apud Hund. Metrop. T. 1. p. 167. quorum fidei hæc relinquo.

(B) Lamb. Schaffn. A. 977. „ *Heinricus* cum altero *Heinrico* invaſerant „ *Bozowam.* Quod Imperator ut audivit, feſtinato exercitum illo movit, urbemque obſedit. „ Ditmar. l. 3. „ Proximo anno præfatum Ducem ad *Pataviam* confugientem ſubegit. „

(C) Lamb. Schaffnab. An. 978. „ Ad Imperatorem *Ottonem* venit in „ Paſcha *Bolislawo*, qui honorifice ſuſceptus, magnisque muneribus ab „ Imperatore oneratus, rediit domum. Aderat & *Heinricus* cum altero *Heinrico*, qui comprehenſi in „ exilium miſſi ſunt. „ Annal. Saxo An. 978. „ *Heinricus* quondam „ Dux cum *Heinrico* minore, & *Ekbertus* Comes apud Imperatorem accuſati, juſſu Imperatoris *Magdaburch* capti ſunt, & exilio longo „ deputati. „

(D) Lamb. Schaffnab. An. 976. „ *Otto* Imperator perrexit ad Bajoariam, atque *Heinricum* Ducem expulit, *Ottonique* Duci Bajoariam „ commendavit. „ Herman. A. 978. „ *Heinricus* Dux Bajoariæ & alius „ Dux, Auguſtenſis quoque Epiſcopus *Heinricus*, rebellantes Imperatori capti, & exilio mancipati ſunt, „ Ducatumque Bajoariæ *Otto*, Dux „ Suevorum, cepit. „

(E) Diplom. Otton. II. dat. Piligrino A. 976. „ *Piligrinus* ſanctæ Patavienſis Eccleſiæ Præſul venerandus, „ partibus noſtris favens pro viribus, „ fide inconcuſſa, in perturbatione, „ atque vacillatione Regni Bajoariorum. - - Cujus fidem, atque conſtantiam æquum duximus remunerare &c. „ Apud Hund. in Metrop. T. 1. pag. 239.

A. C. Regibus, ac Ducibus aucta erat; (A) adjecta ad Aneſpurgenſe, alia decem ſuper Anaſum minora prædia: Laureacenſis denique Archiepiſcopi dignitas, bellorum ad id tempus tumultibus quodammodo ſuſpenſa, Cæſareis etiam literis roborata. (B) Neque minor in Wolfgangum Ratisbonenſem Ottonis erat liberalitas. Bello is nuper ancipiti, cum Lothario Gallorum Rege colliſus erat, qui Germaniæ perturbatione in rem ſuam uſurus, repente cum exercitu in Lotharingiam ingreſſus, Aquisgranum uſque Regni
978 ſedem advolavit. (C) Otto ea irritatus injuria, hoſtem acerrime perſecutus, Pariſios usque omnia ferro flammaque miſcuit. Non eadem fortuna redeunti fuit: ad Axonam fluvium jam perventum erat, ſed aquis cœleſtibus in inſolitam altitudinem evectum. Jamque non paucos rapax unda ſubmerſerat, partemque impedimentorum non exiguam vaſto gurgite abſorpſerat; cum Wolfgangus, qui Cæſarem, pro eorum temporum conſuetudine, in id bellum ſecutus erat, ad ripam fluminis acceſſit: commotus tam præſenti diſcrimine, oculos, manusque ad cœlum tollit, ſibique ac ſuis bene precatus, flumen transmitti ſine mora jubet. Sed enim major obſequio metus erat; & quanquam a tergo inſtaret hoſtis, ferro potius, quam inſanis fluctibus crediturí ſpem

Ottonem II. in bellum Gallicum aſſectatur.

(A) Diplom. *Ottonis II.* Imperat. datum *Piligrino* A. 976. ſupra relatum.

(B) Diplom. Otton. II. Imper. datum *Piligrino* A. 977. ut vult Hund. in Metrop. T. 1. pag. 201. qui fragmentum ejus refert ſuis verbis. „Idem „ ille *Otto* conſtituit *Piligrinum* hunc „ Archiepiſcopum Laureacenſ. Eccleſiæ, deditque pro reparatione civitatis, quam ipſe *Otto* ab hoſtibus „ captam denuo devaſtarat, quoddam prædium juris (inquit ipſe) „ noſtri *Aneſpurck* nominatum, quod „ quondam venerandæ recordationis „ *Adalbertus* Patavienſis Eccleſiæ Antiſtes, ex maſſa patrimonii S. Lauriacenſis Eccleſiæ, *Henrico* Duci piæ „ memoriæ, patruoque noſtro, tradidit in concambium in pago *Trungeu*, in ripa *Anaſi* fluminis, decemque regales huobas in occidentali „ parte prædicti fluminis *Anaſi*, in „ quadam noſtri juris villa, nomine „ *Lorach*, cum omnibus, & pertinentiis: ſicut enim, (inquit *Otto* Imper.) priſcis temporibus S. Laureacenſis Eccleſia, quæ extra murum „ in honorem S. Stephani, ſanctique „ Laurentii Martyris conſtructa & „ dedicata eſt, ante diſſidium, & deſolationem regni Bojariorum, Mater Eccleſia, & Epiſcopalis ſedes „ fuit, ita deinceps priſtino honore „ ac dignitate, Canonica autoritate „ perfruatur, quam & præſenti præcepto noſtro renovamus, atque roboramus, & jam ſæpe dictæ *Laureacenſ.* Eccleſiæ venerabilem *Piligrinum* reintronizamus Antiſtitem, „ quatenus amodo tam ipſe, quam „ omnes ſui ſucceſſores *Laureacenſes* „ fiant, & nominentur Pontifices. „ Datum Non. Octob. Anno Domini 977. Indict. VI.

(C) Herman. contract. An. 978. „ *Otto* Imperator contra *Lotharium* Regem Gallias invadit. „ Lamb. item Schaff. refert, hæc ad A. 978. uti & Sigebert. qui rem fuſius enarrat. Annal. Saxo A. 977. „ *Lotharius* „ Rex Francorum Lotharingiam recipere volens, *Aquiſgrani* palatium, „ & ſedem Regiam præſumpſit invadere - - quem abeuntem *Otto* Imperator celeriter inſecutus, usque „ *Pariſius*, nullo ſibi obſiſtente pervenit, devaſtatis omnibus, atque incendio conſumptis. In redeundo „ autem circa *Axonam* fluvium partem impedimentorum amiſit. „

ſpem ſuam videbantur. Ergo cum fruſtra eſſet ſancti vox Præſulis, DEI, quod frequens illi in ore erat, nomine invocato, flumen primus ingreditur, vadumque ſe ſequentibus feliciter retegit: & emerſere miſeri exercitus ſalvæ reliquiæ, vocemque in DEI laudes uno conſenſu contulere. (A) Ea res mirum quantum conceptam de Wolfgangi ſanctitate opinionem auxit, Ottoque Cæſar in Germaniam reverſus, referendæ locum gratiæ, quem ſanctus Præſul eidem præbuit, libens arripuit. Deduxerat ſanctus Præſul Bojorum coloniam in Auſtriam inferiorem, locumque ad Erlafam fluvium multis jam annis cultu vacuum, & ab accolis Steininchirchen appellatum, habitandum illis tribuit: Sed cum ab Hungarorum excurſionibus nunquam non metus eſſet, petiit ab Ottone Cæſare Wolfgangus, ut ad tuendas ſuæ Eccleſiæ per Auſtriam poſſeſſiones, caſtellum Zwiſilæ, inter utramque Erlafam, extruendum ſibi permitteret. Id non modo prolixe a Cæſare conceſſum, ſed agrorum etiam modus ſat amplus, cum ſylvis, pratisque Ottonis liberalitate adjectus. (B) Hæc Zwislburgenſis caſtri origo 979

A. C.

Axonam fluvium primus transmittit.

Steinenkirchium in Auſtria,

& Zwislburgum condunturi

(A) Biograph. S. Wolfgangi apud Mabil. Sæc. V. T. VII. cap. 32. & clarius apud Surium ad 31. Octob. „Cum „ *Otho* ſecundus Imperator ob illatam „ ſibi injuriam, Franciam hoſtili animo, & manu ingreſſus, *Lutetiam* „ uſque perveniſſet, in reditu ad fluvium quendam pervenere, cujus „ aquæ intumuerant, ita ut multi illic ſubmergerentur. Ubi vero beatus Antiſtes cum ſuis eo pervenit, „ tam præſenti periculo commotus, „ ſuſpexit in cœlum, & tum ſibi, „ tum ſuis bene precatus, atque benedicens, juſſit ſuos incunctanter „ tranſire flumen. Sed illis adhuc „ cunctantibus, & Francis interim a „ tergo acriter inſtantibus, ille primus in nomine Domini, quod ſemper in ejus verſabatur ore, flumen „ ingreſſus, ſuos animavit, nec quisquam eorum ullum expertus eſt „ periculum. Tum vero omnes id „ admirantes, præ gaudio in DEI „ laudes eruperunt. Sed vir humillimus, ne id in publicum efferrent, „ obnixe eos rogavit. „

(B) Diplom. *Otton. II.* datum *ſancto Wolfgango* Ratisbon. Epiſcopo A. 979. apud Hund. Metrop. T. I. pag. 168. & Bern. Pezium Anecdot. T. I. ex Codice Ratisb. Col. 65. „ Vir venerabilis *Wolfkangus Reganeſpurgenſis* „ Eccleſiæ Epiſcopus - - innotuit „ auctoritati noſtræ in terra quondam Avarorum juxta fluviolum, „ qui *Erlafa* dicitur, locum quendam, „ qui *Steinina Chiricha* nominatur, „ quem per multa annorum curricula deſertum, ipſe de Bavaria miſſis „ colonis incoli fecit. Qui ut tutiores ibi ab infeſtatione Ungarorum „ manere poſſent, petiit noſtram ſerenitatem locum quendam inter „ majorem & minorem *Erlaffam* ſitum, ubi ipſi conveniunt, caſtellum „ ad conſtruendum, qui vocatur *Zuifila*. Cujus deprecationem - - libenter annuimus, & ipſum locum „ perpetuo poſſidendum conceſſimus „ Eccleſiæ, ab eo loco videlicet, ubi „ prænominati fluvioli confluunt, „ uſque in *Ibiſa*, ubi ipſum flumen „ huic confluvio *Erlaffarum* proximum eſt, & ſurſum verſus per litus *Ibiſæ* uſque in rivum, qui dicitur *Zacha*, & per hunc uſque in „ montem, qui dicitur Sclavonice *Různic*. Ab Orientali autem parte „ litus majoris *Erlafæ* uſque in montana propter *munitionem locorum* „ huic donationi terminum ſtatuimus. - - Et ſi minus, quam VI. „ regales manſi arabilis terræ, noſtri „ juris infra terminos præſcriptos inveniatur, ubi proxime juxta prædictum caſtelli locum habeamus, ex „ utraq; ripa *Erlafæ* ſuppleatur. &c. „

A. C. origo eſt, quod poſtea Ratisbonenſibus colonis adverſus Hungaros munimentum erat, Mellicenſi caſtro, quod ab Hungaris adhuc inſeſſum, toti late viciniæ imperitabat, oppoſitum. Otto interea Cæſar, vix confecta nuper cum Gal-
980 lis pace, (A) in Italiam movit, novo ibidem bello Apuliam ſibi, ac Calabriam (B) adverſus Baſilium, & Conſtantinum Orientis Imperatores aſſerturus. Sed læta belli initia exitus
982 infeliciſſimus excepit: victus prælio Cæſar Otto, amiſſo exercitu, a navicularíis captus, libertatem Sclavo negotiatori debuit: (C) quam cum aſperſam nomini ſuo maculam deleturus, novum exercitum conſcriberet; in morbum incidit ex
983 quo Romæ ad VII. Idus Decembres A. DCCCCLXXXIII. deceſſit, (D) Ottone tamen filio, coactis nuper Veronæ comitiis ſucceſſore Imperii prius deſignato. (E) Audita Ottonis II. morte, Henricus Dux quondam, e Trajectenſi exilio in Bavariam continuo advolavit: acceptus pronis omnium popularium ſtudiis, & haud dubius jam Bojoariæ Dominus, regno etiam Germaniæ imminebat, niſi Francorum, Saxonumque pro Ottone III. ſtudia ad quietiora eum conſilia adegiſſent. (F) Reſtituto igitur Matri, Germaniæque

Ottoni II. ſuccedit Otto III. filius.

(A) Chron. Wilhel. Nangii A. 980. „ *Lotharius* Rex Francorum contra voluntatem principum regni ſui Remis pacificatus eſt cum *Ottone* Imperatore. „ Idem narrat Sigebert. A. 980.

(B) Chron. Wilhel. Nangii A. 980. „ *Otto* Imperator Italiam repetit evocatus a Papa, ut Eccleſiæ ſuccurreret: ubi Apuliam & Calabriam Italiæ provincias ad jus Imperii Græcorum appendentes ad Imperium Rom. conatus transferre, maxime propter affinitatem, quam occaſione uxoris ſuæ *Theofaniæ* cum Græcorum Imperatore habebat. „ Sigebert. iisdem pene verbis hæc ad A. 981. refert.

(C) Sigebert. A. 982. „ Græci infenſi quod Imperator *Otto* provincias Græcorum invaderet, conducto ſibi Saracenorum auxilio, Imperatori in Calabria bello congrediuntur, in quo bello omnes Romanorum copiæ uſque ad internecionem pene deletæ ſunt. Imperator natando nitens evadere, a nautis ignorantibus eum capitur, & a quodam eorum, qui negotiator *Sclavorum* erat agnitus, nec proditus - - per *Sclavum*, & Epiſcopum (*Deotericum* Metenſem) liberatur: nautis quippe ad pecunias pro eo redimendo allatas inhiantibus, Imperator aſcenſo equo vix evaſit. „

(D) Sigeb. A. 983. „ *Otto* Imperator, tædio & angore animi deficiens, Romæ moritur. „ Necrol. Fuld. „ A. DCCCCLXXXIII. *Otto* Imperator Auguſtus VII. Id. Decembr. „ Eundem diem ſignat Ditmar. l. 3.

(E) Ditmar. l. 3. „ Imperator *Veronæ* placitum habuit, - - & filius Imperatoris ab omnibus in Dominum eligitur. „

(F) Ditmar. l. 3. „ Solvitur a Trajectenſi cuſtodia Dux *Henricus*, & ab eo Rex tenellus ad nutriendum, ſive ad degradandum a *Warino* Colonienſi Archiepiſcopo, cujus firmæ fidei ab Imperatore prædicto is coñiſſus fuit, aſſumitur. „ Wolfherrus in vita S. Godehardi Epiſc. Hildesheim. c. 1. „ *Henricus* Bajoariæ Dux, pater *Henrici* Imperatoris - - in ſpem regnandi arrogantiæ furore incaſſum elatus, herilem filium, dignum DEI ordinatione Regni hæredem opprimere, ſemetque in Monarchiam regni ſuadente Sacerdote, conatur erigere. Cujus tamen nugalis machinatio, a primoribus regni, DEUM ſane timentibus, & maxime a *Willegiſo*, Metropoli-

proceribus Ottone Rege puero, quem Warino Colonienſi Archiepiſcopo, ejus Tutori deſignato, quadrimum eripuerat; receptaque, quæ poſt Ottonis Suevorum, ac Noricorum Ducis mortem, Ottonis adhuc II. voluntate, Henrico Bertholdi filio collata erat, (A) Bavaria in mutuam ſtabilemque pacem utrinque conceſſum eſt. (B) Has inter Germaniæ turbas Auſtriæ noſtræ quietæ eſſe non licuit: ſive enim civilis aliquis turbo Burchardum Marchionem præfectura ejecerit; ſive mors maturum jam ævi a Gubernaculo amoverit, (C) deſtituta præſidio jacebat Auſtria, & qua parte Pannoniæ eſt proxima, crebris Hungarorum populationibus, prope in ſolitudinem redacta. (D) Ea calamitas, cum omnes premeret, nulli tamen nocentior extitit, ac Piligrino, qui, quorum ſaluti ſtuderet maxime, eorum armis unus præcipue petebatur. Nullum erat niſi in Cæſare, eoque adhuc puero, præſidium; ſed principum, qui Ottonis pueritiam regebant, eximium pro communi re ſtudium opem tam præſentem rebus attulit, ut formidoloſa illa tempeſtas in magnam, atque adeo perpetuam tranquillitatem verteret.

A. C.

Auſtria inferior ab Hungaris evaſtata.

LIBER

„ politano Moguntino, & *Bernardo* „ Duce Saxonico pacifice ſedatur, eique poſt multa apta, & inepta - - „ priſcus Ducatus redonatur. In proximo autem Natalis Domini die „ *Otto* tertius puer, coronam regni a „ prænominato Metropolitano, honorifice percepit. „

(A) Añal. Saxo. A. 982. „ *Otto*, Dux „ egregius filius *Liudolfi*, fratruelis *Ottonis II.* nuper reverſus a prælio Sarracenorum, imatura morte obiit. „ Confirmat id Lamb. Schaffn. ad h. a. Añal. Saxo A. 983. „ Imperator Veronæ placitum habuit, & *Henricus* junior, filius *Bertholdi*, exilio ſolutus, „ Dux Bawariæ conſtitutus eſt. „

(B) Ditmar. l. 4. „ Moguntinæ tunc „ proviſor Eccleſiæ *Willegiſus*, cum „ Duce *Conrado*, Cæſarisque optimatibus huc venit (*Weſenſtadium.*) „ Hos Dux, quibuscunque valuit modis, ſibi conjungere tentans. -- Coactus eſt futuri timore duelli cum „ juramentis affirmare, ut III. Cal. „ Julii ad locum, qui *Rara* vocatur, „ veniret, puerumque Matri ſuæ, illisque redderet, „ & poſt alia interjecta. „ Regis gratiam *Francofurti*, & „ Ducatum dedititius promeruit. „

(C) De *Burchardo* Marchione Auſtriæ, nusquam poſtea fit expreſſa mentio: Ditm. l. 3. & Annaliſta Saxo ad A. 982. inter cæſos in acie, pugna illa fatali, qua Otto II. a Saracenis victus eſt, hæc habet: „ Ad ſupplementum exercitus ſui „ Bawarios, & Alemannos vocavit (*Otto II.*) „ - - - ſed illi (Saraceni) ex improviſo collecti noſtros unanimiter incurrunt, eosque „ paululum reſiſtentes proſternunt III. Id. „ Julii *Richarium* ſigniferum, *Vdonem* Ducem, Comitesque *Thietmarum - Bezelinum* cum *Burchardo* & *Dedone* & *Conrado* &c. „ Necrolog. Fuldenſe in excerptis apud Leibnit. T. III. hæc habet: A. 981. „ Burghart. comes. „ Ut adeo neſciam an de noſtro, & quoto anno, ſermo ſit. Nam dintius præfuiſſe Auſtriæ, Leopoldus ex Babenbergicis primus, Auſtriæ ſubinde præfectus, non finit: niſi dicatur, geminos fuiſſe, ut alias nonnunquam, uno tempore Marchiones, quod verisimile non videtur. Licet Aventinus l. 5. ejus vitam ad Imperium Otton. III. proroget.

(D) Conſtat. ex Diplom. *Ottonis III.* dato A. 985. *Piligrino* Paſſavienſi Antiſtiti apud Hund. Metrop. T. 1. pag. 240. „ *Piligrinus*, ſanctæ Patavienſis Eccleſiæ venerabilis Præſul, Epiſcopatus ſui pertinentiam in „ *Orientali plaga*, Barbarorum limiti adjacentem, creberrima eorum devaſtatione infeſtari, noſtræ conqueſtus eſt pietati: a quibus etiam barbaris, *moderno* quoque *noſtri regni tempore* miſerabili lamentatione adjecit, tam irrecuperabili ſe damno læſum in „ interfectione, & direptione Eccleſiæ ſuæ „ familiæ præter innumerabilia deprædationum, & incendiorum diſpendia, ut absque „ habitatore terra Epiſcopi ſolitudine ſylveſcat. „ Not. ex Aloldo A. 972. „ Interea tamen *Oſterrichiam* (*Geiſza*) a Majoribus ſuis ex maxima parte occupatam, non „ dimiſit, ſed conſtanter retinuit. Neque „ ſuos ibi commorantes prohibere valuit ab „ excurſibus & prædis, ad quas in reliquam „ adhuc terram Auſtralem ſæpe, quaſi ex inſidiis excurrerunt. „

LIBER QUINTUS.

A. C. MArchionum in Auſtria dignitas, ævo jam Caroli Magni cœpta, per diverſas fere, ignotasque nobis familias ad id tempus vagabatur. At quod deinceps nobis decurret ævum, unius Babenbergicæ gentis Principes Auſtriæ Marchiones, Ducesque dabit. Primum, qui eam dignitatem ſuæ familiæ intulerit, Leopoldum fuiſſe, ſatis conſtat: (A) cujus conceſſu Principis; id in controverſia poſitum. (B) Plerique olim Præfecturæ ejus primordia, ad Henricum Regem, cognomento Aucupem, qui Germaniæ ab undeviceſimo ad ſextum ac trigeſimum ſeculi hujus annum imperavit, retulerunt: (C) veterem ſecuti fabulam, quæ Auſtriam arcus venanti Regi in tempore oblati præmium facit. (D)

Babenbergicæ ſtirpis Marchiones in Auſtria.

Quando cœperint.

(A) Chron. Zwetl. Anonym. Leob. Bernardus Noricus in Chron. Bavariæ. Haſelbach, Sundheim: in Tab. Clauſtro-Neob. Cuſpinian. in ſua Auſtria. Laz. de Migr. Gent. Bonfinius Dec. 1. L. 10. Brunnerus Boic. P. II. L. IV. ceterique.

(B) Conſ. V. Cl. Hieron. Pezius T. 1. Diſſert. V.

(C) Chron. Zwetl. Anon. Leob. Bernardus Noricus in Chronico Bavar. Arenpeck in Chron. Auſtr.

(D) Conradus de Witzenberg in Chronico Veter. Auſtriæ Marchionum apud Hier. Pez. T. 1. Col. 291.

„ Primus itaque Terræ hujus noſtræ,
„ quæ *Auſtria*, Marchio fuit L. I. ---
„ qui, quomodo terram hanc obti-
„ nuerit, ſic accepimus. Dum adhuc
„ adoleſcens die quadam in venatio-
„ ne per avia ſecutus fuiſſet Imperatorem -- ſolum ſcilicet ſolus, &
„ ille feram percuſſurus, arcum fortius adtrahens comminuiſſet; juvenis arcum ſuum, ut erat contentus,
„ manui cunctantis promptiſſime inſeruit: ſicque princeps percuſſa fera, ſupra alacritate adoleſcentis delectatus, ſub authoritate Regia promiſit ei terram, quam ſibi proximе vacare contingeret, ipſique
„ competeret: atque pro memoria & confirmatione promiſſi, quia nullus interfuit, dedit ei arcum contritum. Non multo poſt tempore
„ mortuo Marchione Auſtriæ, cum
„ multi procerum, quisque pro ſe
„ inſtarent Imperatori, prorumpens

„ in

Sed enim huic opinioni, ut parum rebus, ac temporibus congruenti, ætas hæc noſtra jam fidem abrogavit. A. C.

Alii haud paulo veroſimilius Leopoldi Babenbergici in Auſtriam adventum in Ottonis Primi, Magnique tempora conjiciunt: (A) nam & poſt illatam ab Henrico, ejus fratre, Hungaris cladem, caſtra in hoſticum promota ſunt: (B) & deletis ad Auguſtam gentis totius viribus, pronum Ottoni erat victoriam proſequi, hoſtesque intra Pannoniæ ſuæ limites cohibere. (C) Sed quod anno adhuc CMLXXIII. Burchardus in Auſtria Marchio; (D) & decennio poſt Leopoldus Tonagovienſis Comes fuiſſe, (E) Cæſareis in litteris legatur: dubium eſſe poteſt, num ante tertium, quartumve, & octogeſimum ſeculi hujus annum ad regendam Leopoldus Auſtriam ſit translatus.

Leopoldi I. Marchionis genus.

Qui parentes illi, qui majores, non minor controverſia. Babenbergica ortum gente, unum ſi Aventinum demas, (F) omnes fatentur: eaque ſententia Ottonis, Friſin-

„ in medium juvenis cum adteſtatione
„ ne fracti arcus, regalis promiſſionis petiit executionem. Cui Princeps nihil moratus, induſtriam
„ ſuam commemorans, auctoritate
„ regia Marchiam traditam confirmavit. „ Quantum narrationi tribui huic poſſit, inde conjicias: quod *Leopoldus* anno, ut iſti volunt, CMV. ex *Adalberto* Babenberg. natus, anno adhuc 994. atque adeo pene nonagenarius, tam vegetus eſſe debuiſſet, ut ex *Auſtria Wurzburgum* profectus eam, qua lethaliter vulneratus eſt, noctem, ludendo cum militibus ſuis exigere voluerit: filiosque poſt ſe reliquerit *Popponem*, & *Adalbertum*, quorum alter ad A. 1047. alter ad annum uſque 1056. ſuperſtes fuerit. Abeſſe præterea a laudata *Henrici* Regis prudentia longius videtur, ut tam levi de cauſa, *Leopoldum* pene adoleſcentem in Provinciam omnium periculoſiſſimam, adverſus Hungaros, toti Germaniæ formidatos, mitteret, & quæ plura ſunt his ſimilia, quæ fidem a cordato lectore vix impetrabunt.

(A) Aloldus ad A. 943. Fuggerus in Speculo Honoris Auſtr.

(B) De clade ſub *Bertholpho* Bavariæ Duce A. 943. Ungaris illata ſcribit Hepidan. & Herman. Contractus. De *Henrico* vero *Ottonis I.* fratre Sigebertus ad A. 984. „ Dux Bajoariæ *Hen*„ *ricus* - - Hungaros bis ſuperat. „ Et Hroswitha Gandersheim. in Panegyr. Oddonum.

„ Inſuper & primus Chriſti bene nomine tutus,

„ Ejusdem populi (Hungar.) patriam petiit ſceleroſi. „

(C) De hoc actum eſt ſupra ad Annum 955.

(D) Conſtat ex literis Ottonis II. quas refert Hundius in Metrop. Salisb. T. 1. p. 200. datas A. 973. quibus confirmatur donatio. „ Vinea„ rum in *Wachow* (*ſupra Crembſium in* „ *Auſtria*) in Comitatu Reverendi „ Marchionis *Burchardi*. „

(E) Diploma Ottonis II. datum An. 983. apud Bern. Pezium T. 1. Anecdot. Cod. Ratisbon. Col. 61. „ Hæc ſunt loca, id eſt: *Alpurc*, & „ *Perc* cum mancipiis in pago *Tonab*„ *gevvi* in comitatu *Luitpaldi*. - - „ Non. Julii anno Incarnat. Domini„ cæ DCCCCLXXXIII. Regni ſe„ cundi *Ottonis* XXV. Imperii autem „ XV. Indict. XI. Actum feliciter „ Veronæ amen. „

(F) Aventin. Boic. l. 5. pag. 306. „ *Luitpoldus* filius *Eberhardi*, nepos *Ar*„ *nulphi* Ducis, pronepos *Luitpoldi* ab „ Ugris occiſi, amitinus *Hainrici* Re„ guli Bojorum, *Orientalem limitem* „ adverſus *Ugros* adminiſtrare jube„ tur. Ita ego quidem apud quos„ dam lego: verum quod ad imagi„ nes majorum ſpectat, diligentius „ inquirendum cenſeo: quæ ego ac„ cipio, tranſcribo, non tamen om„ nia certo ſcio. „

A. C. ſingenſis Epiſcopi, quem ex eadem familia Scriptorem habemus & nobiliſſimum, & doctiſſimum, ætate jam obtinuit. (A) Verum in aſſignanda progenitorum ſerie non eadem eſt concordia. Inter plures pugnantesque authorum ſententias duæ maxime eminent. Harum prior unius Aloldi Pechlarienſis, qui Adalberto, Auſtriæ Marchioni ex Babenbergicis tertio, a ſacris obſequiis fuiſſe ſe ſcribit, teſtimonio nititur. Is igitur, qui multa, ſi Ortiloni credimus, ex Adalberto, Principe ſuo, audierit, videritque ipſe plurima, (B) Leopoldi I. origines ſic tradit. Anno, inquit, CMVIII. quo tempore Ludovicus III. Germaniæ imperabat, Adalbertus Babenbergicus, Henrici Franconiæ Ducis filius, poſt diuturnas cum Haſſiæ Comite Conrado, fratribusque dimicationes, cædesque ac rapinas fraude Hattonis Moguntini captus, Regis voluntate capite mulctatus eſt. (C) Erat Adalberto filiolus, quinto abhinc anno ex Brunhilde, Ottonis Saxonum Ducis filia, prognatus, qui patrem nomine referebat. Mater in tanta calamitate inops conſilii, in Saxoniam ſe recepit, ſuam, filiique orbitatem Henrici fratris, ac poſt Germaniæ Regis, præſenti conſilio, opeque ſolatura. Hic interim adolevit puer, bellicamque indolem a parente hauſtam, Henrici avunculi exemplis ad militarem ſcientiam erudivit. (D) Ea res illi vita ſtetit, quam annos vixdum triginta natus, Merſeburgenſi cum Hungaris prælio A. CMXXXIII. victor amiſit, magno avunculi Regis dolore, qui ſtrenuæ ea pugna operæ ſpectator

Leopoldi I. Marchionis Majores.

(A) Otto Friſing. l. 6. c. 15. „ Ex „ hujus *Alberti* (decollati) ſanguine „ *Albertus*, qui poſtmodum *Marchiam* „ *Orientalem*, id eſt, *Pannoniam ſuperiorem* Ungaris ereptam, Romano „ Imperio adjecit, originem duxiſſe „ traditur. „

(B) Fr. Ortilo in Proœmio. „ Ego „ vero me errare potuiſſe non puto: „ quia has Notulas exſcripſi ex libro, „ qui vocatur: *Chronica Illuſtris ſtirpis* „ *Babenbergicæ in Oſterrichia dominantis*: „ quam conſcripſit Vir ſapiens, & Reverendus *Aloldus de Peklarn*, Capellanus quondam *Adalberti* Marchionis Tertii Babenbergici Auſtralis. „ - - - Sine dubio hic Scriptor verus & fidelis eſt, qui ultima, multis annis ipſe vidit, priora vero a „ ſuo Principe didicit. „

(C) F. Ortilon. Not. ex Aloldo Peklarienſi. „ Anno DCCCCVIII. Imperabat Germaniæ *Hludowicus* Tertius, ſub quo eodem anno *Adalbertus*, Illuſtris Comes de *Babenberg*, „ Filius *Hainrici* Franciæ Orientalis „ ducis, poſtquam bellum ac prædas „ ſuas multis annis continuavit, neque ab Imperatore ſubigi potuit; „ tandem per *Hatonem*, Epiſcopum „ Moguntinum, ſuis fraudulentis verbis inductus eſt ad Regem: ubi pro „ nece *Chunradi* Haſſiæ Comitis - - „ nobile caput ſub enſem carnificis „ dare debuit. „

(D) Not. eædem ad A. 908. „ *Adalbertus* ejus Filius, quinquennalis „ puer cum Matre *Brunhilde* filia *Ottonis* Saxonis, quia omnia bona Patris ſui tracta fuerunt ad fiſcum Regis, fugere debuit ad *Hainricum*, „ poſtea Imperatorem, dictum *Aucupem*, cujus ex ſorore *Babæ* Nepos „ fuit. Hic Patris ſui generoſum „ ſpiritum cum ſanguine hauſit, & „ eum pariter in filium ſuum *Liupoldum* transfundebat. „

tor ipſe, & teſtis affuit. Sed is luctus curam Regis magnope re acuit ad Leopoldum, quem decennem Adalbertus reliquerat, filium omni charitate fovendum. (A) Atq; is puer eſt, qui Auſtriæ poſtea datus Marchio, Babenbergicæ gentis Principes ea in Provincia propagavit. Nam cum A.CMXLVIII. Rudigerus II. Auſtriæ Marchio deceſſiſſet, Otto Magnus, qui unus videbat maxime, quanti referret ad Germaniæ ſalutem univerſæ, cujus fidei Pannonici ejus limitis præfectura traderetur; orbatæ Marchione Auſtriæ conſulendum mox putavit. Erat in omnium oculis Leopoldi Babenbergici præclara indoles, nec patris, avique memoria adhuc mente exciderat. Ergo ut & illuſtrem familiam in priſtinæ dignitatis gradum reponeret, & patris merita in filio ornaret, Leopoldum Auſtriæ Marchionem renunciat: (B) quam ille Provinciam, anno mox ſequenti adiit. (C) Hactenus Aloldus, ſeu verius, qui ſua eum in adverſaria retulit Ortilo. (D) A. C.

Ejus in Auſtriam adventus.

Plana hæc omnia, & rem ex Scriptoris fide arbitranti, minime incerta. Sed quod Burchardo Marchioni nullus in Auſtria locus ſub Ottonis II. tempora relinquatur: (E) quod excluſis Erneſto, ac Adalberto filiis, Henricus ſolum

(A) Not. ex Aloldo ad An. 933. „ Glorioſus Rex *Hainricus* - - Hunnos innumerabili multitudine in „ Germaniam irruentes, apud *Merſeburg* cruenta ſtrage delevit. In hoc „ prælio *Albertus de Babenberg* fortiſſimo enſe cum multo favore Regis „ depugnavit. Sed enſe hoſtili cadens, Regi & Patriæ vitam immolavit. Quanto deinde magis Rex „ Nepotem ſuum *Albertum* doluit, „ tanto magis Pro-Nepotem ex eo „ *Liupoldum*, quem decennem reliquerat, dilexit; ſed & *Otto* Filius „ Regis. „

(B) Not. ex Aloldo ad An. 943. „ *Rutgerus* prædictus (II.) obiit: & „ vacavit *Marchia noſtra*. Tunc *Otto* „ Magnus eam *Liupoldo Babenbergico* „ contulit: ut ſuam, & Patris virtutem, & fortitudinem, & merita digno præmio coronaret, & nobiliſſimam ſtirpem in congruum ſublimitatis gradum reſtitueret. „

(C) Not. ex Aloldo ad An. 944. „ *Liupoldus* itaque hoc anno in hanc „ terram adveniens, Hunnorum irruptionem, & hoc, & quarto poſtea anno impedivit, provide omnia Regi, & vicinis celeriter per „ nuncios prodens, quæ ipſi moliebantur: ut unusquisque ante fores „ ſuas ſolicitus excubaret, & hoſtis „ inhumanus introitum non reperiret. „

(D) Fr. Ortilo in Proœm. „ Ego itaque *Ortilo*, pauper, & minimus „ Monachus in hac valle beatæ MARIÆ in *Lilienveld* - - quia ſcriptor „ ſum, habui cedulas plures de membranis remanentes. Hæc fragmenta ne pereant, puſillum libellum „ iſtum cœpi conſcribere in remedium brevis, & incertæ hominum „ vitæ, & labilis memoriæ. - - Dudum a me collectas Notulas hic „ propono de Illuſtribus, & primis „ Progenitoribus Babenbergicis, eorumque adventu in Auſtria, & glorioſis meritis in hac Patria. - - Ego „ vero me errare potuiſſe non puto, „ quia has Notulas exſcripſi ex libro, „ qui vocatur *Chronica Illuſtris ſtirpis Babenbergicæ in Oſterrichia dominantis*: „ quam conſcripſit vir ſapiens, & Reverendus *Aloldus de Peklarn*, *Capellanus* quondam *Adalberti* Marchionis „ tertii Babenbergici Auſtralis. „

(E) De *Burchardo* Marchione paulo ante dictum.

A. C. ſolum, ac Poppo Leopoldo liberi ab Aloldo tribuantur: (A) quod confuſa ſemel, iterumque conjugum nomina a ſcriptore, ut ipſe ſe vocat, domeſtico, & permixta ſint; (B) affirmare non auſim, nec ante conſenſum literati orbis Aloldo adverſus Ditmarum, Wipponem, Ottonem Friſingenſem, ceteraque indubitatæ antiquitatis monumenta ſubſcribere.

Et ſane arduum eſt credere, Ottonem Magnum, id ſapientiæ Principem, Pannonicum hunc limitem, omnium per id tempus periculoſiſſimum, & quotidianis Hungarorum incurſibus expoſitum, viginti annorum juveni (tot enim non amplius numerabat Leopoldus, A. DCCCCXXIII. natus) demandare voluiſſe. (C) Neque vero facile dictu eſt, qui nomen *Illuſtris*, quod, teſte Aloldo, a rebus geſtis retulit, conficere ſibi potuiſſet; ſi anno jam quarto ac quadrageſimo in provinciam miſſus, vix octogeſimo ejus ſeculi, Provinciæ ſuæ fines ultra Mellicium protuliſſet. (D) Erat eo ipſo, quo regendam Auſtriam ſuſcepiſſe fertur, tempore, magna rei gerendæ opportunitas Hungaris hoc, & ſuperiore anno, nunc ad Traunam fluvium, nunc in Carentania, magna clade fractis: (E) erat quarto poſt anno, quo tempore Henricus, Ottonis Magni frater, cæde, fugaque perculſos hoſtes, intra ſuas adeo ipſorum ſedes conſiſtere quietos non eſt paſſus. (F) At vero poſt internecinam illam in Vindelicia cladem, quæ univerſæ gentis vires ita proſtraverat, ut vallis ac ſudibus Pannoniæ ſuæ aditus muniendos ſibi putarit: (G) Quid cauſæ erat Leopoldo, ſi jam

(A) De *Erneſto* & *Adalberto* filiis ad A. 994. & A. 1018. ſermo erit infra.

(B) De *Swanehilde* recurret mentio A. 1018. & 1075. De *Froiza* ad A. 1041. quarum hæc *Adalberti*; illa *Erneſti* conjux in literis apud Philibertum Huberum, & Reverendiſſimum Abbatem Gottwicenſem, ſuo loco adducendis appellatur, contra ac Aloldus, earum Capellanus, velit.

(C) Ex Aloldo paulo ante relato.

(D) Ex Aloldo paulo ante relato, & mox afferendo.

(E) Chron. Salzburg. ad A. 942. „ *Ungari* in Bavaria in *Troungoeu*, a „ *Bertoldo* Duce occiſi ſunt. „ Hepidannus ad A. 943. „ Omnis *Agarenorum* exercitus a *Bajoariis* occiſus „ eſt. „ Herman. Contract. ad A. 943. „ *Hungari* cum *Bajoariis* pugnant, & „ vincuntur. „ Annaliſta Saxo ad A. 944. „ *Hungari* a *Carentanis* tanta „ cæde mactantur, ut nunquam antea tantum a noſtratibus infirmarentur. „

(F) Sigebertus Gemblac. ad A. 948. „ Dux Bajoariæ Hungaros bis ſuperat. „ Et Hroſwitha Monial. Gandersheim. in Panegyr. Oddonum ſic canit:

„ Inſuper & primus Chriſti bene nomine tutus
„ Ejusdem populi (Hungar.) patriam petiit ſceleroſi &c.
„ Et ſic proſtratis rediit gaudens inimicis. „

(G) De hac pugna fuſe actum eſt ſupra ad A. 955. Otto Friſing. L. VI. c. 20. „ Tanta prædictos barbaros „ virtute proſtravit, ut exhinc gens „ omnium immaniſſima non ſolum „ Regnum invadere non auderet; ſed

„ &

jam tum Auſtriaco præfuit limiti, cur perculſo adeo hoſte, A. C.
nec mutire auſo, hæſiſſet tamen ſpectator otioſus, nec arma ad recuperandam, quæ a Pielaha fere fluvio ad Leytham & Arabonem veteri Pannoniæ ſuperioris limiti decerpta erat, (A) provinciam convertiſſet? At num poſt captam ſaltem, quanquam ſero, Mellicenſem arcem, optatam tandem tranquillitatem, amotis procul hoſtibus, Auſtriæ reddidit Leopoldus Marchio tam illuſtris, & veteranus? Ne hoc quidem. Conſtat enim ſatis, ad annum quartum usque & octogeſimum, Hungarorum incurſibus mediam fere Auſtriam ita vexatam ac laceratam, ut populoſus alias ager pene in ſolitudinem abiret. (B) Hæc ſane conciliari cum Leopoldi Illuſtris gloria, ſi quarto ac quadrageſimo ſeculi hujus anno jam præfectura Auſtriaci limitis potitus eſt, ægre poſſunt.

Altera, vulgata jam, & a viris doctis recepta, Leopoldo Babenbergico Adalbertum quoque parentem ſtatuit, ſed Marthalenſem, a paterni juris caſtro eo cognomine appellatum, ſpectatæ virtutis virum, & bello, quod Otto Magnus in perduelles geſſit, fide, manuque inclytum. (C) Adalberto huic patrem Bertholdum; iſti Henricum, Adalberti, quem ſub A. DCCCCVI. capite multatum ſcripſimus, fratrem tribuit: in Henrico Francorum Duce, tanquam communi generis authore cum Aloldo congruit. (D)

Rem omnem adjecta, quæ ſtirpis Babenbergicæ ſeriem deſcribit, Tabula meliori in lumine collocabit.

TABULA

„ & ſuum, deſperatione correpta, „ vallibus (l. vallis) & ſudibus in „ locis paluſtribus contra noſtros munire cogitaret. „ Quin ipſe *Aloldus* ad hunc annum ſcribit: „ Qua „ contritione ita defecit Hunnorum „ temeritas, ut nunquam amplius in „ Germaniam auderent redire. „ Sigebertus denique: „ Quo bello in „ tantum ſunt Hungari victi, & attenuati, ut ultra nec mutire ſint „ auſi. „

(A) Id conjici ſatis poteſt ex ſitu locorum: Nam cum *Mellicenſe* caſtrum Hungari ad A. 979. ut ſcribit Aloldus, obtinuerint; aliter fieri vix potuit, quam ut Auſtriæ eam partem omnem, quæ ad montem *Cetium* protenditur, ſua ſub poteſtate habuerint: alioquin Ungari per annos 35. uno caſtro concluſi, aut fame confici, aut imminuto ſenſim præſidiario milite, ad extrema deduci dudum debuiſſent.

(B) De hoc mox infra ex Litteris *Ottonis III.* Imp. ad *Piligrinum* Paſſav. Antiſtitem A. 985. datis apud Hundium Metrop. Salisb. T. 1. pag. 240.

(C) De *Adalberto Marthalenſi*, ſeu *Amardelenſi* ſupra actum eſt ad A. 954. ex Biographo S. Udalrici, & Herm. Contracto ad A. 953.

(D) Schema hoc Genealogicum, quod illuſtris memoriæ *Jo. Georg. ab Eckart* in Origin. Fam. Saxon. ſuper. concinnavit, his potiſſimum fundamentis nititur. *Leopoldus I.* Auſtriæ Marchio, teſte Ditmaro L. IV. p. 352. & Annaliſta Saxone ad A. 994. *Henricum* Suinfurtenſem habuit Nepotem: non ex filio, aut filia; ſed ex fratre. „ Præſul (*Berwardus* Wirziburgenſis, „ ſcribit Ditmarus) *Liupoldum* Marchionem Orientalium, & *nepotem* „ *ejus Henricum* ad Miſſam S. Chiliani - - ad ſe vocans &c. „ Frater igitur Leopoldi Marchionis Auſtriæ erat

A. C.

TABULA GENEALOGICA FAMILIÆ BABENBERGICÆ EX ECKARTO.

HENRICUS DUX FRANC.
obiit A. 886.

ADALBERTUS COM. BABENB. decollat. A. 905.	ADELHARDUS COM.	HENRICUS COM. occiſ. A. 902.

BERTHOLDUS COMES.

ADALBERTUS COMES de MERTALA, vel AMARDELA obiit A. 954.

LEOPOLDUS I. AUSTRIÆ MARCHIO obiit A. 994. UXOR RICHEZA.	BERTHOLDUS MARCHIO adverſus Bohemos obiit A. 980.

HENRICUS MARCHIO SWINFURTENSIS
obiit A. 1017.

Hanc ut uſu jam probatam, & cum rerum antea geſtarum narratione aptius cohærentem ſequi interim viſum eſt; dum ſuborta alicunde lux clarior veritatem aperiat, quam ſequamur. Leopoldus Auſtriam ingentis ſpei, quam geſta ut videtur, Sundergovienſis, ac Tonahgovienſis Comita-

erat *Bertholdus* Comes, *Henrici* Suinfurtenſis pater: ſic enim Ditmarus iterum, Merſeburgenſis Epiſcopus, L. V. p. 368. „ *Henricus* Comes, *Bertholdi*, „ amitæque meæ filius - - diu, fir„ miterque *promiſſum* Bawarii regni „ ducatum dari poſtulavit. „ Promiſſum, ſcribit, non jure ſanguinis ſibi debitum Bavarii regni Ducatum: ne quis ex Boica illum gente fuiſſe ſuſpicetur, quemadmodum nec *Henricus Moſellanus* fuit, quem Rex ſanctus per id tempus Bavariæ præfecit. Jam cum *Henricus* Suinfurtenſis, præter Schweinfurtum *Mertalam* quoque, ſeu *Amerdelam* & *Cruſinam* & *Cranam* poſſederit, ut conſtat ex Adelboldo in vita S. Henrici c. 26. & Ditmaro L. V. p. 372. nihil convenientius dici poteſt, ac quod iſta pater ipſius jure hæreditario acceperit ab *Adalberto Mertalenſi* patre ſuo, qui proinde ut *Bertholdum*, ita *Leopoldum* Auſtriæ poſtea Marchionem habuerit filium. De *Adalberti* porro parente *Bertholdo* conſtat ex Hepidanno: ſic enim ille ad A. 954. „ *Adalbero*, filius *Pertoldi*, „ & *Arnolphus*, filius *Arnolfi* Ducis, „ occiſi ſunt. „ Denique cum Otto Friſing. L. VI. c. 15. *Adalbertum* Auſtriæ Marchionem tertium diſerte ſcribat, originem ex *Adalberti* Babenbergici ſanguine traxiſſe; ſequitur *Bertholdo* huic patrem fuiſſe *Henrici* Ducis A. 886. extincti filium; non Adelardum, vel Adalbertum (hos enim liberos habuiſſe non conſtat; & ſi habuiſſet Adalbertus filium, bona paterna per Leges Imperii, fiſco addici non potuiſſent) ſed Henricum. Ita Eckartus, quem conſulere licebit in Orig. Saxon. Sup. Præfat. a §. XIII. ad XXXV.

tuum præfectura de ſe concitarat, (A) non multo poſt A. C. compotem fecit. Provinciam repererat iteratis nuperrime Hungarorum excurſibus in eum ſtatum redactam, ut everſis oppidis ac municipiis, incolis aut fuga dilapſis, aut indigna ſervitute preſſis; ſolitudinem ager alioquin lætiſſimus referret. (B) Prima igitur illi cura fuit Mellicenſi ex arce hoſtem ejicere. Geiſa hanc tenebat, aut ejus nomine præfectorum aliquis, quem Hemonem Stillam (rectene, an perperam, haud facile dixero) Scriptores nonnulli appellarunt, vir potens, & corraſis per vim, accolarumque injuriam opibus, toti late viciniæ formidandus. (C) Expeditio, in quam popularium, clientumque manus egregia certatim nomina dabat, ea felicitate cœpta, perfectaque, ut non Mellicio modo, ſed toto, quod ad Cetium usque montem patet, Norico fugitivum hoſtem exigeret. (D)

Hungaros Mellicio ejicit:

Erepto

(A) Colligi id poteſt ex gemino Diplom. Ottonis II. Imp. quorum prius datum eſt A. 979. extatque apud Hund. Metrop. Salisb. T. III. p. 273. „ Cœnobio, *Tegarinſeo* dicto, in pago „ *Sundergoe*, & in Comitatu *Luitpoldi* „ Comitis ſito. „ Poſterius datum eſt A. 983. & extat apud Bern. Pezium T. I. Anecdot. Cod. Ratisbon. Col. 61. „ Hæc ſunt loca, id eſt: *Alpurc*, & *Perc* „ cum mancipiis in pago *Tbnabgeovi*, „ in Comitatu *Luitpaldi*. „

(B) Conſtat ex Diplom. Ottonis III. Imp. Piligrino Paſſavienſi Antiſtiti A. 985. dato apud Hundium Metrop. Salisb. T. I. pag. 240. quod ſupra ad An. 983. relatum eſt. „ A quibus „ etiam (*Ungaris*) moderno noſtri „ quoque Regni tempore (*hoc eſt ab* „ *A. 983.*) miſerabili lamentatione „ adjecit tam irrecuperabili ſe damno „ læſum - ut absque habitatore terra „ Epiſcopi ſolitudine ſylveſcat. „

(C) Conradi de Witzenberg Breve Chron. Vet. Auſtriæ Marchionum. „ Ipſe autem (*Leopoldus I.*) terram „ hanc cum multo comitatu adiens, „ caſtrum munitiſſimum in monte „ noſtro (*Mellic.*) ſitum, quod homo „ potentiſſimus, nomine *Gizo*, tenebat, magna vi cepit, atque deſtruxit. „ Conſentiunt Arenpeckius in Chron. Auſtr. Sundhemius in Tab. Clauſtro-Neoburgenſ. Cuſpinian. in ſua Auſtria, ceterique. At Brunnerus Boic. P. II. L. IV. c. 2. pro *Gyſone*, *Hemonem Stillam* ponit caſtri *Mellicenſis* Dominum. Arcem *Mellicenſem*, *Caſtrum Ferreum* olim dictam, ut vult hoc loco *Arenpeckius*, vereor, ut probet. *Caſtrum* certe *Ferreum* in Hungaria fuiſſe, omnes norunt. Aloldus, qui *Luipoldi* in Auſtriam adventum jam ad A. 944. conſignat, Caſtri *Mellicenſis* expugnationem parum veroſimiliter in An. 979. differt: ſic enim ad eum annum narrat: „ Hoc itaque „ anno *Liupoldus* Marchio - - *Medilikum*, præcipuum barbarorum nidum, cum multis & fortibus militibus aggreſſus, graviter eum locum impugnavit, ac tandem expugnavit feliciter, Ungaris expulſis, „ & longe a provinciis repulſis. *Geiza* Ungarorum Dux, pacem amplius „ diligens, quam bella - - ſubditos „ ſuos mercatu diſtrahens continuit, „ ne in arma concurrentes novo furore Auſtralem hanc terram incurſarent. Sic *Marchia* iſta *Orientalis* „ deinceps ab inhumanis prædonibus „ immunis facta, quieſcere cœpit. „ Quomodo autem *Marchia iſta Orientalis* deinceps ab iis hoſtibus *immunis facta quieſcere cœpiſſet*, ſi tertio, vel quarto poſt anno, hoc eſt, *Ottonis III. regni tempore* tam miſere devaſtata eſt, ut idem *Otto III.* in laudato Diplom. ſuo teſtatur ad A. 985.

(D) Conſtat. id ex modo dictis ex Aloldo & Arenpeckio in Chron. Auſtr. „ Hic (*Leopoldus I.*) forte oppidum „ *Melicum*, una cum caſtro - - vi cepit, & potentiſſimum Dominum „ *Gyſonem* ex eo expulit, & totam provinciam ſibi uſurpavit. „ Pannoniæ tamen ſuperioris partem ab *Alberto* Marchione III. poſtea Auſtriæ eſſe adjunctam, ex Ottone Friſing. l. 6. c. 15. infra oſtendemus.

A. C. Erepto eo hoſtium perfugio, totaque, quæ ab Anaſo ad Norici fines usque porrigitur, regione Imperio reſtituta, animum continuo ad Mellicenſe caſtrum in Religionis ſacrarium convertendum adjecit Leopoldus. Itaque proximo ſtatim anno, diruta munitionum parte, templum, atque idoneum recipiendo Sacerdotum aliquot Collegio contubernium excitatum. Ea liberalitate non pacem modo Provinciæ, ſed ſtabilem ſibi etiam, poſterisque in Auſtria dominatum affirmaſſe videri poteſt. (A) Sed dum Regia illic jura ab hoſte vindicat, in amicos etiam Præſules incurrit. Late per omnem Auſtriam ſacrorum Antiſtitum, Præſulumque jura patebant; (B) Paſſavienſium inprimis Pontificum, quorum ditio, ſuperiorum conceſſu Cæſarum, per utrumque Danubii litus, ſeſe diffundebat. Verum cum ea, quæ Cetio monti proxima ejus Eccleſiæ erant prædia, Hungarorum incurſu noviſſimo miſerandum in modum evaſtata, nunc vero belli quodam jure a Leopoldo recepta eſſent; Piligrinus Antiſtes ſuæ cauſæ non defuit, ſed appellato Ottone III. vindicias ex æquo bonoque poſtulavit. Otto, ſeu qui ejus nomine Imperii res tractabant Principes, indicto Tulnam, nobile, vetuſtumque Auſtriæ oppidum, conventu optimatum, Henricos duos, Bajoariæ unum, alterum Carentaniæ Ducem, Bajoariæ item Epiſcopos, ſi Aventino credimus, cauſæ cognitores dedere, quorum e ſententia Piligrinus portorii jus ad Eberſpergam, Treiſmam, urbem ſancti Hippolyti, Ciſomurum, aliaque cum piſcatu huſonum, quem Tulnenſes cives ſui juris fecerant, adhibitis ejus rei quinque ex Boica nobilitate teſtibus, Babone Schyrenſium Comite, Mænardo, Marinhardo, Rogerio, ac Thiemone, ſibi aſſeruit. (C)

Caſtrum hoc in Collegium Canonicorum Secularium convertit.

Conventus publicus Tulnæ habitus.

(A) Notæ ex Aloldo ad An. 980. „ *Liupoldus*, cui omnes vicini gratulabantur, & *Illuſtris* cognomen tribuebant, caſtrum *Medilik*, deſtructis munimentis, mutavit in Collegium & Templum, ubi larga manu ſua plures Canonicos inſtituit. Hoc conſilio, quod DEUS dedit & probavit, Religionem & pacem firmavit: ſibi vero & poſteris ſuis *Marchiæ* hujus dominatum ſtabilivit. „

(B) De his ſparſim ſupra facta eſt mentio.

(C) Aventin. l. 5. Boic. „ *Luitpoldus* Auſtriacus Princeps, & *Chriſtianus* (*Piligrinum* dicere debuit) „ Bathavenſis pontifex jure diſceptant. *Luitpoldus* ſibi ſervire volebat prædia, quæ Bathavini Epiſcopi in *Orientali pago* poſſiderent: quædam etiam oppida Bathavienſium, ut ſua occuparat. Epiſcopus portorium in *Eberſperg*, *Traiſemam*, urbem *D. Hippolyti*, *Ciſomurum*, alia pleraque ſui templi fuiſſe, & eſſe quinque teſtibus comprobavit. Hi fuere Bojorum Dynaſtæ, *Babo* Schirorum Princeps, præfectus prætorio Bojariæ, *Mænardus*, *Marichardus* frater ejus, *Rogerius* & *Thimo*: iique rem ita ſe habere jurisjurandi religione confirmarunt. Prædia quoq; Bathavenſium omnia immunia fo-

„ re

Secundū hæc ad reparanda cetera belli damna, conversa A. C.
cura est: illud inprimis salutari consilio iis in comitiis sanci-
Decretum de coloniis in Austriam deducendis: tum, ut novi undique coloni, in exhaustam nuper incolis pro-
vinciam mitterentur. Eam in rem sublato tributorum onere,
vacatio militiæ novis colonis est promissa: ad extremum sa-
cris Præsulibus, ac Nobilibus, arces, castella, oppida ad-
versus hostes condendi, muniendique potestas facta. (A)
deque oppidis, castrisque condendis, ac muniendis. Paruisse his comitiorum decretis Austriæ optimates, (B)
tot arces, castellaque antiqui operis, suis adhuc ruderibus
visenda, argumento sunt. De colonis præterea, quos Pili-
grinus in fundos suis juribus subjectos per Austriam indu-
xerat, Ottonis III. concessu ita statutum est, ut quidquid 985
alias vectigalium ad ærarium Cæsaris ex iis rediret, id dein-
ceps Piligrino cederet, & ab ejus obitu, ad successores
Jura Ecclesiæ Passav. per Austriam. Episcopos pertineret. (C) A juribus ceteris ad recuperan-
das per Austriam Ecclesiæ suæ Decimas gradum fecit Pili-
grinus. Quæstio ea de re tribus in locis habita, Laureaci,
Mau-

„ re decretum est. Piscatio insu-
„ per husonum, quam cives *Tullani*
„ vendicarunt, sacerdoti sententia re-
„ guli Bojorum addicta est. „ Cer-
tum est tamen hoc loco Aventinum
causam *Piligrini* cum causa *Christiani*
ejus successoris, de qua infra, confu-
disse: nam *Christianus* A. 985. quo acta
hæc causa est, nondum erat Episcopus,
sed primo successit *Piligrino* An. 991.
defuncto: quo tempore *Heinricus* Dux
Carentaniæ, non amplius in vivis fuit,
A. 989. ut apparet ex Necrolog. Fuld.
extinctus. *Babonem* vocat *Principem*;
Meginhardum, *Manardum*, quos Rotu-
lus Decimationum Patavien. apud
Ludewig. T. II. *Comites* appellat: in-
nuit denique eum conventum ab *Hen-
rico* Duce Bojoariæ indictum, senten-
tiamque ab eodem latam: sed aliud
apparet ex Diplom. Ottonis III. mox
subjiciendo: ut proinde & hic solen-
ne suum tenere videatur, veris ut fal-
sa misceat. Consuli hoc loco mere-
tur M. Hansiz. T. 1. p. 226. & sequ.

(A) Aventin. ibidem. „ In eo-
„ dem concilio decretum, quando ea
„ regio Bojariæ, tædio vicinorum
„ *Ugrorum* ob horum crebras incur-
„ sationes in solitudinem redigeba-
„ tur, & (ut verbo Imperatoris *Otto-
„ nis* utar) *sylvescebat*, ut allicerentur
„ novi coloni indulgentia & largi-
„ tionibus, qui nomina sua darent,
„ terramque excolerent: tributa, mi-
„ litiæ vacationem, terram eam re-
„ purgantibus, atque incolentibus
„ remittendam esse. Novos incolas
„ omnium munium expertes fore,
„ constitutum. Dataque Bojorum
„ Episcopis, Monachis, Sacerdotibus,
„ Nobilitati, ibi castella, oppida, ar-
„ ces adversus *Ugros* construendi, mu-
„ niendique potestas. „

(B) Valentin. Prevenhueber in suo *Castro Styrensi* existimat, Castrum id sub A. 983. (rectius forte 985.) post conventum *Tulnensem* exædificatum.

(C) Diplom. Ottonis III. dat. Piligrino Passav. Episcopo A. 985. Babenbergæ. „ His igitur moti querelis,
„ militumque interventionibus allu-
„ bescentes, suspiciendæ reverentiæ
„ *Theophaniæ* dominæ Matris nostræ,
„ semper Augustæ, amborumque Ne-
„ potum nostrorum *Heinricorum*, Du-
„ cum scilicet Bavariæ, ac Carinthiæ
„ regionum, postulata eo tenore con-
„ cessimus, ut liberi, cujuscunque
„ conditionis sint, qui destinantur
„ coloni in locis pertinentibus ad san-
„ ctæ Patavien. Ecclesiæ præsulatum
„ - - - sitis in *Marku* hactenus *Luit-
„ waldi Comitis*, a nostrorum minis-
„ terialium deinceps sint districtione
„ absoluti: & quidquid noster publi-
„ cus Fiscus ab illis exigere, vel per-
„ cipere poterit, hoc totum - - ad
„ jam dictam Pontificis, successo-
„ rumque suorum utilitatem perpe-
„ tim condonamus; &c, „ Vid. Ge-
woldi addit. ad Hund. Metrop. T. 1.
pag. 240.

A. C. Mauteræ, Miſtelbachii. Decimarum jura ab Anaſo fluvio ad Comagenum usque montem ex hac parte pertinebant; iis duntaxat locis eo onere exemptis, quæ Principum munificentia in alios Præſules, ac Antiſtites eſſent diſtributa: at vero in adverſo Danubii latere, ad Marcham fere, ſeu Marum amnem ſeſe porrigebant: vindicata omnia multis, magnisque, etiam Nobilium teſtimoniis, & Paſſavienſi Eccleſiæ reſtituta. (A)

Auſtriæ oppida per id tempus nota.

His porro e rebus & illud planum fit, Auſtriam trans Danubium jam Leopoldi I. ætate, iisdem fere, quibus nunc eſt, limitibus fuiſſe clauſam; quanquam citerior ultra Comagenum, Cetiumque montem non pateret. Multa hoc loco de Auſtriæ oppidis, vicis, urbibus, caſtris, arcibusque; de Marchionum ſede, jure ac poteſtate; de forma regiminis, de nobilitate quæri poſſent: ſed longa vetuſtas, & Scriptorum inopia plerorumque nobis notitiam ſubduxit. Superiori quidem Auſtriæ, quæ Bavariæ adhuc pars erat, quod ab Hungaris, quanquam vexata, nunquam tamen penitus oppreſſa ſit, ſua conſtabant utcunque oppida Anaſſiburgum, Welſa, Eberſperga, Lincium, Puppinga, Halla, Iſchlium: iſtud octavo, nono cetera, decimoque poſt Chriſtum natum ſeculo, ex antiquis literis, monumen-

(A) Rotulus atteſtationum ſuper decimatione Eccleſiæ Laureacenſi competente: apud Ludewig. Tom. II. Col. 377. „ Notum ſit omnibus „ Chriſti fidelibus præſentibus ſcilicet, & futuris, qualiter tempore „ *Piligrini* Epiſcopi Synodo aggregata ſemel in *Lauriacenſi* Eccleſia, Oratorio *S. Laurentii* Martyris Chriſti, „ ſecundo autem in baſilica *S. Agapiti* „ Martyris *Muttarn* Orientales Diœceſanos ſuos, præſtito jusjurationis „ ſacramento, quid ſuæ ſanctæ Eccleſiæ juris in decimatione contingeret interjacentis provinciæ inter „ *Anaſum* fluvium & *Comagenum* montem, ſynodice percontans, concordi reſponſione in unam hanc convivere ſententiam, penitus videlicet, & continuatim omnem decimationem infra præſcriptos limites, *Aneſi* fluvii ſcilicet, & *Comageni* montis, ante proximam barbaricam ſuæ deſolationis devaſtationem, in ditione, & poteſtate prædictæ ſanctæ Patavienſis Eccleſiæ, „ ſibique præſidentium Epiſcoporum, „ & fuiſſe, & adhuc jure eſſe debere, „ hac tantum excepta decimatione, „ quam ab aliis poſſeſſionibus Eccleſiaſticis ex Dominica pertinentia ad „ partem uſus ubique cenſuit dari, & „ eam tantum, quam ex antiqua Regum munificentia conſtat eſſe traditam. Hæc ſunt nomina ſacramentalium. *Meginhardt* Comes, *Pabo* Comes &c. Præterea notum ſit „ cunctis, qualiter ad *Miſtilpach* habito Eccleſiaſtico placito, præfatus „ Epiſcopus *Piligrinus*, populo ſacramento obligato, ex quibus locis „ decimatio ad baptiſmales Eccleſias „ jure pertinere deberet, interrogans, „ ſub jurisjuratione promulgatum „ eſt. In primis ad *Sirnich*, hanc ex „ his locis reſpicere decimationem: „ *Garſtina*, *Sabanich*, *Strepurch*, *Rutte*, „ *Suamor*, *Rauveſeſwank*, *Tunzendorff*. „ Dehinc ad *Schenbering* decimam de „ *Willbering*, ad *Nardin* autem decimam de *Ageſt* & de *Buchnauwe*, & „ decimam Eccleſiæ *Wizmanni* ad baptiſmalem Eccleſiam *Chengelbach* pertinere debere. Inſuper vero *Piritaſchiricha* cum una dotali huba, nec non „ & prædiú ad *Neuvarn* ad jam dictam „ Patavienſem Cathedram jure pertinere debere affirmabant. Hujus „ teſtimonii ſacramentalium nomina „ hæc ſunt: *Wernher*, *Rupo*, *Eigil* &c. „

mentisque nota. (A) Non eadem Auſtriæ ſecundæ ratio, A. C. quam & Moravica, & Hungarica bella, ne caput erigeret, ad finem pene præſentis ſeculi prohibuere. Quantum tamen ex paucis publicorum documentorum reliquiis conjici poteſt. Tulna, Mautera, Pechlaria, Zwiſelburgum, Steinenkirchium, Forum ſancti Hippolyti, Zeislmaura, Artaggera, Miſtelbachium, (B) & quæ Urbis nomen, ſub Ottone III. jam geſſerat, Crembſa, antiquitatis eam gloriam jure ſibi vendicant. (C) Leopoldus, ceterique, qui eum ordine conſecuti ſunt Auſtriæ Marchiones, ſtabilemne, ac certam ſibi ſedem delegerint; an, ut cujusque ferebat animus, hoc illove in oppido, aut caſtro ſtationem fixerint, affirmare non auſim. Mellicii conſediſſe poſt exactum inde Geiſam conſtans ſatis opinio eſt: (D) ſed quod arcem eam deſtructam, ac ne unquam deinceps inſtaurari poſſet, verſam in Sacerdotū collegium, quorū duodecim illic Leopoldus Marchio primus conſtituerit, antiqua Mellicenſis Cœnobii monumenta referant; dubium movent, an eodem ſub tecto, & Provinciæ præſes, & Sacerdotum is cætus habitarit. (E)

Sedes Marchionum Auſtriæ

Jam vero de Marchionum jure, ac poteſtate, non minus implexa naſcitur controverſia: Unine Cæſari, an Bojariæ etiam Duci, quod Scriptores Boici volunt, fuerint ſubjecti. (F) Sed enim ætates cum ætatibus comparanti haud paulo expeditior fiet ad reſpondendum via. Ac ſub Caroli quidem magni Imperio quæſtio fieri ea de re nulla poteſt: quod Bavaria, ſublato Taſſilone Duce, Comites tantum, ac Præfectos, eosque nec perpetuos haberet. (G) Sub Lothario, Ludovici Pii filio, ſub Ludovico item Lotharii fratre, & Carolomanno Bojariæ Rege,

An Bavaria Ducibus obnoxia fuerit inferior Auſtria.

(A) Ex Lit. Donat. Manſeenſ. Cremifan. Paſſavienſ. Friſing. Ratisbon. Eccleſiarum apud Bern. Pezium Cod. Diplom. Rettenpacherum in Annal. Cremifan. Hundium & Meichelbeckium: nec non ex Codice MS. Lambacenſi.

(B) Ex Diplom. Regum hactenus allatis apud Hundium in Metrop. Salisburg.

(C) Ex Dipl. Ottonis III. dato Friſing. A. 995. Ind. VIII. „ In confinio proprietatis noſtræ Orientalis „ *urbis Cremiſa.* „ apud Hund. T. 1. pag. 48.

(D) Arenpeck. in Chron. Auſtr. de *Henrico*, & *Adelberto* Marchionibus: item de iisdem Suntheimius in Tab. Clauſtro-Neob.

(E) Conradi de Witzenberg: in Chron. brevi March. Auſtriæ ad *Leopoldum* Ducem. „ Caſtrum munitiſſimum in monte noſtro, quod homo potentiſſimus, nomine *Gizo* tenebat, magna vi cepit, atque deſtruxit, ibique Canonicos XII. ne „ videlicet aliqua in eo munitio reſtaurari poſſet, inſtituit. „ Idem confirmat Anonym. Mellic. in Hiſt. Fundat. Monaſterii Mellic.

(F) Andr. Ratisbon. ad A. 1156. Bern. Nor. in Chron. Auſtr. & alii.

(G) Eginhard. in vita Caroli M. c. 11. „ *Taſſilo* tamen poſtmodum „ ad Regem evocatus, neque redire „ permiſſus, neque provinciæ, quam „ tenebat, ulterius præeſſe, ſed *Comitibus* ad regendum commiſſa eſt. „

A. C. ge, mutata paulum eſt rei publicæ ratio, quod Reges ipſi, Regumque filii, parentum ſuorum perſonam utcunque ſuſtinerent: eaque de cauſa non dubium eſt, quin ut Bavaria, ita & Auſtria, & quæcunque Bojarici Regni nomine continebantur, eorum imperia venerarentur. Quanquam de Carolomanno ipſo nondum Rege, ſatis conſtat, eum, quod, ignaro Ludovico patre ſuo, Marchiones gradu moviſſet, gravem ſibi invidiam ea cauſa conſciviſſe. (A) At Ducum ceteris, qui Bavariam beneficio Regum, non jure hæreditario poſſidebant, Auſtriam inferiorem fuiſſe contributam, id vero ex vetuſtis, ſincerisque ejus ætatis monumentis oſtendi non poteſt. Nullum certe extat tota antiquitate documentum, Auſtriæ inferioris Marchionem ullum, aut creatum a Duce Bavaro, aut dignitate dejectum. Quoties deinde aut belli, aut pacis tempore, turbarum aliquid in Auſtria extitit, non Duces Boici, ſed Reges, Cæſaresque pacandam eam provinciam ſuſcepere. (B) Moti non ſemel gradu Bavariæ Duces, nihil in Marchionibus mutatum: (C) condonata a Regibus multa Cœnobiis & Epiſcopis prædia, nulla Bavariæ Ducum, niſi cum deprecatores agerent, mentione facta: (D) omnia denique per Marchiones ſic acta, tanquam Imperii, non Bavariæ nomine gererentur. Neque vero idonea ulla occurrit ratio, cur Orientis is limes Bavariæ tribuatur, quem nec Taſſilo, anteriorum Ducum ultimus, ſua ſub ditione continebat. (E) Erepta eſt Hunnis Auſtria, ſed armis Imperii, non Bavariæ: (F) recuperata ex Hungarorum manibus a Leopoldo, & Adalberto, quos Bavaros, aut a Duce Bavariæ præfectura donatos, ne Boici quidem Scriptores ipſi, ſi Aventinum demas, novitium Scriptorem, dubiumque, vindicare ſibi auſint. (G) Ut proinde, quod de quatuor iis Bojariæ limitibus, Auſtria, Styria, Iſtria,

(A) Annal. Fuld. A. 861. „ *Carlmannus* - - res novas molitus eſt, „ expulit enim duces, quibus cuſtodia commiſſa erat *Pannonici limitis*, „ & *Carentani*, atque per ſuos *Marcam* „ ordinavit: quod Regis animum, rebellionem ſuſpicantis, non parum „ commovit. „

(B) Id ſub *Arbone*, *Engilſchalco*, *Leopoldo I.* ſupra videri poteſt: & ſub *Adalberto*, & *Leopoldo Pulchro* infra patebit.

(C) Præter *Arnulphum*, *Eberhardam*, expulſi, aut gradu moti ſunt *Henricus* Rixoſus, *Conradus*, *Otto* Bavariæ Duces, ut ſuis locis videbitur: nihil in *Auſtriæ* Marchionibus mutatum.

(D) Exemplo ſunt literæ Donationum a Regibus, & Imperatoribus factarum ex fundis Auſtriæ apud Hundium, in Metrop. Meichelpeckium in Friſing. Hiſt. Bernardum Pezium in Codice Diplom. Ratisbonenſi, Tegernſeenſi, Manſeenſi; apud Ludewigium in Reliqu. MS. &c.

(E) Fragm. Annal. Franc. apud Caniſium ad A. 791. „ Nam is fluvius „ (*Anaſus*) inter *Bajoariorum*, atque „ *Hunnorum* terminos medius currens, certus duorum Regnorum „ limes habebatur. „

(F) Vide A. 791.

(G) Vide An. 984. & An. 1042. infra.

Iſtria, Chambia, poſtea ſic dictis, aliqui memorant, id de Bojariæ Regno, Regibusque; non de Ducibus Bavariæ, inter Licum, Anaſumque concluſæ; vel de Auſtria ſuperiore, quam reapſe, & nomine *Marchæ Bojariæ* fuiſſe, Scriptores conſentiunt, intelligendum videatur. (A) Geſtæ igitur reipublicæ ratio non Duci, ſed Cæſari reddenda erat: quæ etiam cauſa fuit, cur in forenſibus judiciis, cum adverſus jura ſacrorum Antiſtitum a Marchione tentaretur aliquid, querelæ non ad Ducem Bavariæ, ſed ad Cæſarem referrentur. (B) A. C

Regis itaque perſonam, a quo nominari ſolebat, (C) ſua in Provincia Auſtriæ Marchio, perinde ac Duces in ſuis, referebat; vicarioque ejus nomine, tum belli, tum pacis res gerebat: unde non mirum, quod Marchiones noſtri Principum titulo publicis interdum in literis ornarentur; (D) & vocati ad Imperii Comitia, pari cum Ducibus jure, inter ſummæ poteſtatis candidatos legerentur. (E) Neque defuiſſe jam tum provinciæ familias ortu nobiles, argumento ſunt Comitum nomina, quæ publicis tabulis conſignata etiamnum extant. Meginhardum, ac Pabonem ſupra retuli: (F) nec de Arnoldo, & Wilhelmo Welfenſi ac Lambacenſi Comitibus, (G) dubium relinquitur, ex

Nobilitas Auſtriaca ejus temporis.

Cre-

(A) Chron. Auguſt. ad An. 1152. Otto a S. Blaſio c. 6. & Andreas Ratisbon. ad An. 1156. Bern. Noricus in Chronico Auſtr. „ Invenitur nempe in Hiſtoriis, quod Dux *Bavariæ* „ non ſolum Principes *Oſtro-Gothiæ* „ (ſic *Auſtriam* appellat) ſed etiam „ *Iſtriæ*, *Styriæ*, & *Chambiæ* ſubditos „ poſſidebat: ad cujus nutum veniebant, & ut Dominum honorabant. „ Alii hoc de Auſtriæ *Superioris* Marchionibus explicant: alii de ſubordinatione in rebus bellicis Marchionum erga Duces, ad eum fere modum exponunt, quo Epiſcopi Archiepiſcopis ſunt ſubjecti, non ut *Dominis*, ſed ut inſpectoribus, & altioris gradus præfectura a Pontifice, cui utrique parent, ornatis: mihi *Ducatum* cum *Regno Bojarico*, quale ſub *Carolingicis* Regibus fuit, confudiſſe videntur.

(B) Vide paulo ante dicta ad A. 985. & quæ infra ad A. 1099. afferentur.

(C) Id de *Radbodo*, *Wilhelmo*, *Engilſchalco*, *Arbone*, *Luipoldo* ſupra oſtenſum eſt, patebitque ex dicendis: clariſſime ex *Leopoldo* Adalberti filio, de quo Hermannus ad An. 1043. „ *Luitpoldus Adalberti* Marchionis filius -- ab ipſo Rege Marchio promotus &c. „

(D) Conſtat ex Lit. Innocentii II. PP. ubi ſic habetur: „ Prædicti Principes *Luipoldus*, & pater ejus *Luipoldus*. „

(E) Vide infra dicenda ad A. 1125. de electione *Lotharii* Regis.

(F) Vid. Rotul. atteſtat. decimat. pag. præced.

(G) Bernard. Noric. in Appendice Chronici Laureacenſium & Patavienſium Pontificum, ad A. 971. „ Iſte „ (*Piligrinus* Epiſcopus) contulit Eccleſiæ *Crembsmunſtrenſi* prædia, quæ „ ad eum devoluta fuerunt per Comites de *Welſa*, & *Lambach*, ſcilicet *Arnoldum*, & *Wilhelmum*, circa „ *Trunam*, & *Hauſruck*, & *Aſcha*, „ *Otachero* Marchioni Styriæ, filio *Otochari*. „ Idem ibidem ad A. 992. de *Chriſtiano* Epiſcopo Paſſavienſi: „ Hic „ uſurpavit cum *Leopoldo* Marchione, „ & Comitibus *Berngero*, & *Engelberto* prædia Eccleſiæ in *Chrembsmünſter* „ in *Petenpach*, ſed tandem reſtituit, „ quæ de manu *Arnoldi* prædicti Comitis ante eripuit. „ Verum ea prædia primo A. 1099. reſtituta ſunt, ut infra videbitur.

a. c. Cremifanenſium Tabulario notis. At vero Meginhelmi per Auſtriam illuſtre plane & genus& nomen fuiſſe, ex Tegernſeenſibus monumentis liquet. Illuſtrem Comitem, & ſummæ nobilitatis proſapia oriundum Gozbertus Tegernſeenſium Præſul appellat: (A) pares fuiſſe natalibus opes, parem opibus munificentiam, (B) iisdem ex literis docemur: nam & amplum ejus in ea Auſtriæ parte, quæ Tulnenſi agro imminet, dominatum indicant; & tantam nobiliſſimi viri liberalitatem exhibent, ut in eo, tanquam communi parente, omne ſibi præſidium religioſa illa Tegern-
987 ſeenſium familia conſtituiſſe videatur. Talem experta eſt maxime, cum fames ingens per id tempus Auſtriam ac Bavariam depaſta eſſet: (C) nam & frumento, & piſcibus eorum inopiæ conſuluit; & annua deinceps liberalitate, quibus rebus poterat, eorum in ſe fiduciam provocavit. (D)

Hoc ſplendore nobilitatis, hac Marchionis in adminiſtrandis Provinciæ ſuæ rebus vigilantia, aliam brevi faciem, oppidis virisque aucta paulatim Auſtria induit. Quieſcebant anniverſarii alias hoſtes Hungari, & Geiſa Duce, Ste-

(A) Epiſtola *Gozperti* Abbat. Tegernſeenſis apud Bern. Pezium Codice Diplom. Col. 124. ſub hoc tempus data, quæ ſic inſcribitur: „ Famoſiſſimo Comiti *Meginhelmo*, ſumæ nobilitatis proſapia progenito. „ Altera ſic: „ Domno M. boni nominis „ gloria ubique diffamato *Gozpertus* „ Abbas cum ſuis confratribus ſalutem in Domino. „

(B) Epiſtola *Gozperti* Abbat. ad *Meginhelmum* Comitem. col. 124. „ Quod „ ſingulis annis petendo vos ſollicitamus, compellit nos inſtans neceſſitas, & ſolita, atque annualis „ largitio benignitatis veſtræ, quia „ vix potuimus ſcire, quid eſſent piſces, quos huſones nominant, niſi eleemoſyna veſtri. „

(C) Herman. Contract. An. 987. „ Fames magna eſt facta. „ Chron. Mell. item ad hunc annum. Sed Sigebertus ad A. 989. „ Siccitas magna vernalis, unde & ſatio primitiva impedita, & fames ingens ſecuta eſt. Nix nimia decidit, imber poſtea continuus, qui autumnalem ſationem omni modo denegaret. „

(D) Epiſtola *Gozberti* Abb. Tegernſ. ad *Meginhelmum* Com. apud Bern. Pezium Cod. Diplom. Col. 123. „ Quia „ conſolationem veſtram ſemper habuimus in omnibus rebus noſtris, „ idcirco etiam nunc, quaſi unico patri, & proprio Domino, pietati „ veſtræ querimoniam facimus de „ familia noſtra, quam in *Oriente* habemus, quæ præ penuria grani, præſenti anno ſubjacet gravi periculo „ famis, cui de parte noſtra non poſſumus ſubvenire, ſicut debuimus, „ quia in iſto anno Ceres non bene „ fructificavit nobis in locis noſtris. „ Sed petimus, ut nobis aperiatis manum ſolitæ largitionis veſtræ, & „ jubeatis nobis dari aliquantulum „ frumenti ob eleemoſynam veſtri in „ victum eorum in *Regione Orientali*, „ qua vos dominamini, ne fame penitus eos, & inedia conſumari, vel „ mori videamus. Valete. „ Et in alia Epiſtola ejusdem Col. 142. & apud Mabil. in Analect. Vet. p. 434. „ Confidentiam reſumimus de conſcientia totius bonitatis in vos. In „ *regione Auſtrali*, ſicut ſcitis, habitantes, more Monachorum, ut decet, „ a carnibus abſtinentes, captura piſcium raro paſcimur; quia piſcoſas „ aquas minime habemus. Sed ſi „ DEUS anno præſenti fœcundavit „ capturam huſonum, nobiſcum petimus, ut jubeatis largiendo communicari, ut memoriam veſtri deinceps coram DEO in orationibus „ noſtris habeamus. Valete. „

phanoque Principe filio ad Chriſtum jam adjuncto mitiora palam conſilia in animum admittebant: ſurgebant paſſim oppida, vici, caſtella, & vaſtam nuper regionem ad ornatum ſimul & populi frequentiam coronabant. Non aſſentior tamen iis, qui Berchtoldſtorffium, Gundolsdorffium, & Gumpoldskirchium, a Berchtoldo, Gundolpho, ac Gumpoldo Leopoldi fratribus, & ortum & nomen accepiſſe ſcribunt: (A) nam ut illud præteream, nullum neque Gundolphi, neque Gumboldi nomine Leopoldo fratrem fuiſſe; & Bertholdum Germanum Chambenſi & ipſum limiti præfectum, forte nec pedem unquam in Auſtria poſuiſſe: (B) quis in Pannonia Hungaris etiamnum inſeſſa, Auſtriis Comitibus, aut libuiſſe tantum exiſtimet, aut licuiſſe, ut alieno in ſolo nova prædia, oppidaque conderentur. A. C.

Piligrini Laureac. Archiep. mors.

Hæc inter Piligrinus Laureacenſis, ac Paſſavienſis Antiſtes de vitæ ſtatione deceſſit, vir ingens meritis, & Pannoniæ, in qua fidem Chriſtianam reſtituit; & Auſtriæ, in qua ex Rudigeri Marchionis familia natus eſſe proditur, grande columen, & ornamentum. (C) Succeſſor ejus Chriſtianus Epiſcopus nihil prius, antiquiusque habuit, quam ut Eccleſiæ ſuæ prædiis immunitatem a tributorum publicorum onere confirmaret, id ab Ottone Cæſare facile impetratum, non ſine nota Leopoldi Marchionis, qui fundos eos ſibi vectigales reddere ſatagebat. (D) Non eſt tamen quod 991 993

(A) Cuſpinian. in Auſtria.

(B) Eccardus in Geneal. Princip. Saxoniæ ſuperior. Præfat. §. XXIII.

(C) Necrolog. Fuldenſe: An. 991. „ *Bilegrim* Epiſcopus. „ Chronograph. Saxo A. 991. „ *Frietbericus*, „ & *Biligrimus* Epiſcopi obierunt. „ Bernard. Noric. in appendice Chron. Laureacen. & Patavien. Pontificum. „ DCCCCXCI. *Piligrinus* Archiepiſcopus Patavienſis ſedit annis XXI. „ Iſte fuit vir magnificus, & Eccleſiam ſuam ſtrenue rexit. Quæ *Barbarii* occupaverant, & deſtruxerant, „ ingenio magno, & auxilio Imperatorum revocavit. „ Hund. in Metrop. T. 1. p. 201. ſcribit famam eſſe, *Piligrinum* fuiſſe natum ex familia *Rudigeri de Pechlarn.* Idem ſentit Inchofferus in Annal. Eccl. Hungar. ad A. 979. qui ad A. 991. quo mortem ejus conſignat ad XI. Kal. Jun. hoc elogium adjicit: „ Vixit inſigne ſui „ ſeculi ornamentum, Antiſtitum decus, fortitudinis & conſtantiæ, non „ minus in propaganda fide, quam in „ tuenda Eccleſiæ dignitate exemplar „ ſingulare, ſummis Pontificibus, & „ orbis Principibus ob religionem, „ prudentiam, & doctrinam integram „ apprime charus & venerandus. „

(D) Diplom. *Otton. III.* datum *Chriſtiano* Paſſav. Epiſcop. Diaſpurgi. VIII. Id. Febr. A. 993. Ind. VI. „ Notum „ ſit &c. quomodo nos, divini amoris inſtinctu, & fidelis noſtri *Chriſtiani* Patavienſ. Eccleſiæ memorabilis Epiſcopi rogatu, quæ ſemper „ non parvam moleſtiam perpeſſa eſt, „ debitam exigentibus ſervitutem, „ eidem Eccleſiæ, cui ipſe jam dictus „ Pontifex *Chriſtianus* modo honorabiliter præſidet, ſuisque ſucceſſoribus, hac noſtræ authoritatis donatione concedimus, ut nullus dehinc „ Dux, vel alia quælibet potens perſona, de eadem Eccleſia, vel locis „ illuc pertinentibus, ſtcuram aliquo „ modo

A. C. quod Leopoldum eo nomine reprehendendum magnopere cenſeamus: Regia ille jura, ut in provincia nuper ex hoſtibus recepta, urgebat pro munere; neque legis veniam, niſi quam a Cæſare factam intelligeret, faciendam ulli putabat; priſtina ſacrorum Præſulum jura, aut interciderant, aut inter pulveres ſquallebant: Regii adminiſtri partes non dubitabat eſſe maxime, nequid ærario, nequid juri Principum per incertas immunitates damni importaretur. Aloldo ſi credimus, ætas interea gravior Leopoldum ad quietem vocabat, non ſegnem illam quidem, aut otio torpentem; ſed fori ac militiæ laboribus ſolutam, & pietatis ſtudiis præcipue intentam. Henricum igitur ſibi filium in gerenda republica ſuffecit, maturum jam ætate Principem, & manu, ac conſilio promptum. Liberius exinde nactus otium pater, temporis plurimum in pietatis, ac religionis opera conferebat. (A) Quæ cum ille ageret ſtrenue, morte inexſpectata ad plures abiit. (B)

Feſta inſtabat ſancti Kiliani dies, ea cum ſplendore maximo Wirzburgi ageretur, invitatus eo Leopoldus a Berwarto Epiſcopo, ex Auſtria in Franconiam profectus eſt: laute honorificeque pro dignitate habitus, cum a matutinis in Templo precibus, quæ pro more ejus Eccleſiæ, nocte diem VIII. Idus Julii præcedente, ſolenni ritu fiebant, ad hoſpitium ſuum reverteretur, noctisque reliquum cum equeſtri nobilitate inter ludendum exigeret, ſagitta per feneſtram intorta ſauciatus eſt graviter, & ad extrema deductus. Errore, non voluntate percuſſoris impoſitum id vulnus Leopoldo, ex eo liquet, quod ulciſci dolorem ſuum ſicarius cuperet, quem ex Everkeri militis, oculis nuper ab Henrico Schweinfordenſi Comite orbati, calamitate hauſerat: quæ res cum ad Leopoldum Marchionem nihil per-

Leopoldi I. Marchionis obitus.

„ modo exigat debitam, vel coactam „ tollere præſumat, ſed ipſa ſub im- „ munitatis noſtræ Regia defenſione „ ab omni Ducum, aliarumve poten- „ tium perſonarum coacto ſervitio „ perpetualiter immunis exiſtat, ex- „ cepto, quod Regio honori, vel Im- „ peratoriæ dignitati præſens provi- „ ſor præfatæ Eccleſiæ, ſuique ſucceſ- „ ſores charitativa mente juſteq; im- „ pendere debet &c. „ Extat apud Hund. in addit. Gewoldi T. 1. p. 241.

(A) Not. ex Aloldo ad An. 991. „ Poſtquam Illuſtris Marchio *Liupoldus* fortis, prudens & bonus guber- „ naſſet quadraginta octo annos, ſe- „ nectute bona ſe prægravante, *Marchiam* hanc filio ſuo regendam, ac „ defendendam manu forti & vege- „ ta commiſit, ipſi conſilium ſuum „ promittens. Vacabat poſtea ope- „ ribus pietatis ſæpe in Eccleſia ſua „ in *Medelick* delectatus: donec pro „ corona DEUS mortem innocentem ſibi deſtinavit. „

(B) Chron. Quedlinburg. A. 994. AnnaliſtaSaxo, Chronograph. Saxo ad eundem annum. „ *Luitpolt* Bawa- „ rici limitis Marchio clarus in civi- „ tate *Wirziburg* in hoſpitio ſuo per „ feneſtram cum ſagitta improviſe „ vulneratus obiit. „

tineret, facile apparet, telum illud ferale non Leopoldi ju- A. C.
gulo, ſed Henrici fuiſſe deſtinatum. Eo rerum articulo in ſumma omnium trepidatione, ſibi ipſe non defuit; ſed ubi lethalem ſibi eum ictum ſenſit, expiari iis myſteriis, quæ ſanctiſſima habet Fides noſtra, & communiri ad certamen ſupremum ipſe petiit: biduo inter dolores vulneris exacto, 994
ad VI. tandem Idus Julias in cœlum abiit, (A) Vir & commemorabili morum probitate, & prudentia ſingulari tota
Wirzburgi primum ſepelitur. Germania celebratus. Defletus eſt ſinceris omnium lachrymis, corpusque exanime, Wirzburgenſi interim in æde ſacra tumulo illatum; dum opportuna ſe offerret occaſio illud in Mellicenſis olim Cœnobii Sacrario recondendi. (B) Hunc igitur exitum habuit Vir de Auſtria noſtra immortaliter meritus, quam & ab Hungarorum dominatu in libertatem aſſeruit, & legibus optimis temperavit, & numeroſa filiorum, nepotumque ſerie, ad ſummæ ſpem fortunæ evexit.

Leopoldi I. Conjux Richarda, Richardam, ſeu Richezam Leopoldo fuiſſe conjugem, Scriptores conſentiunt; ſed eo falſi, quod Henrici, cognomento Aucupis, Regis Germaniæ ſororem, ex Ottone Brunswicenſi Duce natam fuiſſe tradant. (C) Erroris decumani fontem nemo non videt, altera ex fabula profluxiſſe, quæ Leopoldum ab Henrico Rege creatum Auſtriæ Marchionem ſtatuit. In re incerta Rerum Trevirenſium Scriptori facile aſſentior, qui eam patre Francorum Duce natam prodit: (D) quodſi is Conradus fuiſſet, Ottonis I. gener,

(A) Ditmar. L. IV. p. 352. „ Prædictus „ Præſul (*Berwardus* Wirziburgenſis) „ poſthæc *Luipoldum* Marchionem O„ rientalium, & Nepotem ejus *Hen„ricum*, ad Miſſam ſancti Chiliani, „ quæ eſt IIX. Id. Julii ad ſe vocans „ cum magna charitate eosdem ha„buit, & Comes in ſacra nocte poſt „ matutinam cum ſuis militibus lu„dens, ex uno foramine ab excæ„cati (*Everkeri*) amico, ſagitta val„lante vulneratus eſt, & facta con„feſſione VI. Id. Julii exſpiravit, in„nocens in facto prædictæ actionis „ & conſilio. Hic in poſtero die ibi „ ſepultus, merito defletur, quia ſi„bi prudentiorem, & in cunctis acti„bus meliorem nullum reliquit. „ Narrat rem eandem Annaliſta Saxo ad A. 994. iisdem pene verbis: Nec diſſentit *Aloldus* ad hunc annum: niſi quod pro Henrico *Leopoldi Nepote*, ut habent Ditmarus, & Annal. Saxo; Henricum *filium* ſubſtituat.

(B) Monumentum ſepulchrale Mellicii apud Hier. Pezium T. I. p. 313. quanquam longe poſt excitatum. Tabul. Suntheim. Col. 1007. Arenpekius in Chron. Auſtr. Col. 1180. Cuſpinian. in Auſtr. Vid. Diſſert. V. Hieron. Pezii T. I. p. CVI. *Aloldo* tamen aſſentiri non poſſum, qui ſic ſcribit ad A. 996. „ *Hainricus* Marchio, „ oſſa *Liupoldi* Illuſtris, Patris lugen„ti terræ intulit, & in Eccleſia *Me„delik* ſepelivit. „ Alioquin *Ernuſtus* filius *Liupoldi*, Dux Alemanniæ A. 1015. mortuus, non petiiſſet *juxta patrem ſuum Leopoldum Wirzburgi* ſepeliri: ut habent Ditmarus L. VII. & Annaliſta Saxo ad A. 1015. mox afferendi.

(C) Eitzing. in MS. Cuſpinian. ex Tab. Clauſtro-Neoburg. Arenpeckio in Chron. Auſtr. & Haſelbachio.

(D) Author Geſtorum Trevirenſium, quem Golſcherum, Monachum S. Mathiæ apud Treviros plerique exi-

A. C. gener, qui victoriæ ad Auguſtam de Hungaris relatæ anno ſeculi hujus quinto, ac quinquageſimo immortuus eſt, quemque Francorum alii, alii Wormatienſem Ducem appellant: haberemus Richardæ matrem Luitgardam, Ottonis M. filiam, genusque Babenbergenſium in Auſtria Marchionum, Ducumque, hac etiam ratione ex Ottonum ſanguine duceremus. (A) Sed hujus rei tenuis modo conjectura eſt; illud certius, Leopoldum ſuſceptis ex Richarda ſexus melioris quatuor liberis, cum Chriſtiana filia, Treviris poſtea intra arctæ cuſtodiæ ſolitudinem ſanctiorem vitam profeſſa, (B) claram alioquin familiam, multo illuſtriorem reddidiſſe. *& Liberi.*

Ex his Henricus & Adalbertus filii parenti in regenda Auſtria ſucceſſere: (C) Erneſtus, inter hos medius, militiam primum bello Italico profeſſus, quod Ardwicus Longobardiæ Tyrannus excitarat; mox Henrici Schweinfordienſis, patruelis ſui, pravis conſiliis abreptus, arma & ipſe adverſus ſanctum Henricum Imperatorem tulit: ſed captus, & quæ ſancti Principis erat clementia, non modo libertati redditus; ſed Sueviæ etiam Ducatu auctus, *Erneſtus, Leopoldi I. filius Dux Alaman.*

exiſtimant. c. 48. ubi agit de *Poppone* Trevirenſi Archiepiſc. ſic habet: „ Primum autem quibus parentibus, „ quibus etiam partibus extiterit oriundus, quantum ad meam notitiam, ſeniorum relatione devenit, „ referre curabo. Patri ejus *Luipoldi* „ nomen erat, qui regionis *Auſtriæ* „ Marchiam tenebat, Mater ejus *Richinza* (Richeza) cujusdam *Ducis* „ *Germaniæ Franciæ* filia fuit. „ Ita ille apud Leibnit. T. 1. Acceſſion. Hiſtor. Sub nomine Ducis *Germaniæ Franciæ*, intelligit V. Cl. Hieronym. Pez. in Diſſert. V. T. 1. *Franciam Orientalem*, ſeu Franconiam: & confirmat altera apud Martene, & Durandum editio, quæ T. IV. Col. 162. ſic habet: „ Mater ejus *Richiza*, cujusdam Ducis *Germaniæ-Franciæ* filia fuit. „

(A) Witichindus l. 1. pag. 640. „ *Editha* genuit ei filium, nomine „ *Luidulfum*; - - filiam quoque nomine *Luitgardam*, quæ nupſerat *Conrado Francorum Duci*. „ Sermo eſt de *Editha Ottonis I.* Conjuge priore. Otto Friſing. l. 6. c. 20. „ Cecidit „ in eo prælio Dux illuſtris Warmacienſis, & gener Regis *Conradus*. „ Sed enim quanquam tempora conveniant; non conſtat, an ex *Luidgarda* nata ſit filia *Conrado* Duci: licet filium ex ea genuerit, *Ottonem* Carinthiæ Ducem, & Veronæ Comitem, ut ait Ditmar. l. V. pag. 370.

(B) Necrolog. Trevirenſe ap. Brower. L. XI. ad A. 1047. „ III. Non. „ Novembr. obiit *Chriſtiana* recluſa „ Treviris, ſoror *Popponis* ibidem Archipræſulis. „

(C) De *Henrico* clarum eſt Diploma Otton. III. Friſingenſibus datum apud Meichelbeckium T. 1. & Gewoldum in addit. ad Metropolim Hundii T. 1. „ In Comitatu *Hainrici* Comitis, filii „ *Luitpoldi* Marchionis. „ De *Adalberto* conſtat ex Ottone Friſing. l. 6. c. 28. ubi agit de Giſela: „ Hæc primum *Ernuſto*, Duci Suevorum, *fratri Alberti* ſuperioris Pannoniæ Marchionis nupta fuit, geminosque ex „ ea filios *Ernuſtum* & *Hermannum* „ ſuſcepit. „ De hoc *Ernuſto*, *Liupoldi filio* mox agetur, de quo Annal. Einſidlenſes coævi apud Mabil. Analect. Veter. p. 368. ad A. 1012. ſic habent: „ *Erniſt*, filius *Liutpaldi* Marchionis Dux conſtituitur. „ Et Wippo in Vit. Conradi II. p. 462. ubi fratrem *Erneſti* Ducis *Popponem* Trevirenſem Archiepiſcopum nominat, *Liupoldi* Marchionis filium.

conſimilem pene cum Leopoldo patre finem vitæ habuit. A. C.
Venatum forte conceſſerat cum Adalberone Comite, ſed
Mors violenta, ſed pie obita. cum feram is ſagitta peteret, excuſſum arcu telum in Erneſtum incidit, altoque inflicto vulnere necem attulit. Morituro ea prima curarum fuit, ut expiato noxis animo cum DEO in gratiam rediret: at Sacerdos aberat, qui poteſtate a DEO ſibi tradita, a criminum vinculis pœnitentem exſolveret. Deſtitutus hoc præſidio Erneſtus, ſpem tamen minime abjecit; ſed converſo ad DEUM animo, quotquot venationis habuerat comites, adeſſe jubet, plenusque dolore ſimul ac fiducia, omnes retro actæ vitæ noxas palam, ut exaudiri ab omnibus poſſent, nec ſine gemitu enunciat, obteſtatus interea ſingulos, rationem ut inirent ſecum, qua admiſſorum inprimis a DEO veniam; tum ab iis etiam, quos quoquo modo læſiſſet, obtineret: comendata deinde
Conjux ejus, & Liberi. præſentibus, abſentibusque anima ſua, Giſelam conjugem admoneri jubet, ut illuſtris matrimonii memor vivat, & quod maxime id tempus poſtulat, piis, quibus poſſet, officiis mariti recordetur: hæc prolocutus, magnaque in Divinam clementiam fiducia ad ſpem æternorum bonorum erectus, oculos in mortem clauſit, memorabile poſteris exemplum animi pœnitentis, & omnia ſaluti ſempiternæ poſthabentis. Extinctus prid Cal. Junii Wirzburgi juxta Leopoldum patrem, id quod ipſe petierat, ſepultus eſt. (A) Giſela conjux, Hermanni I. Alemanniæ Ducis filia, ſecun-

(A) Ditmar. L. V. p. 370. „ *Otto* Carentanorum Dux, & Veronenſium „ Comes cum *Arneſto Luipoldi Marchionis* filio, cum aliis paucis, ob ſpem „ auxilii majoris ab Italis promiſſi a „ Rege dirigitur. „ Et confirmat „ Annal. Saxo ad A. 1002. Herman. Contract. A. 1003. „ *Ernuſt* comprehenditur a *Brunone* Regis fratre, & *Heinricus* vix fuga dilapſus. „ Idem ad A. 1012. „ *Hermannus* Dux „ Alemanniæ obiit, cujus Ducatum „ *Erniſt*, ſororis ſuæ Giſelæ maritus, „ accepit. „ Videatur Annal. Saxo ad A. 1003. & Ditmar. L. V. p. 372. Ditmar. L. VII. p. 403. „ *Erneſtus* „ inclytus Alemanniæ Dux, pueri „ ſucceſſor *Hermanni*, cum in ſylva „ quadam illicite venaretur, ab uno „ militum ſuimet, plus ignorantia, „ quam voluntate ſpontanea, cervum ſagittare debuit, proh dolor! „ vulneratur. Hic quia mortem ſibi imminere perſpexit, ſocios vocat, & ut reo parcerent, ſupplicate „ & quia hic tunc presbyterum, cui „ ſua confiteretur peccata, non habuit, unum ex militibus hujus vice propius accedere juſſit. Quem „ cum adeſſe perſpiceret, omnes, inquit, accedite, & comortalis veſtri peccatoris facta aure cordis „ percipite, & qualiter curentur, unanimiter ſuccurrite, abſentibusque „ cunctis fidelibus peccatricem meimet animam quæſo commendate, „ & uxorem meam, ut honorem „ ſuum ſervet, & mei non obliviſcatur, admonete. Hæc dicens, in „ quoscunque unquam ſe aliquid deliquiſſe, recordari potuit, cunctis „ præſentibus innotuit, & mox de „ luce hac, II. Cal. Junii diſceſſit, „ ſepultus *Wirzeburg* juxta *Patrem „ ſuum Marchionem Luipoldum, ut ipſe „ rogavit.* Hic juvenis ut ſpero, felicem habet animam, cui ſic ipſe „ vivens teſtatus eſt. „ Poſtrema verba

A. C. ſecundi ſoror, in manus deinde Conradi Cæſaris convenit: (A) relicti ex primo conjugio Erneſtus, & Hermannus filii, in Alemanniæ Ducatu ſeſe ordine exceperunt: ſed Erneſtum ſub Poppone patruo optime educatum (B) mota in Cæſarem Conradum bella Ducatus honore; mox cum graſſandi per infeſtam viciniam finem faceret nullum, etiam vita expulere: (C) Hermannum & indolis optimæ juvenem, & bello ſtrenuum, morbus peſtilens in Italia extinxit V. Kal. Auguſti A. MXXXVIII. (D)

Poppo Leopoldi I. filius.

Diverſo itinere, ſed feliciori curſu ad ſummos in Eccleſia honores Poppo, natu tertius Leopoldi filius, pervenit. Hic a puero iis litteris inſtitutus, quibus formari ea ætas ſolet, quæ majoris fortunæ capax ſanctioribus ſe diſciplinis tradit: traducta Ratisbonæ adoleſcentia, Bambergenſis Eccleſiæ Canonicis adſcriptus, mox & ceteris ejus Collegii Sacerdotibus Præpoſiti nomine præeſſe juſſus eſt. Vacante poſt id tempus Megingaudi Archiepiſcopi morte, Trevirenſi ſede, ſancti Henrici Imperatoris voluntate, ad ejus antiquiſſimæ Eccleſiæ inſulas Poppo evectus eſt, & Calendis Januarii Anni ſupra milleſimum ſeptimi decimi, præſente Imperatore, ab Erchanbaldo Moguntino inauguratus. (E) Romam inde profectus, a Benedicto VIII. Pontifice

Præpoſitus I. Babenbergenſis Eccleſiæ.

Archiepiſcopus Trevir.

verba Annaliſta Saxo, ab amanuenſi truncata, recte ad A. MXV. ſic corrigit: „ Qui ſicut ipſe vivens teſta„ tus eſt, maluit coram erubeſcere, „ quam in conſpectu DEI reus appa„ rere. „

(A) Annal. Einſidl. apud Mabil. Anal. Vet. p. 368. A. 1015. „ *Er„ niſt* Dux ſagitta occiſus eſt, & fi„ lius ejus parvulus ſucceſſit. „ Herman. Contract. A. 1015. „ *Erniſt* „ Dux Alemanniæ in venatu ab *Adal„ berone* Comite, feram appetente, „ ſagitta vulneratus, interiit, & Du„ catum ejus filius æquivocus; (*Er„ neſtus*) Viduam vero ejus *Giſelam*, „ *Cuonradus Henrici* filius, Imperator „ poſtea futurus, accepit. „

(B) Wippo in vita Conradi II. Imp. p. 462. „ Trevirenſem quoque „ Archiepiſcopatum gubernavit Pop„ po, frater *Erneſti* Ducis, vir pius, „ & humilis, qui eodem tempore „ filium fratris ſui *Erneſtum*, cum „ Ducatu Alemanniæ ſub tutela ha„ buit. „

(C) Herman. A. 1025. „ Rebel„ lio - contra *Cuonradum* Regem a „ *Cuonrado* ejus patruele, & *Erniſto* „ Duce Alemanniæ. „ Idem A. 1027. „ *Cuonradus* Rex - - apud Ulmam „ *Erniſtum* Ducem, & *Cuonradum* ſe „ illi dedentes, exilio deputavit. „ demum A. 1030. „ *Erniſt* Dux exi„ lio relaxatus, iterumque Imperato„ tori rebellans, cum multis aliis oc„ ciditur, XVI. Cal. Septemb. „ adjungit alia manus. „ *Ernuſt* Con„ ſtantiæ, Manegoldus vero Augiæ „ ſepulti ſunt. „ Fuſe de *Erneſto* Duce agit Wippo in Vita Conradi Salici Imp. apud Piſtorium T. III. a pag. 473. uſque ad pag. 477.

(D) Wippo in vita Chunradi Salici ad A. 1038. „ Filius Imperatri„ cis *Hermannus*, Dux Alamannorum, „ juvenis bonæ indolis, & in rebus „ bellicis ſtrenuus, eadem peſte gra„ vatus, inter manus peritiſſimorum „ medicorum V. Cal. Auguſti, non „ ſine magno Imperii detrimento „ obiit. „

(E) Geſta Treverorum apud Leibnit. in Acceſſ. Hiſt. c. 45. & Marteniana Collect. T. IV. Col. 162. „ Hi „ itaque (*Leopoldus* Marchio & *Ri„ cheſa*) filium ſuum *Popponem*, ætate „ proficientem diſciplina literali eru„ dien-

tifice Maximo, eo in honore, ac pretio habitus eſt, ut & A. C.
Divinam pro novo Antiſtite ſemel, iterumque litaret hoſtiam, & convivam familiari eum menſæ adhiberet. (A) Accepto Romæ ſacro pallio in Germaniam reverſus, ad vindicanda Eccleſiæ ſuæ jura toto pectore incubuit. Occupata jam dudum a factioſis nobilibus caſtella quædam, arcesque erant, unde in ſubjectum agrum, populabundo identidem agmine procurrebant. Caput latrocinii arx erat, quæ a ſancta Cruce alias dicta, Alberto Sckivæ (id enim nomen graſſatori tyranno fuiſſe proditur) tum parebat. Id caſtellum nequitiæ expugnandum ſibi Sicko, homo vafer, ſed Popponi fidus ſuſcepit. Dolum miſcere viribus ex re viſum: ea machina in hunc modum comparata eſt. Progreſſus ex urbe Sicko, cum ad caſtri fores ſolus conſiſteret, pro veteri amicitia tantillum vini, quantum explendæ, quæ in præſens ureret, ſiti, eſſet ſatis, ab Alberto petit, impetratque: gratiis eo nomine prolixe actis, memorem beneficii animum, reddito quamprimum officio, declaraturum ſe recipit. (B) Dies interea unus, alterque fluxerat,

Strenue jura Eccl. ſuæ vindicat.

Caſtellum S. Crucis aſtu receptum.

„ diendum in *Regenſburc* civitate viris doctioribus tradiderunt, & poſt „ in proceſſu temporis ſcientia literarum ſatis imbutum in virile jam „ robur adultum notitiæ ſupradicti „ Regis(*Henrici II.*)exhibuerunt. Cui „ in brevi tam dilectus factùs, tamque idoneus viſus eſt, ut &c. - - „ *Megingaudo* Epiſcopo *Trebericæ* Metropolis de medio facto, Rex ipſe „ *Treberim* feſtinato venerat. Erat „ enim in *Confluentia* poſitus, & impetrato tam Cleri, quam populi conſenſu ipſum Pontificali Cathedra „ ſublimavit. Proinde ab Epiſcopis „ (*Erchanbaldo* Moguntino, *Haimone* „ Virdunenſi, *Theodorico* Metenſi) „ qui cauſa Regis advenerunt, conſecratus eſt, ſub die Kal. Januarii Anno Dominicæ Incarnationis „ MXVI.„ (ut vult BrowerusL.XI. An. MXVII.) confirmat hæc Ditmar. l. 7. pag. 406.

(A) Geſta Trever. c. 48. „ Dein „ diebus non multis interpoſitis, Romam Orationis cauſa profectus eſt, „ ut quod ſancta Romana Mater Eccleſia filiæ ſuæ, *Treberenſi* ſcilicet „ Eccleſiæ, ex inſtitutione ſanctorum „ Apoſtolicorum honorum & gratiæ „ debuiſſet impendere, & fieri ſibi „ poſtularet. Quem Dominus *Benedictus VIII.* Sanctiſſimæ Apoſtolicæ „ Sedi præſidens magno cum honore „ ſuſcepit, moramque ibi facienti „ omnem reverentiam & dilectionem exhibuit, ita ut pro eo Miſſas faceret, & cum ipſo ſæpius cibum caperet &c. „

(B) Anonym. in vitaMeinwerci Ep. c.41. & GeſtaTreveror. c.47. „ Aliud „ quoque caſtellum cujusdam tyranni *Adalberti*, qui dicebatur *Seiva* „ (Skipha) ad terram dejecit, qui „ videlicet *Adelbertus* caſtellum *Treberis* quondam in honore ſanctæ „ Crucis conſtructum poſſidebat, inde frequenter cum multitudine militum erumpens in curiam Epiſcopi, quidquid ibi ad ejus obſequium „ parabatur, violenter aufferens abducebat. Cujus rei ignominia confuſus Epiſcopus, conſilium & auxilium cœpit inquirere. Erat in „ exercitu ejus vir potens divitiis & viribus fortis, nomine *Siko*, qui promiſit ſe tentaturum, ſi quo modo „ poſſet hujus mali invenire medicamentum: Epiſcopo ſibi ſatis gratulante, egreditur ille cupiens, quod „ ſpoponderat, adtentare: quodam die pergit ad portam caſtelli pulſans fores, rogat ſibi ab *Adelberto* „ ad refocillandum poculum mitti, „ quod cum celeriter allatum fuiſſet, „ & ebibiſſet, pincernam nuncium „ alloquitur. Domino tuo, ait, ex „ mea

A. C. rat, dum deſtinatum animo conſilium exequeretur. Vini igitur dolia triginta, ſed armis virisque fœta, in arcem mittit, binis ſingula robuſtiſſimis militibus, ſed agreſti ſub veſte latentibus geſtata: Sicko ipſe paucis cum famulis prægreſſus, promiſſam ſe nuper beneficii gratiam nunc exſolvere excubiis prædicat: quid multa, ad tam ampli commeatus conſpectum reſerantur portæ, doliaque intra arcem collocantur. Sicko acceptus humaniter ab arcis Domino, poſt breve verborum officium ſignum dat ſuis deſtinata exequendi. Hic vero effuſi uno impetu ſuis doliis milites arma corripiunt, nec ſegniores bajuli enſes & ipſi ſtringunt: cæſus inter primum tumultum Adalbertus ipſe, oppreſſi latrones ceteri, arx capta, ac ſolo æquata. (A) Sic ſua Trevirenſibus quies rediit. Adalberti caſu jam modeſtior Adelbero Luxenburgicus, turbarum fax altera, & ex urbis præfecto, & ad ſancti Paulini Præpoſito, hoſtis reipublicæ diuturnus, Popponi & ſe, & capta per ſummam injuriam caſtella ſubmiſit. (B)

Redintegrata ad eum modum pace, ſalva videbantur omnia; ſed maximum diſcrimen, unde timeri minime debuit, Poppo ipſe incurrit. Mos erat Trevirenſibus Antiſtitibus, ut quæ ad ſacros uſus pertinerent veſtimenta, ea dicatis DEO Virginibus, quæ ad Aulam palatii (id loco nomen) habitabant, conficienda committerent. Fuit in

„ mea parte magnas gratias nuncia-
„ to, pariter & hæc verba narrare cu-
„ rato, quod vita ſoſpite, hoc ſibi pocu-
„ lum grata voluntate citiſſime repen-
„ dere ſtudebo; & his dictis abiit. „

(A) Geſta Trever. c. 47. „ Captato „ demum opportuno tempore XXX. „ hamas præparat, in quibus ſingulis „ ſingulos milites electos, loricatos, & „ galeatos, enſibusque præcinctos col-„ locat: -- deinde LX. viros nihil-„ ominus electos, & plebeja veſte „ amictos, enſibus eorum in hamas „ reconditis, geſtatores conſtituit. -- „ Ipſe *Siko* cum ſuis & aliis paucis mi-„ litibus vallatus ad caſtellum tendit, „ fores pulſavit, ſervo ſciſcitante, „ quis ſit, & quid velit, dic, ait, do-„ mino tuo, me ſibi vinum, magnæ „ dilectionis gratia olim promiſſum, „ deferre, quoniam ipſum non pi-„ guit mihi ſitienti poculum dirige-„ re: ſervo renunciante *Adalbertus* juſ-„ ſit viros intromitti, quibus ingreſ-„ ſis, & hamas coram *Adalberto* ſimul „ ponentibus, poſt eos *Siko* ſubintrat; „ jubet aufferri lintearum velamina, „ rogat *Adalbertum* ſuſcipere dilectio-„ nis munera: portitores, ſicut erant „ docti, uno momento omnia pariter „ hamarum velamina dejecerunt, gla-„ dios ſuos diripuerunt, inſidiæ hamis „ exiliunt; gladios ſtringunt, fortiter „ undique feriunt, ipſum *Adalbertum* „ obtruncant, cæteros ædituos crude-„ liter mactant, caſtellum in ſolitudi-„ nem redigunt. *Siko* a *Boppone* pro vi-„ ctoria beneficiis illuſtratus eſt. „ Eadem habet Anonym. vitæ Scriptor Meinwerci Epiſcopi Paterbrun. c. 41. quæ ornate exequitur Browerus L. XI.

(B) Geſta Treveror. c. 46. „ Ob-„ eunte *Megingaudo* Heinricus Impe-„ rator *Poponem* in *Regensburgk* educa-„ tum, ad offenſam *Adalberonis*, Præ-„ ſulem conſtituit, ita dicens: *Talem* „ *virum debeo dirigere, qui tuæ veſaniæ* „ *ſufficiat reſiſtere.* Igitur *Adalbero* tan-„ dem ſera pœnitentia tactus, nec „ valens vires *Poponis* ſufferre, ſupplex „ eidem factus, Palatium & ſua ca-„ ſtella, & omnia ſua contradidit, & „ dein in monaſterio ſancti *Paulini* uſ-„ que ad finem vitæ permanſit. „

caſto eo Virginum contubernio mulier flagitioſa, quæ ut, A. C.
quibus ignibus deflagrabat, ipſa eos in caſtiſſimi etiam Præſulis animo accenderet, philtro, neſcio quo, veſtem ſacris uſibus aptatam reſpergere non eſt verita; Poppo ut primum eam induit, tantam illico ineſſe vim ad concitandam nefariam cupiditatem ſenſit, ut alienatis quodammodo ab honeſtate ſenſibus, totus animo, totus corpore in præſtigiatricis mulieris amorem exardeſceret. (A) Rem, ut erat ſubodoratus, detractam ſibi veſtem eam uni, alteri, tertio induendam porrigit: omnes iisdem ſtimulis confixi. Ad extremum in Præfecto urbis experiri eam peſtem placuit: is vero ſubito velut furore correptus, malo ſe carmine incantatum palam, ut omnes exaudirent, faſſus, in maleficii authorem inquirit unice. Neque vero obſcurum ea res indicium veneficæ manus præbuit: exacta ceterarum contubernio mulier peſtilens, & infamis, reliquæ tanquam contagio quodam portentoſæ libidinis afflatæ, candidum, quem eatenus geſtabant, veſtis habitum, pullo mutare juſſæ: ſed quod eam infamiæ notam ferre recuſarent, migrare alio compulſæ ſunt. (B) Ad eam Caſtimoniæ laudem Religionis inſigne ſtudium paremque in miſeros, calamitoſosque liberalitatem adjunxit. Loca Palæſtinæ Servatoris noſtri veſtigiis conſecrata, inter primos Germaniæ Principes venerabundus adiit: triennium fere in hoc moleſto, & periculi pleno itinere exactum: ſancitum deinde voti religione jeju-

Fopponis periculum a muliere venefica.

Pia in Palæſtinam peregrinatio.

(A) Geſta Trever. c. 50. „ Eſt in „ ſuburbio Treverenſi oppidum quoddam, quod vocatur *aula Palatii*, ubi „ - - - congregatio erat puellarum „ Canonicam vitam profitentium. „ Accidit itaque, ut Epiſcopus uni earum commiſſuram pallii mitteret, „ ut ipſa ei exinde caligas, quibus, „ cum ad Miſſarum ſolemnia procederet, indueretur, aptaret: quas „ illa ſuſcipiens, & impudicitiæ ſuæ „ participem fieri concupiſcens, arte „ ſua, neſcio qua, venefica infecit, „ ſutas remiſit, quibus mox Epiſcopo indutis, mirum dictu! non viſum eſt ei ultra decem paſſus viæ, „ ſoſpite vita, procedere, niſi ad „ præſens haberet rem cum muliere. „ Attonitus de tam ſubita mentis mutatione, tamque inopinata carnis titillatione, quippe qui diſpoſuerat „ carnalibus deſideriis non conſentire, cum feſtinatione exuit, ac uni, „ ut ita dicam, de principibus Sacerdotum, qui forte illic aderat, indutum dedit, qui mox ut induit, „ & ipſe feſtinanter exuit, ſecum mirans, nihil dicens. „

(B) Geſta Trever. c. 50. „ Noviſſime ventum eſt ad urbis præfectum, qui, ut ab Epiſcopo juſſus „ induit, furore incredibili infremuit, „ & ſe incantatum eſſe proclamat, „ ſciſcitantique, quis iniquitatis hujus „ autor extiterit, Epiſcopus aperuit. „ Tunc omnes in unum ſententias „ ſuas proferentes dicebant. - - Eam „ quidem, quæ hanc rem feciſſet, ab „ ordine Sanctimoniæ projici dignam „ eſſe; cæteras vero ibi manentium - - „ mutatis veſtibus, ac pro albis, nigris indutis, arctiori vitæ operam „ dare debere: quodſi perpeti noluiſſent, melius eſſet, ut locus iſte careret inhabitatione - - & ita factum eſt. Illa ejecta eſt, ſed & cæteræ nolentes nec habitum, nec „ converſationem mutare, ſimiliter „ ſunt ejectæ, & aliæ - - ad alia ſui „ habitus migraverunt loca. „

A. C. jejunium, ad quod omnes ſacræ ejus peregrinationis comites ad VI. Non. Majas quotannis obſervandum ſeſe obſtrinxere. (A) Tempus ſubinde incidit, quo frugum inopia tantam annonæ gravitatem invexerat, nullum jam ut pecuniæ, ſed cibariis tantum, pretium eſſet. Forte Popponi in urbem iter erat, cum circumfuſa egentium multitudo, miſerabili ejulatu annonam, a nota ejus liberalitate flagitat: commotus inopis populi, & fame, ac illuvie pene enecti lachrymis, ſtipem primo liberalem diſpertiri in omnes jubet: ſed cum annonæ illi immenſum pretium cauſarentur, præſentique fami remedium equos poſcerent; ſuum ipſe, cui inſidebat, equum, tum quotquot a viæ comitibus exorare poterat, importunis flagitatoribus ceſſit, avidis ſtatim dentibus laniandos. (B) Tam conſpecta virtus amorem illi populi, & Regum, ac Pontificum gratiam non vulgarem conciliavit. Henricus certe II. quo in Popponem eſſet animo, & frequenti ejus opera, & magnis largitionibus in Eccleſiam Trevirenſem factis, luculenter demonſtravit: nec Conradus II. nec Henricus III. a ſancti Imperatoris exemplo receſſerunt. (C) Quantum vero Auſtriæ ſuæ Poppo tribuerit, infra ſuo loco oſtendetur. Non alienum

Ejus in egentes liberalitas.

(A) Geſta Trever. c. 54. „ *Poppone* Jeruſalem profecto, & per tres „ fere annos demorato, Babyloniam „ enim uſque videndi, nominatiſſimæ illius civitatis gratia proceſſerat, ubi & detentus aliquamdiu in „ captivitate laborabat. „ Brower. L. XI. ad A. 1028. in veteri Trevirenſis Eccleſiæ Diario ad VI. Non. Maji ſignatum fuiſſe refert ſequentia verba: „ Hic eſt jejunium, quod promiſerunt Domino facere quotannis, qui fuerunt in Hieruſalem cum „ TR. Archiepiſcopo *Poppone*. „

(B) Geſta Trever. c. 55. „ Fuit „ autem fames valida in omni terra „ iſta, ita ut multi morerentur inedia. - - Tunc Epiſcopus multam „ egentibus exhibebat humanitatem. „ - - Etenim die quodam in albis Paſchalibus, cum ad unam Eccleſiarum in civitate conſiſtentium, divinum celebraturus officium, equo „ nobili vectus incederet, obviam „ habuit in campo pauperum multitudinem copioſam, qui deprecabantur eum, ut ſolita miſeratione aliquod ipſis impenderet vitæ ſubſidium. Qui accito mox cubiculario ſuo juſſit ſibi exhiberi feſtinato „ theſauri non modicam quantitatem, ad diſpertiendam illis. - - - „ Interea cubicularius poſtulatum „ obtulit cenſum, quem acceptum, „ ut cœpit in pauperes expendere, „ una omnes cœperunt voce clamare, nummis ſibi opus non eſſe, de „ nummo enim, aut nihil aut parum „ quisque ſibi valentis comparare „ poſſe, quia ſicut ipſe noſſet, modius unus frumenti appenderet ſolidis XXV. quibus ille reſpondit, aliud „ quid ſibi præ manibus non eſſe. - - „ Contra illi, ſi, inquiunt, ad præſens „ aliud quid dare nobis non potes, „ da ſaltem de pinguibus equis tuis, „ ut vel ad modicum compeſcatur „ eſuries noſtra edulio carnis. At ille - - primum dedit ſuum; deinde „ aliorum, non equidem omnium, „ ſed eorum tantum, quos ad hoc „ pietatis opus ſua potuit exhortatione inſtigare, & laniati, atque devorati ſunt in momento coram eo. „

(C) Geſta. Trever. c. 56. „ Donativis pluribus, quibus ab Imperatoribus, videlicet *Heinrico II.* & „ *Conrado* ſimiliter II. itemque *Heinrico* Rege quidem III. Imperatore autem ſecundo, ſicut in præceptis illorum de *Treveri* continetur, honoratus fuerat, magnifice ditat. „

Corporis ſpecies. noſtro ab inſtituto fuerit, corporis quoque ſpeciem, quæ A. C.
Leopoldum parentem utique expreſſerit, referre: eam Treverenſia documenta ſic deſcribunt: corpore fuit amplo, & membris æque proceris ac congruentibus; alta exporrectaque fronte, raro in vertice capillo; recto prominentique naſo: os illi exiguum, ac decorum, vultus oblongior, porrectæq; manus. (A) Ad hanc plenam dignitatis formam corporis, cum animi ornamenta accederent, quæ a religione, prudentia, gravitate, munificentia & multa habuit, & ſingularia; facile apparet, virum fuiſſe, inter ævi, patriæque ſuæ maximos cumprimis numerandum. Vitam inter Pontificias

Mors. curas per annos admodum triginta exactam, ad ſextum decimum Calendas Quintiles Anno MXLVII. tranquilla morte clauſit, febri extinctus, ex ſolis æſtu contracta, dum Baſilicam D. Petri novis acceſſionibus auget, opusque præſens ipſe urget contentius: nactus in æde ſacra tumulum, quam B. Symeoni excitarat, ne, quem in vita habebat itineris comitem, ab ejus ſe conſortio vel a morte abjungeret. (B) Hæc conferre hunc in locum ſimul libuit, ne Auſtriorum Marchionum res geſtas crebris digreſſionibus turbaremus: præteriri vero nec Poppo, nec Erneſtus frater debuere, quod & Auſtriaci eſſent Marchionis liberi, & ad tantam claritatem in Auſtria vel nati, vel educati. Nunc ad Succeſſores in Marchionatu filios revertamur.

Hen-

(A) Browerus Annal. Trevir. L. XI. ex domeſticis documentis, cujus verba ſunt, quæ hic afferuntur.

(B) Geſta Treveror. c. 56. „ Denique inerat ei permaxima ſolicitudo, aut conſtruendis Eccleſiis, „ aut reparandis dirutarum vetuſtate ruinis, quorum alteri evidens „ perhibet teſtimonium Eccleſia ſancti Petri, quæ domus Epiſcopalis „ dicitur: „ & poſt multa: „ Huic „ etenim operi cum ſtudioſius inſiſteret - - die quadam cum ſederet, „ ubi opus fiebat, ſol, ut ſolito erat „ ferventior, refulſit in caput ejus. „ Erat enim calvus, & incanduit cerebrum ejus, & ſicut ſolet febre „ correptus, de die in diem ingraveſcente eadem valetudine, fortiter ægrotare cœpit, nec multo poſt „ ad ultima ductus ſpiritum reddidit „ ſub die XVI. Kal. Julii Anno Dominicæ Incarnationis MXLVII. „ Cujus exequias Treverici digne „ procurantes depoſuerunt eum in „ porta civitatis, quæ cognomento „ *Nigra* vocabatur, in qua & ipſe beatum *Symeonem* - - terræ commendaverat, ubi a Religioſis Clericis „ in eodem loco, ab ipſo ad honorem DEI, & beati illius viri mancipatis, pro ejus requie, die ac nocte preces funduntur ad DEUM. - „ - Sedit autem in Epiſcopatu annos XXX. Menſes V. Dies X. „ (rectius Dies XV.) De die mortis dubitare non ſinit plumbea tabella ejus pectori impoſita, cujus eſt inſcriptio: „ *Poppo* Trevirorum Archiepiſcopus „ obiit decimo ſexto Kalend. Julii. „ De anno mortis teſtatur Epitaphium æri inciſum apud Browerum laudatum L. XI. Num. 83. qui Popponis res geſtas, & beati *Symeonis*, quem ex Palæſtina Treviros reduxerat, beatorum deinde numero ad preces *Popponis* adſcriptum, fuſe, eleganterque pertractat. Corpus Venerab. Archiepiſcopi *Popponis* A. 1517. integrum adhuc repertum: *Sanctique* titulum a quibusdam illi attributum referunt Hagiographi noſtri T. III. Junii in Prolegom. ad diem 16. Junii in Actis SS. inter prætermiſſos.

A. C. Henricus liberorum natu maximus, Patris haud dubium, voluntate, ad hujus provinciæ præfecturam jam dudum erat deſtinatus: neque aliud Ottoni III. Aug. viſum, Leopoldi Patris præclara merita, dignamque majoribus Henrici indolem, confirmato in ea familia Marchionatus honore, remunerari cupienti. Verum nondum quartus a fatali Parentis caſu Henrico Marchioni menſis effluxerat, cum mors ſanctiſſimi Antiſtitis Wolfgangi & funus funere, & luctum luctu cumulavit. Valetudine tentatus iter in Auſtriam is ſuſceperat, cœleſti, haud dubium, inſtinctu, ut quibus locis præclaram ſeviſſet meritorum ſegetem, in iisdem & gloriæ meſſem moriturus colligeret. Sed cum febris ingraveſceret, abrupto itinere deferri Puppingam voluit, Auſtriæ ſuperioris locum. (A) Hic cum ex adſtantibus quæreret, eccujus Sanctorum in præſidio ædes ea ſacra eſſet, eamque S. Othmari nomine conſecratam intelligeret: accipio, inquit, cœleſte omen: hic viæ terminus erit, hic vitæ. Dudum eſt, cum ex ipſo, cujus honoribus hic locus ſacer eſt, Viro ſancto didici, & magnæ Eccleſiæ me fore Antiſtitem, & vitam ſuo in ſacrario poſiturum. (B) Id nunc tempus eſt, is locus, quo ad beatam ejus in cœlo conſortionem migraturum me confido. Nulla in me mora

Henricus Marchio II.

S. Wolfgangi obitus

Puppingæ in Auſtria.

(A) Anonym. S. Wolfgangi familiaris in ejus vita c. 38. apud Mabillon. Sæc. Bened. V. T. VII. pag. 806. Arnolf. L. 2. de S. Emmeram. „ Venerabilis præſul *Wolfgangus* cum Ratisbonæ conſtitutus, rerum neceſſaria mutatione poſcente, in *Orientalem* hujus provinciæ *regionem* iter ſuum pararet, febricitare cœpit. Quam corporis moleſtiam vir DEI, non ſolum vigiliis, & orationibus animæ ſuæ fecit eſſe proficuam, ſed etiam eleemoſynis -- totum, quod habere potuit, per manus pauperum in Gazophylacium Chriſti transmiſit; ſicque partes *Orientis* perrecturus, illi, qui neſcit occaſum, vitæ ſuæ ſedulis precibus commendavit excurſum. Cumque per *Danubii* decurſum ventum eſſet in puppi ad locum, qui dicitur *Puppinga*, ultra iter tendere non valebat; quia tempus reſolutionis inſtabat: ibi enim ſuperna ſe viſitante gratia cognovit, cito fore complenda, quæ ſibi per viſionem longe antea fuerant revelata. „

(B) Biograph. S. Wolfgangi apud Surium ad 31. Octob. „ Cum enim pro ſua, aliorumque ſalute jugiter Dominum deprecaretur, precesque ſuas ſanctorum ſuffragiis magno ſtudio commendaret, B. Chriſti Confeſſorem *Othmarum*, cui ſe ſuaque creberrime committebat, ſibi in ſomnis adſtare vidit: juſſusque ab eo in ipſum reſpicere, ita ſibi dicentem audivit: Quandoquidem rogaſti me, ut pro te intercederem, quædam tibi indicabo poſt eventura ob preces meas. Pauper quidem & inops ex hoc migrabis loco; ſed alibi, ubi pro Chriſto amore deges peregrinus, Epiſcopatum mundi hujus opibus ſatis affluentem, diviha prædeſtinatione conſequeris: in quo adminiſtrando, ſi fidelem te præbueris, poſt annos viginti duos ab hac vita temporaria feliciter proficiſceris ad illam ſempiternam. Certus autem ſis, te eo in loco animam Chriſto redditurum, ubi in Chriſti nomine a Chriſtianis mei memoria celebratur. Ego vero in illa hora exitus tui ſpero me venturum ad locum illum, cum aliis beatæ patriæ civibus, quos tunc habebis conſolatores. „ confirmat dictam viſionem Arnolfus l. 2. de S. Emmeram.

eſt: pareo magni DEI imperiis, & ad ſupremum me iter comparo: ferte hoc fragile pondus corporis in hanc ædem ſacram, unde ſpiritus ad authorem DEUM redeat: in proximo momentum eſt, ad quod per omnem retro annorum ſeriem aſpiravi. (A) Templo illatus cum divinis myſteriis ad ſupremum illum vitæ articulum rite, ſancteque ſe comparaſſet; præſentes ad vitæ perfectioris ſtudium ardenter cohortatus, Tagmonem, qui & propter mores ſuaviſſimos & virtutem ætate majorem, præcipuo illi in pretio & charitate erat, propius accedere, osque ori imponere, ac fugientem quodammodo ſpiritum excipere ſuis labiis juſſit; illud diſerte vaticinatus, fore ut refrigeſcentis ex juvenili ardore charitatis id fomentum eſſet, & ſiquidem in præſens Ratisbonenſis ſpe Epiſcopatus excideret; decennio poſt, majoribus etiam infulis ornaretur. (B) Hæc profatus, prona in terram facie ante aram ſacri Vatis ſui deſtitui voluit, ut ea, quam ſupremam ſibi norat, corporis abjectione, quam ſubmiſſo, & divinorum judiciorum reverenti eſſet animo, erga DEUM teſtaretur. Cum familiares, & loci ædituus turbam, quæ ad pium ſpectaculum numeroſa affluxerat, ſubmovere niterentur, vetuit vir ſanctus: decere profeſſus Præſulem ſacrum, ut non vitæ modo, ſed mortis etiam exemplo, pietatis germanæ formam rudi populo imprimeret. Demum cum ſe, ac commiſſum ſibi gregem DEO multis precibus comendaſſet, clauſis in mortem oculis, animum ad beati luminis aſpectum cœlo transmiſit pridie Calendas Novembres. (C) Funus pro tenuitate præſen-

Vaticinia ejusdem.

A. C.

(A) Arnolf. de S. Emmeram. „ Memor admonitionis (*Wolfgangus*) „ quam olim acceperat, per revelationem Chriſti Confeſſoris (*Otbmari*) - - juſſit in agone noviſſimo, „ ut a fidelibus in oratorium portaretur, & ante altare Beati *Otbmari* deponeretur. „

(B) Ditmar. l. 5. „ Fuit hic (*Tagmon*) egregii Clericus *Wolfgangi*, „ qui Ratisbonenſem pius paſtor, habitu & converſatione Monachus, „ rexerat Eccleſiam. Huic tam charus erat iſte, ut in vice filii a puero nutriens, eundem jam adultum „ bonis ſuimet omnibus præfeciſſet: „ conſummato tunc hujus exilii curſu, *Wulpo*, (Wolfgangus) in ſanctitate admirabili venerabilis Antiſtes, cum jam uſque ad mortem „ ægrotare cœpiſſet, accerſito ad ſe „ dilecto *Tagmone*: Pone, inquit, os „ tuum ſuper os meum, accipiens a „ Domino ſufflationem ſpiritus mei, „ ut ubicunque ardore juventutis incaleſcente, in genuina charitate ſis „ frigidus, a ſumma poteſtate, meique benevolentia temperamentum „ accipias: & ſi meis honoribus forſitan privaberis, poſt bis quinos „ ſolares annos - - majoribus pro „ certo lætaberis. „ Electus eſt *Tagmon* in Archiepiſcopum *Magdeburgenſem* A. 1004. ut habet Annaliſta Saxo, & obiit A. 1012.

(C) Anon. in vit. S. Wolfgangi c. 38. Arnolf. l. 2. de S. Emmeram. „ Quod cum factum eſſet, aliquantulum ex infirmitate convaleſcens, „ reſedit; & Orarium accipiens per „ confeſſionem primum ſe expiavit. „ Dein, qui aderant, pro fide, ſpe, „ &

A. C. ſentis loci a domeſticis compoſitum, ſed ab Hartwico Salisburgenſi Archiepiſcopo pro dignitate curatum eſt; dieque abhinc ſeptimo Ratisbonam, cujus ille Eccleſiæ curam annis duobus ac viginti, magna pietatis acceſſione geſſerat, non ſine pompa devectum. (A) Hartwici adventus Sanctum non latuit, qui ipſa, quæ beatum ejus obitum præceſſerat, nocte, adornari conclavia magnis hoſpitibus, Hartwico Archiepiſcopo, & Ariboni Comiti excipiendis juſſit; atque ut cœleſti eum luce colluſtratum ſciremus, illud non tacuit: facturos quidem naufragium; ſed amiſſis duntaxat ſarcinis, ſalvos vectores omnes in litus evaſuros. Stetit Vaticinio fides: affuere ſero jam die naufragi, nec tam rerum ſuarum jactura, quam caſu tanti viri perculſi, ad funeris exequias curam, & operam convertere. (B)

995 Annus ſequens, (DCCCCXCV.) quanquam Henrici Bojariæ Ducis morte funeſtus iterum, (C) ſalutaris tamen eo imprimis nomine fuit, quod Henricum, qui poſtea *S. Henricus Dux Bavaria.*

„ & charitate ſatis utiliter & loculenter commonefaciens, eos, ac „ omnes ſibi comiſſos, & nihilominus obitum ſuum cum intimis ſuſpiriis, DEO, & Sanctis ejus commendavit, ſicque Viatico ſumpto, „ humotenus ſe humiliavit. Tunc „ æditui, ſive cubicularii ejicere tentabant univerſos de Eccleſia, exceptis familiaribus, ibi ex more „ commanentibus. Quos Vir DEI „ prohibuit, dicens: Reſerate oſtia, „ ſinite omnes, qui hic manere velint, adeſſe reſolutioni noſtræ. Non „ enim nos, qui ſumus mortales, erubeſcere debemus, niſi ex malis operibus, cum mortis debitum neceſſario exſolverimus. - - Aſpiciat „ quisque in morte noſtra, quod paveat, & caveat in ſua. DEus miſereri dignetur, & mihi miſero „ peccatori, mortem nunc patienti, „ & cuique eam timide ac humiliter „ aſpicienti. Hæc cum dixiſſet, reverenter expiravit. „ Annum Lambert. Schaffnab. indicat. „ A. 994. „ Wolfgangus Ratisbonenſis Epiſcopus obiit. „ Diem Biographus S. Wolfgangi apud Mabillon. Sæc. Bened. V. T. VII. p. 807. ponit. prid. Cal. Novembris hoc verſu:

„ Si quæris tempus lector, quo contigit iſtud:
„ Anteriore die fuit ingrediente Novembre. „

(in Ditmaro mendum eſt, qui eam) pridie *Calend. Octobres ſtatuit.*

(A) Arnolf. ibid. „ Mox advenit „ Archiepiſcopus bonæ memoriæ „ *Hartwicus*, & *Arbo* Comes quidam „ ex numero fidelium fideliſſimus, „ Viroque DEI inter laicos chariſſimus. - - Corpus ejus comitatum „ ab Archiepiſcopo, & a populo fidelium copioſo eſt religioſe translatum, nec non die a tranſitu illius „ ſeptimo in civitatem *Ratisbonam* „ allatum. „

(B) Arnolf. ibid. „ Hos quoque „ illo venturos nocte præterita ſpiritu prædoctus Venerabilis Præſul „ *Wolfgangus* innotuit quibusdam, „ poſt longa ſilentia & corporis relaxata moleſtia, adſtantes terrens, „ ac ſic ſubito inquiens: Mundate domum, purgate atria, hodie veniunt „ nobis boni hoſpites. Et ut credatis mihi, quia verum dico; hoc „ vobis erit ſignum ex ore meo: Navis, in qua ferebantur bona Domini *Hartwici* Archipontificis, & *Arbonis* optimi Comitis, naufragium, „ atque jacturam in Danubio perpeſſa eſt; ſed per miſericordiam DEI, „ homines ſalvi facti ſunt, & ipſi Domini, mox poſt obitum meum, „ vobis erunt adventuri. „

(C) Herman. Contract. apud Caniſium T. III. „ A. 995. *Heinricus* „ Dux Bajoariæ obiit, & filius ejus „ ex *Giſela Conradi* Regis Burgundiæ „ filia, itidem *Heinricus*, Imperator „ poſtea futurus, Ducatum interim „ obtinuit. „

poſtea & Auguſti, & Sancti honoribus Chriſtianæ reipubli- A. C.
cæ univerſæ venerabilis extitit, ad Bojariæ, Auſtriæque ſuperioris gubernacula admotum viderit. Charum fuiſſe Ottoni III. Imperatori Ducem hunc ſanctum ſtatim apparuit, cum ejus conſilio ſuaſuque Gottſchalcus, Friſingenſis
Cremſium urbs: Epiſcopus, pro exiguo quidem prædio, quod ad Cremſam urbem, ut eam Otto Cæſar appellat, in Auſtria habebat,
Ulmerfelda: regios ſex fundos ad Ulmerfeldam, a liberaliſſimo Cæſare impetraret. (A) Tenue id videri beneficium potuit; ſed 996
anno qui hunc proxime conſecutus eſt, magnum largitioni ſuæ cumulum adjecit Otto, triginta non minus regalibus prædiis, ad Ipſam fluvium, Friſingenſi Eccleſiæ attri-
Waidhofium ad Ipſam. butis. (B) Waidhofium, quod ſeu a colonis Boicis, ſeu a Marcha Bojariæ, cui proxime adjacet, Bavarici nomen etiamnum retinet, ut ab altera ejus nominis urbe, quam ad Tejam fluvium, a vicina Bohemia, Bohemicam appellamus, diſtinguatur, fuiſſe nonnulli autumant, quod illa Ottonis liberalitate, ſub Nivanhovæ nomine Friſingenſium juribus tum acceſſit. (C) Utriusque in literis & Henrici Bojariæ Ducis, & Henrici Auſtriæ Marchionis extat mentio, ut proinde dubium eſſe non poſſit, Henricum in cujus provincia

(A) Diplom. *Ottonis III.* dat. Magdeburgi A. 995. apud Hund. in Metrop. T. 1. p. 93. & Meichelpeck. Friſing. T. 1. „ *Goteſcalcus* Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus quoddam prædiolum ſuæ Eccleſiæ, jacens in confinio noſtræ proprietatis, *Orientalis Urbis Cremiſæ*, cum omnibus utenſilibus ad idem pertinentibus, conſiliante *Duce Henrico* in jus noſtræ proprietatis, manu ſua, ſuique advocati *Anzonis* perpetuo conſiſtendum tradidit. Nos autem econtra in *eadem Marcha*, & in *Comitatu Heinrici Comitis*, noſtræ proprietatis VI. regales hubas in loco, qui dicitur *Zudamaresfeld*, juxta fluvium, qui dicitur *Ipiſa* cum curtiferis, areis &c. - in manum præſcripti Epiſcopi tradimus &c. Dat. XVII. Kal. Sept. anno Domin. Incarn. DCCCCXCV. Ind. VIII. anno Ottonis regnantis XII. actum Magdeburg feliciter. Amen, „

(B) Dipl. *Otton. III.* dat. Bruchſaliæ. Kal. Nov. A. 996. apud Meichelpeck. T. 1. p. 193. „ Petitionibus dilectiſſimi Nepotis noſtri Bajoariorum „ Ducis *Henrici* annuentes, quasdam „ noſtri juris res in regione vulgari „ vocabulo *Oſtarrichi* in *Marcha* & in „ *Comitatu Heinrici Comitis, filii Liutpoldi Marchionis* in loco, *Niuvanbova* dicto, id eſt, cum eadem curte, „ & in proximo confinio adjacentes „ triginta regales hobas, cum terris „ cultis, & incultis &c. - - ſuper gremium Friſingenſis Eccleſiæ „ cui nunc fidelis noſter *Kotaſcalbus* „ venerabilis præſidet Epiſcopus, in „ proprium atque perpetuum uſum „ conceſſimus &c. -- Data Kal. Nov. „ An. Dom. Incarn. DCCCCXCVI. „ Ind. X. anno autem tertii Ottonis „ regnantis XIII. Imperii vero I. „ Actum Brouchſelle feliciter. „

(C) Meichelbeckius ſubjungit: „ Monendus hic eſt lector, nomine „ *Niuvanbovæ* intelligi a quibusdam „ urbem *Waidhofen*, Vulgo *Bayriſch* „ *Waidhofen*, ſitam inter alpes inferioris *Auſtriæ*, verſus Styriam, quæ „ urbs una cum territorio adjacente „ hodieque dominio Friſingenſis Eccleſiæ ſubjacet. „ Alias *Ulmerfelda* non procul diſtat oppidum, cui *Neuboven* etiamnum nomen eſt; quod an Friſingenſis etiam juris ſit, aut fuerit, me latet.

A. C. vincia & Cremſa, & Ulmerfelda, & Nivanhova ſitæ eſſe notantur, jam tum in parentis dignitatem ſucceſſiſſe.

In Hungaria, cui ad ſeptimum, ac nonageſimum
997 ejus ſeculi annum Dux Geiſa præfuit, ingens rerum in melius conſecuta eſt converſio, Stephano filio jam tum ad ſummam rerum in ea gente evecto. (A) Nomen inter Chriſtianos aliquot jam annis profeſſus erat Geiſa, ac Optimates quidam Hungari; ſed Chriſtianæ forma diſciplinæ aſperſi potius, quam imbuti. Geiſa ipſe, quemadmodum vero DEO, ita falſorum Numinum ſimulacris, e veteri ſuperſtitione libare non verebatur; non deeſſe ſibi cauſatus opes, quibus plurium Deorum religionibus faceret ſatis. (B) Dedoctum hos errores, par eſt credere, ſi quæ de beato ejus obitu memorant Scriptores, ultro concedimus. (C) Geiſa tamen ſene, ut melior, ita ſapientior Stephanus filius, non contentus ea religionis umbra, ad verum Chriſtiani Principis decus aſpirabat. Moras nectebant alias ex aliis Hungariæ quidam proceres, neque ſuperba adhuc colla Chriſti jugo ſubmittere audebant: ille contra inſtare, urgere, ad verborum vim amicam, exempli alteram, ac juſti imperii adjungere: ſed cum ingenii multorum contumaciam minis, promiſſisque frangere non poſſet, orta ab domeſticis ſeditione ad arma ventum eſt, in qua collatis ad Veſpri-

S. Stephanus Geiſæ ſuccedit in Hungaria.

Ejus pro religione ſtudia.

(A) Carthuitius in vita S. Stephani R. c. 1. „ Poſt hæc (*Geyſa*) plenus dierum anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo, nonageſimo ſeptimo ſeculi nequam ærumnas cœleſti mutavit gaudio.„ In Actis Sanctorum ad II. diem Septemb. p. 564.

(B) Biographus poſterior S. Adalberti M. „ Non tacendum, quod juxta poſitis *Ungaris* nunc nuncios ſuos miſit, „ nunc ſeipſum obtulit: quibus etiam „ ab errore ſuo parum mutatis umbram Chriſtianitatis impreſſit. „ apud Caniſium T. III. p. 61. & apud Bolland. T. III. April. p. 192. De *Geiſa* vero Ditmarus Merſeburg. Epiſcopus l. 8. „ Hic Domino omnipotenti, „ variisque Deorum illuſionibus immolans, cum ab Antiſtite ſuo accuſaretur, divitem ſe, & ad hæc facienda ſatis potentem affirmavit.„

(C) Carthuitius in vita S. Stephani R. c. 1. *Geiſa.* „ Plenus dierum „ - - ſeculi nequam ærumnas cœleſti „ mutavit gaudio. „ Inchofer ad A. 997. Bonfin. Decad. I. L. X. Ademarus Monachus Egoliſmenſis apud Henr. Caniſ. T. III. p. 67. qui baptiſmum *Geiſæ*, & *S. Stephani*, non *Adalberto*, ſed *S. Brunnoni* Osburgenſi Epiſcopo tribuit, hæc de Geiſa habet: „ Sanctus autem *Brunnus* convertit „ ad fidem *Ungriam* provinciam - - „ Regem *Ungriæ* baptizavit, qui vocabatur *Geitz*, & mutato nomine „ in baptiſmo, *Stephanum* vocavit, „ quem *Otto* Imperator in Natali protomartyris *Stephani* a baptiſmate excepit, & regnum ei liberrime habere permiſit, dans ei licentiam ferre lanceam ſanctam ubique, ſicut „ ipſi Imperatori mos eſt, & reliquias „ ex Clavis Domini, & de lancea *S. Mauricii* ei conceſſit in propria lancea. Rex quoque ſupradictus filium ſuum baptizare juſſit, & ſanctus *Brunno* impoſuit ipſi nomen ſicut ſibi, *Stephanum*. „ Non aſſentior tamen Ademaro, ſi per *Brunonem Osburgenſem*, Auguſtanum intelligit: is enim *Bruno*, *Giſelæ* Reginæ frater, ante A. 1007. quo tempore jam dudum baptizatus erat *Stephanus*, Auguſtenſis Epiſcopus nondum fuit, ut conſtat ex Chron. Auguſt. ad A. 1007.

mium ſignis, non ſine cœleſtium ope, bona tandem cauſa triumphavit. (A) Victoriæ monumentum ingens etiamnum ſupereſt, ſancti Martini in monte Pannoniæ Cœnobium, quo deinde velut ad apertum aſylum quoddam, ex omni orbe Chriſtiano Sacerdotes, ac Monachi ad ſpem meſſis Evangelicæ accurrebant. A. C.

Tam præclaros pro religione conatus & Otto, & Henricus Cæſares, & Sylveſter II. Pontifex Maximus prolixo in Stephanum ſtudio adjuverunt. Deſponſa jam erat novo Principi Henrici ſoror Giſela (B) Ottone III. approbante: quos cum ſuffragatores nactus eſſet Stephanus; haud difficulter a Sylveſtro, Chriſti Vicario, & jus condendi Epiſcopatus novos, & Regium Diadema impetravit. (C) Miſſus ea cauſa Anno Mileſimo Romam erat Aſtricus legatus, qui Anaſtaſii deinceps nomine Colozenſis Eccleſiæ infulis eſt ornatus. Ceſſit e ſententia legatio: Corona Poloniæ Duci deſtinata, cœleſti monitu in Stephanum translata: additum ad regni inſignia Apoſtolici Regis nomen: quod ne inane eſſet, geſtanda quoque ante Regem Crucis, inuſitata ad eum diem poteſtas eſt adjecta. Meruiſſe eam prærogativam Regem Stephanum, tum Sylveſter ipſe teſtis eſt, qui ſuas illi vices in ordinandis Hungariæ Eccleſiis delegavit; tum erecti cum Strigonienſi Metropoli Epiſcopatus decem, quos ad ſancti conſilii ſui perpetuitatem ampliſſimis prædiorum proventi-

Conjux ejus Giſela S. Henrici ſoror.

Corona Regia a Sylveſtro II. PP. miſſa.

1000

(A) Conſtat. ex Diplom. Privilegii dati a S. Stephano Rege Proto-Abbatiæ S. Martini ad A. 1002. Indict. XV. „ Ingruente namque bellorum tempeſtate, qua inter Teutonicos & „ Hungaros ſeditio magna excreverat, præcipue quod cum civilis belli ruina urgeret, volente comitatu „ quodam, nomine *Simegienſi*, paterna me ſede repellere - - votum „ vovi *S. Martino*, quod ſi de hoſtibus interioribus aut exterioribus, „ ejus meritis victor exiſterem &c. „ Rem fuſe enarrat Inchofferus ad Annum 999. Quanquam in eadem cauſa cum *Giula* avunculo anno poſt quarto bellum recruduerit, ut refert Annaliſta Saxo ad A. 1003. „ *Stephanus* „ Rex Ungariæ ſuper avunculum „ ſuum. - - *Julum* cum exercitu venit, quem cum comprehendiſſet „ cum uxore, & filiis duobus, regnum ejus vi ad Chriſtianitatem „ compulit. „

(B) Ademarus Egoliſmenſ. ap. Caniſ. T. III. p. 67. „ Poſtea vero ipſi „ filio ejus *Stephano Otto* Imperator ſororem *Henrici*, poſtea *Imperatoris*, „ in conjugio dedit. „ Ditmar. L. IV. pag. 360. „ Imperatoris autem prædicti (*Ottonis III.*) gratia & hortatu, gener Henrici Ducis Bavariorum, *Waic* (*S. Stephanus* ſic appellatur ante baptiſmum apud eundem „ Ditmarum) in Regno ſuimet Epiſcopales Cathedras faciens, coronam ac benedictionem accepit. „ Herm. contr. ad A. 995. Sigebert. ad A. 1010.

(C) Carthuitius in vita S. Stephani R. c. 2. „ Quarto poſt obitum „ patris anno - - *Aſtricum* Præſulem, „ qui alio nomine *Anaſtaſius* dictus „ eſt, ad limina SS. Apoſtolorum miſit &c. „ Conſtat id plenius ex Bulla Sylveſtri II. PP. apud Inchofer. in Annal. Eccl. Regni Hungariæ allata ad A. 1000. cujus initium: „ Legati Nobilitatis tuæ, imprimis vero cariſſimus confrater noſter *Aſtricus* venerabilis Colocenſis Epiſcopus &c. „

A. C. ventibus conſtabilivit. (A) Præcipuas in ſancti hujus operis molitione Giſelæ Reginæ fuiſſe partes, Eugenii III. Pontificis Maximi literæ declarant, quæ Henrico ejus fratri & futuro mox Cæſari, adjunctæ ad Chriſti legem totius Hungariæ decus, velut proprium attribuunt. (B) Et vero Ot- *Giſela Reginæ utilis Religioni opera.*

1002 to III. non ultra biennium ſuperfuit, inter IX. & X. Kal. Februarii A. M. II. in Italia extinctus, quo ipſo anno Henricus Germaniæ imperare cœpit; (C) & Henrico Auſtrio, datis aliquot Cambum inter, & Marcham prædiis, ſuam benevolentiam affirmavit. (D)

Turbulenta præter modum ejus Imperii erant initia. Signa ſtatim in Italia adverſus Regem novum, Hardwicus, Eporediæ Comes ſuſtulit, tyrannide per Longobardiam occupata. (E) Miſſus in hunc Otto Carinthius cum Erneſto, Leopoldi nuper Auſtriæ Marchionis filio: ſed res haud proſpere ſatis ibi geſta, ambos celeriter ex Italia retraxit. (F) Italiæ bellum turbæ in Germania non mi- *S. Henricus Ottoni III. ſuccedit.* *Germania turbæ.*

(A) Bulla Sylveſtri II. PP. „ Quare, „ glorioſe Fili, cuncta a nobis, & ſede Apoſtolica expoſtulata, Diadema, nomenque Regium, *Strigonienſem* Metropolim, & reliquos Epiſcopatus - - præmonente, atque ita jubente eodem omnipotente „ DEO, cum Apoſtolica, & Noſtra „ benedictione, libenter conceſſimus, „ concedimus, & impertimur. - - „ Singulari inſuper Privilegio Excellentiam tuam, tuorumque meritorum intuitu, Hæredes, ac Succeſſores tuos legitimos, qui ſicut dictum eſt, electi atque a ſede Apoſtolica approbati fuerint, nunc & „ perpetuis futuris temporibus condecorare cupientes, ut poſtquam „ tu, & illi corona, quam mittimus, „ rite juxta formulam legatis tuis traditam, coronatus, vel coronati extiteritis, Crucem ante te, Apoſtolatus inſigne, geſtare facere poſſis, „ & valeas, atque illi poſſint valeantque: & ſecundum quod Divina gratia te, & illos docuerit, Eccleſias „ Regni tui præſentes, & futuras, „ Noſtra, ac Succeſſorum noſtrorum „ vice diſponere, atque ordinare Apoſtolica ſimiliter authoritate conceſſimus, volumus, & rogamus, „ &c. Data Romæ VI. Kal. April. „ Ind. XIII. „

(B) Bulla Canonizat. S. Henrici Imp. per Eugenium III. PP. apud Baronium T. XII. ad Annum C. 1152. Sigebert. Gemblac. A. 1010. „ Gens „ *Hungarorum*, hactenus Idololatriæ „ dedita, hoc tempore ad Chriſti fidem convertitur per *Gislam*, ſororem Imperatoris, quæ nupta Hungarorum regi, ad hoc ſua inſtantia „ Regem adduxit, ut ſe, & totam „ Hungarorum gentem baptizari expeteret, qui in baptiſmo *Stephanus* „ eſt vocatus. „

(C) Ditmar. L. IV. Necrol. Hildeſienſe: Auct. vitæ Meinwerci Annal. Saxo ad A. 1002. IX. Kal. Febr. at Herman. & Tangmarus in vit. S. Berwardi. ad X. Kal. Febr. mortem Otton. III. conſignant. Lamb. Schaffnab. A. 1002. „ *Otto III.* Imperator obiit, cui *Heinricus* Bajoarius ſucceſſit. „

(D) Diplom. S. Henrici Imp. Datum Kal. Nov. A. 1002. apud Ludewig. Rel. MS. T. IV. l. 6. & Reverendiſſimum Abb. Gottwic. l. 2. p. 227.

(E) Annal. Saxo A. 1002. „ Longobardi autem audito Imperatoris „ obitu, de futuris nihil ſolliciti, „ *Hartwigum*, quendam Epiſcopicidam - - in Regem ſibi elegerunt. „

(F) Ditmar. l. 5. „ Horum neceſſitati ad ſuccurendum *Otto* Carentanorum Dux, & Veronenſium „ Comes cum *Heriberti* Comitis filio, „ & *Arneſto*, *Luipoldi Marchionis filio*, „ cum aliis paucis ob ſpem auxilii „ majoris ab Italis promiſſi, a Rege „ dirigitur. „ Subjungit deinde de Teutonicorum acie. „ Tum vero „ ex maxima parte mutilata creditur, „ & victoriæ honore privatur. „

nores excepere. In armis Hermannus erat Dux Alemanniæ, Regnumque ſibi, adverſus Henricum æmulum, depoſcebat: (A) cumque & Henricus Marchio Schweinfurtenſis, Bertholdi, qui frater Leopoldi Auſtrii fuiſſe creditur, filius, Bavariæ ſibi Ducatum importune peteret, nec a Rege liberam Bojorum electionem cauſante impetraret; (B) bellum conflatum eſt, cujus in ſocietatem magna venere nomina: Bruno Regis frater, Boleslai duo, Bohemiæ, ac Poloniæ Duces, & quod mirere, redux nuper ex Italica expeditione Erneſtus Auſtrius; qui quanquam pro ſuſceptis bello Italico laboribus, (C) magnis eſſet ab Henrico Rege ornatus donis; tamen vel juventutis ardore, vel cognati ſanguinis ſtudio abreptus, Marchioni Henrico patrueli ſuo ſe adjunxit. (D) Nominum ſimilitudo & propinqua ſanguinis cognatio Scriptores multos in errorem induxit, (E) ut Henricum Auſtrium, cum Schweinfurtenſi confunderent, crimenque perduellionis in innoxium conferrent. Stetit Auſtrius in Henrici Regis fide, quanquam Erneſtum fratrem, Henricumque patruelem civilis turbo in partes abriperet: ſed *Rebellis* nomen, quod illi temporum inſcitia affinxit, meliorum authorum conſenſus jam deterſit. (F)

A. C.

Erneſtus Auſtrius in Regem inſurgit,

Henrico interim fratre, Auſtria Marchionis in fide perſtante,

Exitus

(A) Ditmar. l. 5. „ *Hermannus* „ Alemanniæ, & Alſatiæ Dux, timoratus, & humilis homo, a multis, „ quibus lenitas ejus placuit, ſeductus contra *Henricum* ſe armavit. „

(B) Annal. Saxo A. 1002. „ *Heinricus* Marchio *Bertoldi* filius, Regi „ hucuſque fidelis adjutor in acquirendo regni faſtigio - per optimos „ ejus exercitus viros diu, firmiterque promiſſum *Bavariæ* Ducatum „ ſibi dari poſtulavit. Quibus tale „ fertur Rex dediſſe reſponſum: nonne ſcitis, hoc in hac expeditione „ non poſſe fieri? *Bavarii* ab initio habent liberam poteſtatem eligendi „ ſibi Ducem &c. Quod ubi *Heinricus* ab internunciis accepit, - - „ paulatim ſe a Regis familiaritate „ ſubtraxit. „ Quæ ad verbum pene ex Ditmari l. 5. accepit author. Adelbold. in vita S. Henrici. N. 10. „ *Hezelo, Bertholdi* filius, quem tempore Ducatus ſui (Rex) ultra omnes „ Comites Regni ſui ditaverat - - ut „ *Bavarienſem* Ducatum ſibi concederet, inconſulte rogavit &c. *Hezelo* „ accepto ejusmodi reſponſo fomitem rebellionis concepit, quem „ poſt annum monſtrando in dolorem ſui peperit. „

(C) Adelbold. in vita S. Henrici. Num. 22. „ *Ottonem* quoque, & *Erneſtionem*, tunc ſibi obviam ab Italico prælio venientes, pro vulnerum ſuſceptione, pro neceſſariæ fugæ confuſione, donis regiis honorat, & debita conſolatione relevat. „

(D) Idem ibid. N. 24. „ Interea „ *Erneſto* eidem rebellioni adjungitur, „ nulla læſione coactus, ſed vel juventutis fervore, vel per eum commoda ſua amplificare quærentium „ ſuggeſtionem inductus. „ Ditmar. l. 5. p. 372.

(E) Bernard. Noric. in Chron. Bavar. An. 1003. Haslbach. in Chron. Auſtr. Arenpeck. in Chronico Bavariæ, & Auſtriæ. Sunthemius in Tabul. Clauſtro-Neoburg. Cuſpinian. in Auſtria. Bonfin. Dec. I. l. 10. præter Chron. Mellic. & Clauſtro-Neoburg. ad A. 1003.

(F) Patet id ex Ditmaro Merſeburg. l. 5. qui Henricum diſerte *Bertoldi filium* appellat: caſtellaque & oppida ab Rege capta nominat, *Amardelam*, *Cruſinam*, *Cranam*, quæ non in *Auſtria*, ſed in confiniis *Franconiæ* ſita ſunt. Verba Ditmari ſunt l. 5. „ Et ecce „ *Hen-*

A. C. Exitus porro inteſtini belli hujus is erat, quem ſancti Principis virtus, quem factioſorum inconſulta ambitio merebatur. Retruſus in Bohemiæ latebras Henricus Marchio,
1003 (A) Erneſtus a regio milite interceptus: (B) Bruno frater, jam ſibi relictus, ad Giſelam ſororem in Hungariam profugus; (C) Boleslai ambo & bello domiti, & Regi ſubjecti, Germaniam brevi pacatam reddidere. (D) Nec melior Hardwici conditio: Ticinum ipſa, qua coronam ferro
1004 ream accepit, die ab Henrico Cæſare impetu captum: circumlato deinde per urbes bello, recepta Italia; & quæ conſeneſcere paulatim apud Italos videbatur, Cæſarum authoritas, Henrici felicitate confirmata. (E) Pacata Italia, Germaniaque, factioſi etiam Principes veterem brevi gratiæ locum apud benignum Cæſarem reperere. Bruno frater Auguſtanis infulis ornatus: (F) Hermanno Alemanniæ Duci, jam dudum in gratiam recepto, id etiam datum, ut Hermannus filius in parentis provinciam hæres ſuccederet.

& capitur.

„ *Henricus* Comes, *Bertoldi* amitæque „ meæ filius - - Bavarii regni ducatum dari poſtulavit &c. „ Clarius adhuc Adelboldus in vita S. Henrici a Num. 25. ad 27. „ Rex igitur - „ intrante Auguſto, in *Franciam* exercitum ſuper *Hezelonem* (*Henricum* diminutive) duxit; bona ejus „ devaſtavit. - - In primo igitur impetu *Mertula* (*Mertala*, vel *Amertala*) diruitur. - - Tandem a Rege „ *Cruſina* capitur, diruitur, incenditur &c. „ Annal. Saxo ad A. 1003. „ Rex autem ad *Cranam* fugientem „ hoſtem inſecutus, lenivit in hoc „ animum ſuum, quod in deſtruenda illa, hoſtem ſe præoccupaſſe cognovit, miſit igitur *Heinricum* Wirceburgenſem Epiſcopum - - ut *Sainvorde* caſtellum incenderent, atque „ diruerent. Quos advenientes mater *Heinrici* Marchionis *Eila*, ut tales decebat perſonas, ſuſcipiens, & „ ſalutans, ubi præcepta regalia intellexit, perturbatur, concitoque curſu ad Eccleſiam properans, ibidem „ ignis concremationem ſuſtinere „ malle, quam exire teſtatur. „ Quæ omnia *Henrico* Marchioni *Sueinfurtenſi*; non autem *Auſtriaco* conveniunt. Subſcribunt his ex recentioribus Brunnerus Boic. P. II. l. 3. Hahnius T. II. in Henrico ſancto, Eccardus in Originib. Principum Saxon. Hieron. Pez. T. 1. Diſſert. V.

(A) Ditm. l. 5. p. 373. „ *Henricus* vero Comes - - ad Bohemiæ „ tunc invaſorem *Bolizlavum*, cum „ Domino *Brunnone*, reſiduisque fautoribus conceſſit. „

(B) Ditmar. l. 5. p. 372. „ Hi „ autem - hoſtes relictis ibidem omnibus ſuis, capto ſolum *Erneſto* effugerunt. „

(C) Adelbold. in vita S. Henrici. Num. 31. „ Dominus *Bruno* - - ad „ ſororem ſuam Ungaricam Reginam „ confugit, & etiam ſemetipſum recognoſcens, interceſſionem ejus „ imploravit. „

(D) Herman. Contract. An. 1004. „ *Henricus* Rex - - poſt paucos dies „ in Sclavos arma convertit, Boemanisque ad priſtinam ſervitutem, „ tributumque redactis, *Bolizlaum* „ etiam, Ducem Sclavorum Bolanorum, cum tota gente ſua ſubjugavit. „

(E) Herman. A. 1004. „ *Henricus* „ Rex Italiam petens, ſibi eam ſubjecit, *Papiam* ipſa die, qua coronatus eſt, irrumpens, gladio & igne „ perdomuit. „

(F) Chronic. Auguſtan. Eccleſiæ apud Piſtorium T. III. C. XI. „ Sanctus *Hainricus* - - injunxit - fratri ſuo *Brunoni*, qui *Sigefrido* ſucceſſerat in Epiſcopatu Auguſtenſi „ &c. „ Chron. Auguſtens. apud Freher. A. 1007. „ *Seifridus* Auguſtæ Epiſcopus - - obiit. *Bruno* Epiſcopus ordinatur. „

(A) Bavariæ vero, Henricus Lucemburgicus, Cunegundis Reginæ frater, Dux impoſitus. (B) Marchione Schweinfurtenſi non modo ſpe excluſo, ſed in arcis etiam Gibichſteiniæ cuſtodiam abducto. (C) A. C.

Tranquillis jam Imperii rebus ad Babenbergenſem Epiſcopatum, quem dudum jam animo agitaverat, condendum curas convertit Cæſar. (D) Obſtabant ejus votis nonnulli Antiſtites, quorum fines, ſacræque jurisdictionis termini dotata ea Eccleſia carpebantur: ſed vicit pietas Auguſti, cujus fuſæ de genibus preces nutantes ſententias in ſuffragium inclinarunt. 1007

Poppo Auſtri. primus Bambergenſis Eccleſiæ Præpoſitus.

Erectæ Joannis XVIII. Pontificis Maximi aſſenſu (E) Bambergenſis Eccleſiæ ſummo Collegio primus poſtea Præpoſitus Poppo datus eſt, Leopoldi Marchionis Auſtrii filius, qui per eum honoris aditum viam ſibi deinde ad Trevirenſem Cathedram aperuit. (F) Per eam occaſionem in Auſtria quoque facta eſt quædam prædiorum permutatio: Trevina, quæ Antiſtitum Paſſavienſium juris erat in Auſtria transdanubiana, Henrico Cæſari reddita, qui Albernenſe, ac Ernsdorffenſe prædium in Auſtria citeriore Chriſtiano Epiſcopo tranſcripſit: (G) avulſas etiam quasdam ad Aſcham Superioris Auſtriæ oppidum poſſeſſiones, & a Paſſavienſi ad Bambergenſem Eccleſiam translatas ferunt: quas tamen Princeps ſanctus reſtituta Paſſavienſis urbis parte per Arnoldum alias Bavarum erepta, compenſarit. (H)

Tan-

(A) Herman. Contract. An. 1004. „ *Hermannus* Dux obiit, pro quo filius ejus puer, *Herimannus*. „

(B) Adelbold. in vita S. Henrici. Num. 32. „ Rex in Bavariam venit. Ibi *Henrico*, fratri Reginæ, in „ feſtivitate S. Benedicti, Ducatum „ Bavarienſem conceſſit. „

(C) Ditmar. L. VI. p. 376. „ *Henricus* vero (Marchio *Franconiæ*, ſeu *Schweinfurtenſis*) - - more, & habitu pœnitentis Regi ſe tradidit, „ ejusque juſſione ab Archipræſule „ prædicto (*Tagmone* Magdeburg.) „ in caſtellum *Witganſtein* (*Gibichſtein* „ plerique recentiores appellant) detruditur. „

(D) Herman. Contract. An. 1007. „ Epiſcopium Babenbergenſe ab *Henrico* Rege conſtituitur. „ Conſuli de hoc poſſunt Hoffmanni Annal. Bambergenſ. l. 1. c. 65. & ſeq. Gretſerus in Divis Bambergenſ. & vita S. Henrici a Cap. VI. uſque ad Cap. XX.

(E) Bulla Joannis XVIII. PP. apud Gretſer. in Divis Bambergenſ. vita S. Henrici Cap. XI.

(F) Ditmar. L. VII. p. 406. „ *Poponem*, *Luipoldi* Marchionis filium, „ & tunc Pabenbergenſis Eccleſiæ „ Præpoſitum *Treverenſi* præfecerat „ urbi. „

(G) Diplom. *Henrici II.* Datum *Chriſtiano*, Paſſavienſi Epiſcopo XV. Cal. Maji A. 1007. anno Henrici V. quod laudat non tamen affert Hundius in Metrop. T. 1. p. 202.

(H) Refert, ſed in medio relinquit querelas Decani Patavienſis (qui ſeculo XV. vixit, ſcripſitque) M. Hanſiz. T. 1. Germ. ſacræ p. 237. in Chriſtiano Paſſavienſi Epiſcopo: „ Poſſeſſiones in *Aſſah*, quæ tunc habebant multa telonia, & paſſagia verſus Bohemiam, Auſtriam, & Bavariam, cum aliis bonis vicinis abſtracta ab Eccleſia Patavienſi; Bambergenſi eſſe largitum (*Henricum* „ *II.*)

A. C. Tantillam in Germania quietem novæ rurſus turbæ exceperunt. Author tumultus impii Adalbero erat, Cunegundis Reginæ frater, cui cum Trevirenſe Sacerdotium invadenti Theodoricus Metenſis Epiſcopus, & Henricus Lucemburgicus, Ducis nuper Bojoariæ nomine inſignitus, arma junxiſſent, regiam domum omnem fœda diſſenſio miſcuit: compulſi quidem ad officium, ſed ſero ce-
1008 teri; Henricus tamen ante alios adempta Bavaria in ordinem eſt redactus. (A) Nec Auſtria inter hæc ſine metu erat, quanquam Marchio Henricus, quam Cæſari fidem ſemel ſpoponderat, firmam, integramque tot inter Principum Provinciarumque defectiones tenuiſſet. Diſſidebant in Bohemia Principes fratres, Boleslaus, Jaromirus, Udalricus, & Barbarorum in morem in ſe mutuo ſæviebant. Boleslai atrox imprimis facinus erat, qui cum propter mores improbos in popularium omnium odio ſeſe eſſe adverteret; Jaromirum caſtrari, Udalricum balneorum fumo æſtuque ſuffocari juſſit, ne ancipitis populi ſtudiis erepto ſibi Principatu fratrum alteruter potiretur. (B) Sed cum tutum ſibi nihil in Bohemia putaret, fuga ſibi conſulendum duxit: at enim interceptus ab Henrico Auſtrio, ob illatas ſibi, neſcio quas, injurias irato, vix tandem bona hujus pace ad Boleslaum Polonum elapſus eſt. (C)

Bohemicæ turbæ Auſtriacis ſuſpectæ.

Hen-

„ *II.*) & ut eandem Eccleſiam videretur placaſſe, particulam civitatis, qua Patavienſis Eccleſia per *Arnoldum* ſpoliata fuerat, ab *Henrico* reſtitutam. „

(A) Herman. Contr. An. 1008. „ *Luitolfo*, viro docto Trevirenſi Archiepiſcopo defuncto *Megingaudus* pro eo Archiepiſcopus promovetur: ſed *Adalbero* Clericus Reginæ *Kunegundis* Germanus, quibusdam faventibus, ad Archipræſulatum, quaſi ex regio promiſſo ſibi debitum, adniſus *Treverenſe* palatium præſidiis occupat, etiam cum fratribus ſuis, *Theodorico*, Metenſi Epiſcopo, & *Heinrico* Bajoariæ Duce, - - contra Regem rebellavit: qui omnes a Rege poſt aliquod temporis ſpatium ſubacti ſunt, & *Heinricus* ipſe Bajoariæ ducatu privatur.„ Fuſe de his turbis agunt Acta Trevirenſia c. 46. apud D. Acherium T. II. & Leibnit. in acceſſ. Hiſtor. Ditmarus item L. VI. p. 384. Chronographus, & Annaliſta Saxo ad A. 1008.

(B) Adelbold. in vita S. Henrici (apud Leibnit. Tom. 1.) Num. 44. „ Mortuo *Bulizlao* ſeniore, Boemienſi ſcilicet duce, & iſtius *Bulizlai*, de quo nunc agitur, avunculo, tres filii ſuperſtites ei remanſerunt. Quorum primogenitus, *Bulizlaus* nomine, adepto poſt patrem ducatu, crudelius cœpit vivere, quam terra illa pati vel vellet, vel poſſet. Indigenis igitur illum pro animæ crudelitate execrantibus, timere cœpit, ne a fratrum ſuorum aliquo, *Pragenſibus* ad id inſtigantibus, extruderetur. - - Fratrum ſuorum unum eunuchizavit, alterum in thermis ſuffocare tentavit. At illi, unus Eunuchus, alter ſemivivus in Bavariam, a paterna hæreditate excluſi, fugerunt. „

(C) Ditmar. L. V. p. 370. „ Sed Bolislaus, quæ ſola via fugæ patuit, ad Henricum Marchionem, qui proximus ei tunc fuerat, confugiens, propter illatas ſibi injurias, ab eo captus eſt, poſtmodum, quia hoſpes eo advenerat, dimiſſus ad æquivocum ſuum, amitæque filium - - vitæ duntaxat amore perrexit. „ Annal. Saxo ad A. 1002.

Henricus Rex, cognita Boleslai barbara in fratres inhumanitate, Wlodewejum, potandi libidine ad posteros insignem, exauthorato altero, genti Principem dedit. (A) Hoc e vivis anno statim altero erepto, Boleslaus exul a Polono, ejusdem nominis Duce, restitutus regno est; sed oculis brevi, ubi Bohemorum æquiores in se animos esse sensit, ab eodem orbatus. Polonum hac via ad principatum Bohemiæ grassatum Henricus Cæsar ferendum sibi non putavit. (B) Quare suffectus Jaromirus est, (C) inquieto & ipse principatu usus, multisque casibus exercito: nam Udalricus, quem nuper morti jam destinatum fuga servarat, fratrem innoxium regno expulit, (D) & Henricus Cæsar nescio qua irritatus acceptæ cladis culpa, in Trajectensem custodiam conjecit. (E) Tam turbidis Bohemiæ rebus, metus etiam Austriam tenebat, nequid hostilis, ut fit, procellæ in vicinas Moraviæ, ac Bohemiæ provincias deferretur. Ea res suspectam Austriacis totam Sclavicam gentem reddidit, satisque jam causæ videbatur hostilibus etiam odiis sæviendi, siquis hospes, aut advena, aut peregrino cultu corporis, aut ignota Germanis auribus lingua uteretur. A. C.

Forte pius advena, cum ad sacra Palæstinæ loca, qui tum ardor erat hominum, ex Hibernia tenderet, A. MXII. Stockeraviam delatus erat, oppidum nunc elegans, ac quatuor fere mil-

(A) Ditmar. l. 5. p. 370. „ Pondus illati facinoris diutius ferre non „ valens (populos Bohemiæ) *Wolodo-Wejum*, qui *potestas exercitus* interpretatur, a Polenia clam vocans „ - - in sedem Basilisci illius, id est, „ *Bolislai* - - unanimiter electum collocavit. De quo rem unam incredibilem dico, sed non alicui Christiano imitabilem, quod hic nunquam „ sine potu unam horam perdurare „ valuerit. „

(B) Ditmar. L. V. p. 371. „ Mortuo interea Duce *Wlodewejo*, fratres prædicti, una cum matre expulsi, a Bohæmensibus pœnitentia „ ductis revocantur. Quos *Bolislaus* „ Poleniorum Rector collecto undique exercitu petens, iterum expulit, æquivocumq; suum exulem (*Bolislaum*) pristinis honoribus præfecit. „ Adelbold. in vit. S. Heinr. Num. 45. „ *Boleslaus* (Polonus) - - „ invitat eum (*Boleslaum Bohemum*) „ ad convivia, & diversa præbet ciborum genera, amara demum propinaturus pocula. Satiatum enim „ militibus suis commisit, & ut reductus excæcaretur, oculorum nutibus ad similia edoctis, innuit. - - „ Hoc ergo excæcato *Bulislaus-Pragam*, & totam Boemiam invadit. „

(C) Ditmar. L. VI. p. 379. „ Cunctis mox dignitatibus a Rege honoratur *Jaromirus* paternis. „

(D) Ditmar. l. VI. p. 393. „ *Jaromirus* Dux quoque adfuit, quem „ frater suimet *Otbelricus*, & satelles „ totius debiti immemor, in sacro „ Sabbatho Dominicæ resurrectionis „ proximæ, regno Bohemorum expulit. „

(E) Ditmar. l. VI. p. 395. „ Interea *Jaromirus* - - Regis gratiam „ suppliciter petens, pro misericordia „ & restitutione exilium & custodiam „ *Etbelbodi* Præsulis, *Ansfridi* successoris Episcopi (Trajectensis) suscepit, qui in immensa cæde Bavariorum, ad *Bolislavum* sine Regis, ac „ sui licentia cum muneribus iter „ agentium, & trucidatione sibi commissorum, & non aliqua Regis infidelitate talem promeruit ultionem. „

A. C. milliaribus ſupra Viennam, in Auſtria Transdanubiana ſitum. Hic, cum & veſtis, & linguæ peregrinitas locum ſuſpicioni daret, pro exploratore habitus, in carcerem mittitur, virgis prius atrocem in modum cæſus. Nocte inter dolores exacta, ad judicem rapitur: (Wolckenſtorffero homini nomen fuiſſe tradunt, juris, legumque ignaro, & parta nonnulla inter agreſtes authoritate tumido) rogatus, quis eſſet, quave cauſa eo locorum acceſſiſſet, ingenue, modeſteque reſpondit: Colomanni ſibi nomen; Palæſtinam itineris conſilium eſſe: id ſi crimen ſit, habere ipſos confeſſum reum: de Sclavis Bohemisque nihil ex ſe quærerent, quorum a terris ut Hibernia, ita rationes a rationibus eſſent disjunctiſſimæ. (A) Sed enim altius jam in agreſtium animis inſederat concepta temere ſuſpicio, quam ut ulla innocentis advenæ inficiatione deleretur. Experiri igitur tormentis libuit; flagris dirum in modum conciſo admoti igniti lapides, & forcipes candentes: lacerata ferris crura, (B) & quæ alia inſanientis plebeculæ cæca rabies ſuggeſſit, cruciatuum inſtrumenta, ad extorquendam falſi criminis faſſionem deprompta: cumque hæc inter nullam ille vocem mitteret,

S. Colomannus in Auſtriam venit:

pro exploratore habetur,

cruciatur,

(A) Not. ex Aloldo ad An. 1012. „ Pius DEI famulus *Cholomanus* ex „ Hybernia peregrinus adveniens, ut „ iret in Hieroſolymam Domini noſtri Salvatoris ſanguine rigatam, „ ignotus habitu, & lingua, ab imprudenti plebe hujus provinciæ pro „ exploratore Hungarorum, aut Bohemorum ſuſpectus, apud *Stockerowe*, poſt multa tormenta cum duobus latronibus ſuſpenſus eſt XVI. „ Kal. Auguſti. „ Similia ſcribit Ditmarus L. VII. & Annal. Saxo ad A. 1017. infra referendi. Vita S. Colomanni M. apud Hier. Pez. Tom. I. „ Accidit autem quendam, *Cholomannum* nomine, Scoticæ gentis oriundum, peregrinationis iter arripere, terreſtrem, cœleſtis amore, „ Jeruſalem cum aliis, quibus eadem „ mens erat, expetens inviſere. Venit itaque in *Orientalem Noricæ regionem*, cui a plaga Orientali *Pannonia*, ab Aquilonari confinis adjacet *Boemia*. Harum nationes regionum populis Noricæ telluris admodum tunc temporis erant moleſtæ, eo quod ab illis ſæpenumero ſint turpiter humiliatæ, devictæ, multisque modis miſerabiliter afflictæ. Inde contra virum „ DEI orta eſt falſa ſuſpicio, tanquam „ veniret miſſus a prædictis nationibus cauſa explorationis, ac prodendæ regionis. Hac ſuſpicione furioſæ plebis animi adeo incanduerunt adverſus Famulum DEI, ut „ ſcopis atrociter caſtigatum, traderent ad cuſtodiendum, poſtera die „ Judici præſentandum. - - Ut autem ventum eſt ante Judicem, modeſtiam, quam in animo habuit, „ vultu & habitu demonſtravit. Interrogatus itineris ſui cauſam, veraciter expoſuit: aliud quiddam „ confiteri, quam quod res erat, compelli ne unquam potuit. „

(B) Vita S. Colom. „ Tunc judicis edicto (Arenpeckius in Chronico Auſtriæ: *Wolckenſtorfferum* nuncupat) aſperis horrendisque „ cædebatur verberibus, ut ſi explorator eſſet, ſaltem confiteretur victus pœnarum doloribus; ſed fortiſſimus Athleta, *Cholomannus*, qui „ ſolvi & eſſe cum Chriſto cupiebat, „ acria tortorum flagra, lapides, ovaque fortiter ignita, candentem quoque forcipem, qua quidam perverſus malleator corpus ejus miſerabiliter vellendo cruciavit, ferram „ etiam, qua crura ejus lacerabantur, „ conſtanter innixus præſidio Chriſti „ nullificavit. „

ſuſpendio necatur.

teret, niſi quæ pietatem ac innocentiam teſtaretur, cum duobus latronibus in crucem actis ſuſpendio eſt enectus. (A) A. C. 1012

Triſtis ſupplicii infamia brevi in gloriam vertit: conſecuta ea prodigia, quæ & Colomanni innocentiam, & barbaram nefarii judicii immanitatem (juvat enim rei totius ſeriem, quanquam temporibus disjunctam, unum ſub conſpectum dare) clariſſimo in lumine collocarunt. Arbor, ex qua pendebat Vir Sanctus, dudum arida, vitali nunc velut ſucco irrigua; quin & vimineum, quod illi pro reſti erat, colli vinculum rurſus frondeſcere; putrefactis cœli intemperie ſupplicii ſociis, aut avium morſu laniatis, perſtare a tabo integrum Sancti corpus, & nulla ſui parte corruptum; barba, cæſaries, ungues, perinde ac in vivente, creſcere; cumque ad explorandam Viri ſanctitatem deſecta carnis particula ægris pedibus admoveretur, facta medicina malo, nullum in reſectæ ſuræ loco, vulneris veſtigium apparere. (B) Aliquanto poſt tempore, novo experimento confoſſum venabulo Viri Sancti latus, continuo vim magnam calidi ſanguinis profudit. (C) Manare inde in vulgus ſancti-

Prodigia ejus mortem conſecuta.

(A) Vita S. Coloman. „ Carnifices vero cernentes invictam Viri „ DEI conſtantiam, animam ejus tormentis ſicut aurum, quod in fornace probatur, excoctam tandem „ extorſere ſuſpendio, duobus latronibus ſuſpenſis cum eo. „

(B) Vita eadem. „ Horum (Latronum) carnibus frequenti morſu „ avium, beſtiarumque dilaniatis, „ ac putredine conſumptis, ſancti Viri corpuſculum, unguibus, cum „ barba, cæſarieque creſcentibus, „ materiali corruptione procul remota, floruit. Inſuper torta, in qua „ pendebat, floruit. - - Contigit „ cujusdam *Ramaldi* filium morbo debilitari podagrico. Patre vero ſuper hac re graviter anxio - - quadam nocte ſibi revelabatur in ſomnis, filium ſuum priſtinæ ſanitati „ reſtituendum, ſi locus morbi oblineretur carne ſtrangulati videlicet „ hominis. Igitur experrectus - - „ afferri medicinam miſſo feſtinanter „ præcepit nuntio, quam prædicta ſibi revelavit viſio: profectus ergo „ nuntius - - infixa lancea fruſtum „ carnis de ſura pendentis, ut juſſus „ erat, abſtulit, mox mirum in modum magna ſequebatur copia tam „ calidi cruoris, ac ſi anima adhuc „ obſervaretur in hoſpitio corporis. „ --At puer, cujus cauſa hæc fiebant, „ allatæ carnis medicamine tertio oblinitus, ſurrexit incolumis. - His „ ita geſtis idem *Ramaldus* iter faciens „ divertit ad patibulum, ubi ſancti „ Viri corpus erat pendens. Intuitus autem diligentius tam ipſe, „ quam omnes - & ille potiſſimum, „ qui cauſa abſcindendæ carnis miſſus „ fuerat, - - admirabantur non ſolum „ non factum vulnus, ſed nec cicatricem vulneris in corpore pendentis „ apparere. „ Not. ex Aloldo ad A. 1012. „ Sed latronibus putreſcentibus, & per corvos devoratis, ſanctus DEI famulus viventi ſimilis, „ integer pependit, & ſtipes, unde pependit, fronduit. „

(C) Vita eadem Num. 6. „ Quidam autem venator, cujus præcordia frigore obriguerunt perfidiæ: „ ſi verum eſt, inquit, quod aſſeritur, ut de iſto cadavere cruor decurrat calidus, hoc ego jam ſum „ comprobaturus. Arrepto igitur venabulo, venerabilis viri latus perforavit, unde confeſtim ſanguis „ profluens ipſum, & cui inſidebat, „ jumentum, ſacris imbuit reliquiis. „ *Ramaldus* autem, & qui cum eo aderant, viſæ rei formidine trepidi, non „ parva multitudine cleri & populi „ coadunata, decreverunt beati viri „ corpus ſepeliendum deponi. Siquis „ au-

A. C. ſanctitatis fama, & concurſus hominum fieri, indignantium palam, ac frementium, infelici ex arbore pendere tanti viri corpus, quod templis ac aris eſſet cum honore inferendum. Ita ſuffecta in crudelitatis locum pietas populi, ſacrum corpus anno jam integro ex arbore ſuſpenſum in vicinam Danubii inſulam, amœnitate inter cæteras præcipuam tranſtulit, & terræ, pone ſacram ædiculam, mandavit. (A) Aliud DEO viſum, qui ſacrum id pignus eo loci abſtruſum paſſus non eſt latere; ſed novo prodigio locum ſepulchri ejus inter medios reſtagnantis Danubii fluctus, qui adjunctam ſacram ædiculam jam media murorum parte in aqua demerſerant, intactam ſic reliquit, ut ſuſpenſi divinitus fluctus tumulum in coronæ modum circumſiſtere viderentur. (B) Vulgata res piſcatoris indicio, mox multorum ab omni parte confluentium oculis teſtata, ad Henricum Marchionem perlata eſt. Is, qua erat in Cœlites pietate, pretioſum ſacri corporis theſaurum, non ſine religioſa Sacerdotum pompa Mellicium deportari juſſit. (C) Depoſi-

S. Corpus ejus primum in inſula conditur:

poſtea Mellicium honorifice deportatur.

„ autem noſſe velit, quantum temporis ſpatium pendendo impleverit, integrum annum computet & dimidium. „ Notæ ex Aloldo ad A. 1012. „ Abſciſſa vel confoſſa carne ſua recentem & calidum ſanguinem emiſit, & mox, quod abſciſſum erat, iterum ſuccrevit: carne vero ablata infirmus ſanabatur. Ita prodita per DEUM viri ſanctitate ſapere & pœnitere cœperunt fatui homines, corpus depoſuerunt, & juxta *Danubium* ſepelierunt cum laudibus in erecto ſacello. „ Confirmat S. Colomanni res & miracula poſt mortem facta in arbore refloreſcente &c. *Ditmarus* Merſeburg. Epiſcopus L. VII. in fine, qui ipſe tunc temporis vivebat, cujus verba infra afferentur.

(A) Vita eadem num. 7. „ Eſt prope *Danubium*, quædam ſpecioſa, & delectabilis *augia*, in qua noviter extructa fuit Baſilica, illuc prædictus DEI famulus, utriusque ſexus tripudio, & plauſu, deferebatur humandus. „

(B) Ibid. „ Sequenti igitur anno *Danubius* - - quæque loca ſibi contigua æſtuantis diluvii copiis inebriavit. Atrium autem Baſilicæ, juxta quam beati *Cholomanni* cadaver venerandum quievit, tanta diluvies replevit, ut medietas Eccleſiæ prævalentibus aquis vix apparet. Sed omnipotentis DEI clementia - - tumulus, quo claudebatur corpus ipſius, aquarum diluvie non attingebatur penitus; fluctibus etenim undique ſævientibus locus ſepulchri aprica viriditate fruebatur, quaſi muri validi fuiſſet munimine circumdatus. „

(C) Ibid. num. 8. & 9. „ Quidam autem piſcator - aquarum violentia impulſus ad eundem pervenit locum. Videnſque inſoliti miraculi prodigium - - ſuæ, aliarumque villarum civibus ipſam rem iterum attonitus prædicavit. Illi autem arreptis navibus feſtinabant videre magnalia DEI, & videntes admirati ſunt. - - Hujus tam præclari, ſtupendique miraculi fama ad aures *Heinrici* Marchionis pervenit, rumoribus allata: qui ſtatim miſſis Clericorum ordinibus, & quibusdam militiæ ſuæ primatibus, præcepit, ut in *ſuam civitatem* honorifice transferrent miraculis glorificatum corpus. „ Ditmar. l. 7. in fine. „ Hæc Marchio *Henricus* ut comperit, corpus ejusdem in *Mezelecum* (*Medelico*) ſepelivit. „ & author vitæ num. 11. diſerte appellat: „ Civitatem nomine *Medlicham*, „ ex quo loco conjectura fit, *Henricum* Marchionem *Melicii* ſedem fixiſſe. Not. ex Aloldo ad A. 1014. „ Hic Martyr „ DEI,

tum illic eſt in æde Apoſtolorum Principis, cum ad id tempus (biennium, & eo amplius a ſuſpendii die jam exierat) nullum tabis veſtigium exiſteret; quin miri etiam odoris fragantia, atque ex reſecto furtim pedis pollice copia ſanguinis, quanta ſiſti vix poterat miraculum geminaret. (A) Sacras glorioſi funeris ceremonias Megingaudus, qui commodum Mellicii tum aderat, Aichſtettenſis Epiſcopus peregiſſe legitur: ſed id pro certo temere non affirmem. (B) Annum diemque glorioſæ mortis faſti plerique ſacri ad III. Idus Octobres A. MXII. translati vero Mellicium ſacri corporis, acta Martyris (nam hoc nomine, poſt Ditmarum, Merſeburgenſem per id tempus Epiſcopum, (C) Patronum A. C.

„ DEI, certe innocenter pro ejus amo-
„ re paſſus, multis prodigiis amplius
„ manifeſtatus eſt. Unde fama ter-
„ ram replente, deſtinatus ab *Hainri-*
„ *co* Marchione digniori ſepulchro, &
„ magna cum celebritate, ipſo comi-
„ tante, translatus eſt in Eccleſiam
„ *Medilik* III. Idus Octobr. „

(A) Vita S. Coloman. „ Priusquam impreſſo ſarcophagum tangeretur foſſorio, tanta miri & inſoliti odoris occurrit eis fragrantia, ut omnes, qui aderant, lachrymis maduiſſent effuſis præ gaudio. Aperto itaque ſarcophago, invenerunt ſacri viri corpuſculum ab omni corruptione penitus illæſum, ac ſi eadem die eſſet humatum - - nam a die illius ſuſpenſionis, uſque ad diem translationis, *totum triennium* tranſiit temporis. Elevato igitur deſiderabili theſauro - - optatum iter primo arripuere diluculo. - - Inſtante autem noctis jam crepuſculo diverterunt ad Eccleſiam non longe a via poſitam - - cumque omnes vigiliis præteritæ noctis, ac laſſitudine itineris victos languor opprimeret ſoporis, quidam adventitius clericus, cæteris dormientibus, leniter arripiens beati videlicet hominis pedem, reſecto pollice, mutilavit, unde vix ſedandi ſanguinis ubertas pavimenta irrigavit. „

(B) Thom. Haſelbach. in Chron. Auſtr. ad A. 1014. Chron. Mellic. Chron. Clauſtro-Neoburg. ad eundem annum. „ Beatus *Cholomannus* „ a *Meingaudo*, Eychſtettenſi Epiſcopo in *Medelich* ſepultus eſt. „ Haſelbach. & Chron. Mellic. *Heibſtatenſem* Epiſcopum, Lazius in Coment. Reip. Rom. l. 12. c. 7. Sect. 7. *Halberſtadienſem* appellat, ſed perperam: nam eo tempore *Arnulphus* Halberſtadienſem regebat Eccleſiam. Difficultatem de *Megingaudo Aichſtettenſi* movet Catalogus Epiſcoporum Aichſtett. apud Gretſerum T. X. ubi Megingaudus IV. Kal. Maji defunctus eſſe ſcribitur A. 1014. cum in noſtris monumentis translationi *S. Colomanni* interfuiſſe adhuc legatur III. Idus Octobr. A. 1014. Fateor, magnam eſſe Eychſtettenſi illi Catalogo fidem, quod dies electionis, mortisque ſingulorum ante ſe Epiſcoporum a *Gundakero II.* poſt XI. ſeculi medium notati fuerint: verum, quæ de *Starchando*, & *Reginoldo* Epp. qui *Megingaudum* præceſſerunt, ibi afferuntur, indubitata non videntur: *Starchandus* enim III. Idus Februar. Anno DCCCCLXV. *in Campo Lyci ab Ungaris occiſus* eſſe ibi legitur: cum tamen eo anno nullum cum Hungaris ad Lycum bellum fuerit; ſed Anno DCCCCLV. ad IV. Id. Auguſti. *Reginoldus* deinde, qui hic A. DCCCCLXXXIX. defunctus eſſe ſcribitur, diverſus forte non eſt ab eo, qui in Necrologio Fuldenſi A. DCCCCXCI. obiiſſe notatur: quæ poſterior ſententia ſi vera eſſet; *Megingaudus*, cui Eychſtettenſis Catalogus annos XXIV. Epiſcopatus tribuit, non A. MXIV., ſed MXVI. mortuus eſſet; atque adeo Translationi *S. Colomanni* intereſſe potuiſſet. Sed hæc per conjecturam.

(C) Ditmar. l. 7. p. 419. „ In Bavariorum confinio, & Mararenſium quidam peregrinus, nomine *Colomannus* ab incolis, quia ſpeculator eſſet, capitur, & ad profeſſionem culpæ, quam non meruit, diris caſtigationibus compellitur. Ille cum ſe nimis excuſaret, pauperemque Chriſti ſe ſic vagari affirmaret, in

„ ar-

A. C. num hunc ſuum colit Auſtria) ad Non. Octobris A. MXV. conſignant: (A) ſed Aloldus paſſum XVI. Auguſti; ſepultum vero Mellicii III. Idus Octobris A. MXIV. ſcribit. (B)

Ex eo tempore clarum hujus Sancti nomen tota Auſtria fieri cœpit: nec deerant frequentia prodigia, quæ populi piam fiduciam, & ingentia ejus apud DEUM merita affirmarent. (C) Erecta ejus honoribus ſubinde Templa ſunt Styræ, Radendorffii, Eisgarnæ, & adulta jam Vienna, in eo ſuburbio, quod portam Carinthiacam reſpicit. (D) Extat & altera ejus nomini ſacra ædicula haud procul Manſea, ſcaturientibus ad depellendos omnis generis morbos aquis ſalutaris. (E) Sanctus ipſe inter ſacros Auſtriæ indigetes divino officio tota Paſſavienſi, Viennenſi, Salisburgenſi Diœceſi coli cœptus. Colomannum in Auſtriam haud diu poſt ſecutus eſt Gothalmus, ex ampla, ut opinio eſt, Colomanni familia domeſticus. Is cum Dominum ſuum (Regiæ enim ſtirpis fuiſſe proditur) ſumma cura quæſiiſſet; comperta ejus nece, ſepulchrique loco, Mellicium tendebat: ſed cum proxime jam abeſſet, Maurenſi in pago, uno infra Mellicium milliari in orientem remoto, morbo extinctus eſt, non ſine fama prodigiorum, quæ celebre ignoto alioquin homini nomen peperere. (F) Quare cadaver

Templa ejus honori dicata.

Gothalmus, peregrinus, pius.

„ arbore diu arida ſuſpenſus eſt. Sed „ Dominus malignis, quid in eo cœ- „ perint, oſtendit: Caro enim ejus „ a quodam poſtea paululum inciſa, „ ſanguinem fudit, ungues ac capilli „ li creſcebant. Ipſa quoque arbor „ floruit, & hunc *Chriſti Martyrem* eſſe „ monſtravit. Hæc Marchio *Henricus* ut comperit, corpus ejusdem in „ *Mezelecum* honorifice ſepelivit. „ Eadem pene ad verbum habet Annal. Saxo ad A. 1017.

(A) Quoad annum XII. pleraque Chronica Auſtr. ut Mell. Salisburg. Clauſtro-Neoburg. Zwetlenſe conveniunt, de die tacent; ſed Martyrologium Rom. Baronii; Benedicto-Buranum, Greveni, Molani; addit: ad Uſuardi Martyrologium III. Id. Octob. diem Paſſionis S. Colomanni ſtatuunt, apud Hieron. Pezium in obſerv. præv.

(B) Chron. Mellic. Clauſtro-Neoburg. Zwetlenſe atque inprimis Aloldus, Haſelbach: & incerti alicujus Auth. Chron. Auſtr. item Chron. Auſtrale ap. Freherum S. Martyris corpus A. 1014. *Medelicii* ſepultum ſcribunt.

(C) Author vitæ S. Colomanni. „ Nonis Octobris Dominicæ Incar- „ nationis milleſimo quinto decimo „ anno, optimatum conſilio poſue- „ runt eum (*S. Colomannum*) in Ec- „ cleſia, honori Principis Apoſtolo- „ rum dedicata, auſtrali in abſide, „ ubi plurima per illum mirabilia ju- „ giter operatur DEI virtus. „ Subjungit deinde quædam miracula, quæ videri poſſunt apud Hieron. Pezium T. I. col. 101. & ſequ.

(D) Anſelm. Schramb. Chronici Mellic. Part. I. p. 33. Lazius coment. Reip. Rom. L. 12. Sect. 3. c. 7. p. 950.

(E) Anſelm. Schramb. Chron. Mellic. pag. 33.

(F) Bernardi Dapiferi Narratio de vita beati *Gothalmi* Peregrini, apud Hieron. Pezium Tom. I. pag. 110. „ Cum beatiſſimus Chriſti Martyr „ *Cholomannus* patriam - - relinque- „ re diſpoſuiſſet, & hoc non alteri, „ niſi huic beato viro *Gothalmo* re- „ velaſſet - - cumque undique quæ- „ reret, *Auſtriamque* veniret, & paſ- „ ſum - - & in *Medlica* ſepultum audiret, tunc & ipſe ad ſuum dilectum „ - Dominum tali modo advenit. „ Cum una dierum ſuæ peregrinatio- „ nis, ad villam dictam *Maur*, a præ- „ dicta civitate *Medlica* milliario di- „ ſtan-

tumulo marmoreo incluſum Mellicii depoſitum eſt, quòd pro ampla de ejus ſanctitate, meritisq; opinione publico diu cultu, beatique titulo eſt ornatum, quem tamen ævum recentius in funebrem memoriam, pietate anniverſaria commutavit. (A) A. C.

Erneſti Auſtrii Alemanniæ Ducis mors.

Triſtius haud paulo funus pridie Kal. Junii A. MXV. in Suevia incidit, Erneſto Auſtrio, Alemanniæ Duce, atque Henrici Marchionis germano fratre, inter venandum, ut ſupra meminimus, extincto. (B) Alemanniam is ab Henrico Rege, qui familiam Babenbergicam, quanquam in multis ſibi adverſantem, ſupra ceteras extollebat, (C) poſt Hermanni pueri obitum acceperat: geſta in annum tertium cum fide provincia, acerbum, ſed memorabilis exempli exitum, quem in loco retulimus, habuit. (D) Erneſto majori natu filio, & Alemanniæ hæredi, Poppo patruus, tutor additus, (E) qui puero Duce, publicas ſimul provinciæ curas in ſe ſuſciperet. 1015

Au-

„ ſtantem, quæ Sabbato dies eſſet, „ inibi pernoctando veniſſet, & quidam Ruſticus nocturnum ei dediſſet, ad horreumque dormitum iviſſet, & cum in craſtino - - non ſurgeret - - - obdormiſſe in Domino, & ſuper feretrum collocatus, „ inveniuntur accenſæ candelæ cum „ eo. Tunc *Medlicam* perducitur - „ & ſepelitur. „

(A) Bernardus Dapifer in Vita B. Gothalmi. „ Ejus ſacra oſſa continentur - - in cavato, & marmoreo, & hoc albo lapide, juxta altare DEI Genitricis Virginis Mariæ in crypta *Medlicenſis* Cœnobii - - ejusque memorialis dies eſt in „ die S. Annæ. „ V. Cl. Hieron. Pezius in obſervat. prævиis adjungit: „ Noſtra vero ætate publicus iſte *Gothalmi* cultus, & religio penitus exolevit. Quæ ejus rei cauſa, mihi „ latet. Id tantum ſcio, quotannis in „ ejus pervigilio, quod in VIII. Kal. „ Auguſti incidit, Veſperas Defunctorum, & in ſequente die *Miſſam de Requiem* ad ejus tumulum a nobis peragi ſolere. „ Plura de *S. Colomanno*; quædam etiam de *Gothalmo*, conſulto a me prætermiſſa ſunt: ut ſunt Genealogia S. Colomanni apud Anſelm. Schrambium p. 29. & ſeq. ſacri corporis mira per *Danubium* translatio, per indomita animalia ſiccis pedibus Danubium transgreſſa: apud Anonymum Leobienſ. ad A. MXVI. in Chronico. Monumentum lapidis, ſuper quo laniata ferra B. Martyris crura ſunt, quique dono *Rudolphi IV.* Ducis Auſtriæ, *S. Stephani* Baſilicæ Viennæ datus, ibidem hodiedum oſtenditur, adjuncta hac inſcriptione: „ Hic eſt lapis, ſuper quem effuſus eſt „ ſanguis ex ſerratione tibiarum *S.* „ *Colomanni* Martyris, quem huc collocavit illuſtris Dominus *Rudolphus* „ *IV.* Dux Auſtriæ. „ De Sambuco arbore, ex qua S. Martyr pependit, & quæ *Stockeravia* apud RR. PP. Franciſcanos ſub templi Ara majori viſitur: ac demum plura id genus alia de eodem Sancto, & de *Gothalmo*, apud Anſelm. Schrambium in Chronico Mellic. p. 19. & ſequ. legi poſſunt.

(B) Vid. dicta in Notis poſt A. 994.

(C) Conſtat id ſatis ex *Henrico* & *Adalberto* Marchionibus Auſtriacis: ex *Erneſto* patre & filio Alemanniæ Ducibus: ex *Poppone* Trevirenſi poſtea Archiepiſcopo: de *Henrico*, Bertholdi filio, & horum patrueli teſtatur Adelboldus in vita S. Henrici num. 10. „ *Hezelo Bertholdi* filius, quem tempo„ re Ducatus ſui (*S. Henricus*) ſuper „ omnes Comites Regni hujus ditaverat. „

(D) Ditmar. L. VII. pag. 403. & ſupra.

(E) Herman. A. 1015. Wippo in vita Conradi II. apud Piſtorium T. III. p. 462. „ Treverenſem quoque Archiepiſcopatum gubernavit *Poppo*, „ frater *Erneſti* Ducis, vir pius, & humilis, qui eodem tempore filium „ fratris ſui, ducem *Erneſtum*, cum Ducatu Alemanniæ ſub tutela habuit. „

A. C. Auſtriæ interea, ubi ad XIV. Calendas Octobris Greimhartſtettenſis Eccleſia hoc anno conſecrata eſt, (A) non inanis e Bohemiæ turbis metus erat. Nam cum Udalricus Dux, pulſo Jaromiro fratre, bona Henrici Regis pace, genti præeſſet ſuæ; ac Boleslaus Polonus, adjunctis ſibi Sileſiis, ac Moravis, dubiam illi principatus poſſeſſionem redderet: ſemel iterumque infeſtis armis in Auſtriam incurrere hoſtes, vicinumque Moraviæ, Bohemiæque agrum multis maleficiis affecere. Henricus Marchio, qui & Cæſaris res, & ſuas toto illo bello, quod pro Udalrico Bohemo ſuſceptum erat, ſtrenue gerebat, arma haud ſegniter corripit, cedentemque hoſtem inſecutus, octingentis non minus in pugna interemptis, prædam feliciter recipit. (B) Is ſucceſſus Auſtriis animos dedit, ut experiri armis iterata velitatione cum hoſte Sclavico auderent: quæ, quanquam ſiniſtra iis primum, dolo Moravorum circumventis accidit; (C) non multo tamen poſt repetita, victoriæ compotes fecit. Forte enim Moravos in Bohemiam prædæ cauſa ingreſſos inaudierat Marchio: eam occaſionem bene gerendæ rei non omittendam ratus, cum delecta popularium manu palabundos hoſtes inſequitur. Sed enim illos, quod minime exſpectabat, jam reduces, & expugnatæ neſcio cujus urbis ſpoliis graves offendit: tamen id quoque ad terrorem hoſtium, famamque expeditionis pertinere putavit, ſi excuſſa raptoribus præda, captivos patriæ reſtitueret: ſuos itaque recta in hoſtem ducit, & ut inultæ adhuc injuriæ iras militi, animosque acuerant, ita non tam pugna, quam ſtrages fuit. Cæſi ex Moravis millenis plures; ceteri, ut quemque ſuus timor agebat, in effuſam conjecti fugam; erepta injuſta ſpolia, captivorum greges integri libertati, ac patriæ redditi; omnia ſic acta, ac patrata, non ut ſibi, ſed gloriæ viciſſe videretur. (D) Non eadem

Henricus Auſtriæ Marchio Polonos palabundos cadit.

Cladem a Moravis accipit, redditque.

(A) Ex Cod. Lambacenſi MS. in Lit. Hilarienſibus de Eccleſia in Greimhartſtetten, (*vulgo* Grammatſtetten) XIV. Kal. Oct. A. MXV.

(B) Annaliſta Saxo A. 1015. Ditmar. l. VII. p. 405. „ *Henricus* autem Orientalium Marchio cum Bavariis, comperiens *Bolizlavi* milites „ juxta ſe prædam feciſſe, protinus „ inſequitur, & ex his fortiter reſiſtentibus octingentos occidit, prædamque omnem reſolvit. „

(C) Ditmar. L. VII. p. 414. „ Interea Mararenſes *Bolizlavi* milites, „ magnam Bavariorum catervam dolo circumvenientes incautam occidunt, damnum ſibi ab eis illatum „ prius, ad partem haud exiguam, „ ulciſcentes. „

(D) Annal. Saxo A. 1017. Ditmar. L. VII. p. 415. „ Interim *Mararenſes* Bohemiam ingreſſi, urbem quandam expugnant, & cum præda ingenti incolumes exibant. Quod „ cum Marchio *Henricus*, hos petere „ cum exercitu conatus, audiret, feſtinus inſequitur, & occiſis ex eorum „ numero plusquam mille viris, fugientibus cæteris, captivitatem hanc „ omnem ſolutam domum remiſit. „

eadem fortuna Cæſaris in caſtris fuit: victorem alias exercitum locorum ignoratio in magnas difficultates implicuit; & quanquam ex iis ſe anguſtiis pars major feliciter expedivit, accepta tamen nonnulla clades eſt, & tota pene ejus anni expeditio ad nihilum recidit. (A) A. C. 1017

Poppo Auſtr. ſit Trevirenſis Archiepiſcopus.

Hæc inter Henricus Cæſar, Religionis curam nihilo remiſſius gerebat. Megingaudus Trevirenſis Archiepiſcopus mortalitatem nuper expleverat, diu multumque cum Adalberone potenti æmulo conflictatus, qui pium Antiſtitem continentibus pene injuriis fatigarat: inter multos ejus ſacræ Metropolis candidatos nemo fortius Adalberonis impiis conatibus reſtitutus videbatur Poppone, Babenbergenſis majoris Collegii Præpoſito, & Alemaniæ per id tempus pro Erneſto puero Adminiſtratore. Hunc igitur recte arbitratus Cæſar, domitorem indomito ſe miſſurum affirmabat. (B) Neque ſecus factum, ut in loco narravimus. In Auſtria vero, quod nequaquam per id tempus pro multitudine locorum, aut Templorum ſatis eſſet, aut Sacerdotum; Berngero (Bennonem alias appellamus) Paſſavienſi Antiſtiti locum conſtruendæ ædi ſacræ Ducumburgi, regiosque fundos alios Crembſii, Sigmarſwerdæ, Tulnæ, atque Uccinſewæ, quæ Umſea forte eſt, vicinus his locis pagus, aſſignat, templis, ac Sacerdotum, rem ibi ſacram procurantium habitationi opportunos: ſed cum Crembſii prædium, quod hos in uſus ſerviret, nullum per id tempus eſſet, deſignatus in vicinia ager eſt, qui piæ Cæſaris voluntati reſponderet. (C) Deprecatorem ejus beneficii Henricum fuiſſe Mar-

(A) Ditmar. L. VII. p. 415. „ Cæſar autem videns exercitum infirmitate depreſſum in capienda urbe „ (*Nemetzi* ſeu *Nimptſch* hodie) in „ vanum laborare, iter ſuum nimis „ arduum ad Bohemiam direxit: - - „ laborem iſtius itineris, & commune detrimentum quis unquam valet explicare? Inexſuperabilis Bohemiæ regionis introitus, ſed multo deterior ejusdem fuit exitus. - - - *Bolizlavi* ſatellites inter *Albim*, & *Mildam* - - plus quam mille mancipia in his partibus ſumpſerunt, plurimaque incendio late conſumentes, proſpero itinere revertuntur. „

(B) Ditmarus L. VII. pag. 406. „ In Vigilia natalis Domini Meingaudus Trevericæ civitatis Archiepiſcopus obiit in urbe ſua Cophellenci dicta, ſedens IIX. annos, & „ VII. Menſes. „ Auth. Vitæ Meinwerci Epiſc. c. 41. „ *Meingoz* Trevirenſis Archiepiſcopus obiit; & *Athelbero* Præpoſitus Monaſterii S. „ Paulini Treveris - - - Epiſcopalis „ Cathedræ dignitatem affectavit, „ & uſurpavit. Imperator autem „ Chriſtianiſſimus, pro multorum „ ſalute, ſpreta illius affinitate - - „ Epiſcopatum *Popponi*, Viro venerabili, ſecundum carnem nobili, „ contulit, Athelberonique dixit: „ *Talem Virum debeo dirigere, qui tuæ „ veſaniæ valeat reſiſtere.* „ Acta Trevirenſia apud Acherium. T. II. & Leibnit. in Acceſſ. Hiſtor. cap. 46. ut ſupra poſt A. 994. in ejus Vita. Lambert. Schaffnaburg. A. 1017. „ *Megingoz*, „ Trevirorum Epiſcopus, cui Poppo „ ſucceſſit. „ Herm. Contr. A. 1015. „ *Megingaudus*, Trevirorum Archiepiſcopus obiit, pro quo *Poppo*. „

(C) Hund. in Metrop. Salisb. T. I. p. 202. ex libro Annalium Patav. hæc ha-

A. C. Marchionem, Cæſareæ ea de re literæ ſatis innuunt: neque nulla conjectura eſt, Henricum haud procul Ducumburgo ſtationem non nunquam habuiſſe, quod ejus rei gratia Sacerdotis vicinia, eo potiſſimum in loco, decreta videatur. (A) Sed ea Cæſaris benevolentia Marchioni Henrico frui
1018 diutius haud licuit, quem anno ejus ſeculi duodeviceſimo repentina mors oppreſſit, (B) nulla, ut videtur, relicta ſobole. (C) Suanhildam illi conjugem cum Auſtriæ Annales ceteri, tum Mellicenſes, ac Clauſtro-Neoburgenſes tribuunt, (D) incertum quam vere, aut qua ſtirpe natam: iidemque Mellicii terræ mandata utriusque conjugis corpora teſtantur. (E) Uno duntaxat anno Henrici Auſtrii Marchionis mortem mors Henrici Sueinfordenſis prævertit, longo, difficilique morbo humanis rebus exempti, (F) a quo infame *Rebellis* nomen in patruelem Auſtriacum per ſummam injuriam eſt transfuſum. (G) At cum res ejus bel-

Henrici Marchionis Auſtriæ obitus.

habet: „ *Heinricus* Rom. Imper. eidem *Beringerio* (Epiſcopo Paſſavienſi) conceſſit in Orientali Regno, „ in comitatu *Heinrici Marchionis* prædium quoddam, in his locis *Hertzogenburg* locum ad conſtruendam Eccleſiam, quam ibi *propter Marchionem* facere poſſet, & unum regalem manſum: in *Chremiſa* autem, „ & *Sigemareswert*, & *Tulna* extra civitatem, & *Uccineſſewe* ſimiliter in „ ſingulis locis, ſingulos regales manſos &c. Datum deeſt in libro Annalium. „ Hæc ille: & Gewoldus in addition. p. 242. ſubjungit: „ In *Crembſa* autem, quia aratum prædium non habetur, ubicunque in „ proximo, de proprietate Regis invenitur, pro ſupplemento aſcriptum conceditur. „

(A) Conjecturæ locum præbent hæc verba ap. Hund. laud. „ Ad conſtruendam Eccleſiam, quam ibi *propter Marchionem* facere poſſet „ quæ tamen Gewoldus in additionibus omittit.

(B) Ditmar. L. VIII. pag. 423. „ *Henricus*, qui Marcham inter *Ungarios*, & *Bavarios* poſitam tenuit VIII. „ Cal. (Julii) *fortis* armatus obiit. „ Annal. Saxo, & Chron. Hildesheimenſe ad A. MXVIII. „ *Heinrichus* Marchio „ Bajoariæ, ſubitanea morte prævenius obiit. „ Diem mortis Necrologia Mellic. & Clauſtro-Neoburg. ad IX. Kal. Julias ſtatuunt: quanquam Ditmarus L. VIII. p. 423. VIII. Cal. (menſe non addito) *poſt Pentecoſten*, quæ eo anno in VIII. Kal. Junii incidit, *tranſactis diebus paucis* obiiſſe ſcribat: Longius ab eo die recedit Aloldus ad A. 1018. & III. Non. Decembr. eum obiiſſe ſcribit: „ Marchio *Heinricus* „ bonus, & juſtus, ſubito obiit III. Non. Decemb. „ Sed a Ditmaro, & Necrologiis recedendum non videtur.

(C) Arenpeckius in Chron. Auſtr. Tabul. Clauſtro-Neoburg. duos illi filios tribuunt, *Adalbertum*, & *Erneſtum*: Haſelbach unum *Adalbertum*, cui conſentiunt poſt *Conradum* de *Witzenberg* Chronica pleraque: ſed *Adalbertum*, & *Erneſtum* fuiſſe fratres, non filios, ſupra oſtenſum eſt poſt A. 994.

(D) Tab. Clauſtro-Neob. Lapis ſepulchral. Mellic. Arnpeck. Chron. Auſtr. Haſelbach, in Chron. Auſtr. Idem ſentit Aloldus ad Annum 996. „ Cui (*Haimrico* March.) hoc anno ex conjuge *Sebwenbild* filius *Adalbertus* „ feliciter natus eſt. „ Verum de *Adalberto* poſtea. De *Sebwenbild* merito dubitari poteſt: quod unica tantum *Sebwanekildis* inter Monumenta ſepulchralia Mellicii nominetur; eaque manifeſto *Erneſti Marchionis Conjux* in litteris ipſius *Erneſti* appelletur, ut ſuo loco oſtendemus.

(E) Tab. Clauſtro-Neob. lapis ſepulchral. Mell. Arenpeck. in Chron. Auſtr. aliique.

(F) Ditmar. L. VII. p. 415. „ Marchio „ *Henricus*, amitæ meinet filius, longa ægrotatione vexatus XIV. Cal. Octob. *Orientalium* decus *Francorum* obiit, & in ſeptentrionali parte Monaſterii in *Soemſordi*, civitate ſua poſiti - - extra Eccleſiam, ut ipſe „ petiit, juxta januam ſepultus eſt. „ Annal. Saxo A. 1017.

(G) Conſtat aperte *Henricum* illum *Rebellem* fuiſſe *Bertholdi* filium: ſic enim appellat eum Adelboldus in Vita S. Henrici. „ *Hezelo Bertholdi* filius - - fomitem rebellionis con„ cepit &c. „ Patetque ex Ditmaro L. VI. & Annaliſta Sax. ad A. 1002. Accedit Fr. Ortilo in Not. ex Aloldo poſt An. 1018.

lo Bohemico, Polonicoque geſtæ in omnium oculis verſen- A. C.
tur, nihil æquius videtur, quam ut abolita veterum calumnia *Fidelem* Cæſari, aut *Fortem* cum Ditmaro Merſeburgenſi Antiſtite, eorum temporum æquali appellemus; (A) ut quem nec fraternæ Erneſti intemperiæ, nec propinqua cum Henrico Sveinfordenſi ſanguinis conjunctio a fide, atque obſequio Cæſaris abſtraxerint.

Status Auſtriæ ſub Henrico Marchione II.

Obſervare hic pauca libet, quæ ad publicæ rei per id tempus in Auſtria cognitionem afferre luminis aliquid poſſunt. Ac primo quidem ſatis conſtat, Reges, Cæſaresque, ſiquid fundi, prædiive eſſet conferendum aliis, tanquam de ſuo contuliſſe, ut adeo Provinciæ Marchiones non Domini, ſed curatores, ac adminiſtri eſſent: (B) ſecundo, ut præfecturam ii ſuam pro dignitate ſuſtinerent, fidemque ac operam in bello præſtarent, agros fundosque nonnunquam certos, iisdem proprios eſſe contributos. Henricus certe II. vix adito Germaniæ Regno, Marchioni cognomini de ſuis prædiis unum, cum villis agreſtibus viginti, inter Marcham, Chambumque fluvios ſitis, contulit. (C) Tertio, quæcunque per id tempus converſiones rerum in Ducatu Bajoariæ fuere, Henrico Lucemburgico Duce nunc renunciato, nunc iterum exauthorato, eas cum Marchionis Auſtrii rationibus nihil commune habuiſſe; neque ea cauſa quidquam in Auſtria mutatum. (D) Quarto, arma non ad defenſionem patriæ modo; ſed ad tuenda jura Cæſaris, etiam per Bohemiam a Marchione circumlata. (E) Demum, inter cetera Marchionis decora, nec Religionis impenſum ſtudium defuiſſe: id quod ſatis ex pia ejus ſolicitudine pro deducendo religioſa pompa Colomanni Martyris ſacro corpore; proque tot Sacerdotiis pia Cæſaris munificentia per Auſtriam inſtitutis liquet: (F) ut adeo dicere haud verear, Henricum inter laudatiſſimos, qui Auſtriæ unquam præfuerint, Marchiones recenſendum.

LIBER

(A) Ditmar. L. VIII. „ *Heinricus*, qui Marcham inter *Ungarios*, & *Bavarios* poſitam „ tenuit, VIII. Cal. - *fortis armatus* obiit, „

(B) Patet ex Diplom. *Ottonis* III. dato Magdeburg. A. 995. & altero ejusdem dato Brouchſellæ A. 996 apud Meichelbeck. T. 1. ut ſupra. Simile exemplum extat apud Duellium Miſcell. T. II. de Reb. Sand-Andrean. p. 379. ubi *Otto III.* Imp. in Literis Romæ A. 998. III. Kal. Maji datis, ſic ſcribit: „ Nos ob petitionem „ fidelis noſtri *Henrici* Ducis, cuidam *Engilrico* dedimus, quidquid habuimus inter rivos *Dullona*, & *Amizinesbach* - - ut quidquid ſibi libuerit, inde faciat, & *Traſſina* „ clauſuram habeat &c. „

(C) Conſtat ex Diplomate S. Henrici II. apud Reverendiſſimum Abbat. Gottwicenſem T. 1. lib. 2. p. 227. „ Notum ſit omnibus noſtris „ fidelibus, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos dedimus cuidam Marchioni *Heinrico* tale prædium, quale ſub regia poteſtate viſi ſumus poſſidere, inter *Durran*, *Liezzicham*, & *Criezzicham*, & inſuper dedimus „ ſibi XX. hobas inter *Chambam*, & *Maraabo*, data Kal. Novembri menſe Anno Domini, Incarn. MII. Indict. I. acta in Haſelbach. „ primo anno regnante rege Hainrico. „

(D) Patet ex ſupradictis ad An. 1004. & 1008.

(E) Conſtat ex dictis ad An. 1015. & 1017.

(F) Ex vita S. Colomanni, ut ſupra: & ex libro Annalium relato ab Hundio & Gewoldo.

LIBER SEXTUS.

A. C. XTincto ſine prole Henrico Adalbertus, Leopoldi filiorum natu minimus, a Cæſare eſt ſuffectus. (A) Generis præclari dignitas, magnisque jam tum rebus gerendis par prudentia germanis brevi fratribus hunc æquavit. Henrico Auſtriæ, Erneſto Alemanniæ præpoſito, Adalberto, niſi me nominum ſimilitudo fallit, Donagovienſis Comitatus præfectura eſt demandata. (B) Hanc cum & fide, & moderatione gere- *Adalbertus Auſtriæ Marchio III.*

(A) Aloldus quidem ad An. 1018. „ Marchio *Hainricus* - - filio, quem „ unum habuit, *Adalberto* Marchiam „ dimiſit &c. „ Id quod etiam Chronica noſtratia fere tradunt. Sed Otto Friſingenſis, *Adalberti* hujus abnepos, cum eundem nunc *Popponis* Trevirenſis, nunc *Erneſti*, Alemanniæ Ducis, *fratrem* non uno in loco appellet, quos ambos *Luipoldi*, Marchionis Auſtriæ, fuiſſe filios, ſupra ad A. 994. oſtenſum eſt; unum eundemque cum iis patrem habuerit, neceſſe eſt, *Luipoldum*: atque adeo ex mente Ottonis Friſingenſis, non filius fuit *Henrici* Marchionis *Adalbertus*, ſed germanus frater: ſic enim ſcribit Otto l. 6. c. 28. „ Hæc (Giſela) primum *Er-* „ *nuſto* Duci Suevorum, fratri *Alber-* „ *ti*, ſuperioris Pannoniæ Marchio- „ nis, nupta fuit. „ En *Adalbertum Ernuſti* fratrem: en etiam *Popponis*. Libro eodem c. 32. agens de *Leopoldo*, *Adalberti* hujus filio ſic habet: „ Illu- „ ſtriſſimus *Alberti* Marchionis filius, „ *Leopaldus* adoleſcens, immatura morte omnium planctu rapitur, & a „ *Patruo* ſuo *Popione*, Treverorum „ Archiepiſcopo, in urbe Treveren- „ ſi ſepelitur. „ Si igitur *Leopaldo*, *Adalberti* Marchionis filio, *Patruus* fuit *Poppo* Trevirenſis, *Adalberti frater* fuerit, neceſſe eſt: id quod ante me obſervavit Eccardus in Præfat. ad Origines Principum Saxon. ſuper §. XXXII. quem conſulas, licebit. *Henricum* porro Marchionem, quem Aloldus patrem *Adalberto* tribuit, ſine liberis deceſſiſſe, vetus MS. Biblioth. Cæſareæ apud Marcum Hanſizium T. 1. Germ. Sac. p. 252. relatum, ſcribit in hæc verba: „ *Henricus Leupoldi* filius, „ ſecundus Marchio in Auſtria, *ſine* „ *hæredibus* obiit. „

(B) Diplom. *S. Henrici II.* A. MXXI. Indict. III. V. Non. Jul. Coloniæ datum Sanct. Emmeram. Cœnobio apud Reverendiſſimum Abb. Gottwicenſ. T. 1. l. 2. p. 238. „ Quandam noſtri „ juris curtem, *Eitterhoff*, dictam, in „ pago

ret maxima, ad regendam a morte fratris Auſtriam eſt admotus. A. C. Neque vero aliud inter Marchiones hujus provinciæ clarius nomen eſt, quam Adalberti, quem a felicibus adverſus Hungaros præliis, & prolatis a monte Cetio ad Leytham fluvium Auſtriæ finibus, amplificatorem, ac Pannoniæ vindicem appellare poſſumus. (A) Diuturnum illi contigit regimen, & variis bellorum caſibus exercitum; ſed quos omnes ille manu, conſilio, animique imprimis excelſitate ſuperavit. Felicitatis id fuit, quod primi, quos in regenda nobiliſſima provincia exegerat, anni ſine bellis fluxere. Crevere interea cum oppidis, vicisque ſacri imprimis ordinis vectigalia, temporum injuriis averſa. Ac Tegernſeenſi quidem Bavariæ Cœnobio Leubenenſe in Auſtria prædium, fundosque regales quinque alios inter Piſtnicham & Triſtnicham Henricus Cæſar pia largitione contulit. Weichenſtephanenſi vero partem inſulæ Sachſengangiæ donavit. (B) Cremifanenſis adhæc Cœnobii veterem ſanctitatis laudem, poſt centum fere annorum triſtes ruinas, feliciter reſtituit Gotthardus, is, qui Altahenſe, primum, mox crebeſcente ſanctimoniæ fama Hersfeldenſe, Tegernſeenſe, Cremifanenſe rexit Cœnobia, poſtremo ad Hildesheimenſis Eccleſiæ infulas evectus, numerum Sanctorum auxit. Nec Berngerus, Paſſavienſis Antiſtes, laboranti inopia Cœnobio, olim diviti, ſua cura defuit: (C) liberalior etiam

„ pago *Tunetgouve*, in Comitatu *Adal-* „ *berti Marchionis* ſitam &c. „ Sermonem eſſe de *Adalberto* noſtro inde conjectura eſt, quod appellet eum *Marchionem* contra, ac in reliquis Diplomatis, quorum multa affert Reverendiſſimus Abbas L. IV. Verbo *Donagovv*, fieri ſolet, ubi ſemper tantum additur in Comitatu e. g. *Ruodberti Comitis*, *Paponis Comitis*, *Cuniberti Comitis*, *Ottonis Comitis*, nulla *Marchionatus* facta mentione. Ex quo colligo, *Adalbertum* Donagovienſis Comitatus poſſeſſionem, una cum Auſtria retinuiſſe.

(A) Otto Friſing. L. VI. c. 15. „ *Albertus*, qui poſtmodum *Marchiam* „ *Orientalem*, id eſt, *Pannoniam ſuperiorem*, Ungaris ereptam, Romano „ Imperio adjecit. „

(B) Chron. Monaſt. Tegernſe. C. IV. „ Accepimus a gratia ejus (*S. Henrici*) „ - - duos regales manſos in *Leuben* „ in Oriente, id eſt, *Auſtria* juxta *Danubium* inter duos lapides *Battſcheim*, „ & *Hoſeſtain* &c. „ & rurſum C. V. „ quinque regales manſos inter duos „ fluvios ſitos, *Piſtnicht*, & *Triſtnicht* „ in Marchia *Adalberti* primi Marchionis Orientalis, id eſt: Auſtriæ. „ Diplom. S. Henrici Imp. datum Cœnob. Weihenſteph. A. 1021. XVIII. Kal. Decemb. affert Meichelbeck. Friſing. T. 1. pag. 212. quo donat „ Partem inſulæ *Sachſonagane* in *pro-* „ *vincia* ſcilicet *Orientali* juxta Danu- „ bium, & in *Marchia Adalberti Comi-* „ *tis* ſitam - - a loco *Zuntinesprueca* - - „ uſque ad locum *Orta* dictum, & us- „ que in ſylvam, quam *Hart* vulgariter nuncupant &c. „

(C) Vita *S. Godehardi* Epiſc. Hildesheim. a Wolfhero ſcripta apud Mabillon. Sæc. VI. T. VIII. pag. 356. Num. 11. „ Cum inibi (in *Hersvelt*) „ inventis & aliunde acquiſitis fratribus in eodem Cœnobio per ſeptem annos digne DEO, & hominibus laudabiliter miniſtravit, commendata ſunt ei & alia duo monaſteria, *Tegerenſe*, & *Chremſenſe*, „ quæ pari quoque diligentia in Chriſti ſervimine gubernavit. „ Quæ

de

A. C. etiam in ſancti Hippoliti, quod in Auſtria ſecunda erat, religioſum contubernium, quod templis duobus auctum, prædiis etiam, ac decimis dotavit. (A) Sed eam in dicata DEO Cœnobia munificentiam, novi Regis benignitas liberaliter remunerata eſt. Henricus II. Cæſarum ſanctiſſimus, III. Idus quintiles ad Superos, quibus innocentia, virtute ac ſanctitate ſimillimus erat, An. MXXIV. exceſſerat. (B) Suffectus in magni Imperii curas Conradus II. cognomento Salicus, qui ducta nuper Giſela conjuge, Erneſti Auſtrii, Alemanniæ Ducis vidua, privignos acceperat Erneſtum, & Hermannum, Leopoldi Auſtriaci nepotes, nihil antiquius habuit, quam ut ſacrorum Anti-

S. Henrici Imp. obitus.

1024

de *Berengero* adjecta ſunt, conjici poſſunt ex iis, quæ Bernardus Noricus in Catal. Abb. Cremifan. de *Sigmaro* hujus temporis Abbate ſcribit: ubi recenſet librariam, ſacramque ſupellectilem Cœnobii ejus, Paſſavienſium Antiſtitum juri tum ſubjecti.

(A) *Berengerum* Parochias quasdam contuliſſe ad *S. Hippolytum*, conſtat ex literis *Rugeri* Patav. Epiſcopi datis An. 1248. apud Raym. Duellium Miſcell. L. I. „ Notum etiam ſit cunctis S. Matris Eccleſiæ filiis, qualiter nos omnes Parochias - - quas „ bonæ memoriæ *Berengerus*, *Engelbertus* - - noſtri anteceſſores Patavienſis Eccleſiæ Epiſcopi Eccleſiæ „ *S. Ypoliti*, & fratribus ibidem DEO famulantibus tradiderunt - - Eccleſiaſtica confirmavimus authoritate &c. - - Hæ ſunt ergo Parochiæ, & decimæ traditæ per anteceſſores noſtros Eccleſiæ *Ypolitenſi*: „ - - *Pehamkyrichen* cum Capellis ſuis exemptis, & non exemptis - - *Eccleſia S. Chriſtophori* cum Capellis ſuis exemptis, & non exemptis &c. „ Has porro Eccleſias a *Berengero*, & *Engelberto* datas, Bruſchio credimus, qui has donationes *Berengero*, & ejus ſucceſſori *Engelberto* tribuit.

(B) Chronograph. Saxo. Lamb. Schnaffnab. Conr. Urſperg. Herman. Contr. An. 1024. „ *Heinricus* quoque Imperator, tertio Idus Julii „ abſque filiis diem obiens apud Babenbergenſem Epiſcopatum - - in „ Baſilica S. Petri ſepelitur. Deinde „ habito conventu apud villam *Kambam*, *Counradus* ſenior, filius *Heinrici*, Rex promotus, ab *Aribone* Archiepiſcopo Moguntiæ unctus eſt „ VI. Id. Septembr. Nec multo poſt „ uxor ejus *Giſela* a *Piligrino* Archiepiſcopo Coloniæ Regina benedicitur „ Cal. Octob. „ Filiam *S. Henrico* Imperatori fuiſſe Leibnitius oſtendere voluit ex ejusdem Diplomate pro libertate, ac defenſione Eccleſiæ Hildesheimenſis An. 1013. dato, quod affert T. II. Script. Brunswic. p. 155. ubi hæc verba leguntur: „ *Pro Conjugis „ prolisque regalis incolumitate.* „ laudat probatque hoc argumentum *Hahnius* in Notis ad *Henricum ſanctum*, fabulamque appellat, quod Author vitæ *S. Henrici* de intacta *S. Cunegundis* Virginitate ſcripſit. At ſi Leibnitius, & Hahnius Chron. Quedlinburgenſe, quod extat apud Menckenium T. III. Col. 197. curatius expendiſſent, facile videre poterant, quæ tandem S. Henrici Imp. *Proles regalis* fuerit: ſic enim ibi ad An. 1021. legitur: „ Dehinc *neptem ſuam herilem Dominam Adelheidam* inviſere - - quam „ familiariter inſtituens, eandem Metropolim adeundo pervenit. „ Col. vero 198. ſubjungit. „ Imperator „ Rom. eximius (*Henricus* videlicet „ ſanctus) contectali ſua Imperatrice *Cunigunda pignoreque regali*, herili videlicet Domina *Adelheida*, „ quæ decus dignoſcitur ſanctimonialium, una cum ſorore ſua *Sophia*, „ cunctisque regni optimatibus, cum „ communi conſenſu Cleri ac populi aſtantibus - - hanc laudabilem Baſilicam honorifice ditavit. „ En, quæ in Diplom. Hildesheim: *Proles regalis*, in Chron. Quedlinburg. *Pignus regale* dicitur *Adelheidis* Neptis ſeu Propinqua, *Ottonis* nempe II. Imperatoris, & patruelis ſui filia, de qua Ditmarus l. 4. p. 349.

(A) Hund.

ſtitum benevolentiam inter exortas aliorum Principum diſcordias ſibi conciliaret. Is anno ſtatim altero, ad Giſelæ Reginæ, & Aribonis Moguntini preces Berngero Paſſavienſi Epiſcopo, ejusque ſucceſſoribus decimas omnes per inferiorem, ex Boreali Danubii latere, Auſtriam conceſſit. Ingens per ſe beneficium, eo etiam nomine cumulatius extitit, quod ad loca, non modo ea, quæ extabant, ſed quæ ullo unquam tempore extitura eſſent; atque ad res omnes, quarum decimæ alias pendi per leges ſolent, pertinere vellet. (A) Adalbertus Marchio, cujus res hic agi videbatur, cum obmoveret nihil, facile oſtendit, quam conjunctas Eccleſiæ rationes cum rebus Imperii eſſe reputaret. A. C. 1025

Eccleſiæ Paſſav. decimæ per Auſtriam infer.

Sequens annus Popponem Treverenſem Archiepiſcopum, & Adalberti Marchionis fratrem, adulto jam autumno in Auſtriam detulit. (B) Conſilium Popponi 1026

(A) Hund. in Metrop. Salisburg. T. 1. p. 202. hæc habet: „ *Conradus* „ ſecundus Rom. Rex, ad preces *Giſelæ* Reginæ, conthoralis ſuæ, & „ *Aribonis* Moguntiacenſ. Archiepiſcopi dono dedit huic *Beringero* Epiſcopo omnes decimas in *Orientali provincia* ſitas in ſeptentionali parte „ fluminis Danubii in *Comitatu Adalberti Marchionis*, in omnibus locis „ conſtructis, & conſtruendis de rebus omnibus, de quibus decimæ „ de jure, & legaliter perſolvi debent, ut & ipſe, & ſucceſſores ejus „ liberam ſuper his habeant diſponendi &c. facultatem. Datum 2. „ Nonas Decembr. Ind. 7. Anno Domin. Incarn. 1025. anno autem „ domini Conradi II. Regni II. Actum Triburiæ. „

(B) Tempus ſacri hujus itineris colligitur primo ex Actis S. Symeonis Treviris recluſi ab *Eberwino*, Trevirenſi ad S. Martinum Abbate, conſcriptis, & ipſi, de quo ſermo eſt, *Popponi* Archiep. Trevir. dedicatis ab authore S. Symeoni familiariſſimo, ut videre eſt apud Bollandi Contin. ad diem I. Junii. Is igitur ſcribit §. XIV. *B. Symeonem* in Galliam veniſſe, & *Richardum II.* Ducem Normanniæ, ſeu ut ille vocat, Comitem jam mortuum reperiſſe. Mortuus eſt autem *Richardus II.* Comes, ſeu Dux Normanniæ An. 1026. ut conſtat ex Hugone Flaviniac. in Vita B. Richardi Abb. Num. 37. ex Wilhelmo Gemmeticenſi l. 5. Hiſt. Norman. c. 17. ex Radulfo de Diceto in Abbreviat. Chron. pag. 468. ex Bromptono in Chron. pag. 910. Deinde, poſtquam narraſſet, *B. Symeonem* apud *Richardum* S. Vitoni Abbatem, ex priori itinere ſibi cognitum, longo tempore manſiſſe, ſubjungit *Eberwinus*: §. XV. „ Interea Dominus *Poppo*, Archiepiſcopus, ſanctæ Trevirenſis Eccleſiæ „ ſtrenuus proviſor - - gratia orationis Hieroſolymam ivit: hunc„ que famulum DEI (*B. Symeonem*) „ eundo, & redeundo ſecum comitatorem, ac conviatorem habuit. „ En tempus, quo *Poppo* Archiep. Trevir. in Palæſtinam abiit, poſt mortuum videlicet An. 1026. *Richardum* Ducem, & conſecratum a ſe V. Id. Sept. Brunonem Tullenſem Epiſcopum, de quo Wibertus in Vita S. Leonis IX. l. 1. p. 56. apud Mabill. Sæc. VI. Bened. T. IX. colligitur II. ex morte *B. Symeonis*, qui poſt reditum ex Palæſtina, Treveris VII. tantum annis ſuperfuit, & An. 1035. præſente *Eberwino*, vitæ ejus Scriptore, ſancte obiit. Ut conſtat ex eodem §. XX. & Geſtis Trevir. c. 51. & 54. colligitur III. ex *Popponis* Archiep. Trevir. ad *Benedictum* IX. PP. literis: quas ex Geſtis Trevir. cap. 52. aſſerunt Browerus L. XI. pag. 519. Mabillonius Sæc. VI. Bened. T. VIII. p. 327. & Papebrochius ad I. Junii T. I. pag. 96. „ Superiore „ anno (*legendum*: tempore, *ut recte „ corrigit* Browerus, Mabillonius & „ Papebrochius *laudato loco*) cum „ annuente venerandæ memoriæ Domino *Johanne*, in hac ſancta ſede „ Apoſtolica Prædeceſſore veſtro, a„ mo-

A. C. poni id injecerat vulgata ea tempeſtate piorum hominum conſuetudo, ſacra Paleſtinæ loca, & Chriſti Servatoris vita morteque conſecrata, certatim obeuntium: facultatem præbebat Stephani Regis inexhauſta liberalitas, quæ non commeatum modo liberum per Hungariam, ſed annonæ etiam, & itineris ſubſidia, tenuioris fortunæ peregrinis advenis effuſiſſime concedebat. (A) Poppo, quem jam dudum ſimilis pietatis ardor afflarat, & nonnulla etiam, de ejectis ex Aula Palatii, ut loco nomen eſt, ſacris Virginibus, veneficæ unius infamia notatis, religio inceſſerat; luſtrata tantiſper Auſtria per Hungariam, Græciamque in Aſiam transmiſit. (B) Sed id conſilium, ut in loco dicetur, Auſtriæ, Hungariæque pene in exitium vertit. Gliſcebat jam inde a ſancti Henrici exceſſu Germanos inter, Hungarosque ſimultas quædam: quæ quibus nata principiis, quibus alta, nutritaque cauſis, haud ſatis in aperto eſt. Bonfinius promiſſa ſeditioſis Italis advèrſus Conradum Cæſarem auxilia a Stephano Rege ſcribit: ſed eam opinionem unde hauſerit, non liquet. (C) Alii in Giſelam Hungariæ Reginam, cauſam conferunt, Emerico filio, quem inter Sanctos nunc colimus, ſua in Bavariam jura, quæ defuncto nuper

Poppo Trevir. Archiepiſcop. in Paleſtinam proficiſcitur.

Belli Hungarici ſemina.

„ more viſionis Sepulchri Hominis „ DEI JESU Chriſti Jeruſalem peregre profectus fuiſſem; in regione „ noſtra pravorum hominum crevit „ iniquitas &c. „ Jam cum *Joannes XIX.* Pontificatum A. 1024. adeptus ſit; *Poppo* Archiepiſcopus ante hunc annum in Palæſtinam profectus non eſt. Unde mirum eſt, Aloldum ſcribere: *Popponem Trevirenſem Præſulem* Anno 1016. jam e Palæſtina rediiſſe. Nam præterquam, quod eo anno nondum Trevirenſium Præſul erat *Poppo*; nemo illi geminam in Palæſtinam peregrinationem tribuit. Ad hæc cum Julio adhuc menſe A. 1015. in Germania eſſet, quo tempore ad preces illius *S. Henricus* Imp. donationem fecit Eccleſiæ Bambergenſi, cujus *Poppo* Præpoſitus erat, ut in Codice Udalric. Babenberg. legitur c. 74. quis credat, *Popponem*, qui teſte Wippone p. 462. „ Eodem tempore filium fratris ſui (*Erneſti* pridie Kal. „ Junii An. 1015. extincti) cum „ Ducatu Alemanniæ ſub tutela habuit. „ Relicto pupillo, Cæſare utique invito, in Palæſtinam abire voluiſſe?

(A) Rodulphus Glaber Hiſt. l. 3. c. 1. „ Tunc temporis cœperunt „ pene univerſi, qui de Italia, & Galliis ad ſepulchrum Domini Hieroſolymis ire cupiebant, conſuetum iter, quod erat per fretum maris, „ omittere, atque per hujus regionis patriam (Hungariam) tranſitum habere. Ille vero (Stephanus „ Rex) tutiſſimam omnibus conſtituit viam: excipiebat ut fratres, „ quoscunque videbat, dabatque illis immenſa munera. „

(B) Geſta Trever. c. 50. poſtquam enarraſſent mulieris veneficæ facinus, & diſſipatum Virginum contubernium, de quo ſupra, ſubjungunt: „ Cujus rei Epiſcopus poſtea ſumma „ ductus pœnitentia, veritus ne hujus cauſa injuriæ extrema Divini „ Judicii ultione damnaretur - - Jeruſalem ire diſpoſuit: unde rediens „ in loco ſupradicto ad laudes Dei celebrandas Clericos religioſos mancipavit. „

(C) Bonfin. Decad. II. l. 1. „ Qui „ rebellantibus Italis auxilia magna „ promiſerant, re detecta cognovit „ omnes. Ungaros & Sclavos potiores audivit, nec difficulter quidem hæc credere cogebatur (*Conradus Cæſar*) -- Hinc belli cauſas promanaſſe ferunt. „

nuper Henrico Sancto Cæſare, ac fratre ſuo ad ſororem trans- A. C.
iiſſent, Conradi Cæſaris ingratiis tranſcribentem. (A) Wippo, æqualis eorum temporum, Bojorum culpa enatas eas diſſenſionum cauſas, Germano candore prodit. (B) Popularium ea culpa fuerit, an Adalberti Marchionis Auſtrii, ampliandis provinciæ ſuæ finibus intenti, & Stephani Regis, ut fit, pietate ſua ad compendia abuſi, haud magis conſtat, quam cetera. Rebus tam incertis, eo inclinat animus, ut Auſtriorum vi, atque injuria decerptos Pannoniæ vicinæ agros, & vexata prædia exiſtimem. Conjecturæ locum præbet Henricus puer, Conradi Cæſaris filius, jam Regis titulo, & defuncto ſub idem tempus Hen- 1027
rico Lucemburgico, Bavariæ Ducatu (C) auctus: qui ſi, ut eſt juris recuperandi avidum omne Regni principium, Pannoniam ſuperiorem, dudum Bojariæ Regno a Caroli Magni temporibus contributam, armis repetitum ivit; cauſam belli haud facile aliam requiremus. Oratorem interea Conradus Cæſar Conſtantinopolim deſtinarat, Werenherum Argentinenſem Epiſcopum. Is recto per Auſtriam itinere in Hungariam tendebat: ſed comitatus is erat, ut non legatio, ſed gentis totius numeroſa colonia migrare videretur. Mirum, quam a ſeculi noſtri moribus apparatus ejus itineris abhorreret: erat non hominum modo turba ingens, ſed equorum boumque, quin & minorum pecorum greges integri, quos ad alendam familiam Orator nobilis poſt ſe trahebat. Pannoniæ limitem ubi contigit, adſunt ab Rege milites, qui Stephani nomine ponere veſtigium

Wernherus Argentinenſis Epiſc. Legatus CPolim mittitur:

(A) Aloldus ad An. 1030. „ Bawariæ cauſæ hæreditandæ Chunradus Romanorum, & Stephanus „ Ungariæ Rex diſſidentes arma in „ alterutrum parabant. „ Aventinus Boic. l. 5. „ Adſunt legati *Stephani* regis Vgrorum, & *Giſelæ* Uxoris ejus, *Hainrico* (Emericum intelligit) filio horum, regnum Bojariæ, quod majores, atavus, proavus, avus, & avunculus tenuiſſent, jure hæreditario a *Conrado* repetunt. „ Quod cum negatum foret, bellum „ Imperatori, & regi indicunt, domosque abeunt. „

(B) Wippo de Vita *Chunradi* Salici, apud Piſtorium T. III. p. 476. „ Eodem tempore multæ diſſenſiones „ inter gentem Pannonicam, & Bajoarios, *culpa tamen Bajoariorum* factæ ſunt: ita ut *Stephanus* Rex Ungarorum, multas incurſiones & „ prædas in regno *Noricorum*, id eſt, „ *Bajoariorum* faceret. „

(C) Herman. Contr. An. 1026. „ *Conradus* Rex, filium ſuum, *Henricum* Regem fecit „ eadem habet Annal. & Chronograph. Saxo ad hunc annum, addunt iidem Anno 1027. „ Defuncto in bona ſenectute *Heinrico* Duce Bawariæ, filio ſuo *Heinrico* eundem Ducatum principum delectu commendavit. „ Herman. Contr. A. 1028. „ *Heinricus* filius „ Imperatoris Aquisgrani Rex electus a Piligrino, Colonienſi Archiepiſcopo, in die ſancto Paſchæ „ unctus eſt. „ Quod confirmant Annal. & Chronograph. Saxo, nec non Wippo de Vita Chunradi Salici ad hunc annum: qui eundem magni ingenii, & bonæ indolis puerum, ætate XI. annorum appellat.

A. C. gium in Hungaria prohiberent. (A) Ea vero repulsâ gli- *Transitus illi per Hungariam negatur.*
scentem jam diu sub cineribus ignem in apertum protulit. Immissæ in Austriam equestres Hungarorum copiæ, quæ fulminis in morem, vicinam Pannoniæ Norici partem, per multa passuum millia pervolabant: prædas ex pacato diu agro abductas esse, nec paucas, nec semel, (B) illud argumento est, quod Conradus Cæsar, ut Austriæ succurreret, totam late Germaniam in Hungaros concitaret.

Hæc inter, ignarus turbarum Poppo Trevirensis ex Palæ-
1028 stina in Hungariam rediit: acceptus a sancto Rege, ut pium, & magni nominis in Ecclesia principem decebat: cumque inter mutua verborum officia a Poppone Rex peteret, ut sacrum *Poppo ex Palæstina redux Corpus S. Colomanni impetrat in Hungariam deportandum:*
Colomanni Martyris corpus ab Adalberto sibi fratre impetraret; neque jam integrum esset Popponi a promissis, quæ jurisjurandi religione sanxisset, recedere; fratrem Marchionem tamdiu precibus fatigavit, donec in Stephani Regis postulata consentiret. Missum proinde sacrum ejus corpus in Pannoniam est, & a sancto Rege, magna omnium lætitia, Albam Regalem deportatum. Sed enim cordi non fuisse bonis Superis violentam hanc sacrorum ossium migrationem, brevi patuit. Torrere longa siccitate cœlum, prata, agrosque eadem cœli intemperie afflatos arescere; hominum adhæc, pecorumque mortalitatem toto passim Regno serpere ubi animadversum est; pœnituit enimvero sanctum Regem ancipitis consilii, missisque ad Adalbertum oratoribus *Sed brevi Mellicium remittitur.*

Pars I. S s con-

(A) Wippo de Vita Chunradi Salici. p. 475. „ Eodem tempore *Werinharius* Argentinæ Civitatis Episcopus ab Imperatore legatus Constantinopolim mittitur. Qui dum causâ Orationis Hierosolymam pergere se fingeret; ut putavimus, judicio Domini, quem fallere nemo valebit, mirabiliter prohibitus est. Nam dum magnum comitatum hominum, majorem quoque mutorum animalium, equorum, boum, ovium, porcorum, multasque delicias seculares ultra modum secum educeret, perveniens in Ungariam, a Rege *Stephano* contradicta est sibi via, quod eo tempore nulli Oratorum accidit. Inde reversus per *Bajoariam*, cum omni comitatu suo pergens Italiam intravit, & multum circa fines *Veronæ* moratus, tandem cum maximo labore per *Venetiam* mare Adriaticum ingressus, navigio calamitoso Constantinopolim pervenit. Cumque ab Imperatore Græcorum honorifice susceptus esset, secumque satis familiariter conversaretur, desiderare cœpit, ut Imperatoris auxilio Hierosolymam adiret: quo desiderio, semper aliqua re intercedente, nunquam potiri valuit. Sequenti vero tempore obiit, & sepultus est in eadem urbe. „

(B) Wippo ibid. p. 476. „ Eodem tempore multæ dissensiones inter gentem *Pannonicam*, & *Bajoarios* - factæ sunt, ita ut *Stephanus* Rex Ungarorum multas incursiones, & prædas, in regno Noricorum, id est, Bajoariorum faceret. „ Aventinus Boic. l. 5. sic loquitur: „ Eadem tempestate Vgri (Ungari) repulsam passi, *Vianam* (Viennam, seu Favianam) Bojariæ Orientalis oppidum capiunt. „ Sed enim ostendere prius Aventinus debuisset, *Viennam*, quæ integro post seculo nominati primo cœpit, aut tum jam extitisse, aut sub potestate Marchionis Austriæ fuisse, Ungaris alioquin tota Pannonia ad montem usque *Cetium* dominantibus.

continuo flagitavit, ut quod invitis Superis, hominibusque ad ſe miſiſſet ſacri Corporis pignus, illud digna in Auſtriam pompa reportari juberet. (A) Id ut fieret quamprimum ab Adalberto curatum. Interea tota Germania fervebat belli Pannonici apparatus: Conradus, qui legati Werenheri cauſam ſuam ducebat, conſcripto maximo exercitu per Auſtriam in Pannoniam progreſſus, quidquid Cetium montem Rabamque fluvium interjacet, uno belli impetu emenſus, in ipſa Regni viſcera penetraturus videbatur: ruentem tamen exercitum paluſtre multis locis ſolum, & crebri, qui in Rabam ac Danubium ſe exonerant, fluvii; ſeu quod propius fidem eſt, indictæ toto Regno ſupplicationes, ac jejunia, quæ propitiando Numini Rex ſanctus promulgari juſſit, ſic ſtitere, ut exercitum Cæſar in Germaniam reduceret, belli reliquias opportuno magis tempore perſequi certus. (B) Sed eæ quoque minæ inanes erant: nam cum Stepha-

A. C.

Bellum Conradi II. cum S. Stephano Rege

1030

(A) Vita S. Coloman. M. num. 13. „ Treverorum Archiepiſcopus *Poppo*, „ Marchionis *frater* ab Hieroſolyma „ rediens venit in Regnum ejus (*Petri*, ut ſcribit perperam biographus: „ nam *Petrus* primo poſt An. 1038. „ Ungariæ regnum adiit, cum *Poppo*, „ A. 1028. vivente adhuc *S. Stephano* „ Rege Treviros Hieroſolymis redierit.) Quod Rex ut audivit. -- Sicut utrumque decuit, Regem videlicet, & Archiepiſcopum honorifice eum ſuſcepit, magnifice habuit, „ glorioſe tractavit. His, ut ſæpe fit „ inter bonos, Archipræſul viciſſitudinem cupiens rependere, quidquid „ ab eo deſideraret, magna pollicebatur, & bona ſe voluntate facturum. „ His auditis Rex factus multum hilaris, quod diu animo volvebat, optimo Præſuli verbis exponebat. „ (ſubjungit deinde *Popponem* promiſſi anxium Sacramento adactum, ad S. Martyris Corpus a fratre Marchione precibus extorquendum.) „ Veniens „ itaque ad fratrem magna afflictione „ cordis aperuit, & lacrimis, quod violentia compulit Regis. *Marchio* autem, ut ſemper fuit vir bonus, & „ prudens, nequa macula optimum „ ſuum genus fuſcaret, quamvis invitus, decrevit tamen facere, ut Rex „ coegit ſuum fratrem jurare. At „ poſtquam delata ſunt oſſa Regi, retrolapſa eſt res ejus: nam aeris ſiccitas, terræ ſterilitas, fames & mortalitas Regnum ejus in tantum urgebant, ut penitus interire ſe crederent. Miſerunt tandem ad prædictum *Marchionem*, poſtulantes legatos mitti, qui digne ſancti reportarent oſſa viri. Miſſis igitur Religioſis viris, videlicet Clericis, & „ Laicis ſacra oſſa receperunt - - & „ in prædictum locum *Medlicham* reportaverunt. „ Mirum eſt tamen, nihil in ullis Chronicis, vel Auſtriæ, vel Ungariæ de hac translatione, de pœnis toti Regno inflictis extare: præterire tamen non libuit, quod Erchanfridus, ut opinio eſt, Author vitæ S. Colomanni, ſeculo XIII. iſta literis mandarit: & Aloldus (quanquam perperam, ad An. 1016. & 1017.) id confirmet.

(B) Wippo de vita Chunradi Salici. p. 476. „ Unde commotus Imperator „ *Chuonradus* cum grandi exercitu ſuper Ungaros venit. Rex autem „ *Stephanus* minime ſufficiens adverſus Imperatorem, orationibus, & „ jejuniis in univerſo Regno ſuo indictis, præſidium Domini tantummodo flagitabat. Imperator tam „ munitum regnum fluviis & ſylvis „ intrare non valens, multis tamen „ prædationibus, incendiis circa terminos regni injuriam ſuam ſatis ulciſcens, reverſus eſt: volens tempore opportuniori cœpta ſua peragere. „ Herman. Contr. A. 1030. „ Conradus Imperator Stephanum, „ Pannoniæ Regem cum exercitu petit. „ Schaffnaburg. An. 1030.

„ Con-

A. C. phanus, Rex ſanctus, cui ad ceteras calamitates Brecislaus etiam Dux Bohemiæ, Hungaria ſuperiore Strigonium usque evaſtata, magnam cladem attulerat, (A) tantis impar viribus, pacem ab Henrico, Conradi filio, puero quidem illo, ſed jam Regiis honoribus, & totius Bojariæ principatu aucto, per oratores peteret; annuit ille juſtis precibus, vel ignaro patre, pacemque, quam ſine ſcelere negare non poterat, ſancto Regi conceſſit. (B) *mox compoſitum*

Prætereundum hoc loco non videtur, quod de confecto pacis negotio, ad poſterorum memoriam ſingulare, a Carthuitio hic affertur. Stephanum ille Regem, magnæ DEI Matri ſupplicem factum refert, ut impendentem hanc Regno procellam, aut ſolita clementia diſſiparet, aut in ſuum unius caput averteret: valuiſſe caſtas preces, & ſequenti mox luce, velut ſigno dato, militem Germanum a ſignis diffluxiſſe. Id ubi ad Cæſarem perlatum; indignanti multum, & violati imperii reos duces, militesque incuſanti modeſte reſponſum eſſe, ejus juſſu, ac vulgata per legiones præconum voce, caſtris exceſſum. Quo comperto, Principem minime malum, ad Divini conſilii rationes diſceſſionem exercitus haud dubie retuliſſe, nec voluiſſe jam arma in eum Regem gerere, quem Cœlo, quem bonis Superis curæ eſſe, mirabili hoc eventu cognoviſſet. (C) Non ſum is, qui fidem id genus narra- *quibus de cauſis.*

„ *Conradus* Imperator *Hungariam* cum „ exercitu intravit. „ Conſentit Chron. Abb. Urſperg. Chron. Mellic. Clauſtro-Neob. Salisburg. Reicherſpergenſe, cujus verba ſunt: „ Anno MXXX. Imperator idem (*Conradus*) perrexit in *Vngariam*, & fugit „ ultra flumen *Raba*. „ Et Aloldus ad A. 1030. „ Bavariæ cauſa hæreditandæ *Chunradus* Romanorum, & „ *Stephanus* Ungariæ Rex diſſidentes „ arma in alterutrum parabant: & „ *Adalbertus* Marchio ad bellum jam „ expeditus erat, laborabat vero etiam „ pro pace, quæ ſubito intervenit. „ Sed Sigebert. Marian. Scotus, Annal. & Chronograph. Saxo expeditionem *Conradi* ad A. 1029. referunt.

(A) Annaliſta Saxo A. 1030. „ Hoc „ anno *Bracislaus*, Dux Boemiæ, Vngaros magna cæde proſtravit, & „ terram eorum uſque ad urbem *Strigoniam* devaſtavit. „

(B) Wippo de vita Chunradi Salici p. 476. „ Sed filius ſuus, Rex „ *Heinricus*, adhuc puerulus *Eigelberto* „ Friſingenſi Epiſcopo creditus, legatione *Stephani* Regis pacem rogantis accepta, unico conſilio Principum Regni, patre neſciente, gratiam reconciliationis annuit: juſte & ſapienter agens, qui Regem injuſte injuriatum, ultro petentem gratiam, recepit in amicitiam. „ Pacem eam a *Conrado* Imperatore A. ſequente 1031. ratam eſſe habitam confirmant Herman. Contract. Marian. Scotus Urſperg. Chronograph. & Annaliſta Saxo ad A. 1031. „ Hoc „ anno Imperator, & filius ejus *Heinricus* Dux Bavariæ, & *Stephanus* Rex „ Ungariorum cum juramento pacem invicem firmavere. „

(C) Carthuitius in vita S. Stephani Regis C. IV. & ex eo Surius verbis paululum mutatis. „ Epiſcoporum, „ & Principum coacto conventu, in „ patriæ defenſionem, totius *Hungariæ* exercitum evocavit. At prius „ tamen ſecum perpendens ſe nihil „ poſſe, ſine Chriſti adjutorio, manibus & corde ſurſum erectis, *Dominæ ſuæ*, perpetuæ Virgini, & DEI „ Genitrici ſuas injurias comendans, „ in

tionibus, vel addere, vel demere facile ſoleam: mirum tamen eſt, rem tam manifeſti prodigii plenam, aut ignotam fuiſſe Germanis Scriptoribus; aut a Wippone candidiſſimo Viro, & Stephano ea ipſa in cauſa, multo quam Germanis æquiore, prætermiſſam. Merebatur quidem ſancti Regis præcellens virtus, ut bellatores pro ſe cœleſtes Spiritus haberet, bello præſertim, non ſua, ſed Bojorum culpa ſuſcepto: at tam clementer fuiſſe actum cum injuſti belli authoribus, ſine exemplo res erat, dignaque, quæ ab utriusque gentis Scriptoribus in litteras mitteretur. Sed qui pacem reddidere Regi Stephano boni Superi, Emericum filium, incertum, majorine Regis, an Regni luctu, anno mox ſequenti eripuere: ad beatas in Cœlum mentes, Princeps Virgineus, pridie Nonas Novembres abiit, Angelorum, quorum integritatem æmulatus erat, manibus, eo deportari viſus. (A) A. C.

S. Emerici Hungariæ Principis obitus.

Exitum haud paulo funeſtiorem habuit Erneſtus Alemannicus, Auſtrii Leopoldi nepos; anno hujus ſeculi triceſimo extinctus. Jam biennio ante perduellionem ipſe damnarat ſuam, & Conrado Cæſari, Vitrico ſuo, ſupplex factus, in arcem Gibichſteiniam, communem nobilium reorum cuſtodiam, deportatus erat; ſed cum ejus clementia libertati, ac Alemanniæ redderetur ſuæ, Ducis iterum honore ornandus, ſi Wernherum, (Kyburgenſem, ut quidam volunt, Comitem) ejurare ſuſtineret: principatu ille, quam ſeditionis adminiſtro Comite carere maluit. (B) Itaque Alemannia

Erneſtus II. Dux Aleman. proſcriptus,

„ in ejusmodi prorupit voces, ſi placet tibi Domina mundi, tuæ partem „ hæreditatis ab inimicis devaſtari, „ & novellam Chriſtianiſmi plantationem diſſipari, ne quæſo ſinas illud imputari diffidentiæ meæ, ſed „ potius diſpoſitioni voluntatis tuæ. „ Siquid commeruit culpa paſtoris, „ ipſus luat: Oves quæſo inſontes ne „ patiaris affligi. His dictis, tanquam „ accepta conſolatione ab ea, fidenter movet in hoſtes. Altera die „ nuncius venit ad ſingulos quosque „ Duces exercitus Germanorum, ab „ Imperatore literas adferens, quibus „ jubebantur pedem retro referre. „ Narrationem hanc Bonfinius, aliique ſic explicant, ut per Angelos reditum Germano militi imperatum velint.

(A) Carthuitius de vita S. Stephani R. C. IV. mortem S. Emerici filii conſignat ad A. MXXXI. narratque viſum Epiſcopo raræ Sanctimoniæ S. Juvenem Angelicis manibus in Cœlum deportatum. Author Annal. Hildesheim. primus, & S. Stephano ſynchron. A. 1031. hæc habet: „ *Heinricus*, *Stephani* Regis filius, Dux *Ruizorum*, in venatione ab apro diſſus periit, flebiliter mortuus. „ Sed de violento hoc mortis genere conſentientem, reor, habet neminem.

(B) Wippo de vita Chunradi Salici. p. 474. & ſeq. „ *Erneſtus*, privignus Imperatoris *Chuonradi*, nuper ab eo beneficiis, & muneribus ſublimatus, diſcedens iterũ, inſtigãte diabolo rebellionem moliebatur, & conſilio quorundam militum ſuorum Alſatiam „ provinciam vaſtavit &c. -- Dux cum „ ſe intellexiſſet a ſuis dimitti, ſine „ omni pactione Imperatori (Ulmæ) „ ſe reddidit: quem Cæſar in Saxoniam exulari fecit ſuper quandam „ rupem, quæ *Gibichſtein* dicitur, ut „ ibi caſtigatus a rebellione ulterius „ de-

A. C. mannia Hermanno juniori ejus fratri commendata, exauthoratus princeps ad Odonem Campaniæ comitem, materni generis, quod utrique commune erat, fiducia profugit. (A) Sed cum auxilii inde nulla adverſus Cæſarem ſpes ſe daret, brevi in Germaniam reverſus, proximos Sueviæ, ac Helvetiæ ſaltus cum factioſorum nobilium, militumque globo inſedit, prædas ex erepta ſibi nuper Alemannia acturus. Non tulit ferocis principis injurias Mangoldus Comes, cujus prædiis, caſtellisque Erneſtus maxime imminebat; ſed eductis in obſtantes tumultuariis copiis, ad prælium laceſſivit. Erneſtus, quanquam exigua admodum ſpe virium, temere tamen omnia in caſum dedit. Prælium id erat ejusmodi, ut odiis magis, quam armis decertari appareret: cæſus inter confertos hoſtes Erneſtus, & Werenherus comes; ipſe etiam Mangoldus victoriæ immortuus. Erneſto Duci tamen id honoris datum, ut cadaver, Pontificiis diris, quibus obſtrictus erat, abſolutum, Conſtantiæ, in Æde Matris Virginis conderetur. (B) Id *& caſus in acie.*

„ deſineret. - - - - Anno Domini „ MXXX. Imperator *Chuonradus* apud „ *Ingelnheim* Paſcha celebravit. Ibi „ *Erneſtus* - Dux Alemanniæ a cuſtodia ſolutus, Ducatum recepit eo „ tenore, ut *Webilonem* (*Wezilonem* „ alii vocant, & *Werenberum*) militem ſuum, qui multis factionibus „ regnum turbaverat, quaſi hoſtem „ reipublicæ cum omnibus ſuis perſequeretur, idque ſe facturum, cum „ ſacramento confirmaret. Quod „ cum rex (*Duv*) facere nollet, hoſtis „ publicus Imperatoris dijudicatus „ eſt, & penitus Ducatu amiſſo, cum „ paucis inde receſſit. „

(A) Wippo ibid. p. 476. „ Imperator vero ducatum Alemanniæ „ *Hermanno* juniori fratri ejusdem *Erneſti* dedit, eumque *Warmanno*, Conſtantienſi Epiſcopo commendavit. „ - - *Erneſtus* Ducatus dignitate privatus, multa cogitans, multa moliens, qualiter Imperatori reſiſteret, „ magnos labores in vanum conſumpſit. Qui aſſumpto *Webelone* milite ſuo, cum aliis paucis perrexit in „ Franciam Latinam ad *Odonem* Comitem, propinquum ſuum. Nam „ mater *Odonis*, & mater *Giſela* Imperatricis fuerant ſorores. A quo „ dum conſilium & auxilium peteret, ſive nollet, ſive non auderet, „ nihil ſolatii contra Imperatorem ſibi dedit. „

(B) Idem ibid. „ Dux vero *Erneſtus* reverſus, iterum in Alemanniam venit, ibique in eremo, quæ „ *Nigra ſylva* dicitur, in locis tutiſſimis moratus, præda miſerabili per „ aliquod tempus vivebat. Ad extremum - - egreſſus eſt ſylva, ſecum deliberans, melius eſſe honeſte mori, quam turpiter vivere. „ Cumque perveniſſet in ſaltus ſylvarum ad illam regionem Alemanniæ, quæ *Bara* dicitur - - percepe-„ runt, ſibi inſidias parari - - - *Manegoldus* Comes, & qui cum illo fuerant, huc & illuc progredientes, „ itinera Ducis diligenter obſervabant. Hac occaſione utrinque collata ita conjuncti ſunt, ut ſe invicem videre, & affari poſſent. Erant „ autem ex parte *Manegoldi* multo „ plures milites, quam de parte Ducis.

„ Nec mora congreſſi pugnabant acriter omnes.

„ - - Dux vero cum nemini parceret in hoc prælio, neminem ſibi parcentem invenit, & a plurimis vulneratus, poſtremo interfectus occubuit. Ibi cecidit *Wecilo* Comes, „ miles Ducis, cujus cauſa hæc omnia acciderant. - - Ex altera parte „ ipſe *Manegoldus* Comes, author hujus congreſſionis cecidit, & plures „ alii ſecum. Corpus *Erneſti* Ducis „ in

ſupremum ei officium, ſed haud ſcio, an profuturum, Warmannus ejus urbis Epiſcopus præſtitit, qui tum & regendæ Hermanni adoleſcentiæ, & tutandæ Alemanniæ datus a Cæſare Conrado præfectus erat. A. C.

In Auſtria interim bellum magis, quam belli metus Adalberto Marchioni deceſſerat, fluctuantibus jam tum Hungariæ rebus, & orbati nuper filio Stephani Regis mortem, alterna ſpe, metuque præſtolantibus. Miri res oſtenti per id tempus fuit, quod Arnolfus Vohburgicus, Vir & natalium claritate, & pietatis inprimis ſtudiis ſua ætate celeberrimus conſpexiſſe ſe ſcribit. Iter illi navale per Auſtriam ſuperiorem erat, cum ad Pogicam charybdin (Danubii locus eſt Greinæ proximus, & a Beſenboigo, unde nomen traxiſſe videtur, brevi intervallo in occidentem remotus) ingens vitæ periculum vectores incurrere. Obrigeſcentibus metu nautis ſacræ Emmerammi Martyris reliquiæ, quas e collo ſuſpenſas geſtabat Arnolfus, præſidio fuere: (A) eo defunctus periculo in Pannoniam curſum direxit. Ibi cum ageret aliquanto tempore, ſpecies viſu horrenda in aere ſeſe obtulit: monſtrum immane, ingens, & quod per milliarii unius ſpatium cœlum omne obtexerat, ſupra caput apparuit. Draconem referebat capite, criſtis ad terrorem armato: venter erat virulento pallore lividus, horribile ſquammis tergum, latera ab omni parte nigra fuligine deformata, immenſi ſpirarum orbes, motusque inconditi, ut ex inferis extitiſſe peſtem talem mortalium nemo dubitaret. Stabant circum immotæ nubes, velut pavore defixæ, quibus tandem informe monſtrum horribili ſe ſtridore permiſcuit. Id ſpectaculum, quod ab hora diei

Oſtentum horribile.

„ in *Conſtantiam* delatum, prius ac-
„ cepta indulgentia a poteſtate Epi-
„ ſcopali pro Excommunicatione, in
„ Eccleſia S. Mariæ ſepultum eſt. - -
„ Accidit hoc bellum ſemper miſera-
„ bile multum XV. Cal. Septembr. „
Confirmat iſta Herman. & Urſperg. A. 1030. ſed ad XVI. Cal. Septembr.

(A) Arnolfi Comitis & Monachi S. Emmeram. Epiſtola apud Henric. Caniſium T. III. p. 91. „ Erat quædam neceſſitas, pro qua in *Pannoniam* me direxerat meus Abbas. „ Cumque periclitarer ſæpius in profundis Danubii decurſibus, apud „ *Pogicam Charybdim*, ubi videtur mortis eſſe hoſpitium, maximum experiebar periculum. Ibi enim nautæ majores arripientes remos, quaſi viribus ſuis navim evecturi de abrupto fluminis, in tantam venere deſperationem, ut mutuo ſe intuentes, ac nec mutire valentes præ timore mortis penitus irriguiſſent. „ Tunc oſculatus cruciculam, quam habui ex cervicibus pendentem, reliquias Martyris de cambota continentem, cogitationes hujusmodi intra me volvere cœpi. Putasne late notus patronus hodie pro ſalute hic experiendus? Mox navis, ceu aliquo minitante tremefacta, & interitus puteo ejecta renatabat, nemine ducente, immo Domino regente. Tum curſu proſperato tertia die advehebar Pannoniæ ſolo. „ Qua me *Anaſtaſius* Archiepiſcopus, „ cæteris ſuſcepit humanius. „

A. C. diei tertia, ad ſextam uſque tenuit, in æſtatis principia incidit: quo tempore tantum gelu ingruit, ut homines, & jumenta repentino frigore obtorpeſcerent. Secuta mox tanta eſt nubium colliſio, ut tonitruis fulminibusque horrendo fragore excuſſis nox illa, diesque poſtera, univerſi hanc machinam ſolutura videretur. (A) Præſtigiæne hæ fuerint, an cœleſtium irarum portenta, non liquet. Dolorem ſuum ultus videri poteſt inferni princeps, quem ex aſſerta nuper Chriſto Pannonia, expulſaque antiquis ſedibus ſuperſtitione cepit.

Sed ut in Pannonia Regis Apoſtolici pia liberalitate novi in dies Epiſcopatus ſurgebant; ita veteres in Germania Cæſaris munificentia novis identidem vectigalibus augebantur. Henrico Imperatori ſancto nihil ea in parte concedere videbatur Conradus II. Extant ejus multa Regiæ benignitatis argumenta, in Friſingenſem præſertim, ac Paſſa-
1033 vienſem Eccleſiam: ex Auſtria certe, anno Imperii octavo,

Conradi II. Imp. piæ largitiones ex fundis Auſtriæ.

(A) Arnolfus Vohburg. L. 2. de S. Emmeram. „ Ante aliquos annos in „ *Pannonia* conſtitutus, die quadam „ a tertia hora uſque ad ſextam diabolum, vel Draconem in aere ſuſpenſum vidi. Erat autem magnitudo ejus incredibilis, longitudo tanta, ut quaſi unius milliarii ſpatio videretur eſſe protenſus: cujus caput criſtatum, & inſtar montis elevatum, nec non corpus -- ſquammis horribilibus compactum, & ceu parmis, vel ſcutis ferro munitis, tectum; in lateribus, & in tergo quædam fuliginoſa fædabat nigredo, ventris quoque inverſione, & pariter corporis, in qua ſolotenus jacere ſolebat, pallor ſubvenetus decolorabat, ad ſimilitudinem ſulphurei laris. Tractus vero, ac incurvationes, atque extenſiones ejus immanes, poſtremo totius corporis motus & particularis, & totus, atque ut breviter ad id temporis adverſantia concludam, omnia draconis molimina, erant mortalibus, in quantum DEUS permiſit, noxia, tantoque noxiora, quanto proximiora. Nam cum tempus eſſet æſtivale, utpote ſexta feria hebdomadæ poſt Pentecoſten ſecundæ, ex gelu, quod draconi præ ceteris animantibus magis eſt naturale, adeo immutatus eſt aër, ut & febris multos invaderet, ac jumentorum non minimam partem frigus conſumeret. Alas & crura, quos pictores fingere ſolent, penitus nec habuit, nec habere viſus eſt, quippe cui ſquammæ, & coſtæ ſufficiunt pro deambulatione. Groſſitudo pectoris erat parilis groſſitudini capitis, poſt hoc paulatim diminuebatur uſque ad extrema caudæ, cujus extremitas pene adæquabat abietes magnas. Hunc tam ingentem hoſtem, aut diabolum, aut diaboli amicum nolens Dominus diutius terrere populum fidelium, ſubito fecit ab Aquilone moveri, & denſitati nubium cum grandi impetu intermiſceri. Quem curſu velociſſimo ſuper nos, ut tranſeuntem vidimus, ſibiloque ejus pariter cum fiſtularum ſtridore non ſine metu, audivimus: mox nubes, quæ a mane uſque in illam horam quaſi ſtabant immobiles, in tantum commotæ, & concitatæ ſunt, ut tota illa die pariter, & nocte non ceſſarent tonitrua, ſeu coruſcationes, immo perſeverarent, uſque ad veſperam ſequentis diei. „ Draconis alterius meminit Chronicon S. Medardi Sueſſion. apud Acherium T. II. p. 786. ad A. 1000. „ M. IV. Kal. „ April. die Paraſceve factus terræ „ motus, & Draco in nube apparuit „ in Veſpere. „ Sed id phænomeni fortaſſis aerii genus fuit, quale hoc tempore ſæpe a Scriptoribus notatum eſt.

vo, regii juris fundos aliquot ad Urulam amnem Egilberto Frisingensi Episcopo contulit, quos fiduciariæ clientelæ nomine, & Adalbertus Marchio, & Aribo Ensinburgicus ante possedere: confirmavit deinde literis reliqua, quæ ad Ipsam fluvium, quæ Chrellendorffium inter & Rudnicham sita sunt prædia: (A) tertioque post mense Alarnensem quoque vicum in Austria, eidem Ecclesiæ adscripsit. (B) At Berengerus Passavienſis, in quem alias jam Conradus perbenignum se exhibuit, consecrandis Hagæ, ac Strenbergæ sacris Ædibus utilem Religioni, Austriæque operam impendit. (C) Neque dubium est, quin, si quies, quæ superstite sancto Stephano Hungariæ Rege perturbanda minime videbatur, diutius tenuisset, res sacras pariter ac civiles florentissimas habitura fuisset Austria. Sed eo ad Annum MXXXVIII. beata morte ad Superos translato, (D) erepta A. C. 1038

(A) Diplom. *Conradi II.* datum *Egilberto* Frising. A. 1033. Nonis Maji Radasponæ. „ Ecclesiæ Frisingensi largiti sumus in *Orienti parte* juxta fluvium *Urula* vocatum, in Comitatu Marchionis *Adalberti* cum omni lege Hobas regales duas, quæ antea ad *Murum* (Maur fortasse) sui juris curtem, ibi juxta jacentem ex rebus regni pro beneficio concessæ sunt, & insuper hobam unam regalem prope fluvium eundem inferius jacentem, quam habuit in beneficium prædictus Marchio *Adalpertus*, & etiam in medio utrarumque partium jugera XXX. suprædictæ curti contigua, quæ *Aribo* de *Ensinburc* in beneficium habuit cum omnibus ejus appenditiis &c. - - - Insuper vero eidem Episcopo (*Egilberto*) confirmavimus ibi cætera sui juris bona a termino orientali, ubi *Luitzmannespach* influit *Ibisam*, & inde *Phezniza*, deindeque *Rudnicham*: itemque a termino occidentali a villa *Chrellindorff*, usque in fluvium *Zuchaba*, & ad *Rudnicham*, sicque ad montana *Carinthiam* (hoc est *Styriam* hodiernam) respicientia. „ Extat apud Meichlbeck. T. 1. p. 227.

(B) Diploma alterum *Conradi II.* datum eidem A. 1033. XIIII. Kal. Augusti Imilebæ apud Meichelpeck. T. 1. p. 227. „ Ob assiduum, fideleque „ servitium *Egilberti* Frisingensis Ecclesiæ Venerabilis Episcopi, qui præ „ ceteris multiplicato genere servitutis & nobis pro viribus gratanter „ servivit, suumque servitium in hoc „ multipliciter adauxit, quod eundem „ unicum nostrum filium (*Henricum R.*) per nos suæ fidei commendatum „ plena fide vice nostra fovit, amplectitur, amavit, & per omnia fideliter educavit, tradidimus. -- Curtem *Alarum*, sitam in *Marchia*, & „ in Comitatu *Adalperti* Marchionis „ cum omnibus &c. „

(C) Bernard. Noricus in Appendice Chronici Laureac. & Patavienſ. Pontif. „ Ab hoc Episcopo (*Perngero*) dedicata est Ecclesia in *Hag* anno Domini MXXXII. „ Histor. Fundat. Cœnob. Tegernseens. C. V. apud Bern. Pezium Anecd. T. III. „ Ecclesia nostra in *Oriente*, id est: *Austria* juxta *Chrevvspach*, quæ cella dicitur, id est *Strenberg*, a venerando Episcopo Patavienſi *Bennone* ex „ ejus petitione dedicatur in honore „ beatæ Virginis Mariæ, statuens „ idem Episcopus hanc matricularem „ baptismalem esse, & - - ab omni „ subjectione adjacentium Ecclesiarum plenarie exemptam. Hæc dum „ acta fuissent decimo tertio Kalendas Novembris &c. „

(D) Herm. Contract. Abb. Ursperg. Annal. Saxo A. 1038. „ *Stephanus* religiosus Ungariorum Rex obiit, qui „ cum omni gente sua ad fidem Christi conversus fuerat: hunc sanctus „ *Adalbertus* Episcopus & Martyr baptizavit, & uxor ipsius *Gisla* nomine, *Heinrici* Imperatoris Babenbergensis soror fuit. „ Notæ ex Aloldo ad A. 1038. „ Sanctus *Stephanus* Ungariæ Rex in Cœlum re- „ ceptus

A. C. erepta ſimul pax eſt, & concordia nuper inita, crebris cruentisque bellorum offenſionibus dirempta.

Petrus Rex ſuccedit S. Stephano.

Petrus ampliſſimi Regni hæres a ſancto Stephano nuncupatus, fax illa diſcordiæ fuit, qua Auſtria brevi, & Hungaria deflagravit. Ut ortu peregrinus, ita genti, ſuæ ad eum diem nationis Principibus parere ſolitæ, haud perinde acceptus erat: ſupererant etiam ex regia ſtirpe non pauci, qui Pannonici ſceptri hæreditatem ſibi quodam jure repoſcerent: neque ita per id tempus ſubacta adhuc Chriſtianis legibus Hungaria fuit, quin multi ad veteres identidem ſuperſtitiones, moresque tot ſeculis confirmatos, atque a majoribus velut per manus traditos reſpicerent. Sed quod caput rei, ii erant Petri mores, ea in gentem, nec ſua ſponte ſibi ſubditam, nec ad aſſentationes factam, imperandi ſeveritas, ut eruptura mox odia diſſimulari jam non poſſent. Monebat Giſela Regina, gentis bellicoſæ animos ne temere irritaret: noſſet Regni præſidia non in prætorianis excubiis, ſed in populi fide, charitateque ſita: mores gentis ſuis e moribus fingi ne cuperet; quin ſi ſtirpem adventitiam, æternam in Regno eſſe vellet, peregrinæ conſuetudinis quam minimum retineret: quodſi carere ad palatina aulæ ſuæ munera externis nec vellet, nec poſſet; æqua tamen in parte eſſent Hungari, & ad tractanda Regni negotia adhiberentur. Aſpernatus non modo bene monentem Reginam Rex Petrus, & ſuopte ingenio, & nova Regni poteſtate ferocior; ſed in eam primum, quæ fortunæ illi Regiæ author potiſſima credebatur, furorem effudit ſuum, rebusque ac ornamentis ſpoliatam omnibus, eo inopiæ redegit, ut Paſſavium ad ſacrarum ibi Virginum Sodalitium recipere ſe cogeretur. (A) Sed ea res ut ſaluti Giſelæ fuit, quæ Cunegundis Auguſtæ exemplo, loci Antiſtitam diu cum egregia ſanctitatis fama egit, ita Petro in exitium vertit.

Peregrinitate, ac moribus invisus:

injurius in Giſelam Reginam:

Timebat ille Conradum Imperatorem, nec immerito, juſtum principem, & illatæ Cæſareo ſanguini injuriæ

„ ceptus eſt, quo Filium ſuum *Emericum*, ſanctum pariter juvenem, „ jam ante ſe præmiſit: cum hoc „ vero Rege Ungariæ pax & felicitas ſimul ſepultæ ſunt. „

(A) Melchior Inchoferus Annal. Eccleſiaſt. Regni Hungariæ ad Annum 1039. & in Appendice ad pag. 365. Herman. contr. A. 1038. „ Ipſo „ anno *Stephanus*, Ungariorum Rex, „ - - *Petrum* ſororis ſuæ filium, de „ Venetia natum, pro ſe Regem „ conſtituens obiit. „ Notæ ex Aloldo ad An. 1039. „ *Petrus* in „ Ungaria *Stephano* ſuccedit, ejus ex „ ſorore *Giſela* Nepos, ſed vitiis plurimis ſcatens, ſubditis brevi inviſus evaſit. „ Conſuli etiam poteſt Scriptor vitæ S. Gerardi Mart. & Epiſc. apud Surium 24. Sept. & Mabill. Sæcul. VI. Bened. Tom. VIII. pag. 552.

riæ vindicem extiturum: & quanquam mors Conradi A. C.
anno mox ſequenti, pridie Nonas Junii conſecuta, (A) 1039
metu eundem liberaret; tamen, quod ſucceſſorem reliquiſſet Henricum filium, ſpei, animique ingentis Principem, non ſine cura erat; eaque de cauſa ad partes Brecislai Bohemi, qui bello Polonico iras Cæſaris in ſe verterat, ſe adjunxit. (B) Nihil commerebat Auſtria, quod Petrus ulciſceretur; eam tamen, ut Regno, ita calamitati proximam; populationibus, incendiis, ac omni hoſtilitatis genere divexabat. (C) Sed dum arma foris circumfert, enata domi ſeditio impotentem conſilii principem Regno exturbavit. Aba, ſeu ut noſtri Annales nominant, Ovo, qui ducta in matrimonium ſancti Stephani ſorore Regiam in familiam adſcriptus erat, militari tumultu procerumque conſenſu acclamatus Rex eſt, eo majoribus omnium ſtudiis votisque, quo juſtius odium videbatur in Petrum exterum, ac pene tyrannum. (D) Ejectus Regno, quo confugeret, non habebat, niſi ad Adalbertum Au- 1041
ſtrium,

Auſtriæ infeſtus.

Ejectus Regno ab æmulo.

(A) Annal. Saxo. Urſperg. Hermann. Contract. Lamb. Schaffnaburg. An. 1039. „ *Conradus* Imperator „ obiit Trajecti, Feria II. in Pentecoſte, cui *Heinricus* Tertius, filius „ ejus ſucceſſit. „

(B) Annal. Saxo A. 1039. „ Dux „ Boemiæ *Bracilaus* - - congregatis „ Boemiis intrat terram Poloniæ deſolatam Principe, ac velut ingens „ tempeſtas, ſic villas cædibus, rapinis, incendiis devaſtat, vi muniti„ones irrumpit, „ & ſequenti anno 1040. ſubjungit: „ Rex (*Henricus III.*) expeditionem ſuam in „ Regionem Boemiæ, pro vaſtatione Poloniæ deſtinavit, & eo properans exercitum in Aſſumptione „ ſanctæ Mariæ *Camba* adunavit. - - „ Interea nunciatum eſt Duci *Bracilao*, quod *Pricos* Comes, qui præ„ fuit in urbe *Beline*, correptus pecunia Saxonum, non ſtetiſſet ex „ adverſo munitionis in cuſtodia - - „ hunc enim Dux præfecerat toti „ cohorti, quæ fuit de *Moravia*, & „ tribus legionibus de *Ungaria*. Nam „ *Petrus* Rex Ungariæ adverſus Regem *Heinricum*, hæc Boemiis miſerat auxilia. Dux ergo eundem „ Comitem, erutis oculis, manibus „ & pedibus præciſis, in flumen præ„ cipitari juſſit. „ Confirmat hæc Herm. Contr. ad An. 1040.

(C) Herman. Contract. An. 1039. „ *Petrus* Rex Ungariorum hyeme ter„ minos Regni ſui (*Henrici* nimirum „ III.) prædis, incendiis, & capti„ vitate depopulatur. „ Chron. Auguſt. An. 1040. „ Ungari Bajoa„ riæ fines invadunt. „ Ex quo conjectura duci poteſt, *Petrum* Germanis initio principatus ſui non ita faviſſe, ut plerique Annales Ungariæ tradunt: ſiquidem primam hoſtilitatem in eosdem exercuerit.

(D) Sigebert: Gemblac. An. 1042. „ Inter Hungaros bello inteſtino mo„ to *Petrus* Rex ab eis depulſus Re„ gno auxilium *Henrici* Imperatoris „ interpellat. „ Conſentit Chron. Hildesheimenſe & Marian. Scotus ad hunc annum: ſed Herman. Contract. hæc ad An. 1041. habet. „ Ipſo an„ no Ungarii - - *Ovonem* quendam „ Regem ſibi conſtituentes, *Petrum* „ Regem ſuum occidere moliuntur; „ qui vix fuga lapſus; primo ad „ Marchionem noſtrum, *Adelbertum*, „ ſororis ſuæ maritum, profugus „ venit, indeque ad Regem *Heinricum* veniens, pedibusque ejus pro„ volutus, veniam, & gratiam im„ ploravit, & impetravit. „ Aloldus ad A. 1040. „ Idem (*Petrus*) dum „ Ungari ab eo ad *Ovonem*, ſua lingua „ *Abam*, deficiunt, Regno privatur. „ Fugit vero ad *Adalbertum*, cujus „ levir erat, ſive frater uxoris. „

A. C. ſtrium, ſororis ſuæ maritum. (A) Adelheydem noſtri Scriptores appellant Adalberti conjugem; (B) at niſi duas illi ex ordine uxores tribuamus, Froizæ nomen illi fuiſſe, neceſſe eſt: quod eam Adalberto conjugem ſuis in literis Henricus III. fuiſſe teſtetur. (C) Wilhelmi Burgundici filiam, & Geyſæ Regis ex filia neptem viri docti exiſtimant. Wilhelmum porro hunc ferunt Adalberti Italiæ Regis filium, quem Berengario II. Italiæ item Rege natum Otto Auguſtus ejus nominis primus in Græciam expulit: unde in Hungariam reverſus Adalbertus, Stephani Regis ſibi animum ita adjunxit, ut deſponſa ejus filio Wilhelmo Sarola, ſeu, ut Aloldus vult, Giſela ſorore ſua, Petrum, qui ex eo conjugio natus eſt, hæredem adoptarit. Wilhelmus defuncta prima conjuge in Burgundiam venit, ductaque Ermentrude uxore altera, & Burgundiæ principatu ad titulos adjecto, annis undecim ante Regem, ſanctum Stephanum obiit. (D)

ad Henricum III. Cæſarem confugit.

Verebatur quidem Petrus Henrici Cæſaris opem implorare, quem recentis injuriæ ex ſocialibus cum Breciſlao armis memorem non dubitaret: ſed erectus in ſpem ab Adalberto Marchione Auſtriæ, Henrico ſe ſupplicem ſiſtit; nec difficulter ab optimo Principe & præteritæ culpæ veniam, & opem præſentem impetravit. (E) Non pa-

(A) Herman. Contract. mox laudatus Anno 1041. Otto Friſing. lib. 6. cap. 32. agens de *Heinrico III.* Imp. hæc habet. „ *Petrum* Regem „ eorum (Ungarorum) ab *Ovone* Re„ gno fraudulenter pulſum, inter„ ceſſione *Alberti* Marchionis, cujus „ levis erat, exulem ſuſcepit. „

(B) Monum. ſepulchrale Mellic. Tabulæ Clauſtro-Neoburg. Hiſt. Fund. & Chr. Mellic. A. 1071. Chr. Clauſtro-Neoburg. Arenpeck. Chr. Auſtr. Cuſpinianus in Auſtr. & Aloldus ipſe.

(C) Diploma Henrici III. Imperat. datum Ratisbonæ Anno 1051. prid. Idus Novembr. apud Reverendiſſimum Abb. Gottwicenſ. in Prodromo. lib. II. pag. 262. „ Noverint „ omnes - - qualiter nos - - ob „ devotum ſervitium *Adelberti* Mar„ chionis, eidem Marchioni *Adelber„ to*, Uxorique ſuæ *Froizæ* manſos „ *Graſenberch* & circa eundem locum „ ſumendos &c. „ Ex quo conſequitur, aut duas fuiſſe *Adalberto* conjuges: *Adelhaidem*, & *Froizam*; aut cum *Adelhaidis* An. 1071. a Chron. Mellic. & Clauſtro - Neob. defuncta primo ſcribatur, eam nurum potius *Adalberti*, quam conjugem fuiſſe.

(D) Eccardus in Origin. Principum Saxoniæ ſuper. Præfat. §. XXXII. fuſe hæc ex Herman. Contr. ad An. 1041. Wippone pag. 442. Ottone Friſing. l. 6. c. 32. Thwroczio cap. 34. Bonfinio Dec. II. lib. 1. & Quercet. Hiſt. Burgund. lib. 4. c. 14. exequitur: cujus ex ſententia hæc Adalberti Genealogia, Uxorisque ejus eſt.

BERENGARIUS II. R. Ital.

ADALBERTUS R. Ital. exul.

WILHELMUS GEISÆ Gener.

N. Conjux ADALBERTI March. Auſtr. — PETRUS R. Hung.

(E) Otto Friſingenſ. lib. 6. c. 32. & Herman. contractus A. 1041. ſupra lit. (A) laudati. Sed paulo aliter rem narrat Chron. Rhytm. ex Bibl. Univerſ. Vienn. MS. quod deſinit Anno 1146.

„ *Peter* floch zum Marchgraven
„ *Albern*,
„ Die Ungern wolden des nicht
„ enbern,

„ Si

parum conferre huc viſa eſt Abæ ſuperba ad Cæſarem le- A. C.
gatio, quæ cum pacis, bellique optionem Henrico relin-
queret, tantam indignationem movit magnanimo Princi-
pi, ut eam Majeſtatis, ut videbatur Cæſari, imminutionem
non inultam abituram, continuo dejeraret. (A) Reſpon-
ſum Cæſaris (B) Abæ pro claſſico fuit, juſſitque rigente
adhuc hyeme tota Hungaria ad arma conclamari. Ubi co-
piarum jam ſatis erat, bipartito ſtatim agmine in Auſtriam
irrumpit, & utramque Danubii ripam, igne ferroque po-
pulatur: legato, decem legiones trahenti, Borealem Au-
ſtriam objicit; cum citeriorem ipſe tractum omni crude-
litate lacerandum ſibi ſumeret. Neutra in parte ſatis vi- 1042
rium erat Auſtriis, ad hoſtile jugum a cervicibus depel-
lendum. Adulto jam Februario menſe improviſus hoſtis
Tulnam uſque progreſſus, cives, (Saturnalium id tem-
pus erat) vino ſomnoque ſepultos, intempeſta nocte op-
primit, urbem diripit, ac incendit. In ea provinciæ
con-

Bellum adverſus Abam decretum.

Aba in Auſtriam irrumpit.

„ Si herten im ſin *Marche*,
„ Das mute die Herren ſtarche,
„ Die Unger nicht beliben,
„ Unz ſi ſi beide vertriben;
„ Darumb was in leide
„ Si muſen entwichen beide,
„ Zem Kunige *Heinriche*,
„ Der empfie ſie Genædigliche,
„ Wol pflac er der Herren,
„ Er brachte ſi wider zu Eren &c.
„ *Peter* chlagte tægliche
„ Dem Kunig *Heinriche*,
„ Sinen grozzen Ungemach
„ Ze *Wienne* der Kunic einem Hof
„ geſprach.
„ Die hervart ſie da ſwuren
„ Ze Ungern ſie do furen &c. „

Quæ de *Vienna* hoc loco afferuntur, fidem vix impetrabunt. Aloldus ad An. 1041. „ *Adalbertus* Mar-
„ chio pro *Petro* apud *Hainricum* ter-
„ tium Romanorum Regem, ei pa-
„ riter affinem, intercedens, ei au-
„ xilium impetrat. „

(A) Bonfin. Dec. II. lib. 2. Brunner. Boic. P. II. l. 5. Adlzreit. P. I. l. 17.

(B) Herman. contract. An. 1042. „ *Ovo*, Ungariorum tyrannus, ob ſuſ-
„ ceptum a noſtro Rege *Petrum*, di-
„ viſit bifariam exercitum ſuum; fi-
„ nes Bajoariæ ex utraque parte Da-
„ nubii deprædans, & incendens de-
„ populatur. Sed una pars exerci-
„ tus ejus a ſeptentrionali parte Da-
„ nubii ab *Adalberto* Marchione, &
„ filio ejus *Luitpoldo*, ad internecio-
„ nem cæſa eſt. „ Similia habent Chron. Hildeshemenſe, Abb. Urſpergenſ. Marianus Scotus ad An. 1042. Annal. Saxo. & Chronograph. Saxo. ad An. 1043. Adjuncta pugnæ ex Brunnero Boic. P. II. l. 5. petita ſunt, cauto Scriptore, & quem *Aventinus* ſine alio teſte non facile in ſuam ſententiam perducat: teſtes rei laudat Annales Altahenſes, utique diverſos ab iis, quos ſub *Steronis* nomine vulgatos habemus. Brunnerum ſecutus eſt Adelzreit. P. I. l. 17. quorum ab ſententia hoc loco abire non libuit, tametſi veterum teſtimoniis in re tam glorioſa deſtituto. Chronica noſtra Mellic. Clauſtro-Neoburg. Auſtrale, Zwetlenſ. Salisburg. Admontenſ. Bernard. item Noricus in Chron. Auſtriaco, Cuſpinianus in Auſtria meminere hujus victoriæ, de adjunctis tacent. Thomas de Haſelbach, in Chron. Auſtriaco irruptionem *Ungarorum* refert, de illorum clade nihil meminit: „ Aba, *ſcribit*,
„ miſſis legatis animum nititur pla-
„ care Imperatoris. Quod dum mi-
„ nime impetraſſet, congregata for-
„ ti manu, ex utraque parte invadit
„ Auſtriam, & ſupra *Tulnam* uſque
„ ad fluvium *Treſmam* collectis præ-
„ dis revertitur in Ungariam altera
„ die poſt quadrageſimam, in qua
„ hanc crudelitatem niſus eſt perpe-
„ trare. „ Ottonis Friſingenſ. locus infra adducetur.

A. C. conſternatione, Adalbertus Marchio filiusque Leopoldus, ut quidam prodidere, armant primum ex omni domeſticorum numero homines triginta, his trecentos alios ex provincialibus adjungunt, atque ea tam exigua ſuorum manu pro patriæ ſalute ſeſe devovent, ultimo diſcrimini caput vitamque objecturi. Hoſtium tres turmæ erant, nec locis, nec conſiliis conjunctæ. Opportunas ea cauſa Adalbertus ad cædem ratus, cum heroe filio ſingillatim invadit. Securi ſua multitudine agebant Hungari, & in capta provincia nihil jam hoſtile veriti, prædas per otium legebant. Adortus incompoſitum agmen primum Adalbertus Marchio, internecione delet: inde ad ſecundum verſus, cum ſtragem renovaſſet, cæſis non paucis, reliquos in fugam egiſſet; ad captivos penetratum eſt, quorum ingens erat numerus: his detractæ ſtatim compedes & direpta cæſorum arma, ad juſtæ vindictæ uſum commodata. Ferunt & feminas virorum ſibi partes, ferocia plusquam muliebri popoſciſſe. Reſtabat tertius hoſtium globus; ſed is ſuperiorum jam cladium reliquiis auctus, nec ad pugnam imparatus: Adalbertus tamen, & victoria, & hoſtium conſternatione utendum ratus, alacres ſucceſſu milites tertiam in pugnam rapit: primo concurſu victoria tantiſper hæſit, quod & numerus ſuus hoſtem, & legati præſentia a fuga contineret: vicit tamen pertinax Auſtriorum virtus, hoſtemque animis ante, quam armis fractum trans Moravam flumen rejecit.

Adalberti Marchionis, & Leopoldi filii eo bello virtus & felicitas

Hungaros ex Auſtria depellit.

Nec meliore belli fortuna uſi ſunt Hungari, qui Abæ imperio Carinthiæ eam partem, quæ nunc Styria appellatur, incurſarunt: cæſi magnam partem, ac præda exuti ad Petovium a Godefrido Marchione, (A) Cæſaris tantum

Hungari in finibus Styriæ a Godefrido Marchione cæſi.

(A) Lambert. Schaffnaburg. Anno 1041. „ *Uban*, qui Ungariorum „ Regnum invaſerat, eruptionem „ in fines *Bajoariorum* & *Carentinorum* „ fecit, multamque prædam abegit. „ Sed *Bajoarii* coadunatis viribus inſecuti prædam excuſſerunt, multisque occiſis, reliquos in fugam „ coegerunt. „ Haſelbach. in Chr. Auſtr. „ Poſt etiam miſit ſuos (*Aba*) „ ad deprædandam *Carinthiam*. „ Chron. Hungarorum MS. Mag. Joh. de Thurocz cœpta *Anno Domini 1467. feria V. proxima poſt feſtum S. Michaelis Archangeli*, ut habet procœmium. „ Miſit bellatores fortes in *Carinthiam*, „ qui plurimos captivos acceperunt, „ & in Hungariam redierunt: *Gothfridus* autem Auſtriæ Marchio circa *Petoviam* inſultum faciens ſuper „ eos, eorum ſpolia fertur abſtuliſſe. „ Confirmat hunc locum Aventinus Boicor. lib. 5. qui tamen *Godefridum Charintiani* limitis Præfectum appellat. *Godefridus* hic non videtur alius ab eo, ac quem Biographus beati *Adalberonis* Witzburg. Epiſcopi deſignat. „ Habebat filium „ (Regila) nomine *Gotfridum* - dignitate *Marchionem* virum ſtrenuum, & fortem - - cujus ditioni cum reditibus circumjacentibus „ ſerviebat *Putina*, urbs inclyta, & „ famoſa, quæ quaſi metropolis & „ ma-

tum vindictam maturarunt. Is ſub ipſa Saturnalia, dato Bavaris Duce novo, Henrico Henrici Lucemburgici filio, non multo poſt bellum in Hungaros decrevit. (A) Æſtatis magna parte inter armorum apparatus exacta, ineunte jam autumno caſtra in Pannoniam promota ſunt. Prona victori Cæſari erant omnia ad Heimburgum uſque, quæ urbs prima ruentem exercitum ſtitit. Fiduciam loco dabat tum populi frequentia, tum firmum præſidium caſtro, quod ex editiſſimo monte Danubio imminet, impoſitum: ſed inanem eam fiduciam militum ardor oſtendit, qui cum per muri labem in urbem illapſi eſſent, facile & viam ad montis faſtigium repererunt, & exacto inde præſidio, caſtrum ipſum, urbemque, ira conſilii impote, diruerunt. Heimburgo in adverſum Danubii litus deportatum bellum eſt, quod aquarum eluvionibus, & paludibus iter in Pannoniam eſſet impeditum. Ibi quoque Presburgo vis admota, urbsque ea, clauſtrum Hungariæ, capta eſt, ac everſa. (B)

A. C.

Henricus III. Imper. Heimburgum expugnat.

Perrupto ſemel aditu nulla mora fuit, quin ad Granam uſque amnem victor exercitus penetraret: acceptæ in deditionem urbes ceteræ, & quod ſigna ſemel ac iterum conferrent Hungari, bis ad internecionem cæſi. Fracti tot adverſis caſibus animi ad pacem jam inclinabant; unus tantum metus erat, ne Cæſar inviſum Hungaris Petrum Regem reſtituendum ſolio perurgeret. Hoc quoque gentis poſtulato datum, ut detractum Abæ imperium in cognati ſanguinis exulem, qui in Brecislai Bohe-

Pacem cum Hungaris componit.

„ mater civitatum verſus *Pannoniam*, „ ad *Auſtralem* plagam, ad arcendos „ hoſtiles *Pannoniorum* incurſus & „ devaſtationes antiquitus conſtituta fuit. „ Erat ea urbs in finibus *Styriæ*, verſus *Auſtriam*; temporaque *Godefridi*, & *Ovonis* congruunt.

(A) Brunnerus Boicor. P. II. l. 5. ex Annal. Altahenſibus.

(B) Herman. Contr. Anno 1042. „ Heinricus quoque autumno Pan„ nonias petens, *Heimenburg* & *Bre„ cesburg* evertit: Septentrionalem „ Danubii partem (quia flumina Au„ ſtralem & paludes munierant) „ uſque ad *Grana* flumen vaſtavit, „ ſeu in deditionem accepit: & pars „ exercitus bis numero Ungariam „ incurſantibus congrediens, ſtrages „ magnas effecit. „ Conſentit quoad Annum 1042. Lamb. Schaffnaburg. & Chron. Auguſt. ſed Chron. Hildeshemenſ. Abbas Urſperg. Marianus Scotus hæc ad An. 1043. Chronograph. & Annal. Saxo ad Annum 1044. rejiciunt. Ex his Chron. Hildeshemenſe ſic habet: „ *Heinricus* Rex Pan„ noniam ingreſſus, duas populoſiſ„ ſimas civitates evertit, plures de„ ditione ſubjecit. „ Lamber. vero Schaffnaburg. Anno 1042. „ Rex „ prima expeditione in Ungariam „ facta, prædictum *Uban* fugavit, „ uſque ad fluvium *Raban* pervenit, „ tres urbes maximas cepit. „ Brunnerus Boic. Par. II. lib. 5. neſcio quibus ex documentis novem urbes deditione captas; duas *Heimburgum* nempe, & *Presburgum* flammis deletas, ſcribit. Aloldus ad A. 1042. „ *Hain„ ricus* Rex cum exercitu per *Oſter„ richiam* intrat in Hungariam, & „ comitem belli ſecum accipit *Adal„ bertum*. Cum patre vadit & filius „ *Liupoldus*. Vaſtatur Regnum, & „ *Ovo* maximam cladem accipit: ubi „ *Adalberti*, & *Liupoldi* fortitudo ma„ xime enituit.

A. C. Bohemi caſtris erat, transferrent. (A) Id libentibus, ut ſpecies erat, animis ab Hungaris factum: quanquam quod vetera in Abam ſtudia nondum refrixiſſent, res deinde intra verborum officia ſtetit, cedere potentiori, ſolumque ac ſolium mutare coacto Duce novo, Abæ factione in Bohemiam repulſo.

Goslariæ interim hyemem, agebat Cæſar; ibi miſſi ex Hungaria oratores eum conveniunt, pacem, 1043 & violatæ nuper fidei veniam precaturi. Henricus, quo nec bello acriorem, nec pace mitiorem optare Germania poterat, jam pene in poſtulata legatorum concedebat: cum Petrus Rex inclinantem in clementiæ partes ad belli conſilia revocavit. (B) Itaque ſecundo in Pannoniam itum, bellumque oſtenſum magis, quam confectum eſt, ſpondentibus certatim Hungaris imperata ſe facturos. Ægre tamen pax data ab Henrico eſt: ſed cum Pannoniæ ii partem, quæ a Cetio monte ad Leytham uſque flumen eſt, armis Adalberti Marchionis alioquin Imperio jam adjunctam, victori cederent, muneraque ac obſides offerrent, conditioni tandem Cæſar acquievit. (C) Sed fides Abam, ſi Aloldo credimus, eodem pene tempore, quo dederat, defecit. Cum enim Petrus, regno extorris, receptum apud Adalbertum Marchionem levirum haberet interim; Aba Auſtriam hoſtili cum agmine ingreſſus, jam in eo erat, Regem ut æmulum eo velut aſylo extraheret, ſuæque, ſi fortuna daret, victimam ambitioni immolaret. Sed enim Adalbertus, & qui nullum jam

Bellum iterum reſumitur.

Pannoniæ ſuperioris pars ad Leytham uſque fluvium ad Auſtriam adjungitur.

(A) Chron. Hildeshem. An. 1043. „ Cum *Petrum* Regem, quem ſecum „ ducebat, provinciales recipere nol- „ lent, alium quem petebant, Du- „ cem eis conſtituit, quem *Ovo* poſt „ diſceſſum ejus in Boemiam reppu- „ lit. „ Herman. Contr. A. 1042. „ Cum *Petrum* recipere nollent, quen- „ dam alium ex illis, item apud „ Boemanos exulantem, Ducem eis „ conſtituit. „ Conſentiunt his Annal. & Chronograph. Saxo. ſed id ad An. 1044. rejiciunt. Aloldus ad An. 1042. „ Pannonii coguntur „ vel *Petrum* recipere, vel alium e „ ſuis Ducem ſequi, quem Rex *Hain-* „ *ricus* deputavit, depoſito *Ovone*. „

(B) Lamb. Schaffnaburg. A. 1043. „ Rex Incarnationem Domini Go- „ slariæ celebravit. - - Ibi quoque „ legati Regis Ungariorum pacem „ ſuppliciter orant, ſed non impe- „ trant, quoniam Rex *Petrus*, quem „ *Uban* per vim Regno expulerat, „ præſens erat, ſuppliciterque *Hen-* „ *rici* Regis auxilium contra illius „ violentiam implorabat. „

(C) Hermanus Contract. A. 1043. „ *Henricus* Rex, iterum Pannonias „ petens ab *Ovone*, vix pactum im- „ petrante ſuſcepta ſatisfactione, *ob-* „ *ſides*, *munera regnique uſque ad Litbæ* „ *fluvium*, *partem accipiens*, & mune- „ ribus diſceſſit. „ Aloldus ad An- num 1042. „ Sed quia Ungari ne- „ que *Petrum*, neque novum Ducem „ volebant: *Ovo* tandem ſe valde „ humilians, impetravit ab *Hainrico*, „ ut ſibi Regnum permitteret. Ad- „ diderat ille precibus etiam dona: „ e quibus *Adalbertus* magnam ſalvi- „ ficæ Crucis particulam accepit, „ quæ olim ſancto *Stephano* Regi do- „ nata fuit. *Petrus* cum Imperatore, „ & Marchione reverſus, manſit in „ terra *Auſtrali*.

jam refugeret periculum, Leopoldus filius, tanta conſtantia ejus ſe furori objecerunt, ut rejectus cum clade Aba, iras, quas in æmulum non poſſet, in ſuos verteret, clademque jam ſacris ipſis, ac Chriſtiano nomini minaretur. (A) A. C.

Nuptiæ Henrici III. Ingelheimii.

Interim a belli, ad uxoriæ curas rei Henricus Rex tranſiit, ductaque in matrimonium Agnete Pictavorum Comitis filia, ſplendidiſſimas Ingelheimii nuptias celebravit. (B) Adalbertus Marchio, cujus toto hoc bello gloria in omnium oculis erat, præclaræ operæ præmium Bribeſendorffenſe prædium ad Pielaham amnem tulit. (C)

Ubi Leopoldus, Adalberti March. filius moritur.

Sed privatam eam, publicamque alteram nuptiarum lætitiam Leopoldi filii mors immatura, quæ V. Idus Decembris conſecuta eſt, funeſtavit. (D) Egregii juvenis decora Scriptores omnes magnis laudibus proſequuntur, ſtrenuam præſertim bello manum, animique ac corporis robur invictum. (E) Præclarum de eo judicium Cæſar ipſe tulit, ſeu dum bello Bohemico, ob receptam ab hoſte urbem, præfectique filium, cum magnis hominum pecorumque gregibus abductum, equo regio inſtrato donaſſet; (F) ſeu dum paucis ante obitum diebus, virtutis ergo

(A) Aloldus, poſtquam ad Annum 1042. ſcripſiſſet: *Petrum* cum *Adalberto* Marchione reverſum, manſiſſe *in terra Auſtrali*; ſubjungit: „ MXLIII. *Ovo* fiduciam habens de „ gratia, ſibi apud Regem *Hainricum* „ firmata, erga ſubditos ſuos inſo„ leſcit, & Religionem quoque Chri„ ſtianam tollere nititur. *Petri* quo„ que rivalis necem quærens, inopi„ nate *Oſterrichiam* hoſtiliter invadit. „ Sed *Adalbertus* Marchio, & Liu„ poldus filius, conſtanti animo „ ejus furorem excipiunt, & magna „ victoria deprimunt. Inde *Adal„ bertus* dictus eſt *Victorioſus*, & *Liu„ poldus*, *Fortis Miles*. „

(B) Lamb. Schaffnab. An. 1043. „ Rex ſecunda expeditione in Un„ garos facta, prædictum *Uban* ad „ placitam ſibi pactionem coegit, „ acceptisque ab eo de pace jura„ mentis, & obſidibus, reverſus „ nuptias celebravit in *Ingelheim*, in „ conjunctione *Agnetis*, filiæ Wil„ helmi Comitis Pictavorum. „

(C) Diploma *Henrici III.* datum Kal. Decembr. An. 1043. Ingelheimii apud Bern. Pezium Cod. Diplom. Col. 232. „ Notum ſit - - „ qualiter nos *Adalberto* Marchioni, „ ob ſervitutis ipſius & fidelitatis „ meritum quoddam prædium, *Bri„ beſendorff* dictum - in proprium „ tradidimus - - ſitum in Comitatu „ *Adalberti* Comitis in pago *Pielaha*, „ cum omnibus ſuis appendiciis. „

(D) Herman. Contract. An. 1043. „ *Luitpoldus* Marchio, *Adalberti* Mar„ chionis filius, bonæ indolis juve„ nis, & maxima Hungarorum cla„ des, immature obiit. „ Eadem pene verba repetit Annal. Saxo ad An. 1045. & Chronic. Hildeshemenſe ad An. 1044. Chron. Clauſtro-Neob. An. 1044. „ *Liupoltus*, qui „ *Miles Fortis* dicebatur, - - moritur „ V. Id. Dec. „ Conſentit Aloldus ad Annum 1043. „ Hic tamen „ (*Liupoldus*) eodem anno, dum „ nuptiis *Hainrici* Imperatoris apud „ Ingelheim intereſſe vellet, imma„ tura morte extinctus eſt cum ſum„ mo mœrore Patris, & Patriæ, V. „ Id. Decembris, atque a *Poppone* „ Archiepiſcopo Trevirenſi cognato „ Treviris ſepultus eſt. „

(E) Herman. Contract. Marianus Scotus: Otto Friſing. Abbas Urſperg. Annaliſta Saxo.

(F) Refert id Aventinus Boic. l. 5. Brunnerus P. II. lib. 5. Adelzreiter. P. I. l. 17.

A. C. ergo Marchionem renunciaſſet: (A) nec deſunt Scriptores veteres, qui ob partam nuper bello Pannonico victoriam Hungarorum eum terrorem, clademque maximam appellarint. Præclaram Leopoldi indolem, virtutem, pietatem Hermannus, Scriptor nobilis, commendat: Otto denique ex eadem familia, Friſingenſium Antiſtes longe doctiſſimus ac nobiliſſimus, ereptam Hungaris Pannoniam, Abæque exercitum innumerabilem, exigua ſuorum manu deletum, ſecundum Adalbertum patrem, Leopoldo potiſſimum authori tribuere non veretur. (B) Sunt, qui deſponſam eidem conjugem Froizam velint, & hujus monumentum ſepulchrale Mellicii oſtendunt. (C) Funeris curam Poppo Trevirenſium Antiſtes, & Leopoldi patruus, in ſe ſuſcepit, qui deportato Trevirim defuncti cadaveri, ſuo omniumque planctu parentavit. (D) *Ejus laudes.*

(A) Herman. Contract. An. 1043. „ *Luitpoldus*, *Adalberti* Marchionis „ filius, magnæ virtutis, & pietatis „ adoleſcens, ab ipſo Rege *Marchio* „ promotus, & poſt paucos dies „ defunctus, *Treviri* a patruo ſuo, „ *Poppone* Archiepiſcopo, ſepultus, „ obiit. „ Chron. Rhytm. MS. ſupra laudatum.

„ Der Kunich *Heinrich* nicht ver-
„ gaz
„ Der Dinſt, div im *Alber* het
„ gethan,
„ *Liupolden* er do nam.
„ Der war *Albern* Sun.
„ Wie mocht er baz wider in
„ getun,
„ Siner *Marche* er ſelber pflach,
„ Unz er chome an den Tach.
„ Daz er in das duht wert.
„ Er leh im die Lehen, und gab
„ im Swert.
„ Die Furſten lobten ſin gute,
„ Er het einKunigliche Gemute. „

(B) Herman. Contract. Annal. Saxo: Abbas Urſperg. Anno 1044. „ *Luitpoldus* Marchio, *Adelberti* filius „ maxima Vngarorum clades, im- „ mature obiit. „ Herm. Contr. An. 1043. „ *Luitpoldus*, *Adalberti* „ Marchionis filius, magnæ virtutis, „ & pietatis adoleſcens: „ alias: *bonæ indolis juvenis.* Otto Friſingenſ. l. 6. c. 32. „ Hic eſt *Leopaldus*, qui „ cum patre ſuo *Alberto Marchiam* „ *Orientalem*, Ungaris eripuit, ac inter cætera virtutis ſuæ opera, exercitum *Ovonis* innumerabilem, fines „ ſuos ex improviſo infeſtantem, ſubito correptis armis (quod tamen „ in omni conflictu etiam fortibus „ incautum eſt) pene funditus cum „ paucis delevit. „

(C) Thom. Ebendorff. de Haſelbach in Chron. Auſtr. Col. 696. „ *Luopoldus*, dictus *Miles Fortis*, primogenitus *Alberti* Victorioſi, Marchio Auſtriæ, floruit tempore *Abæ* „ Regis Hungariæ, *Frowiza* ejus uxor, „ non habuerunt proles. Ante Patrem ſubitanee obiit in nuptiis „ Henrici III. Cæſaris in oppido *Ingelheim*, & in *Treveri* ſepelitur, uxor „ ejus in Mellico. „ Confirmat id ipſum Arenpeck in Chr. Auſtr. Col. 1182. & Tabul. Clauſtro-Neoburg.

(D) Herman. Contract. A. 1043. Otto Friſing. l. 6. c. 32. „ Illuſtriſſimus *Alberti* Marchionis filius *Leopaldus* adoleſcens immatura morte omnium planctu rapitur, & a „ Patruo ſuo, *Popione* Treverorum „ Archiepiſcopo, in urbe *Trevirenſi* „ ſepelitur. „ Otto, qui eum *Adoleſcentem* appellat, dubium movere poteſt, an *Leopoldus* hic conjugem habuerit: & alioquin ſupra jam inſinuatum, *Adalberti* Marchionis *Auſtriaci* (nam alius per id tempus ad An. 1051. non occurrit) fuiſſe *Froizam* uxorem: ut proinde facile *Adalberti* conjux per errorem *Leopoldo* filio tribui potuerit. Aloldo ſi credimus, Leopoldus hic An. 1022. natus eſt: ſic enim ille: „ MXXII. *Adalberto* primus filius naſcitur *Liupoldus*, generoſi ſpiritus, & præmaturæ virtutis. „ Ex quo ſequeretur, *Leopoldum* Anno ætatis XXI. fuiſſe mortuum.

Hyemem gelu præter modum aſperam æſtas exce- A.C.
pit peſtilitate pecorum, & frugum inopia longe graviſſi-
ma: (A) cumulavit anxiam Cæſaris ea de re curam Abæ 1044
perfidia; inſolentia vitiorum, nobilium proſcriptione, ac
immani crudelitate exaggerata. (B) Henricus, ad quem
multi Hungarorum confugere, ut deploratis rebus ſuis
Bellum tertio Hungariæ illatum. opem & auxilium impetrarent, tertio in Pannoniam mo-
vet; ſed copiis tam exiguis, ut ad componendam pacem,
non ad bellum gerendum deſcendiſſe videretur. Eam illi
fiduciam, mentemque divinitus injectam, Marianus Sco-
tus author eſt: remque affirmat belli exitus, pugnæ felici-
tate, hoſtiumque metu ac conſternatione memorabilis.
Difficultas Cæſari ea locorum erat, ut ſi Abæ mens non
læva fuiſſet, defendi bellum vel paludibus, vel fluminum
interjectu potuiſſet: nunc dum inani virium confidentia
in pugnæ occaſionem ipſe imminet, transgreſſus nocte
Cæſar Rabam, Rabnizamque, confidentiam hoſti ipſa
audacia excuſſit. (C) Explicata quidem ſtabat Hungaro-
rum acies, & tantillas Cæſaris copias fluminum caſtro-
rumque hoſtilium circumjectu clauſas, in caſſes ſe traxiſſe
geſtiebat: ſed nihil pro eo aut numero, aut robore copia-
rum ab eo actum: inter ipſa pugnæ præludia ſubducto
repente oculis ſole, circumfuſæ hoſti tenebræ mentem,
Relata de hoſte inſignis victoria. ac conſilium eripuere: verſi in ſe mutuo hoſtes, dum
cæci, paventesque mortem in momenta exſpectant, quie-
tum diu ſpectaculum, lætumque Cæſareis, quorum caſtris
lux ſerena ſe infuderat, præbuere. Ferunt, & ventum,
& procellam, quæ pulverem in hoſtem jactaret, a Cæſa-
re ſtetiſſe; dumque noſtri ſole, vento, procella, in auxi-
lium verſis, reſtitantium latera impune foderent, brevi ter-
ga verterunt hoſtes; ſed tanta fugientium ſtrage, ut ad
paſ-

(A) Herm. Contr. Anno 1044. „ Maxima peſtis pecudum, & hyems „ ſatis dura & nivoſa, magnam vi- „ nearum partem frigore perdidit, „ & frugum ſterilitas famem non „ modicam effecit. „ Sigebert. An. 1044. „ Fames valida Galliam „ & Germaniam profligat. „

(B) Thwroz. in Chron. Hungar. MS. „ Itaque Rex *Aba* ſecuritate „ accepta factus eſt inſolens, & cœ- „ pit crudeliter ſævire in Hunga- „ ros, &c. „

(C) Herman. Contract. An. 1044. „ *Ovo* Rex cum jusjurandum pa- „ ctumque infregiſſet, *Henricus* Rex „ cum perpaucis copiis Pannonias „ petiit: quem *Ovo*, qui maximum „ paraverat exercitum, in tantum „ deſpexit, ut eum, quaſi facile oc- „ cidendum, ſeu capiendum, pro- „ vinciam ingredi ſineret. Sed *Hen-* „ *ricus* cum parte copiarum, *Rabam* „ fluvium feſtine, in divino confiſus „ auxilio transvadavit: pugnam „ cunctis militibus paſſim feſtinan- „ tibus iniit, & in prima congrega- „ tione, innumerabilem Hungaro- „ rum exercitum fugavit. „ Fuſe hæc tractat Thuroczius in Chron. Hungar. Bonfin. Dec. II. l. 2. Inchofer. Annal. Eccl. Hung. An. 1043.

A.C. paſſuum ſex millia equorum, hominumque cadaveribus ampla illa planities ſterneretur. Numerum cæſorum hoſtium nemo prodidit: pugnatum eſt ad III. Non. Julias. (A) Pulcherrimum victoriæ ſpectaculum Cæſar ipſe erat, non conſilio magis, quam manu ſtrenuus: ſecundas in eo prælio partes Adalberto Marchioni noſtro Scriptores Hungari, & Auſtriaci tribuunt: nam & ſiniſtro cornu præfuit, & ubi pugnæ, ſanguinisque erat plurimum, in confertos hoſtium cuneos ſe conjecit: id quod *Victorioſi* etiam nomen ad poſteros illi peperit. (B) Patrata tam nobili victoria, Aba, ejus conjuge, propinquisque in fugam verſis, certatim Hungari Henrico ſe Cæſari dedidere. Ille, cujus cauſa hoc bellum geſtum eſt, Petrum in regnum reſtituit, & Albæ regalis priſtino in ſolio collocavit. (C) Aba vero, ne quid in regno turbarum eſſet, anno ſequente captus, aut Petri imperio, aut popularium odio eſt interemptus. (D) Interea Ratisbonam magna gloria reverſus

Petrus Rex ſolio reſtitutus.

(A) Chron. Hildeshemenſe Anno 1045. „ *Heinricus* Rex tertio „ Pannonias iratus ingrediens, DEI „ favente clementia, & beato *Udalrico* Epiſcopo impetrante victor „ factus, *Ovonem* cum uxore & filiis, cognatisque, quibus locus „ evadendi erat, effugabat. *Petrum* „ in regnum reſtituit, ſubditoque „ ſibi Ungariorum Regno ſummo „ cum honore revertitur. „ Eadem habent Annal. & Chronographus Saxo An. 1046. Urſpergenſis & Marianus Scotus ad An. 1045. Sed Lambert. Schaffnab. & Herman. Contractus hæc ad An. 1044. conjiciunt; quorum poſterior rem ſic narrat: „ Innumerabilem Ungarorum exercitum fugavit, atque proſtravit: „ & pauciſſimis ſuorum amiſſis in „ ſemet fortiſſime pugnans, glorioſiſſimam victoriam adeptus eſt III. „ Nonas Julias. „ Adjuncta pugnæ ex Thwroczii Chron. Hung. Bonfin. Dec. II. l. 2. Brunner. Boic. Par. II. lib. 5. qui Rudolphum Glabrum l. 5. c. 4. teſtem rei laudat: nec non ex Inchofferi Annal. Eccl. Hungar. Anno 1043. petita ſunt.

(B) Bonfin. Decad. II. l. 2. Thom. Haſelbach. col. 700. De *Victorioſi* nomine Auſtriaci Scriptores conſentiunt: Haſelbach. col. 696. Tabulæ Clauſtro-Neoburg. Arenpeck in Chr. Auſtr. Cuſpinianus in Auſtria. &c.

(C) Herman. Contr. An. 1044. „ *Ovone* Rege vix fuga elapſo, omnes Hungari ad deditionem *Henrico* Regi catervatim concurrerunt, „ ſubjectionem, ſervitiumque promittunt. Ipſe vero, ut erat per „ omnia piiſſimus, *Petrum* Regem regno ſuo reſtituit - Ungarios petentes lege Bajoarica donavit. „ Plura de hoc refert Thom. Haſelbach, in Chron. Auſtr. Col. 700.

(D) Lamb. Schaffnaburg. A. 1045. „ *Petrus* Ungariorum Rex *Uban*, æmulum atque inſidiatorem Regni „ ſui, captum decollavit. „ Herman. Contract. An. 1044. „ Nec „ multo poſt idem *Ovo* a *Petro* Rege „ deprehenſus ſcelerum ſuorum pœnas, capite plexus, perſolvit. „ *Abam* a ſuis obtruncatum ſcribit Bonfin. Dec. II. lib. 2. & Thuroczius in Chron. Notæ ex Aloldo ad A. 1044. „ *Ovonis* perfidiam execratus Imperator *Heinricus*, iterum cum exercitu ultor venit, Duce præcipuo, „ *Alberto* Marchione. In Ungariam „ penetrans apud *Rabam* fluvium „ apud *Jaurenck* penitus debellavit „ *Ovonem*, quem ſui plurimi in prælio deſeruerunt, fuga elapſum proprii ſubditi occiderunt. Tunc *Petrus* iterum Rex in ſolium imponitur, & *Heinrico* fidem juravit, „ & quod Regnum ejus beneficio „ acceptum ad Imperatoris poteſta-

„ tem

Henrici III. nova, piaque triumphi ſpecies.

ſus Cæſar triumphum egit, omnibus omnium Cæſarum victoriis illuſtriorem. Apparatus fiebant maximi ad eum omni honoris ſignificatione excipiendum: ſed ille neglecta inani pompa, poſito paludamento regio, nudisque pedibus, omnia urbis Templa ſupplicantis in morem obiit, eamque victoriam uni exercituum Domino adſcripſit. (A) A. C.

Quietem Hungaria nuper compoſita polliceri videbatur; ſed ut poſt magnas tempeſtates, tremulus adhuc aer obſcuri aliquid murmuris relinquit; ita recens parta quies inter Hungaros non ſine motu erat. Miſſi rurſum ad Cæſarem legati illud facile impetrant, ut ſub æſtatis principium in Hungariam deſcenſurum ſe reciperet. Ratisbona navi profectus An. MXLV. in Auſtriam venit: 1045

Henrici III. novus in Auſtriam adventus:

ſed ad Greinam, urbem Danubii vorticibus propinquam, cum accederet navis, Bruno, Wirzburgenſis Epiſcopus, Cæſarem ſecutus, eminenti in rupe monſtrum videt, æthiopis ſpecie horrendum. Ferali oſtento exterritus Præſul, Crucis, quod repentinis in terroribus in more piis eſt, ſigno ſe munit. At ſpectrum id Tartareum voce horribili exclamans: Audin, inquiebat, Epiſcope, manus meas non effugies: abi modo, brevi me viſurus. Bruno, quanquam diro perculſus omine, iter Beſenboigum proſequitur, locum Ipſio, in adverſa ripa oppoſitum. Hic cum a Richlinde, Adalberti, Eberspergenſis Comitis, nuper defuncti conjuge, una cum Henrico Cæſare in arcem honoris cauſa deductus eſſet, Welfoque, Dux Carinthiæ poſt (B) renunciatus, Richlindæ fratris filius, cupiditatis oculos ad Beſenboigenſem Comitatum adjeciſſet, quem Adalbertus Comes Eberspergenſi Cœnobio transſcripſerat;

Ferale oſtentum Greinæ in Auſtria.

Bru-

„ tem redire deberet. Inter hæc „ *Adalbertus* omnem *Oſterricbiam* ſuam „ ab Ungaris purgavit, & ſibi aſſe„ ruit, cum magna laude Imperato„ ris, & omnium vicinorum. „ Nec diſſentit Sigebert. Gemblac. A. 1043. „ *Henricus* Imperator, iterum Unga„ riam ingreſſus, cum paucis *Abbo„ nem* Regem de bello fugavit, & „ lanceam inſignem Regis recepit. „ *Petrum* vero, quem Abbo expule„ rat, Hungarorum Regno reſtituit, „ & Hungariam ſibi tributariam fe„ cit. „

(A) Bonfin. Dec. II. l. 2. Thwrocz. in Chron. Inchofer. Ann. Eccl. Hungar. An. 1043. aliud adjiciunt pietatis exemplum. „ Cæſar in caſtra re„ verſus, depoſito paludamento ſum„ ptoque cilicio, nudis pedibus hu„ mi procumbens, ac profuſis co„ ram univerſo exercitu lacrymis „ ante ſacroſanctum, & ſalutare Cru„ cis ſignum Divinæ benignitati gra„ tiam, & gloriam retulit; nec ſe„ gniores legiones, eadem religione „ ſui Imperatoris exemplo, in ge„ nua provolutæ DEI laudibus, & „ ſacris Hymnis beneficium teſtatæ „ ſunt. „ Quæ Ratisbonæ pie religioſeque ab eodem Henrico acta Brunnerus Par. II. lib. 5. ex Annal. Altahenſibus, nosque ejus fide referimus.

(B) Herman. Contract. An. 1047. „ *Welffum* Comitem Suevigenam, „ *Welffi* dudum Comitis filium, Ca„ rentani Ducem promovit. „

A.C. Bruno Welfonis cauſam agere apud Cæſarem inſtitit, Richlinda hortatrice, nec Altmanno, qui coram aderat, Eberspergenſi præſule refragante. Jamque inter hoſpitales epulas Cæſar Welfoni dexteram, conceſſi beneficii indicem, porrigebat; cum ecce, cœnaculo, in quo diſcumbebant, repente collapſo, in ſubjectum balneum convivæ omnes effunduntur. Contuſi miſere ſaxorum, trabiumque pondere Bruno, Richlindis, & Altmannus, injuſti conſilii architecti, nec multo poſt inter graviſſimos animi, corporisque cruciatus, expiati tamen ſupremis præſidiis, exſpirarunt. Cæſarem, quanquam ſumma brachii cute perſtricta, immunem tamen gravioris noxiæ, vel ſua in capitali illa fraude ignorantia, vel Superi præſtites ſervarunt. (A)

Cæſaris diſcrimen Beſenboigi.

In Hungariam ubi ventum, Albæ Regalis a Petro Rege, Regnique ordinibus univerſis, magna in ſpeciem lætitia, nec minori honoris apparatu exceptus eſt. Petrus, ut, cujus beneficio Regnum recuperaſſet ſuum, teſtatum omnibus faceret, coronam, haſtamque auream, Regni inſignia, Cæſari in manus tradidit, adjecta auri vi magna; quod Henricus, ut acceperat, ita totum ſtatim in ſuos milites diſtribuit: reddito deinde ſacro Diademate, Petroque in Regni ſolio confirmato, dies aliquot (feſti ii Pentecoſtes erant) in Hungaria manſit, regie ſemper, magnificeque habitus: quod tamen inſidias, neſcio quas, vereretur, nunquam niſi loricatus vel ad epulas accubuiſſe fertur: tandem adactis ſacramento Hungaris, ut Petro fidem ſibique promitterent, neque alium interea Regem in Stepha-

Res in Hungaria geſtæ.

(A) Aventinus Boic. l. 5. Brunnerus Boic. Par. II. l. 5. qui rei totius teſtes laudat Annales Eberspergenſes lib. 1. cap. 32. & cap. 33. Sequitur eosdem Adlzreit. Par. 1. lib. 17. quorum fide hæc referuntur. Herman. Contract. ad Annum 1045. hæc tantum habet: „ In quo vi„ delicet itinere Rex quoddam ve„ tus ſolarium aſcendens, cum mul„ tis aliis ædificio cadente corruit, „ ipſoque DEO protegente, illæ„ ſo. *Bruno* Wirciburgenſis Epi„ ſcopus cum aliis collapſus, poſt „ unam hebdomadam, id eſt VII. „ Cal. Junias obiit. „ Annaliſta tamen Saxo An. 1045. diem mortis ejus in VI. Cal. Junii rejicit. Hoffmann. Annal Bamberg. l. 2. ad hunc annum hæc de Brunone ſcribit: „ Pro„ ficiſcentem (*Henricum III.*) navi„ gio ſecutus eſt *Bruno*, Epiſcopus „ Wirceburgenſis, ſed omine parum „ fauſto. Nam *Boſeburgum* in ca„ ſtrum ubi ventum, & ipſe apud „ Imperatorem ageret, per fractam „ pergulam delapſus, & miſerabili „ clade oppreſſus, octavo die poſt „ vitam finivit. - - - Fuit autem „ *Bruno* Vir vitæ ſanctitate conſpi„ cuus, miraculis inſignis, & inter „ Scholaſticæ Theologiæ Doctores „ ſui temporis, doctrinæ magnitu„ dine præcipuus. „ Alio in loco ad An. 1033. vocat eum *Cunradi* Carinthiæ Ducis, & *Mechtildis* Comit. Querfordienſis filium. Quæ adſcribere huc libuit, integro rerum judicio lectori relicto, Bambergenſium, an Eberſpergenſium Annalium fidem potiorem arbitretur.

ni Regis ſanctiſſimi ſolium admitterent, in Germaniam revertit. (A) A. C.

Ager inter Fiſcham, & Leytham Sigefrido Marchioni collatus.

Sed ejus tam multiplicis profectionis haud diuturnus ſatis fructus extitit. Et Henricus quidem Cæſar agrum, qui inter Fiſcham, Leythamque fluvios interjacet, bello nuper ad Auſtriæ fines adjectum, Sigefrido Marchioni, e Pleyenſium Comitum illuſtri familia, cum centum ac quinquaginta fundis regalibus, areisque Danubio circumpoſitis; aliis interim prædiis eodem loci in alios diſtributis, adſcripſit: (B)

Petri Regis calamitas,

Sed Hungari, anno necdum circumacto, ad ingenium reverſi, cum accinctum Italico itineri Cæſarem audiiſſent, atrociori, quam unquam, tumultu in inviſum ſibi Petrum Regem inſurrexere. Novis cauſam odiis inveterata Petri vitia præbuiſſe ferebantur: plerosque etiam, qui averſo adhuc animo a Chriſtianis ſacris erant, ſpes tenebat improba, ſublato hoc Rege, ad priſtinas ſuperſtitiones redeundi. Concurſum igitur infeſtis armis eſt, neque a cæde ac ſanguine ſacri etiam Ordinis temperatum. Trucidati primum quotquot honoribus auxerat, Germani proceres, prætoriani ad unum omnes deleti: retractus e fuga Petrus, & oculis orbatus: & nequid Andreæ, Ladislai Calvi (qui patruelis erat ſancti Stephani) filio jam ad Regnum evecto, obturbaret cœcus, in cuſtodiam datus: in qua brevi etiam exſpiravit. (C)

& mors in cuſtodia.

1046

An-

(A) Herman. Contract. An. 1045. „ *Petrus* Rex *Henricum* Regem in feſtivitate Pentecoſtes, ad ſe invitatum, magno paratu ſuſcepit, & „ maximis muneribus donavit, eique Regnum Pannoniarum, Principibus Hungarorum fidelitatem „ illi, & ſucceſſoribus ejus, juramento firmantibus, reddidit; quod „ tamen ab eo ipſe, dum viveret, „ poſſidendum recepit. „ Reliqua ex Aventino Boic. l. 5. & Adelzreitero Par. I. lib. 17. adjecta ſunt: penes quos fides eſto.

(B) Conſtat ex Diplomate Henrici III. dato cuidam *Rizimano*, qui Cæſari ab obſequio erat, *Niwenburgi* VI. Id. April. Anno 1044. Indict. XII. apud Bern. Pezium Codic. Diplom. Col. 223. „ Ut omnes nobis fideliter, & ſtudioſe ſervientes ratam ſpem noſtræ retributionis habeant - - noſtro ſcilicet ſervienti „ *Rizimano* dicto de predio noſtro V. „ manſos Regales juxta flumen *Litaba* in *Racheſtorff* ſitos - - in proprium conceſſimus & tradidimus. „ Item ex altero Diplomate ejusdem dato cuidam *Reginoldo*, in *Perſinich* prid. Non. Junii Anno 1045. in quo hæc habentur: „ Fideli noſtro *Reginoldo* - dimidietatem *Riſinperg* & „ inſuper tamen inter flumina *Litha-ba* & *Fiſchaba* ſcilicet deorſum juxta „ littus *Fiſchaba*, donec decem Regales manſos habeat, de noſtro jure „ & dominio in ejus dominium „ transfundimus - - cum omnibus „ ſuis appendiciis, hoc eſt, areis, ædificiis, terris &c. ſitis in Comitatu *Sigifridi Marchionis*. „ Extat Diplom. apud Gewoldum in addit. ad Hundii Metropolim T. 1. p. 242. Alia duo Diplomata ejusdem Henrici III. ad hunc annum laudat Hanſizius Tom. I. p. 246. quorum primum centum quinquaginta manſos Regales inter *Phiſchaba* & *Litbaba*, alterum areas ad Danubium ſitas *Sigefrido* Marchioni tranſcribit: de quibus vide Ludewigii Reliqu. MS. Tom. IV. lib. 6.

(C) Herman. Contract. An. 1046. „ Subſecuto autumno Hungari - *An-*

A.C. 1047 Annus (M.XLVII.) proxime conſecutus Adalberto Marchioni fratrem, qui unus adhuc reſtabat, eripuit Popponem, Archiepiſcopum Trevirenſem. Nihil a vita reliqua mors abludebat, eo ſanctior, ac felicior, quod in ſancto opere occupatum Superis adjunxerit, quorum honoribus vitam impendit. (A)

Poppo Auſtriæ Archiep. Trevir. moritur.

Henricus interim Cæſar ex Italia redierat, plenus adhuc minarum in Andream Hungariæ Regem, cujus imperio dejectum ſolio Petrum, orbatum oculis, vita denique expulſum rumor erat, aut ſuſpicio. Sed Andreas, ut verſuto erat ingenio, ita nobilem Henrici animum obſequii ſimulatione tam callide verſavit, ut bellum, niſi poſt confirmatas jam Regni vires, a Cæſare non haberet. Miſſi eam ob rem ad Henricum Cæſarem Oratores ſemel, iterum, ac tertio, qui Andream vi ad ſolium pertractum, eundemque patratæ in Petrum Regem crudelitatis innocentem teſtarentur: adjecta precibus promiſſa nihilominus liberalia: fides deinde de conjuratorum ſupplicio, qui Petro manus attulerant, Cæſari facta, quos aut ipſe jam pro merito, capitis pœna affeciſſet, vel ad Cæſarem, ut de iis, pro æquitate ſtatueret, remiſſurus eſſet. Ea res, & quod nova a Gotefrido, Lotharingiæ Duce, ſeditio eruperat, Cæſarem a vindictæ conſilio abduxit. (B)

Andreas I. Rex Hungariæ, Henricum III. Imp. per Legatos reconciliare ſibi nititur.

Sed

„ *dream* quendam Regem ſibi ſtatuunt. *Petrum* Regem, multis „ advenarum, qui pro eo pugnaverant, occiſis variis cum conjuge „ ſua injuriis affectum poſtremo oculis privant, & in quendam locum „ cum eadem conjuge ſua alendum „ deportant, multis etiam per idem „ tempus peregrinis inibi exſpoliatis, exulatis atque necatis.„ Lambertus Schaffnab. ad An. 1046. Marianus Scot. Urſperg. ad An. 1047. Haſelbachius in Chron. Auſtr. Col. 700. enarrata prius ſævitia *Petri*, populique ad priſtinas ſuperſtitiones redeundi deſiderio ſubjungit: „ *Petrus* vero hæc audiens, primo verſus *Album*, poſt vero cum ſuis verſus *Auſtriam* fugam iniit; ſed præoccupatus inſidiis intercipitur, & cum ſuis in quandam curiam arctatus, triduo fortiſſime dimicando 1046. tandem ſuis occiſis, vivus ipſe capitur, & exoculatur, & præ dolore in *Albam regiam* ductus vita functus eſt, & *Quinque Eccleſiis* in Baſilica, quam ipſe fundaverat, ſepultus eſt. „ Aloldus ad An. 1045. „ *Petrus* apud Ungaros in priora vitia relabitur, & „ nova apud ſubditos odia contrahit.„ Anno vero ſequenti. „ Contra *Petrum* inſurgunt *Andreas*, & „ *Levenza* propinqui ſui, ſibi fideles, „ etiam Præſules, & Clericos occidunt, & ipſum quoque ad pœnam „ quærunt. Fugientem in *Oſterrichiam* deprehendunt, & oculis privant. *Andreas* & *Levenza* ad idololatriam proni, Regnum a ſui ſimilibus ſibi oblatum capiunt. „ Plura de his vide apud Anonymum in vita S. Gerardi Ep. & M. ex Surio XXIV. Sept. & apud Dlugoſſum Hiſt. Polon. lib. 3. pag. 234.

(A) Herm. Contract. Anno 1047. Geſta Trevirenſ. c. 56. *Poppo* „ Spiritum reddidit ſub die XVI. Kalendas Julii Anno Domini Incarn. „ M.XLVII. „ Aloldus An. 1047. „ *Poppo* Clariſſimus Trevirenſium „ Præſul obiit. „

(B) Herm. Contract. An. 1047. „ *Andreas*, qui Regnum Petri obtinuit,

Sed his Aloldus adverſari videtur: is enim ad An. MXLVII. non modo excuſationem Andreæ Regis rejeciſſe Henricum Cæſarem; ſed apparato etiam bello, anno mox ſequenti in Auſtriam deſcendiſſe, & adſcito in armorum ſocietatem Adalberto Marchione, Bresburgum obſediſſe, ſcribit: verum nullo operæ pretio, quod abſumpta annona, pabuli inopia reducere exercitum, infecto negotio, cogeretur. (A) At enim Hungaricam hujus anni expeditionem res tot aliæ Cæſaris, & ſuſcepta per Germaniam itinera vix admittunt: is enim exeunte anno M. XLVII. celebrato in Saxonia Natali Domini, per Orientalem Franciam anni ſequentis principio in Alemanniam venit. (B) Profectus ſubinde in Bavariam, vernum ibi jejunium, Paſchæque ſolemnes ferias Ratisbonæ exegit. (C) Ratisbona poſt VI. Idus Apriles in Alemanniam reverſus, (D) Ulmam XI.; (E) Augiam VIII. Calendas Maji tenuit: (F) unde in Helvetiam movens, IV. Idus Maji Turegi, XI. vero Calendas Junii Soloduri ſubſtitit: habitoque cum Burgundiæ Ordinibus colloquio, per Franciam Orientalem in Saxoniam rediit. (G) Inde poſt III. Cal. Oct. (H) ſuſce- A. C.

„ nuit, jam crebro legatos ſuppli-
„ ces miſerat, Regnum ſe ab Hun-
„ garis coactum ſuſcepiſſe, confir-
„ mans; de *Petri* ſe injuriis excuſans,
„ quique adverſus eum conjurave-
„ rant, partim a ſe trucidatos, par-
„ tim Imperatori tradendos denun-
„ cians, ſuamque Imperatori ſubje-
„ ctionem, annuum cenſum, & de-
„ votam ſervitutem, ſi Regnum ſe
„ habere permitteret, mandans: qui-
„ bus ex cauſis dilata expeditione
„ illa, cum Gotefridus quoque dux
„ rebellionem ſuam callidis legatio-
„ nibus diſſimularet. &c. „

(A) Aloldus ad An. 1047. „ Im-
„ perator *Hainricus*, *Petri* injuriam
„ vindicaturus, & etiam ſuam, quia
„ Regnum ad ſe redire debuit, bel-
„ lum parat, neque *Andream* audit,
„ qui culpam in alios conferebat. „
Deinde ad An. 1048. ſcribit: „ *Hain-*
„ *ritus* Imperator *Brecesburgum* obſi-
„ det, comite *Adalberto* Marchione.
„ Sed paſcuis & frugibus deficienti-
„ bus pro ſuo exercitu, reverti co-
„ gitur. „

(B) Lambertus Schaffnab. Annal. Saxo, Herman. Contract. An. 1048. „ Imperator Natalem Domini in Sa-
„ xonia moratus, confeſtim per *Wur-*
„ *ciburgum* in Alemaniam venit, &c. „

(C) Hermann. Contract. ad An-
„ num 1048. „ In Bajoariam veniens,
„ Quadrageſimale & Paſchale tem-
„ pus exegit. „

(D) Conſtat ex lit. Henrici III. Imp. Cœnobio Altahenſi, VI. Idus April. An. 1048. *Ratisbonæ* datis apud Hundium Metrop. Tom. II. p. 18.

(E) Conſtat ex lit. Heinrici III. Imp. Adalberto Marchioni XI. Cal. Maji *Ulmæ* A. 1048. datis apud Reverendiſſimum Abbatem Gottwicenſem Tom. I. pag. 263.

(F) Herman. Contr. ad An. 1048.
„ Imperator Ratispona - - digreſ-
„ ſus, Alemanniam repetit, & *Augiam*
„ noſtram ingreſſus VIII. Calendas
„ Majas &c. „

(G) Idem ibidem, „ Aſcenſionem
„ Domini *Turegi*, Pentecoſten au-
„ tem *Solodori* celebravit: habito-
„ que ibi cum Burgundionibus col-
„ loquio, per Franciam Orientalem
„ in Saxoniam remeavit. „

(H) Lambertus Schaffnab. ad Annum 1048. „ Feſtum S. Michaelis
„ Imperator iterum *Polethæ* (*in Saxo-*
„ *nia*) celebravit. „

A. C. ſuſcepto in Lotharingiam itinere, adulto jam autumno Metas venit, unde poſt amicum cum Henrico Galliæ Rege congreſſum, medio Novembri Spiram rediit: (A) Ulmam inclinante jam Decembri, ac poſtremo Friſingam in Bavariam delatus, natalem Chriſti diem conſueta ibi pietate egit: (B)
1048 ut proinde quod anni tempus ad obſidendum Poſonium Henrico Cæſari fuerit reliquum, in tanto præſertim Scriptorum reliquorum ſilentio, (C) diſpicere non poſſim.

Interea & Alemannia Othonem, & Bojoaria Henricum Duces morte amiſit: (D) & in Alemannia quidem ſuffectus a Cæſare Otho Sweinfurtenſis eſt, (E) Adalberto Marchioni noſtro ſanguine conjunctiſſimus, cui & ipſi Cæſar novos triginta fundos ſolita munificentia conceſſit. (F) At Bojoariæ ſerius aliquanto, nec niſi Februario menſe anni ſequentis Ducem impoſuit. Friſinga enim, ubi Natales Chriſti Ferias exegerat, Ebers- *Henrici III. Imp. piæ largitiones ex fundis Auſtriæ.*
pergam profectus Cæſar, Nitkero Friſingenſi Epiſcopo ad
1049 VII. Idus Januarias An. MXLIX. Artaggeræ in Auſtria prædium, agrique partem non exiguam donavit, unde Sacerdotes, qui rem divinam in æde ſanctæ Margarethæ Virginis, Martyrisque curarent, deinceps alerentur. (G)

(A) Hermann. Contr. An. 1048. „ Autumnali tempore *Henricus* Imp. „ & *Henricus*, Galliarum Rex, in „ *Metenſi* territorio convenientes, „ pacem pactumque inter ſe jura- „ mento confirmant. „ Lit. Henrici III. Imp. pro *Deſertinenſi* Cœnobio *Spiræ* XIII. Kal. Decembr. datæ apud Mabil. Annal. Bened. T. IV. L. 59. Num. 36.

(B) Herman. Contr. Anno 1048. „ Imperator ipſis diebus *Argentora-* „ *tum*, & inde prope Natalem Do- „ mini *Ulmam* venit, ſicque in *Bajoa-* „ *riam* proficiſcitur. „

(C) Præter Aloldum, nullus Scriptorum de Henrici III. Imp. in Hungariam profectione meminit, qui tamen aliis annis bellum Hungaricum diligenter notant. Hepidannus enim, qui ad hunc annum MXLVIII. Henricum III. Regem Hungariam maxima parte devaſtaſſe ſcribit, corruptis ſemel poſt An. 973. numeris, errores Chronicos ad finem uſque ſuorum Annalium continuat, ut Hiſtorici omnes norunt; & ex eo patet, quod *Petrum*, Ungariæ Regem, vixiſſe adhuc An. 1048. ſcribat: quare favere Aloldo hoc loco non poteſt.

(D) Herman. An. 1047. „ Interea *Otho*, Suevorum Dux - - immaturo obitu diem clauſit extremum. In ipſis quoque diebus „ *Henricus* Bajoariæ Dux defunctus, „ Treviris ſepelitur. „

(E) Herman. Contract. An. 1048. „ Imperator Natalem Domini in Saxonia moratus, confeſtim per „ Wurciburgum in Alemanniam venit, & Ulmæ Colloquium habens, „ *Othonem* de *Sueinfurto* Marchionem, „ Suevis Ducem conſtituit. „

(F) Diplom. *Henrici III.* Imp. datum Ulmæ XI. Kal. Maji, An. 1048. Ind. I. apud Reverendiſſimum Abb. Gottwicenſ. Tom. I. lib. 2. p. 263. „ Noverint omnes - - qualiter nos „ ob interventum noſtræ dilectiſſi- „ mæ conſortis *Agnetis* Imperatricis „ Auguſtæ *Marchioni Adalberto*, & „ *Conjugi ſuæ Froizæ* de noſtro prædio „ XXX. regales manſos &c. „

(G) Duellius Miſcell. l. 1. p. 106. affert ejus rei Diploma ab *Henrico* III. Nikero Friſingenſi Epiſcopo, Ebersbergæ VII. Id Januar. Anno 1049. Ind. II. datum. „ Noverint omnes „ fideles, qualiter nos - - prædium, „ quale - - in *Ardacker*, in Comitatu

Ebersperga Ratisbonam movit, ubi Conradum, (A) Ludolphi Comitis Palatini filium, Bavariæ Ducem conſtituit, haud ita tamen poſt, ſuo merito, in exilio moriturum. Tot inter regias largitiones nec Engelbertus, Paſſavienſis Antiſtes, ſine beneficio eſt præteritus: collatum eidem venandi jus inter amnes Sabinichum, & Darbinichum in Auſtria; literisque Cæſareis cautum, nequis inter eos limites feram aut ſterneret, aut caperet. (B) A. C.

Bellum cum Hungaris novum.

Hæc pie, clementerque acta turbæ mox novæ ex Hungaria excepere. Gebhardus Ratisbonenſium Antiſtes, incertum qua nova cauſa, excubare ad Auſtriæ limitem cum parte copiarum juſſus, prædas in Hungaria egit. Hungari, qui ad primum Cæſareanorum impetum ſe fuga ſubduxerant, reverſis in Auſtriam Epiſcopi copiis, vicem mox iris hoſtilibus reddidere. Infuſi enim Pannoniæ ei parti, quæ nuper ad Auſtriam adjuncta eſt, immani populatione agrum pulcherrimum evaſtarunt: abſtracti in vincula cives, agreſtesque; villæ, vici, oppida ferro, igneque deleta: ut Reipublicæ intereſſe cenſeret Henricus Cæſar, indicto publice bello, populationis ejus damna ulciſci. (C) Norimbergæ, quo Germaniæ Principes convene- 1050

„ tatu *Marchionis Adalberti* trans flu„ vium *Enſam* habuerunt, jure gen„ tium noſtræ poteſtati dicatum tra„ didimus cum omnibus ſuis perti„ nentiis - - ea videlicet ratione, „ ut præfatus Epiſcopus (*Nikerus*) & „ ſui ſucceſſores in prædicto loco „ *Ardacker*, Clericos ſeculares ad DEI „ ſervitium paſcant, & ſuſtentent, „ regulari præbenda, in honorem „ *S. Margarethæ* Virginis Martyris ibi„ dem conſtitutos, congregatos. „

(A) Herman. Contr. An. 1049. „ Imperator Natalem Domini Fri„ ſingiæ, & Purificationem ſanctæ „ Mariæ Ratisbonæ agens. Bajoa„ riæ Ducem *Conradum* conſtituit. „ Leibnitius Tom. I. Script. Brunſwic. p. 316. in Notis ad Monachum Brunwillerenſem c. 1. hæc de *Conrado* Duce habet: „ Ex noſtro autore Brau„ willerenſi apparet, fuiſſe filium „ *Ludolphi* Comitis Palatini ex *Ezone*, „ & *Mathilda*, Ottonis III. Auguſti „ ſorore nati. „ Nam Brunnerus & Adelzreit. hunc alias Comitibus Schirenſibus adſcripſerunt.

(B) Diplom. *Henrici III.* Imp. datum *Engelberto* Epiſc. Paſſav. Geminda, XVI. Kal. Julii, An. 1049. apud Gewoldum in addit. ad Hund. T. I. p. 243. „ Noverint omnes, quali„ ter nos - prænominato Epiſcopo „ tradidimus, atque conceſſimus jus „ & poteſtatem legitimi banni ſuper „ venatione & foreſto - - in Co„ mitatu *Adalberti Marchionis*, & in„ ter geminas fluminum *Sabinichi* & „ *Darbinichi* ripas ſito, ea videlicet „ conditione, ut nemo &c. „

(C) Herman. Contract. An. 1050. „ Ipſa hyeme cum Epiſcopus Ratis„ ponæ, *Gebehardus* - - in Panno„ niorum terminis morarctur, ce„ dentibus Hungaris, fines eorum „ ingrediens prædas inde abduxit. „ Sed ipſo diſcedente, plurimus Hun„ garorum exercitus fines noſtros „ invadens, plurimam partem capti„ vavit, incendit, atque vaſtavit. „ Aloldus contra ad Annum 1049. ſcri„ bit: Imperator *Adalbertum* Marchio„ nem denuo arma in Ungariam ex„ pedire mandat, & ipſe milites ſub„ miſit: quibus tamen *Andreas* adi„ tum caute præcluſit, ac interim „ per Legatos iram *Heinrici* mitiga„ vit, fidem cum tributo promit„ tens. „ Et Chron. Auſtrale Anno 1049. „ *Andreas* Rex Ungaro-

rum

A.C. venerant, de modo gerendi in Hungaros belli (A. M. L.) conſultatum: una omnium erat ſententia, Heimburgum, quod per iram Cæſarei militis, annis ab hinc octo, everſum erat, ad refrenandos Hungarorum impetus reſtituendum. Præfecti negotio Gebhardus Epiſcopus, Conradus Dux Bavariæ, & Marchio Auſtriæ Adalbertus, quorum ſuæ quemque cauſæ ad maturandum operis conſilium impulere. Adalberto & rerum geſtarum gloria, & nomen ingens ex bellis Pannonicis ad eum diem partum pro ſtimulo erat, ut urbem Pannoniæ, quam ſuorum ſanguine Auſtriæ nuper adjecerat, loci ingenio firmiſſimam, opere quoque, valloque, ac mœnibus ad propulſandas hoſtium injurias quam munitiſſimam haberet. Conradum & nova dignitas, & probandæ Cæſari rei bellicæ ſtudium, ad conferendam utiliſſimo conſilio induſtriam invitabat. Major etiam Gebhardo cura fuit, & contractæ nupera populatione ignominiæ delendæ, & inſigni aliquo ad memoriam opere Boicæ Auſtriæque gentis, quam ſuſcepto nuper temere bello effuderat, gratiæ emerendæ. Conſcriptæ eum in finem copiæ, non tam numero, quam præſenti audacia florentes, operisque magno molimini initium datum.

Heimburgum Auſtriæ inſtauratur.

Hoc frenum populationum libidini objectum non potuit non Hungaros offendere: ergo ad X. Calend. Octobres impetum in caſtra faciunt, quæ novæ urbi erant circumjecta; noctu tamen, ut furari victoriam velle viderentur: excuſſa vis ingens ſagittarum, ſed quæ certum ictum per noctis tenebras inferre non poterant. Riſum inconſulta oppugnatio pro ira meruit: neque tamen deſperabat hoſtis, ſi inſtaret porro, expugnari pertinacia noſtros poſſe. Quartum, intra dies ſeptem, repetita vis eſt; ſed ea propugnantium conſtantia, ut jam non de tuendo caſtrorum vallo; ſed de laceſſendo hoſte, & ultima dimicatione ageretur. Neque ſegnius ſuſceptum a noſtris bellum eſt, quam nuper defenſum: cæſi, profligatique Hungari eo majori ſuorum clade, quo plures cum exiguis noſtrorum copiis decertarent. (A) Eo prælio

Oppugnatur ab Hungaris ſemel, iterumque.

„ rum per Legatos Imperatori *Hainrico* ſubjectionem, & annuum cenſum jurejurando promiſit. „

(A) Herman. Contract. An. 1050. „ *Gebehardus* Ratisponæ Epiſcopus, „ cum *Conrado* Duce Baioariæ, & „ *Adalberto* Marchione, aliisque quibusdam Epiſcopis, & Principibus „ Baioariæ, *Heimenburgum* reædificant, & magnam Hungarorum „ copiam ſe invadentem proſternunt, & uſque ad innumerabilis „ exercitus eorum præſentiam refugientem perſequuntur, cunctisque agminibus Hungarorum devictis immiſſo terrore, terga vertentibus,

fracta tandem eſt gentis contumacia, & Heimburgum, collata jam victorum opera, arce, foſſa, mœnibusque communitum. Impoſitum novæ urbi præſidium, & præfecti militaris fidei commendatum. Vix caſtra inde in Auſtriam reducta ſunt, cum veteres iræ, impatientes freni Hungaros in novam munitionem armarunt. Concurſum magna frequentia ad ejus excidium, omnique telorum genere, in urbem toto triduo ſævitum, operæ tamen pretio tam exiguo, ut ex denſo illo ſagittarum imbre, non niſi unus ſit enectus. Certior noſtro militi manus ferrumque acutius, quo vis hoſtium tanta periit, ut cæſorum cadaveribus avehendis naves ſex onerariæ vix ſufficerent. Non deſunt, qui præſentibus prodigiis affuiſſe urbi opem Divinam arbitrentur: nam & injectas domibus faces, vento in contrariam partem flante a tectis averſas; & turturem inter flammarum, telorumque minas innoxio volatu ante ora civium circumvectum, lætum omen attuliſſe civibus memorant: quæ nos in medio relinquimus. (A) A.C.

Quo magis mirum, Scriptorem Hungariæ alias nobilem, in Annales ſuos retuliſſe, Andream Regem & Boemos, & Polonos, & Auſtrios intra triennii non amplius ſpatium, ſtipendiarios feciſſe. (B) At ego Hermannum, quem authorem ſequor, Virum & abjectis honorum titulis, & religioſæ vitæ profeſſione inſignem; æqualem præterea horum temporum, & quod caput eſt, miri per omnia candoris Scriptorem, non uſque adeo excidiſſe ſibi reor, ut in tanta regnorum clade tacere,

„ tibus, ad caſtra DEO gratias red- „ dentes, revertuntur. „ Adjuncta cetera hujus expeditionis Aventini l. 5. & Brunneri P. II. L. 5. qui Annales Altahenſes rei teſtes laudat, fide nituntur. Conradus Abb. Urſperg. An. 1050. „ Ungari iterum „ bellant, quibus *Gebehardus*, Ratisbonenſis Epiſcopus, qui erat Imperatoris patruus, obviam veniens, vice ipſius Imperatoris, in „ fugam converſos, non minima „ eos cæde afflixit. Inſuper urbem „ *Heimenburg* in Marchia poſitam ædificiis reſtauravit, & militari cuſtodia muniri fecit. „

(A) Nemo veterum Scriptorum de his meminit, ſi Annales Altahenſes, quas Brunnerus Boic. P. II. l. 5. laudat, ſequiturque, demas. Aventinus l. 5. an ex iisdem, an aliunde incertum, eadem tamen confirmat, quæ proinde eorum fide a me allata ſunto: Brunneri maxime, quem accuratum ubique, nec facile credulum ſine veterum teſtimonio, deprehendi.

(B) Bonfin. Dec. II. l. 2. pag. mihi 227. „ Hinc igitur *Andreæ* cum „ Boemis, Polonis Auſtralibusque „ orta diſſenſio: quas expeditiones „ ita proſpere geſſit, (ut Vngarorum Annales referunt) ut tribus „ annis hos treis (quos retulimus) „ potentatus, ſtipendiarios ſibi faceret. „ Sed miror, Bonfinium nullo uſquam verbo meminiſſe, quo aut tempore bellum in Bohemiam, aut Poloniam illatum ſit; aut quo pacto Auſtriaci, Bohemi ac Poloni illa ſe iterum ſervitute exemerint; ſiquidem vera iſta credidit, quæ hoc loco affert.

A. C. re, aut triumphare mendacio cuperet. Non tacet certe Hermannus, ſiquid improſpere a nobis geſtum, aut ſuſce-
1051 ptum eſt. Talis erat Henrici expeditio in Hungariam, anno ſequenti facta. Legatos de pace ad eum miſerat Rex Andreas, ſed iis conditionibus, quas optare magis, quam ſperare poſſet. Cæſar, qui æqui nihil, niſi armis, ac terrore, impetraturum ſe prævideret, ineunte autumno cum exercitu in Pannoniam properat: ſed quod itinera, ut fit, crebris eluvionibus aut abrupta eſſent, aut impedita; copias per Carentaniæ eam partem, quæ nunc Styria appellatur, in Hungariam traduxit: Gebhardo interim Ratisbonenſi Antiſtite, Welfone Carinthiæ, ac Brecislao Bohemiæ Ducibus in ſuperiorem Hungariam ire juſſis, ut urendo, populandoque agro eo hoſtium vires diſtinerent. (A) Ibi quod hoſtes pugnæ copiam nuſquam facerent, ad ſpolia verſi, omnia paſſim ferre, agereque, nihil intactum bello relinquere: nullo ſuo incommodo, niſi quod ferrum in imbelli, ac fugitiva plebe hebetarent. *Nova in Hungariam expeditio.*

Alia longe fortuna Cæſareis in caſtris erat: ſtagnantes ubique aquæ & annonæ difficultatem maximam, & moras belli alias ex aliis afferebant. Itaque non tam cum hoſte, quam cum paludibus, fluviisque luctandum fuit. Quod cum Hungaros non lateret, fame & invio elemento debellatum rati, ripas tantum fluminum, & aquarum tranſitus obſidebant. Et trepidatum ſane jam in caſtris noſtris eſt, quod & autumnus ſeneſceret, & in vaſta provincia nihil jam annonæ ſupereſſet. Angebat Cæſarem impeditus gemino hoſte reditus; neque enim transmitti uno loco tantus exercitus, neque obſeſſis tam numeroſo hoſte litoribus, ſparſi copiarum manipuli objici ad cædem poterant. Unus erat ad Jaurinum tranſitus; ſed is firmi operis caſtro, & numeroſo præſidio obſeptus: nec alia ſpes ſuperabat, niſi in invicta militum manu, quæ obſtantes hoſtium cuneos, & caſtri munimenta ipſa perfringeret. Eam laudem, ut propriam *Exercitus Cæſarei incommoda ab eluvionibus.*

Reditus ex Hungaria vi apertus.

(A) Herman. Contract. A. 1051. „ Sequenti autumno, magno cum „ exercitu pactum *Andreæ* Regis, ut „ per legatos offerebatur, accipere „ contemnens, Pannonias petiit, & „ devaſtavit; *Gebehardoque* Ratiſponenſe epiſcopo, & *Welff*, *Prezislaoque* ducibus, ad ſeptentrionalem Danubii partem depopulandam transmiſſis, ipſe, devecto a „ navibus, quantum in equis potevrat, ſumptu, longo propter fluviorum illuviem circuitu, per *Carentani* fines tranſiens, perviumque regnum invadens, hac & illac Hungarico exercitu latrocinantium more fugitante, & nuſquam „ æquo marte conferre manum audente, omnia circumquaque, quoad ſumptus militi ſuppetebant, „ vaſta reddit. „

ſuæ genti facerent Burgundi, Saxones, ac Poloni, qui A. C.
Cæſarea tum ſtipendia merebant, contento ſtudio, in magno manipularium delectu, evicere. Res e ſententia ceſſit: perruptum hoſtile agmen, aggeres, foſſæque, quo victor jam evaſerat, armata manu ſuperatæ; profligati, quos audax facti conſilium in ſtuporem, fugamque dederat, præſidiarii; via denique per adjunctum caſtro pontem exercitui patefacta, ut paucorum, qui noviſſimo in agmine erant, militum interitu, tota caſtra brevi in tuto ſint collocata. (A) Cæſar eo periculo defunctus, qua erat in res ſacras liberalitate, Heimburgenſi Præpoſito in uſum Collegii Sacerdotum, cui præerat, non modo prædii unius fructus annuos, ſed tertiam quoque, qui ex nova urbe exiſterent, proventuum partem, cum totius regionis, quæ bello nuper Hungaris erepta eſt, decimis attribuit. (B) Adalberto Marchioni, cujus omnibus his bellis ſpectata opera fuit, agreſtes fundi aliquot ad Graſenbergam ceſſere. (C)

Cæſaris in Heimburgenſem Eccleſiam, & Adalbertum Marchionem liberalitas.

Remiſ-

(A) Herman. Contract. An. 1051. „ Sed cum laboranti jam penuria & „ fame exercitui (*Henrici III.*) Hungari reditum pararent intercludere, oppoſitisque per ripas fluminum præmunitas, vadoſasque paludes copiis ſuis, omnes ſe vel ad deditionem cogere, vel inedia minitarentur extinguere; milites interriti hoſtes per fluvios obſiſtentes, incunctanter transvadantes fugant, quandamque munitionem firmiſſimam, ad pontem *Rabiniza* fluminis ſtructam, in qua maximam hoſtis fiduciam habebat, quidam ex Burgundionibus, Saxonibus, & Polonis milites, non ſine ſui periculo, flumine tranſito, in brevi expugnatam capiunt, cæſisque palatisque Hungaris reliquo exercitui viam pandunt. Quæ pertranſeuntibus pene cunctis incenſa, aliquot de poſtremis in magno periculo, hoſtibus inſequentibus intercluſit. „ Confirmant iſta Abb. Urſperg. Anno 1051. & Annal. Saxo Anno 1052. Not. ex Aloldo ad Annum 1051. „ *Andreas* in tributo „ deficiens Imperatorem denuo irritat, & inſuper *Adalbertum* Marchionem in ſua terra *Auſtrali* turbat, qui ei ſtrenue reſiſtit. „ Sed hæc ad Annum 1050. pertinere videntur.

(B) Extant Diplom. duo, ſed mutila *Henrici III.* Imp. Data Heimburgi VIII. Cal. Novembr. An. 1051. Indict. IV. apud M. Hanſizium Germ. Sac. Tom. I. pag. 251. & ſequent. „ *Henricus* Imperator Auguſtus - - „ quoddam predium ad altare in loco *Hainburch*, in honore S. DEI „ Genitricis Mariæ, Sanctorumque „ Martyrum conſecratum cum omnibus appendiciis in proprium tradidit, ea conditione, ut Præpoſitus Fratrum ibi DEO ſervientium „ liberam habeat poteſtatem poſſidendi &c. „ Alterius Diplomatis Synopſis eſt hæc: „ *Henricus* Imperator - - decimum manſum, „ rectamque fructuum decimationem totius regionis in finibus Ungarorum gladio ab hoſte acquiſite „ in pago *Oſterriche* ad altare S. Mariæ in *Heinburch* & tertiam partem „ utilitatis ullo modo de eadem urbe provenientis tradidit, ea ratione, ut Præfectus Fratrum inibi „ DEO ſervientium liberam habeat „ poteſtatem poſſidendi &c. „ *Anno eodem* ex Cod. MS. Lambac.

(C) Diploma *Henrici III.* Imp. Dat Ratisponæ prid. Id. Novembr. Anno 1051. Indict. V. apud Reverendiſſimum Abb. Gottwicenſ. Tom. I. lib. 2. pag. 263. „ Noverint om„ nes - - qualiter nos - - - ob de-

„ vo-

A. C. Remiſſis ad hyberna copiis, quanquam de pace cum Adalberto Marchione Rex Andreas per internuncios tractaret, (A) nihilo magis belli conſilia refrixere. Pungebat Cæſarem anni proxime lapſi fruſtrata opera, & ad urgendum in Hungaros bellum incitabat. Neque nullus Andreæ ex pertinaci Germanorum conſtantia metus erat. Reputabat animo, quo cum hoſte ſibi res eſſet, quem nec aggredi auderet ipſe, nec ſuſtinere vis ulla poſſet: quod jugum Hungaria nuper non ſubiiſſet, non armorum ſuorum; ſed eluvionum, quæ annuæ eſſe haud ſoleant, beneficium fuiſſe: Rabam iterum ſi tranſiret Cæſar, jugum totis cervicibus recipiendum. Hos inter metus ſpei quidpiam Leonis IX. ſummi Pontificis in Germaniam adventus oſtendebat: hoc arbitro non dubitabat, ſi non cauſam meliorem; proniorem tamen in pacis leges Cæſaris animum ſe habiturum. Cæſar, qui & honoris ſui, & Imperii rationem ducebat maximam, contractis e Ger- 1052 mania copiis An. MLII. æſtate jam præcipiti, in Hungariam tendebat. Paſſavii menſe Quintili fuit, ubi Engelberto Epiſcopo non modo Eccleſiæ ejus jura, poſſeſſionesque confirmavit; ſed amplam etiam ad Kirchbachum in Auſtria, ubi radices Comageni montis ſunt, terræ partem dono dedit, adjectis ad centum in monte Comageno jugera, venationum, piſcatusque juribus. (B) Paſſavio recta in Auſtriam promota caſtra ſunt: ſed quod anni ſuperioris expeditio fruſtrata cautiorem jam Cæſarem reddidiſſet; mutata belli ſedes, caſtraque in adverſum Danubii litus ſunt translata.

Expeditio nova in Hungariam.

Bresburgum, quæ urbs frontem Hungariæ ab ea parte munit, foſſa, aggereque cinctum, & ut perrupto eo aditu pronus ad cetera armorum curſus erat, ita ſumma ope eſt oppugnatum. Sed præſidiarii militis egregia vir-

Bresburgum fruſtra obſeſſum.

„ votum ſervitium *Adalberti* Marchionis, eidem Marchioni *Adalberto*, *Uxorique ſuæ Froizæ* manſos „ *Graſenberch*, & circa eundem locum ſumendos &c. „

(A) Herman. Contract. An. 1051. „ Redeunte Imperatore, illisque, quos „ ultra Danubium transmiſerat, rebus proſpere geſtis, jam dudum „ reverſis, *Andreas* Rex a noſtro „ Marchione *Adalberto* pacem poſtulatum mittit, eamque viciſſim tribuit. „ Chron. Auſtral. A. 1051. „ *Adalbertus* Marchio, & *Andreas* Rex „ pacificantur. „

(B) Diploma Henrici III. Imper. dat. Egilberto Paſſav. Epiſcopo Barowæ XIII. Kal. Auguſti, Anno Imperii ejus ſexto. „ Inſuper etiam „ ſpecialiter Abbatias *Chremiſa* Münſtre, *Matiſeo* cum prædio, nomine „ *Huniſperch*, Capellam *Ottingam* & curtim *Ruute* & villam *Aufenbuſen* - - „ & in *Oſterrichi*, in loco, qui dicitur „ *Kirchbach* territorium quoddam, „ quæ ad radices *Comageni* montis „ ſita eſt, & in eodem monte manſos „ C. faciendos - - - donamus, corroboramus, atque confirmamus. „ Diplom. extat in Gewoldi addit. ad Hundii Metrop. Tom. I. pag. 243.

virtus, aut ſi Hermanno credimus, præſens Hungariæ rebus Numen, Cæſaris conatus irritos reddidit. (A) A. C.

De pace a Leone IX. PP. agitur:

Acceſſere Leonis Pontificis Maximi pacis conſilia, cui partium arbitrium Cæſar, Rexque Andreas committebat, negantis inter infeſta utriusque gentis arma coire amicitiam poſſe. Id cauſæ fuit præcipue, cur cœpta jam obſidio abrumperetur. Bello ſic dirempto ad ſanciendam firmam deinceps pacem Leo animum adjecit, miſſisque ad Andream, Regnique ordines legatis inſtitit, ne fidem & obſequium, ne priſtina tributa Imperatori perſolvere detrectarent. Jamque in eas conditiones, inclinatis ſemel ad pacem animis, deſcendebant Hungari; cum palatinorum factione averſis Henrici auribus, & pacis mentio, & oblata ab Hungaris conditio eſt rejecta. (B) Alii offenſum Andreæ contumacia Leonem Nonum, Pontificii fulminis

(A) Hermannus Contractus, aut ejus continuator. (Si quod Annaliſta Saxo ad Annum 1052. ſcribit, is hoc anno jam mortuus fuerit.) Anno 1052. „ Cum *Turegi* „ Pentecoſten egiſſet (Henricus III.) „ in Pannonicam itidem expeditionem proficiſcitur, *Andreaque* Rege „ Hungarorum minus, minusque „ pro pacto pacis poſtulando allegante & promittente, *Brezisburg* caſtrum obſedit, & variis belli machinis diu oppugnatum, DEO „ obſeſſis ſe anxie invocantibus opitulante, fruſtratis ſemper nixibus, „ nullo modo capere potuit. „ Confirmant iſta Annal. & Chronographus Saxo: Abbas item Urſpergenſis Anno 1052. „ Imperator iterum „ Pannoniam petit, & inacte redit, „ habens ſecum in comitatu *Brunonem*, Apoſtolicæ Sedis Præſulem. „ Annal. Saxo recte appellat *Leonem*, Apoſtolicæ Sedis Præſulem, qui prius Tullenſis Antiſtes, *Bruno* vocabatur. Chron. Auguſt. An. 1057. „ Imperator terminos Ungarorum cum „ exercitu nullo effectu petiit. *Presburk* fruſtra obſeſſa non capitur. „ Huldericus Mutius Chronic. Germ. lib. XIV. „ *Henricus* magna comparata claſſe navigat in Ungariam, „ navibus vehens omnem belli apparatum & commeatum. Obſidens munitiſſimum caſtrum *Peſcha*, „ (Poſonium) quod ad Danubii ripam ſitum eſt, habetque ſubterraneum meatum ad fluvium: ſilente nocte ſub aqua natans quidam „ (*Zothmundum* Bonfinius Dec. II. „ l. 2. appellat) omnes Cæſaris naves perforavit, ſubmerſæque ſunt, „ & perit commeatus, & belli apparatus, multitudoque militum non „ parva. Hæc jactura tantum debilitavit Cæſarem, ut ſolvere obſidionem, & in Germaniam redire „ coactus ſit. „ Idem narrat Bonfinius & Inchoffer An. 1051. qui tamen aliam cauſam, *S. Aniani* videlicet cœleſte præſidium, commemorat.

(B) Wibertus Archidiac. in vita S. Leonis IX. PP. l. 2. c. 8. „ Non „ modicus ei inerat fervor in augenda Republica. Idcirco *Hungariæ* „ Principes a Romano nuper Imperio diſſidentes, multiplicibus legatis adierat, ne detrectarent ſolita ſubjectione Imperatori priſca „ perſolvere tributa, quod & conſenſerant, ſi præteritorum commiſſorum eis concederetur indulgentia. Quapropter ſancta commonente pietate, coactus eſt tertio antiquam patriam repetere, & „ pro eorum miſeratione, qui contra Imperium moverant bellum, „ perſuaſoriis precibus imperiales „ aures expetere. Sed quia factione quorundam curialium, qui felicibus ſancti Viri invidebant actibus, ſunt Auguſti aures obturatæ „ precibus Domini Apoſtolici; ideo „ Romana Respublica ſubjectionem „ Regni Hungariæ perdidit, & adhuc dolet finitima patriæ prædis, „ & incendiis devaſtari. „

A. C. minis iras intentaſſe ferunt, ni pactis & promiſſis nuper conditionibus ſtaretur; eaque de cauſa recedentem ex Hungaria Cæſarem, cujus mentem æquiſſimam perſpexiſſet, in Germaniam eſſe ſecutum. (A) Verum hæc utcunque ſe habeant, pax tamen, quanquam infida, Cæſarem inter Regemque coaluit.

1053 Triburiæ Anno MLIII. Comitia habebat Cæſar, filiumque, quem Henrici IV. nomine, funeſtum Germaniæ, Italiæque extitiſſe, infra docebimus, Regem Germaniæ, ſiquid humanitus ſibi contingeret, deſignabat. Eo Oratores ſuos iterum Rex Andreas ad conficiendam ex æquo bonoque pacem mittit, ſuffragatore uſus Gebhardo, Ratisbonenſi Epiſcopo, Cæſaris patruo, potente cumprimis ac gratioſo. Legati cum pecuniæ vim immenſam, ſuæque provinciæ partem, & in omnes, præterquam Italiæ, expeditiones auxilia Regis nomine pollicerentur; accepta conditio eſt, paxque in eas leges data ſacramenti religione confirmata. (B) Conradus interim, Dux Bavariæ, incertum, an ob ſuſceptas cum Gebhardo Ratisbonenſi inimicitias, an qua alia ſua culpa, gratia Cæſaris exciderat: cumque non deeſſent, qui afflictam Ducis cauſam, criminationibus novis deteriorem indies redderent; *& Triburiæ concluditur.*

(A) Herman. Contract. aut ejus Continuator Anno 1052. „ Interim dominus *Leo* Papa ab *Andrea* „ accitus, cum pro pace componenda interveniſſet, Imperatorem „ ab obſidione avocavit, eumque „ ſibi per omnia conſentaneum inveniens; ſed econtra *Andream* „ conſiliis ſuis minus parentem experiens, offenſus, eique excommunicationem, utpote deluſa Sede Apoſtolica minitans, cum Imperatore diſceſſit, & aliquantum „ cum eo temporis manſit. „ Not. ex Aloldo ad An. 1052. „ Ipſe Imperator exercitum per *Oſterrichiam* „ ducens cum *Adalberto* Marchione „ & *Erneſto* filio ejus invadit Ungariam, ac *Brecesburgum* obſidet. Sed „ quia *Andreas* in Regno ſuo religionem Chriſtianam bene procuravit, „ *Leo* Papa IX, in exercitu præſens, „ & ab *Andrea* rogatus, ſe interpoſuit, & pacem conciliavit. Unde Imperator *Andream* Regem confirmavit, & ejus filio *Salomoni* vix nato filiolam ſuam *Zophiam* ſpopondit. „

(B) Herman. Contract. aut ejus Continuator An. 1053. „ Imperator *Henricus* magno apud Tribu„ riam conventu habito, filium æ„ quivocum, Regem a cunctis eligi, „ eique poſt obitum ſuum, ſi rector „ juſtus futurus eſſet, ſubjectionem „ promitti fecit. - - - Ibi etiam le„ gati *Andreæ* Regis Hungarorum, „ pro pace pactoque, cum ſuffragante Ratiſponenſe Epiſcopo, immenſam pecuniam, ſuæque provinciæ „ partem, & ad expeditiones omnes, „ præter Italicam, ſuos ituros promitterent, Imperator ea ſe accepturum fide data ſpondens, eos „ remiſit. „ Thwrocz. Chr. Hung. part. 2. c. 43. aliter longe rem narrat, ſed ſine veterum teſtimonio: Cæſarem tot incommodis conſtrictum pacem ab *Andrea* petiiſſe; obtuliſſe *Sophiam* filiam ſuam *Salomoni*, *Andreæ* filio, ſponſam; execratum eſſe, ſiquis ſucceſſorum Cæſarum bellum in Ungaros moveret, his ſubdit: „ Rex itaque *Andreas* - - - pacem „ cum Cæſare compoſuit. - - Tunc „ Rex *Andreas* ſolita Regum Hungariæ largitate utendo, miſit Cæſari „ quinquaginta corpora immenſorum huſonum. „

Turbæ novæ a Conrado, Duce Bavariæ nuper exauctorato,

Cæſar coacto quorundam Principum concilio, tanquam majeſtatis reum, Bojariæ Ducatu abdicavit. (A) Quæ res Conradum penitus transverſum egit, Hungarisque haud ſincere cum Henrico conciliatis adjunxit. Cæſar, naſcentes inde turbas compreſſurus, e Carinthia, quam Conradus invaſerat, ejectum, iis etiam, quas ibi habebat antea, poſſeſſionibus privavit. (B) Sed Dux ignominiam non ferens, ad Andream Hungariæ Regem profugit: quem cum blandis ſermonibus, & officiis, quoquo vellet, circumageret; illud brevi effecit, ut a juratis nuper pacis conditionibus rurſum diſcederet, & Carinthiæ partem, cum Hengſtburgo oppido vi capto, profugo Duci tranſcriberet. (C) Ad has turbas atrox brevi in Cæſarem conſpiratio acceſſit, tumultus authoribus, ut fama erat, militaribus copiis, ex Italia cum Welfone Carinthiæ Duce, & Gebhardo Ratisbonenſi nuper reverſis: Sed ejus rei ſuſpicio Welfonem etiam, ac præ ceteris Gebhardum afflavit. (D) Et quanquam omnes iſti perfidiæ brevi pœnas dedere, Welfone in flore ætatis extincto; (E) Conrado ex Carinthia rurſum profugo, & ſeu ulcere peſtilenti, ſeu veneno e vita exturbato; (F) Gebhardo denique in cuſto-

A. C.

& Andrea Rege Hungariæ in fœdus pertracto.

1054

(A) Herman. Contract. aut ejusdem Contin. An. 1052. „ Diſcordia „ inter *Gebhardum* Ratisbonenſem „ Præſulem, & *Conradum* Bajoariæ „ Ducem, mota, & agitata. „ Idem An. 1053. „ Imperatore in Saxonia apud *Merſeburg* commanente - - „ *Conradum* Bajoariæ Ducem, cui „ jam prius infenſus erat, incuſatum; quorundam Principum judicio Ducatu privavit. „

(B) Herman. Contr. An. 1053. „ „ Imperator magno apud *Triburiam* „ conventu habito, filium æquivocum Regem a cunctis eligi fecit. „ Ad quem conventum cum *Conradus* dudum Bajoariæ Dux venire „ nolens, cum expeditis militibus „ Regi rebellare moliens, *Hungaris* „ ſe adjungere tentaſſet, & *Carentani* „ fines invaſiſſet: quibusdam inibi, „ quæ prius habuerat, poſſeſſionibus ſuis, ab Imperatore privatus eſt, „ eas quaſi legaliter acquirente. „

(C) Idem An. 1053. „ Per idem „ tempus *Conradus* dudum Dux ab „ *Andrea* Rege Hungarorum gratanter ſuſceptus, ei, ne allegatum „ cum Imperatore fœdus perficeret, „ diſſuaſit, & auxilio ejus quandam „ *Carentani* partem, quorundam etiam „ primatum, qui eam poſſidebant, „ machinatione, aliis expulſis primoribus invaſam cepit. Imperator vero in Bajoariam veniens Ducatum ejusdem provinciæ filio ſuo „ æquivoco tradidit. „

(D) Continuator Hermanni Contracti (qui teſte eodem Continuatore & Chron. Auguſtenſi An. 1054. mortuus eſt) Anno 1055. „ *Gebehardus*, Ratiſponenſis Epiſcopus, „ & *Welfus* Dux, licentiam repatriandi ab Italia impetraverant, „ militesque eorum, illis, ut ajunt, „ ignorantibus, contra Imperatorem conjuraverunt. Quo tempore *Welfus* Dux ſuis, & omni populo admodum flebili morte præventus, apud Altdorfenſe Cœnobium ſepultus eſt. „

(E) Chron. Hildesheim. Urſpergenſ. Marianus Scotus. Anno 1054. „ *Welfus* Dux Carinthiorum obiit. „

(F) Chron. Hildesheimenſe: Anno 1054. „ *Conradus* Dux, antea „ Noricus, ab Imperatore expulſus „ in Pannonia exul male moritur. „

„ Ma-

A.C. cuſtodiam dato, & alienæ miſericordiæ relicto; (A) An-
1055 dreæ tamen perjurium diutius impune fuit, & quæſita in Hungariam jura nullo deinceps tempore revocata.

Conrado in Hungariam expulſo ſuffectus in Bojaria Dux eſt Henrici Auguſti filius, quem Hermannus Henricum, Lambertus Schaffnaburgenſis Conradum appellat; niſi fratre fortaſſe ad Regnum vocato, Bojariæ Ducis titulos Conradus primo acceperit. (B) Sub id tempus Paſſavienſibus Henrici Cæſaris munificentia nova rurſum prædia in Auſtria acceſſerunt, Gobatſprunenſe, & Chruba-
1056 tenſe: (C) quæ anno MLVI, & vico & valle Paumgartenſi tota, hinc Hungariæ limitibus, inde Henrici Comitis prædio, & Richwini, majeſtatis nuper damnati, fundis definita, liberaliter aucta ſunt. (D)

Marian. Scot. An. 1054. „ *Conradus* „ Dux - - in Pannonia exul, vene- „ no ſublatus eſt. „ Urſperg. Anno 1055. „ *Cuno* Dux antea Nori- „ corum ab Imperatore propter per- „ fidiæ ſuæ culpam expulſus, in Pan- „ nonia male exul obiit. „ Hermanni continuat. 1060. „ *Cunradus*, „ qui *Carentanis* ſolo nomine Ducis „ præfuit, moriens locum dedit: „ cujus Ducatum *Bertholdus* Suevi- „ gena accepit. „ Monachus Brunvilarenſis apud Leibnit. T. I. p. 316. hæc de illo habet. „ *Canonis* inte- „ ritus hæc cauſa extitit, quod con- „ tempta Imperatoris *Henrici* filia, „ quam uxorem accipere debuerat, „ & ob hoc ſui Ducatus honore de- „ pulſus, ſed propere Ungaris ami- „ citia conjunctus eſt. Horum ete- „ nim auxilio moliebatur eum non „ ſolum bello pulſare, ſed & regno „ privare, ſi poſſet. Quod tale tan- „ tumque facinus fruſtra conatus „ eſt: nam veneno, quod coquus „ ſuus per immiſſionem Imperatoris „ pro pactione pecuniæ, prandio ejus „ immiſcuerat, extinctus eſt. Cui „ Imperator non ſolum pecuniam „ non dedit, ſed & pro magno mu- „ nere, ne ſe deinceps videre præſu- „ meret, conceſſit. „ Sed huic narrationi Cæſaris probitas fidem derogat.

(A) Herm. Continuat. An. 1055. „ *Gebhardus*, Ratiſponenſis Epiſco- „ pus, ab Imperatore de conjura- „ tione, contra ſe facta, victus - - „ per aliquot tempus in cuſtodia te- „ netur. „

(B) Herman. Cont. An. 1053. „ Imperator vero in Bavariam ve- „ niens, Ducatum ejusdem provin- „ ciæ filio ſuo æquivoco (*Henrico*) „ tradidit. „ Idem refert Chron. Auguſt. ad A. 1053. Lambert. Schaffnaburgenſis A. 1056. „ *Cunradus* filius „ Imperatoris, Dux Bajoariæ obiit. „

(C) Hundius in Metrop. Tom. I. laudat Diploma *Henrici III.* Ulmæ datum Paſſavienſibus A. 1055. Indict. 8. „ Idem Imperator precibus *Agnetis* „ Uxoris, filii *Henrici* Regis Quarti, dat, atque donat ad Monaſterium - - - in loco, qui dicitur „ *Bazow* conſtructa, & piæ memoriæ „ Epiſcopi *Engilberti* interceſſione tale prædium, quale *Richwinus* habuit, cum in Palatino placito reus „ Majeſtatis criminabatur, & communi judicio omnium, capitali „ ſententia damnabatur, in villis „ *Gobatiſprunen*, & *Chrubaten.* „

(D) Hundius in Metrop. Tom. I. pag. 203. laudat alterum Diploma *Henrici III.* datum in Berchenſtatt. Anno 1056. „ Idem Imperator ad „ easdem preces dat eidem Epiſcopo „ (*Engelberto*) locum cujusdam vici, „ *Paumgarten* nominatum, cum omni utilitate, quæ contra Bohemos „ quoquo modo conquiri poteſt, „ omnemque terram inter terminos „ hos concluſam, id eſt vallem *Paumgartental* ſurſum uſque ad notas definitas Ungaricorum terminorum, „ deorſum uſque ad prædium *Henrici Co.* exinde in directum, uſque „ ad ſtratam *Lavindenburch* ducentem, uſque ad prædium *Richwini.* „

Oſtentum Divinum Guntherο Cæſaris Cancell. oblatum.

Hæc inter triſtiſſimi oſtenti, quod Guntherus tum Scriniorum Cæſaris Magiſter, ac poſt paulo Babenbergenſis Eccleſiæ Epiſcopus, objectum ſibi divinitus affirmavit, tempus affuit. Videbatur is ſibi ad tribunal Divinum admiſſus, intueri diſtrictum in mortalium perniciem vindicis juſtitiæ gladium, audireque terribilius quovis tonitru Oraculum: *Reddam ultionem hoſtibus meis.* (A) Nec diu viſi illius fidem exitus fefellit. Graſſata primum per ſumma Principum capita mortalitas: quam ſubinde inſolita cœli intemperies, nunc gelu & pruina; nunc grandine, ac fulminibus noxia: poſtremo hominum, pecorumque lues; & fames graviſſima exceperunt. (B) Hæc quanquam triſtiſſima, quæ deinceps conſecuta eſt Eccleſiæ, ac Imperii perturbatio, leviora fecit. Inter multos, quos ex Germaniæ Optimatibus mors eodem adhuc anno ſuſtulit, Adelbertus erat, Auſtriæ Marchio, non immatura quidem, ſi ætatem ſpectes; lugenda tamen Auſtriæ inprimis, quod ejus præcipue virtuti prolatos in Orientem fines, & juſtam, adjecta nuper Pannoniæ parte, magnitudinem debeat. (C) Otto certe Friſingenſis Epiſcopus, & A. C.

Adalberti Auſtriæ Marchionis III. obitus.

(A) Lambert. Schaffnaburg. Anno 1056. „ *Guntherus* tunc temporis Cancellarius (Imperatoris) viſionem vidit memoria dignam, Dominum in ſolio majeſtatis ſuæ reſidere, & elevato in altum brachio diſtrictum gladium magno niſu vibrare, & circumſtantibus dicere: *Reddam ultionem hoſtibus meis, & his, qui oderunt me, retribuam.* Quam viſionem protinus mortalitas ſubſecuta eſt principum Regni. „

(B) Hermann. continuat. Anno 1057. „ Immenſitas nivis, & pruinæ magnam partem vinearum perdidit. - - Hoc anno lapides miræ magnitudinis, mixti grandine de cœlo ceciderunt, & nonnulli hominum fulmine perierunt. „ Idem An. 1059. „ Hoc anno magna mortalitas hominum, & peſtis pecorum facta eſt. „ Id. An. 1060. „ Magna fames multos conſumpſit. „ Abbas Urſperg. Anno 1056. „ Iisdem temporibus multi diverſarum principes provinciarum perierunt. Fames multas regiones afflixit, egeſtas & penuria undique prævaluit, multaque mala tunc temporis facta ſunt. „

(C) Annal. Hildesheimenſes Anno 1054. „ *Athalbertus* Marchio obiit. „ Abb. Urſperg. An. 1055. „ *Adelbertus* Marchio obiit. „ Eundem annum ponit Annal. Saxo & Chron. S. Pantaleonis. Sed Chron. Auſtrale Anno 1056. „ *Adalbertus* - - - Marchio obiit. *Ernestus* filius ejus ſucceſſit. „ Cui conſentit Bernard. Noric. Chronic. Bavar. Mellic. Salisburg. Clauſtro-Neoburg. Zwetlenſe Chron. Necrolog. Clauſtro-Neoburg. & Mellicenſe etiam diem addunt: „ VII. Kal. „ (*Junii*) *Adalbertus* Marchio obiit, „ qui portionem non minimam S. „ Crucis *Medlicam* attulit. „ Not. ex Aloldo ad An. 1056. „ *Adalbertus* „ Marchio Illuſtris *Princeps meus*, Pius, „ Fortis, Victorioſus, Benignus, „ poſt annos ætatis ſuæ ſexaginta, „ Regiminis anno triceſimo ſeptimo pie moritur VII. Kal. Junii, & „ in *Medilick* apud Patres requieſcit. „ De ætate *Adalberti* conjectura duci poteſt ex morte Leopoldi I. parentis An. 994. extincti: „ Cetera ex Haſelbachio & Arenpeckio in Chron. „ Auſtriæ: & magis ex Ottone Friſingenſi l. 6. mox referendo patebunt. „

A.C. & Adelberti abnepos, non alium ex Majoribus ſuis digniorem putavit, ad quem generis ſui originem referret, ac Albertum, Pannoniæ ſuperioris vindicem, ac recuperatorem: (A) nec Scriptor recentior dubitat, quin Adalberti primum meritis a Cæſare datum ſit, ut Babenbergicæ gentis Principes continenti deinceps ſerie rerum in Auſtria potirentur. (B) Sed iſtud, unde acceperit, me latet. Sepultum eſſe Mellicii, quod ille pretioſo theſauro ſacroſanctæ Crucis locupletarat, (C) & ad Majores ſuos adjunctum, monumenta ſepulchralia fidem faciunt. (D) Conjugii fructus, ex nobiliſſima conjuge Leopoldus & Erneſtus erant: ille factis ingentibus, & immaturo inter Henrici III. nuptias obitu clarus; iſte non impar parenti filius, & ab ejus exceſſu, paternos in titulos mox ſucceſſurus. (E) *Ejus filii.*

Formam regendæ provinciæ haud diverſam ab ea, quæ ſub Leopoldo, & Henrico viguit, fuiſſe exiſtimo: nam ad tuendam præfecturæ dignitatem, prædia, fundosque certos a Cæſare attributos habuit: neque pauca per Auſtriam & Conradus, & Henricus, uterque Imperatores, in Epiſcopos, & alios utriusque ordinis Viros bene de Imperio meritos, ſunt elargiti. (F) Religionis cultus, ſplendorque ſacrorum erectis Ardaggeræ, & Heymburgi Sacerdotum Collegiis non mediocriter eſt auctus. (G) Nobilium, præter Sigefridum Plejgenſem, & Henricum, incertum qua ſtirpe, Comites; Richwinum, ac Rizimanum, *Status Auſtriæ ſub Adalberto Marchione.*

(A) Otto Friſing. l. 6. c. 15. „ Ex „ hujus *Alberti* ſanguine *Albertus*, „ qui poſtmodum *Marchiam Orientalem*, id eſt, *Pannoniam ſuperiorem* Ungaris ereptam Romano Imperio „ adjecit, originem duxiſſe traditur. „

(B) Thom. Haſelbach. in Chron. Auſtr. col. 699. „ Imperator conſilio & armis prædicti *Alberti* Marchionis Auſtriæ, Auſtriam recuperatam, & in ditionem Germanorum receptam, eidem *Alberto* dono dedit, & iterato in Marchionem ſtatuit. „ Arnpeck. in Chr. Auſtr. Col. 1181. „ Quam Provinciam (*Auſtriam*) Imperator Henricus III. dicto Marchioni *Alberto* „ & ſuis Cohæredibus in feodum „ perpetuum donavit. „ Idem videtur ſentire Sunthemius in Tabul. Clauſtro-Neoburg. Col. 1008.

(C) Conrad. de Wizenberg. Abb. Mellic. in Chron. brevi. „ Hujus „ (*Adalberti M.*) induſtria Dominicæ „ Crucis portio non minima, quæ „ hactenus hic habetur, & adoratur ad locum iſtum delata eſt. „ Confirmant id ipſum Author Hiſt. Fundat. Mellic. Tabul. Clauſtro-Neoburg. & Arenpeckius in Chr. Auſtr. & Aloldus ad An. 1045.

(D) Lapis ſepulchralis Mellic. Tab. Clauſtro-Neoburg. quæ etiam memorant, *Mellicii* ſedem fuiſſe ſtabilem *Adalberti* Marchionis: quod confirmat Arenpeckius in Chron. Auſtr.

(E) Chron. Salisburg. An. 1056. „ *Albertus* Marchio Auſtriæ obiit: „ *Erneſt* filius ejus ſucceſſit. „ Aloldus An. 1056. „ Succedit *Erneſtus* „ filius pariter Fortis, & Probus. „

(F) De his ſupra ſuis locis.

(G) De his ſupra.

nulla quod ſciam, uſquam mentio: fuiſſe tamen non paucos inde conjicio, quod ſub Erneſto filio & ſucceſſore magno jam numero inter teſtes referantur. (A) A. C.

Latent etiam, quæ cum Pannoniæ ſuperioris parte Auſtriæ adjuncta ſunt vicorum, ac oppidorum nomina: nec illa, tam clari jam olim nominis, Vindobona, an cum ruinis ſepulta, an aliqua ſui parte vel inter rudera extiterit, indicio ſe ullo prodit. Lætior aliquanto Auſtriæ ſuperioris facies, quæ præter mutatos identidem Dominos, Bojariæ videlicet Duces, nihil toto hoc tempore incommodi eſt perpeſſa. (B) Florebant in ea antiquiſſima duo e Divi Benedicti inſtituto Cœnobia, Manſeenſe, & Cremiſanenſe: ſed hoc ipſo, in quo verſamur, anno, tertium acceſſit, ejusdem formæ, ac Diſciplinæ Monaſterium Lambacenſe, Conditore, ac parente Adalberone, claræ ſanctimoniæ Epiſcopo Wirzburgenſi, qui, quod pater Arnoldus Comes, Welfæ, ac Lambachii Dominus, Collegio Sacerdotum duodecim deſignavit, magnis ſubinde vectigalibus auctum D. Benedicti familiæ tranſcripſit. (C)

Lambac. Monaſt. exordia.

Nobilitatis præcipuæ in ea nunc Auſtriæ, tunc Bojariæ parte, Welfenſes una ac Lambacenſes Comites erant, quorum ampla non modo ad Traunam fluvium; ſed in Auſtriæ, Styriæque finibus, caſtra, oppidaque erant, quæ ſubinde ad Neuburgenſes, & Formbachenſes Comites tranſierunt. (D) Clariores etiam Welfenſibus, Sty-

(A) Diplom. Erneſti March. infra referendum.

(B) Plures ſub Henrico II. Conrado II. Henrico III. fuere exauthorati & ſuffecti Duces Bavariæ, quibus ea regio, quæ poſtea *Auſtria ſuperioris* nomen reperit, per id tempus parebat: ut ſuis locis ſupra indicatum eſt. Quæ tamen viciſſitudines nihil in *Auſtria inferiore* mutationis attulerunt. Id quod conjecturam præbet: Marchiones Auſtriæ a Ducibus Bavariæ minime dependiſſe. Et quanquam ad inſtaurandum *Heymburgum Conradus* Dux deſcenderit cum *Adalberto* Marchione, tamen non videtur plus juris in Auſtria exercuiſſe, quam *Gebhardus* Ratisponenſis Epiſcopus, qui primo loco inter authores ejus conſilii numeratur.

(C) Literæ *Adalberonis* Wirzburgenſ. Epiſcopi datæ Ratisponæ. Anno MLVI. Indict. IX. Epiſcopatus autem Domini *Adalberonis XII.* & relatæ a Biographo ejus apud V. Cl. Hieron. Pezium Tom. II. Col. 12. quarum initium eſt: „ Ego *Adal-*
„ *bero* DEI gratia Wirzburgenſis
„ Epiſcopus notum eſſe volo omni-
„ bus Chriſti fidelibus, qualiter Pa-
„ rentes mei, ob ſalutem animarum
„ ſuarum, in loco *Lambach* dicto,
„ congregationem inſtituerunt Cle-
„ ricorum: & qualiter ego hæres
„ eorum factus - - - Hæc omnia
„ *Ekkeberto* venerabili Abbati com-
„ miſi, eo quo ego hæc jure habui,
„ Monaſteriique curam poteſtative
„ habere feci. - - - Actum eſt Ra-
„ tisponæ Anno MLVI. Indictio-
„ ne IX. &c. „

(D) Biographus B. *Adelberonis* Wirzburg. Epiſcopi: apud Hieron. Pezium. Tom. II. p. 7. „ Erat qui-
„ dam Comes *Arnoldus* nomine, qui
„ caſtrum opinatiſſimum in *Lamba-*
„ *cenſi* loco - - juxta fluvium, cui
„ vocabulum *Truna* inhabitabat, ubi
„ vec-

A.C. Styrenſes Comites fuere, jam tum in Carinthiæ Marchiam, cui de ſuo nomen Styriæ fecerunt, transgreſſi. (A) Sed de his ſatis.

Erneſtus Auſtriæ Marchio IV.

Erneſto ob ingentia Adalberti merita, paternæ dignitatis jura a Cæſare Henrico ſunt confirmata. Exceperat nuper Henricus Victorem II. Rom. Pont. Goslariæ apparatu maximo, ſed brevem ejus adventus lætitiam mors Cæſaris ad III. Non. Octobris conſecuta funeſtavit. (B) Efferri cum hoc Principe quies ipſa, ac felicitas Germaniæ videri poterat; ita ab ejus morte Henrici filii, quem quarti nomine lugendum Eccleſiæ, ac Imperio illuxiſſe videbimus, temeritate retro lapſa ſunt omnia. Victor Pontifex, in cujus pene manibus expirarat Henricus III, ut Cæſari optime de republica merito referret gratiam, quinquennem ejus filium, ſuo & ipſe aſſenſu, paterno in Imperio confirmavit. (C) Sed quod rector tanti Imperii puer, deſtituendus haud videretur; Agnetis, matris Auguſtæ, tutelæ, quæ Bojariæ regendæ interim admota eſt, commendandum Principes putarunt. (D)

Hæc dum res provinciæ ſibi delegatæ curat ſtrenue, adſunt ex Hungaria Oratores Andreæ Regis, pacis firmi-
1058 tatem, ſponſamque Salomoni filio Henrici IV. Sororem poſtu-

„ vectigalia & tributa, ſecundum „ antiquam legem a transeuntibus „ ſolvebantur. - - - Hic ex *Regila*, „ nobili uxore ex Francia orientali „ oriunda, plures ſuſcepiſſe filios „ fertur. - - - Habebat filium, no- „ mine *Gotfridum*, dignitate Mar- „ chionem, virum ſtrenuum, & for- „ tem, virum rebus bellicis aptiſſi- „ mum, crebris præliorum ſucceſſi- „ bus fortunatum. - - - Cujus di- „ tioni cum reditibus circumjacenti- „ bus ſerviebat *Putina*, urbs inclyta, „ & famoſa, quæ - - ad arcendos „ hoſtiles Pannoniorum incurſus & „ devaſtationes antiquitus conſtitu- „ ta fuit. Magnæ etiam nobilita- „ tis - - habebat filiam, quæ nup- „ ſit *Ekkeberto* Comiti, cujus caſtrum „ *Nivenburg* (Neuburg) dictum, in „ ora *Eni* fluminis eſt ſitum. Huic „ poſt felicem fratrum exceſſum, in „ ſortem dotis urbs *Putina* cum om- „ nibus ad ſe pertinentibus cecidit. „ Beata igitur *Regila* - - - concepit, „ & peperit filium *Adalberonem* di- „ ctum &c. „

(A) Chron. Voravienſe MS. apud Sigiſm. Puſchium in Chronol. Sacr. Styriæ. „ *Otachar* Marchio Styren- „ ſis, filius *Ottachyr* Marchionis, ge- „ nuit *Ozi* Marchionem, qui tem- „ poribus *Henrici III.* Imperatoris „ pollebat. „ *Ozi* Marchio iſte inter teſtes primo loco ſubſcripſit literas *Erneſti* Marchionis Auſtriæ Mellicenſibus datas his verbis: „ *Otzo* „ Marchio de Styre, „ ut videri poteſt in Philib. Huberi Auſtria ex Archiv. Mellic. illuſtrata, pag. 1.

(B) Chron. Urſperg. Abbat. Chr. S. Pantal. Chronic. Auguſten. Annal. Saxo. „ III. Non. Octob. præſen- „ tem vitam in Domino finivit. „

(C) Paulus Bernriedenſis in vita Gregorii VII. c. 60. „ Tertio *Hen-* „ *rico* mortuo, quartus ille *Henricus* „ Rex, permittente Romano Ponti- „ fice *Victore*, qui tunc morienti præ- „ ſens erat, hæreditario jure ſuc- „ ceſſit. „

(D) Continuat. Herm. An. 1056. „ Cum adhuc decenter, utpote pue- „ rulus quinquennis, gubernare non „ potuit, ipſum cum regni cauſa „ curandum, cunctorum juſſu Prin- „ cipum Mater ipſius *Agnes* Venera- „ bilis Imperatrix accepit. „

Henrici IV. Soror Salomoni Hungariæ Principi desponsa.

postulantes. Neque difficulter in postulata descensum, A.C. tum quod Agnes, mater Augusta, digno in matrimonio collocatam cuperet filiam; tum quod Henrici ætas tenera nuptiali eo fœdere adversus vim omnem muniri egregie videbatur. (A) In pacta igitur ubi conventum est, exeunte Septembri mense, Agnes Augusta vidua, cum Henrico filio, sponsaque Sophia, in Austriam descendit. Qua occasione, ad VI. Non. Octob. Anno MLVIII. regios aliquot fundos, Manswerdæ supra Vischaham ad Danubium sitos, forumque ejus oppidi, quod a S. Hippolyto nomen habet, ejus loci Cœnobitis; (B) & Froizæ, relictæ Adalberti Marchionis Viduæ prædia aliquot (C) transcripsisse Henricum reperio. Sed lætas sponsalium regiorum spes ingens brevi turbo concussit.

Bela in Andream Regem fratrem suum insurgit.

Andreas ut Regnum Salomoni filio firmaret suo, septennem vixdum puerum, sacra corona solenni ritu impo- 1060
sita, Regem succesforemque declararat. Id belli signum fuit, quod inter ipsum, ac Belam fratrem mox erupit. Andreas, qui quo loco res essent, ex fluxa suorum fide satis providebat; mature ad Henrici IV. Germaniæ Regis opem confugit: filiumque Salomonem, bona Ernesti Austrii pace, An. MLX. Mellicium securitatis causa transmisit. Nec dilata auxilia sunt: missus cum copiarum parte Eber-

(A) Continuat. Hermanni Contract. A. 1059. „ *Andreas* Pannoniæ „ Rex, cum prius pacem pactumque „ per legatos cum *Henrico* Rege confirmasset, etiam sororem ejus minorem filio suo, adhuc puero, sponsam obtinuit. „ *Sophiam* appellat Aloldus, aliique sororem Henrici IV. & Salomonis sponsam: Greg. VII. PP. l. 2. epl. 44. *Juditham* nominat.

(B) Lamb. Schaffnaburg. A. 1059. „ Rex (*Henricus IV.*) Natalem Domini in Civitate *Marouwa* celebravit, in confinio sita *Hungariorum*, „ & *Bulgariorum*. „ Lit. *Heinrici* Regis datæ Cœnobitis ad S. Hippolytum VI. Non. Octob. A. 1058. *Thesi*, quarum apographum ex Codice MS. non admodum antiquo tale est: „ Si loca divinis cultibus mancipata &c. regales mansos in loco *Maneswerde*, infra *Schwechant*, & *Vischaha* juxta Danubium, quoad maxime „ fieri possit, in *Marchia Osterriche*, & „ in *Comitatu Arnesti Marchionis* sitos „ ad altare, in honore Domini nostri „ JESU Christi, & S. Petri Apostoli, „ sanctique Hippolyti Martyris constructo, & consecrato in loco, qui „ vocatur *S. Hippolyti*, & pro anima „ *Imæ* nostræ pedissequæ, ante januam ejusdem Monasterii sepultæ, „ ad præbendam fratribus DEO, suisque sanctis in eodem loco die, noctuque servientibus cum omnibus „ pertinentiis - - seu cum omni usu, „ qui inde provenire potest, & *forum in S. Hippolyto* in proprium dedimus, atque tradidimus &c. *Gebhardus* Cancellarius vice *Leopoldi* Archi-Cancellarii recogn. „ Ludwig. MS. T. IV. L. 6. N. 1.

(C) Literæ Henrici IV. *Froizæ Adalberti* March. viduæ datæ A. 1058. ex repertorio Tabularii Aulici Vienn. apud Excellentissimum & Illust. Com. J. W. a Wurmbrand, Consilii Aulico-Imperialis Præsidem. De Privilegio vero Henrici IV. quod Dürenpachii IV. Non. Oct. datum legitur, cujus initium &c. „ Ex quo decet celsitudi„ nem Imperialem &c. „ Vide Observ. prævias Hieronymi Pezii T. 1. Col. 1168. & Hanthaleri Fast. Campilil. T. I. Elog. IV. §. III. a Num. VIII. ad XII.

A.C. 1061 bertus Citicenſis Epiſcopus, & Wilhelmus Thuringiæ Marchio, qui cum Bohemicis, Boicis, & Auſtriacis copiis inclinatas Andreæ res interea ſuſtentarent. (A) Sed Wilhelmo & Ecberto tantum animorum erat, ut ne expectato quidem auxiliarium copiarum adventu in Hungaros irruerent, & eorum ingentem multitudinem cæſam, profligatamque in fugam averterent. At ubi pudor apud bellicoſam gentem in timoris locum ſubiit, exarſere enimvero animi, ignominiæ dolore ſaucii, totamque late Hungariam, ad abolendum ejus fugæ dedecus, in arma egerunt.

Auxilia Andreæ Regi ex Germania mittuntur.

Jamque & Wilhelmum & Ecbertum ſuæ audaciæ pœnitere cœpit, in loca tutiora paulatim ſe recipere ex Hungaria meditantes, dum nova a Bohemorum Duce, & Erneſto Marchione Auſtriæ auxilia advenirent. (B) Moram Erneſto injecerant Andreæ Regis conjux, ac filius, quem cum matre ac theſauro regio, non ignarus ſummi diſcriminis, Rex Andreas Mellicenſe in caſtrum deportandum curavit. (C) Sed dum viam evadendi rimantur Wilhelmus, Ecbertus, & Andreas, crebrisque Hungarorum impreſſionibus carperentur, victores quidem plerumque, ſed victoriis ipſis ad ſummam paucitatem redacti;

Andreas Rex Conjugem, filiumque Mellicium mittit:

(A) Lamb. Schaffnaburg. A. 1061. „ *Andreas* Rex Ungariorum, videns „ *Belem*, quendam propinquum ſuum, „ Regnum affectare, & Ungarios a „ ſe paulatim ad eum deficere, uxorem ſuam, & filium *Salomonem*, cui „ Imperator filiam ſuam, parvulo parvulam deſponderat, cum multis „ opibus ad regem *Henricum* transmiſit, petens, ut & ſibi miſſo exercitu ſubveniret, & ſuos, donec rebus tranquillitas redderetur, ſervaret. Rex *Wilhelmum* Marchionem Thuringorum, & *Epponem* (*Ecbertum* diminutive) Citicenſem Epiſcopum, cum duce Boemorum & exercitu Bajoarico illuc miſit. „ Notæ ex Aloldo ad A. 1058. MLVIII. „ *Andreas* Rex Ungariæ coronari fecit filium *Salomonem*, qui vix erat „ annorum ſeptem. Sed huic Regnum eripere mox meditatus eſt „ *Bela*, *Andreæ* Regis frater. „ Idem A. 1060. „ *Bela*, Regis *Andreæ* frater „ Regnum contra legitimum hæredem occupavit. Hic vero a Patre, „ ſub favore *Heinrici IV.* Regis pueri „ Romanorum ad Caſtrum *Medilick* „ in terram Auſtralem transmiſſus „ eſt cum corona, & theſauro regio, „ tutus apud *Erneſtum* Marchionem. „

(B) Lamb. Schaffnaburg. A. 1061. „ Sed Marchio (*Wilhelmus*) & Epiſcopus (*Ecbertus*) priores Ungariam ingreſſi, non expectato duce „ Bohemorum, cum *Bele* ſigna contulerunt, atque infinitam multitudinem Ungarorum peremerunt. „ Deinde, cum ex omni parte Ungari ad ferendum ſuis auxilium frequentes confluxiſſent, videntes „ miſſi Regis, tantæ multitudinis ſe „ numero & viribus impares eſſe, finibus hoſtium excedere volebant. „

(C) Hermanni Continuat. A. 1060. „ *Andreas* Rex Pannoniorum, cum a „ fratre ſuo, regnum ſibi circumquaque vaſtante, multas injurias perpeſſus fuiſſet: tandemque febre pulſatus, omnes theſauros ſuos in caſtrum *Medilbecka*, nec non & filium „ ſuum *Henrico* Regi per *Thiedbaldum* „ Comitem transmiſit. „ Lambert. Schaffnaburg. An. 1061. „ *Andreas* „ Rex Ungariorum - - uxorem ſuam, „ & filium *Salomonem* - - cum multis „ opibus ad Regem *Henricum* transmiſit. „

captus eſt Ecbertus Epiſcopus, Wilhelmus fame potius, A. C.
quam armis ad deditionem adactus; Andreas Rex ipſe,
cum adverſus perduellem fratrem omnes & militis & du-
Ipſe equo effuſus in prælio obteritur. cis partes explet, equo effuſus, &, ut fama ferebat, cæco
ruentium in pugnam hoſtium impetu, pedibus obtritus
periit. (A) Wilhelmi Marchionis, qui e tumulo, in
quem evaſerat, adverſus hoſtes undique ingruentes diutiſ-
ſime ſe defenderat, ea bellicæ virtutis vel apud hoſtes ip-
ſos opinio fuit, ut Geyſa, Belæ filius, non libertate modo
priſtina, ſed ſororis etiam nuptiis dignandum putarit. Ac-
cepta quidem conditio: ſed dum in patriam maritus no-
vus remeat, morbo extinctus, luctum tantum, ac ſui 1062
deſiderium novæ conjugi reliquit. (B)

Hac rerum converſione Salomoni Andreæ, Hunga-
riæ Regis, filio nulla, niſi in Henrico Cæſare, reliqua jam
Bela in Auſtriam irrumpit. ſpes erat: nec eum quanquam in Auſtria latitantem con-
ſiſtere uſquam Bela æmulus patiebatur: auſus idcirco cum
magnis copiis in Auſtriam irrumpere, & ſiqua fortuna ſe
daret, Mellicenſi ex arce Salomonem detrahere. Sed is
quidem impetus caſſus fuit, Erneſto Marchione duratum
bello militem ejus conatibus objiciente. At quanquam
repulſus tum Bela eſt; metus tamen Auſtriæ prius non
deceſſit, quam Cæſar opem præſentem allaturum ſe pro-
mitteret. Sed eam quoque exortæ in Germania turbæ
irritam tum fecere. (C)

Jam

(A) Lambert. Schaffnaburg. A. 1061. „ Verum illi (Ungari) loca omnia, „ per quæ exitus eſſe poterat, occlu- „ ſerant, tum ne quid cibi aut potus „ in via reperiretur, providerant. „ Cumque inſuper abeuntes crebra „ incurſione infeſtarent, & illi ſem- „ per periculum virtute propulſan- „ tes, magnas hoſtium ſtrages darent, „ tandem diuturna cæde exhauſtis vi- „ ribus, *Andreas* equo forte excuſſus, „ pugnantium pedibus eſt conculca- „ tus, Epiſcopus captus, Marchio „ fame magis, quam ferro expugna- „ tus ſe dedidit. „ Notæ ex Aloldo ad A. 1061. „ *Andreas* Rex cum *Bela*, „ fratre æmulo, non ſatis provide „ pugnans, & equo decidens, un- „ gulis conteritur. „

(B) Lambert. Schaffnab. A. 1061. „ Cujus (*Wilhelmi* Marchionis) vir- „ tus tantæ admirationi apud barba- „ ros fuit, ut *Joas* filius *Belis*, pro il- „ lius tum gentis moribus haud de- „ ſperatæ indolis adoleſcens, ultro „ patrem exoraret, non modo ut eum „ jure belli intactum ſineret, ſed etiam „ ut affinitate jungeret, deſponſata ei „ filia ſua, ſorore *Jojada*. „ De mor- te ejusdem ſubjungit idem A. 1062. „ *Wilhelmus* Marchio, reverſus in Thu- „ ringiam, dum redire in Ungariam „ & ſponſam ſuam cum magna opum „ ſuarum oſtentatione adducere pa- „ raret, inter eundum, ſecunda man- „ ſione, morbo correptus obiit, ſpon- „ ſam ejus *Udalricus*, Marchio *Caren- „ tinorum*, cognatus ejus accepit. „ Confirmat eadem Chronographus, & Annaliſta Saxo A. 1062. quorum iſte, ſponſam *Wilhelmi*, poſtea *Odalrico* Carentinorum Marchioni nuptam, *Sophiam* appellat.

(C) Not. ex Aloldo ad A. 1062. „ *Bela* Regnum Ungariæ uſurpans ob „ æmulum *Salomonem* irruit in *Oſterri- „ chiam*, ubi is manſit, cum magno „ exercitu. Sed *Erneſtus*, virtute Pa- „ tris non minor, generoſe reſtitit, „ & hoſtem fugavit &c. „

A. C. Jam dudum Germaniæ Principes ægre ferebant, Henricum Regem tamdiu ſub Matris imperio ac poteſtate eſſe: cumque ad cetera, quæ illi querebantur incommoda, invidioſa Henrici Auguſtani Antiſtitis apud Imperatricem gratia, ac potentia accederet; fremere jam palam, ac conferre capita inter ſe Principes, ac Epiſcopi cœpere. (A) Commodum Agnes, Mater Auguſta, Trajectum ſe contulerat, abdicata jam anno ſuperiore (B) Bavariæ, quam annis quinque geſſerat, gubernatione, ac in Ottonem Saxonem, (C) e Gottingenſium, aut Bummenburgenſium Comitum genere, Northemii dynaſtam translata. *Turbæ in Germania ob Henrici IV. tutelam excitatæ.*

Ibi cum Henricus quoque Rex cum Matre tranquillus ageret, Anno, Colonienſis Archiepiſcopus, raræ ea tempeſtate ſanctimoniæ laude inclytus, Henricum Regem, dum animi cauſa Rheni inſulas navigio oberrat, vi amica interceptum Coloniam deportavit, audaci conſilio, nec exitu ſatis proſpero; & niſi conſpecta Viri ſanctitas, Auguſtæ modeſtia, Ottonis Bavariæ Ducis conſenſio ſuſpicionem animis exemiſſet, haud ſcio, an probando. (D)

(A) Lamb. Schaffnab. An. 1062. „ Imperatrix nutriens adhuc filium „ ſuum, regni negotia per ſe ipſam „ curabat, utebaturque plurimum „ conſilio *Henrici*, Auguſtenſis Epiſcopi. - - Ea res Principes graviter offendebat, videntes ſcilicet, „ quod propter unius privatum amorem ſua, quæ potiſſimum in republica valere debuerat, authoritas „ pene obliterata fuiſſet. Itaque indignitatem rei non ferentes, crebra conventicula facere, circa publicas functiones remiſſius agere, „ adverſus Imperatricem popularium „ animos ſollicitare, poſtremo omnibus modis niti, ut a Matre puerum „ diſtraherent, & Regni adminiſtrationem in ſe transferrent. „

(B) Idem ad A. 1061. „ Imperatrix Ducatum *Bajoariæ*, quem poſt „ mortem *Cunradi* filii ſui uſque ad id „ tempus per ſe ipſam adminiſtraverat, *Ottoni* dedit, videns eum virum induſtrium, & juvandis regni „ negotiis ſatis opportunum. „

(C) Brunner. Boic. P. II. L. 5. Adlzreit. P. 1. l. 17. *Gottingenſem* Comitem appellant, ſed Hahnius ex Chronico veteri Ducum Brunſwicenſium & Luneburg. item ex Chronico Rhytmico Principum Brunſwic. apud Leibnit. T. III. oſtendit *Ottonem* eſſe *Northeymenſem* ex progenie Comitis *Sifridi* Comitis de *Berneborch*, ſeu ut alias appellatur de *Bummenborg*, quem conſul. T. III. pag. 57.

(D) Contin. Hermanni. A. 1062. „ *Henricus* Rex apud *Trajectum*, Friliæ „ urbem, diem Paſchæ cum matre Imperatrice egit. His dictus *Hanno*, „ Agrippinæ Coloniæ Archiepiſcopus, adnitentibus quibusdam regni „ principibus, *Henricum* Regem cum „ lancea & aliis Imperii inſignibus a „ matre Imperatrice vi arripuit, ſe„ cumque Coloniam adduxit. „ Lambert. Schaffnab. A. 1062. „ Colonienſis Epiſcopus comunicatis cum „ *Ecberto* Brunſwicenſi Comite, & „ cum *Ottone*, Duce Bavariorum conſiliis, navigio per Rhenum ad locum, qui dicitur ſancti *Suitberti* inſula, venit. Ibi tum Rex erat, qui „ dum quadam die poſt ſolennes epulas factus fuiſſet hilarior, hortari „ eum Epiſcopus cœpit, ut navim „ quandam ſuam, quam adhoc ipſum „ miro opere inſtruxerat, ſpectatum „ procederet. Facile hoc perſuaſit „ ſimplici, & nihil minus, quam inſidias ſuſpicanti. Cumque navim „ ingreſſus fuiſſet, ſtipantibus eum „ his, quos Epiſcopus factionis ſuæ „ ſo-

Ex eo deinceps tempore, Regis, Regnique cura penes Annonem potiſſimum, & Ottonem Bavariæ Ducem fuit; (A) donec Moguntinus, cujus prima ab Rege in Germania authoritas, & Colonienſis, tertium ſibi, Bremenſem Archiepiſcopum, Adalbertum in partem conſilii adlegiſſent, ſed brevi ſine compare regnaturum. A. C.

Bellum ſub hæc in Hungaros decretum, Annales noſtri memorant: cumque obſeptos undique ejus regni aditus, Belæ provido conſilio reperiſſent; Hungarorum, qui in comitatu Salomonis erant, opera viam per ſilveſtres dumos parti exercitus patefactam: admotis inde ad Mueſenburgum copiis, quibus præfuiſſe Erneſtum Marchionem credibile eſt, Leopoldo adoleſcente filio comitatum; clauſtrum illud regni Hungariæ primo aſſultu captum. 1063

Belæ Regis interitus: Salomonis Regnum.

Jamque in eo erant noſtri, ut recta in hoſtem haud longe inde tendentem promotis caſtris iretur; cum Belam, ſub ipſum pene pugnæ articulum, aut fato ſuo, aut ſolarii ruinis oppreſſum, nunciatur. Cognita Patris morte, Geyſa filius haud gravate Salomoni ceſſit, pactus duntaxat, ne id fraudi eſſet filio, quod a patre in Salomonem actum; neve honor, qui ſuis natalibus deberetur, opesque mediocres, quibus dignitatem tueretur ſuam, detrimenti aliquid acciperent. Æquam rem & viſus petere, & ut par erat, obtinuit: reſtitutus in paternum ſolium Rex Salomon, Henricus magna gloria in Germaniam eſt reverſus. (B)

Paca-

„ ſocios, ac miniſtros paraverat, repente remiges inſurgunt, remis incumbunt, navim dicto citius in „ medium fluminis impellunt. Rex „ nova rerum facie confuſus, incertusque animi, nec aliud, quam vim, „ & necem ſibi paratam arbitratus, „ in flumen ſe præcipitem dedit, citiusque eum aqua violentior ſuffocaſſet, niſi *Ecbertus* Comes, dato „ poſt eum ſaltu periclitantem ipſe „ quoque non minimum periclitatus, „ vix & ægre morti eriperet, & navi „ reſtitueret. Exin blanditiis, quibus poterant, delinitum Coloniam „ perducunt. Cætera multitudo per „ terram ſubſequitur, criminantibus „ plurimis, quod Regia Majeſtas violata, ſuique impos facta foret. „ Annal. Saxo. A. 1062. „ Rex puer „ machinatione quorundam Principum, *Sigefridi* Moguntini videlicet Archiepiſcopi, *Ottonis*, Ducis de „ Northeim, & *Ecberti* Comitis de „ Brunſwic. - - a matre Imperatrice ſubtrahitur, quorum numero „ Dominus *Anno*, Colonienſis Epiſcopus ſe immiſcuit, qui puerum in „ loco, qui dicitur *Werida*, navi imponens abduxit, quod ille, qua intentione fecerit, vel qualiter Divino judicio placuerit, diſcernere non „ valemus; multa tamen incommoda ex tunc orta & deinceps aucta, „ certum tenemus. „

(A) Lamb. Schaffnab. An. 1063. „ Tum Rex conſilio uſus Colonienſis Archiepiſcopi, & *Ottonis* Ducis „ Bavariorum, quorum tunc arbitrio „ Reſpublica adminiſtrabatur, „

(B) Bertholdus Conſtant. A. 1063. „ *Heinricus* Rex, exercitum in Pannoniam movens, *Salomonem* filium „ *Andreæ* Regis in Regnum patris ſui „ reſtituit. „ Chron. Salisburg. A. 1063. „ *Heinricus* Rex exercitum „ in

A. C. Pacata utcunque Hungaria, pius ardor multos Antiſtites, Virosque Germaniæ illuſtres ad viſenda ſacra Pa-
1064 læſtinæ loca impulit, quos Auſtria Anno MLXIV. nobiles hoſpites excepit. Principes facile ſacræ peregrinationis Sigefridus Moguntinus, Guntherus Bambergenſis, Otto Ratisbonenſis, & Wilhelmus Trajectenſis Epiſcopi fuere: quibus ſe præter Fridericum Dieſſenſem, Eckardum Schyrenſem, & Ortulphum Hohenwartenſem Comites, Altmannus etiam, qui poſtea Auſtriæ rebus perquam ſalutaris extitit, cum ingenti omnium ordinum multitudine adjunxit. Iter ingreſſi autumno, poſt evolutum fere anni unius curriculum, & exhauſta innumera viarum, laborumque diſcrimina, quibus oſtentata opum amplitudo illos objecerat, imminuto admodum numero ſub Augu-
1065 ſtum menſem anni ſequentis rediere. (A)

Peregrinatio in Palæſtinam aliquot Grem. Epiſcoporum.

„ in Ungariam movit, *Salomonem* Re-
„ gem fecit, & magno honore re-
„ diit. „ Similia narrant Chron. Mellic. & Clauſtro-Neoburg. ad hunc annum, ſed Brunner. Boic. P. II. L. 5. ex Annal. Altahenſ. cætera fuſe refert: uti & Adlzreiter. P. 1. l. 17. & ante hos Aventin. Boic. l. 5. quæ miror ab Hermanni Contracti continuatore, Mariano Scoto, Sigeberto eſſe ſilentio præterita: Lambert. quidem Schaffnaburg. ad A. 1063. rem narrat, nulla tamen facta hoſtilitatis mentione: „ *Bell, qui* regnum invaſerat Ungariorum, obiit. *Joas* (Geiſa) filius „ ejus, mandavit Regi *Heinrico*, ſi ſibi „ apud *Salomonem* filium *Andreæ* Regis, natalibus & meritis ſuis condignus honor haberetur, ſubditum „ ſe ei, fidelemque futurum, & malle beneficiis cum eo, quam armis; „ fide, quam acie dimicare. Eadem „ Ungarii omnes aſſidua legatione „ pollicebantur. Ita Rex *Heinricus* „ Ungariam cum exercitu ingreſſus „ Salomonem in ſolium patris reſtituit, juncta ei in conjugium ſoro„ re ſua. „ Aloldus ad An. 1062. „ *Bela* autem nova arma parans in Auſtrales, dum ad finem anni placitum teneret apud oppidum *Temes*, „ ruente domo graviter contritus „ obiit. „ *Erneſti* Auſtriæ Marchionis operam eo in bello haud eſſe deſideratam, facile credo, de quo Lambertus Schaffnab. æqualis eorum temporum, ad A. 1075. „ Vir in regno „ Clariſſimus, & multis ſæpe adver„ ſum *Ungarios* victoriis inſignis „ & Aloldus ad A. 1062. „ *Erneſtus* Mar„ chio cognomen *Strenui* a victoria „ reportavit. „ Deinde ad A. 1063. ſcribit idem: „ Hainricus Quartus „ Romanorum Rex, paulo plus quam „ duodenis puer in Oſterrichiam veniens, Salomoni Ungaro ſponſam „ ſuam Zophiam, tanquam frater „ ejus, adduxit, & nuptias fecit. „ Deinde cum exercitu in Pannoniam progreſſus, filios defuncti „ Belæ obſequentes habuit, & ſine „ ſanguine Salomonem in ſolium reſtituit. Comites fuerunt Erneſtus „ Marchio, in prelium denuo paratus, & filius Luipoldus puer. „ Ita Aloldus, qui hoc anno Chronicon ſuum finit.

(A) Berthold. Conſtant. A. 1064. Lambert. Schaffnab. Annal. & Chronogr. Saxo. Marianus Scotus ad hunc annum: „ Multi divites & paupe„ res cum *Sigefrido* Moguntino Archiepiſcopo, Trajectenſi Epiſcopo, „ Babenbergenſi Epiſcopo, & Ratis„ ponenſi Epiſcopo, poſt tranſitum „ S. Martini Hieroſalem, plus 7000. „ perrexerunt: ubi vero Epiſcopi ſe„ debant, dorſalia pallia pendebant, „ ſcutellas, & vaſa aurea, & argentea habebant. „ Idem Marianus fuſe pericula eorum, & *Guntheri* Bambergenſis factum ſtrenuum refert ad A. 1065. concluditque. „ Sed duo tantum mil„ lia ex 7000. reverſi ſunt. „ Plura de his Brun. P. II. l. 5.

Guntherus Bambergenſis & formæ dignitate, & virium robore præ ceteris inſignis Wiſenburgi in Pannonia ad X. Kal. Sextiles morbo extinctus: (A) Altmanno, cui Agnes Auguſta Paſſavienſes infulas ab Henrico Rege filio impetrarat, pedum, ac annulus, ſacræ dignitatis inſignia, in Hungaria adhuc agenti conſignata. (B) Paſſavium ubi pervenit, mirum, quam inſolita populi lætitia ſit exceptus: effuſa omnium ætatum, Ordinumque ad complectendum hunc Præſulem hominum multitudo, ſic ut continenti velut agmine in ejus urbis Baſilicam ſit deductus. Tam præclaram Viro opinionem, & Agnetis Auguſtæ, cui a ſacris obſequiis erat, gratia, & fama pietatis, & breviſſimi temporis, quo cum Imperatrice Paſſavii nuper egerat, uſus conciliavit. Inauguratus ſubinde a Gebhardo Salisburgenſium Archiepiſcopo eſt, quicum omnia illi familiaritatis jura interceſſerant. (C) Nempe is Gebhardus erat, quem ferunt Lutetiæ Pariſiorum, ubi ſtudiorum cauſa cum Altmanno & Adalberone agebat, Salisburgenſem ſibi Cathedram mirabili vaticinio præſagiiſſe; cum Altmannus interim Paſſavienſem, Wirzburgenſem Adalbero ſibi deſtinaret, quarum Eccleſiarum infulas ſinguli ſubinde ſint adepti. (D)

A.C.

B. Altmannus Epiſcop. Paſſav.

Tam

(A) Lamb. Schaffnaburg. A. 1065. „ Poſteaquam in Ungariam ventum „ eſt, *Guntherus* Babenbergenſis Epiſcopus (heu) immatura morte præventus, proſperæ, ac lætæ reverſionis lugubrem omnibus exitum fecit. Deceſſit autem X. Calend. Auguſti, ætate integra, - - vir præter morum gloriam, & animæ divitias, corporis quoque bonis adprime ornatus. „ Confirmat iſta Biograph. B. *Altmanni* num. 5. locumque obitus *Wizenburc* appellat.

(B) Lamb. Schaffnaburg. A. 1065. „ *Eilbertus* Patavii Epiſcopus obiit, „ cui *Altman* Capellanus Imperatricis ſucceſſit, qui dum ipſo tempore „ cum cæteris principibus Hieroſolymam abiſſet, per interventum Imperatricis, abſens deſignatus eſt Epiſcopus. „ Confirmat iſta Biographus B. Altmanni num. 5.

(C) Biograph. B. Altmanni N. 5. „ Mox mittuntur obviam viri ex honoratis in *Pannoniam*, qui virgam „ paſtoralem & annulum ſponſalem „ electo (Epiſcopo *Altmanno*) deferant, eumque decenti honore ad „ ſedem ſibi a DEO præparatam deducant. Quo adveniente infinita multitudo utriusque ſexus obviam ivit, „ paſtorem electum cum magno tripudio excipit. Deinde ab *Gebhardo* „ Juvavenſi Venerabili Archiepiſcopo conſecratur, & benedictione „ percepta ad *Pataviam* reverſus - - „ in Epiſc. Cathedra inthronizatur. „

(D) Idem num. 7. „ Et quia ſuperius mentio facta eſt *Gebhardi* Epiſcopi, non eſt ſilentio prætereundum de eo, & ſociis ejus, ſcilicet „ *Altmanno* Patavienſi, & *Adalberone* Wirziburgenſi Epiſcopis præſagium. Cum adhuc ſcholares eſſent, „ & quadam die ad cujusdam fontis „ fluenta forte panem comeſſuri, ſed „ non ſaturandi reſediſſent; ad invicem colludebant, & ſe Epiſcopos „ futuros pronunciabant. *Gebehardus* dixit, ſe in Salzburgenſi Eccleſia Epiſcopum futurum; *Adelbero* „ Wirzburgenſis Eccleſiæ ſedem ſe „ adepturum, *Altmannus* vero Patavienſem Cathedram ſe poſſeſſurum, „ quod totum ita probavit eventus. „ - - Sed & hoc notandum, quod „ quisque eorum in loco, quem ipſe „ conſtruxit, requieſcit. „

A.C. Tam lætis Altmanni auſpiciis cetera quoque reſpondebant. Biennium nondum exierat, cum Agnete Impe- 1067 ratrice, apud quam eximio erat gratiæ loco, deprecante, fundos aliquot, prædiaque in Auſtria, cum amplo agrorum modo ab Henrico Rege accepit: (A) quibus ille non ita multo poſt præſenti pecunia acceſſionem nonnullam addidit. Sigehardus, cujus in ditione vicus S. Petronillæ erat, cum adjecto loci templo, & alia Æde ſacra, quæ in urbe Viennenſi ſupereſſe etiamnum creditur, ad Aquilejenſem Patriarchatum translatus erat: is, cum avi- 1068 ta familiæ bona, ut erat ex nobiliſſimo Pleigenſium Comitum genere, tanquam procul a ſe poſita, divendere ſtatuiſſet; in Altmanni ditionem, quidquid ſacri ſibi, profanique eo loci juris erat, tranſtulit. (B)

Eccleſiam ſuam multis in Auſtria acceſſionibus auget.

Rerum nunc ea ſeries pertexenda erit, quam nec ſcribere ſine gemitu, nec legere ſine horrore quisquam poſſit: Henricus IV. vel ſuapte indole, vel prava Adalberti Bremenſis inſtitutione eo rem adduxerat, nihil ut mediocre, in tanta rerum perturbatione, expectari jam poſſe videretur. Bertha, Regina conjux, quod alienis mariti Regis amoribus officeret, pene thalamo exacta: Otto Bavariæ Dux calumniis oppreſſus, & quod diſceptare

Turbarum cauſæ, quæ ſub Henrico IV. Germaniam miſcuere.

(A) Diplom. *Henrici IV.* dat. Ratisponæ prid. Non. Martii A. 1067. Indict. I. cujus initium: „ Sanctæ DEI „ Eccleſiæ profectui. - - Quapropter „ - - notum eſſe volumus, qualiter „ nos - - Patavienſi Eccleſiæ - - ob „ interventum ac petitionem Matris „ noſtræ *Agnetis* Imperatricis Auguſtæ, inſtinctu quoque *Berthæ* Reginæ - - nec non ob fidele meritum „ *Altmanni* præfatæ ſedis Antiſtitis, „ villam quandam *Tyensfurt* dictam, „ & tranſitum ipſius fluminis, quod „ dicitur *Maracha*, & infra hæc loca „ *Paumgarten, Stupherich, Modzulla*, quod „ eſt prædium *Arneſti* Marchionis, „ quinquaginta Regales manſos in „ pago Auſtriæ in Marchia *Arneſti* „ Marchionis ſitas cum omnibus appendiciis ſuis - - omnique utilitate in proprium dedimus, confirmavimus, jure perpetuo obtinendum „ conceſſimus. „ Extat apud Gewold. in addit. Hund. T. 1. p. 244.

(B) Lazius l. 7. de Migrat. Gentium pag. 321. & Comment. de Republ. Rom. l. 12. p. 1096. „ Huc pertinet Patriarcha alter Eccleſiæ Aquilejenſis, nomine *Sigefridus* (rectius „ *Sigehardus*) a quo beatus *Altmannus* Epiſcopus Patavienſis, author „ Cœnobii in Auſtria *Gottwicenſis*, ad „ ripam Danubii, *S. Petronillæ* parochiam in *Carnunto veteri* emit, & „ aliquot prope *Fabianam*, hoc eſt, „ *Viennam* agros. „ Idem in Tract. de Civitatibus Bavariæ, qui MS. ſervatur in Biblioth. Cæſarea, referente Hanſizio T. 1. pag. 73. Diploma *Altmanni* pro Fundat. Gottwicenſi laudat: in quo fundator inter alia loca Cœnobio attributa a ſe enumerat: „ *Fabianam* villam cum tribus in ea „ conditis ſacellis Divo *Petro*, D. *Ruperto*, & D. *Pancratio* ſacris „ præterea Eccleſiam D. *Petronellæ*, & aliam in *Hamenburgo*. Ughellus in Italia ſacra, T. V. Col. 56. in addit. hæc habet: „ *Sigefridus*, ſeu *Sigbardus*, ex Comitibus de *Plejen* ortus - - - vendidit *Altmanno*, Epiſcopo Paſſavienſi, „ Parochiam *S. Petronellæ* non procul „ *Vienna* in Auſtria, & aliam Capellam in ipſa Urbe *Viennenſi Divo Petro* ſacram, cum quibusdam agris. „ Quæ etiam apud Bernardum de Rubeis in Monumentis Aquilej. cap. 56. leguntur.

re ferro, cum Eginone, neſcio quo, empto de lapide accuſatore, infra dignitatem duceret ſuam, Ducatu exutus: impoſitus Bavaris Welfo princeps, e Suevia in alienum ſolum, popularium ingratiis traductus: Rudolphus Dux Sueviæ falſis criminationibus appetitus; irritati inaſſueto dominatu Saxones: Regnum denique ac Sacerdotium, ob indignam ſacrorum nundinationem, graviſſimo diſſidio colliſum. (A) A. C. 1069

Hæc inter alta adhuc pace fruebatur Auſtria, & Altmanni ſanctis conſiliis, lætiores indies in Religione progreſſiones faciebat. Is, cujus in oculis erat Adalberonis, qui Lambacenſe nuper in Marcha Bojarica Cœnobium extruxerat, exemplum; diverſa paulum via, non impari tamen greſſu ejus veſtigia eſt conſecutus. Supererant in ea regionis parte Florianenſis Cœnobii, Templique quædam rudera, quæ ille, aut temporum vitio, aut Hungarorum incurſibus labefacta, revocare ad ſtatum priſtinum, ac ſplendorem nitebatur. Atque Ædis quidem ſacræ, & S. Floriani M. memoria, & veteri pietate inclyta, celeberrima jam olim erat tota provincia religio: hæc ad Ypham rivulum, Laureacenſi in agro, aliquot abhinc ſeculis condita, & in Romani Pontificis clientelam, annua nummi aurei penſione tradita, omnes barbarorum incurſus diu feliciter ſuperavit; ſed Hunnica illa procella, quæ Laureacum ipſum evertit, & Vivilonem, ejus Eccleſiæ Pontificem, Paſſavium expulit, a barbaris eſt deſtructa. Non defuere quidem ex Paſſavienſibus Epiſcopis, Richarius inprimis, Adalbertus, & Eilbertus, qui collapſam ejus loci dignitatem, omni cura opeque erigere niterentur: ſed præclaris eorum conatibus alia ex aliis impedimenta ſeſe objecere. (B)

Florianenſis Canonicorum Collegii initia.

Ergo

(A) De Henrici moribus perverſis agit Lambert. Schaffnaburg. ad An. 1066. & ſequ. Annal. Saxo ad A. 1067. 1068. 1069. fuſe uterque, qui conſuli ea de re poſſunt.

(B) Diploma B. *Altmanni* Paſſav. Epiſcopi de Inſtauratione Eccleſiæ ad *S. Florianum* Can. Regul. S. Auguſtini, in *Auſtria* nunc *Superiore* A. MLXXI. Indict. XIIII. VI. Kal. Julii regnante *Henrico* Imperatore IV. anno Regni ejus VII. Imperii V. apud Bern. Pezium Cod. Diplom. Col. 254. ubi tamen certum eſt, errorem eſſe tum in Indictione, tum in Annis Regni: Anno enim MLXXI. non erat Indict. XIV. ſed IX.; nec annus Regni ejus VII. ſed XVI. multo minus Imperii V. cum multis primo poſt annis Auguſti dignitatem adeptus ſit: ut adeo autographum conſulendum ea in re ſit. Diploma porro ipſum ſic habet: „ *Altmannus* DEI Gratia ſa„ croſancte Patavienſis Eccleſiæ Epi„ ſcopus, & *Apoſtolicæ Sedis Legatus* - - „ ſicut ex injuncto nobis Paſtoralis „ dignitatis officio Eccleſias, ubi ne„ ceſſarium eſſe viderimus, ad hono„ rem DEI fundare, ſic & quocunque „ caſu lapſas tenemur in Chriſto, dum poſ-

A. C. 1071 Ergo alta illa ab Hungaris pace reſarcire triſtes illas ævi reliquias Altmannus aggreditur: muros ab Hunnis dejectos erigit, tectoque, ac quibus rebus opus, munit, ac inſtruit. Aras deinde quinque ad faciendam rem divinam conſecrat; Canonicos ad certæ regulæ præſcriptum victuros colligit: Hartmannum probatæ virtutis Virum iisdem præficit, amiſſos temporum injuria proventus reſtituit, adjectis novis quibusdam prædiis, immunitatibus, ac privilegiis, quibus novo Sacerdotum Collegio caveretur.

Ejus jura.

Ac primo quidem poteſtas eidem facta, Parochorum jure nequidquam obſtante, ſepeliendi quoslibet, qui ſepulturæ eum honorem eo loci cuperent: eligendi deinde ſibi Præſulem in defuncti locum, ne conſulto quidem, ſi ita viſum eſſet, Diœceſis Antiſtite: jus denique integrum Collegii Præſidi conceſſum, Patronum, ac jurium vindicem ſuo ſibi arbitratu cooptandi. Hæc literis conſignata, dirisque in violatores jurium de more communita ſunt ad VI. Calendas Julias, anno ejus Seculi ſupra ſeptuageſimum primo. (A) Hæc initia erant celeberrimi per Auſtriam Supe-

„ poſſumus, ad laudem ipſius reformare. Hinc eſt, quod Eccleſiam „ B. Floriani Mart. Chriſti, quondam „ in pago *Laureacenſi* ab antiquiſſimis „ terræ illius incolis juxta rivulum, „ qui *Ypha* dicitur, fundatam, & in „ defenſionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ad annalem cenſum unius aurei traditam, ſed tandem in illo miſerabili ſanctæ Laureacenſis Eccleſiæ excidio, tempore *Wufilonis*, ipſius Eccleſiæ Pontificis, a barbaris deſtructam, dum poſtmodum annis multis, quaſi deſolata nullum „ vel a Sede Romana, vel ab alio quoquam reformationis inveniret auxilium; Nos tandem ſummi Pontificis *Alexandri* interventu, ſed præcipue divinæ remunerationis intuitu in noſtram defenſionem ſuſcipientes, ipſam omni diligentia, „ qua potuimus, reformare curavimus. Pia etiam quorundam Prædeceſſorum noſtrorum, *Richarii* „ videlicet, *Adalberti*, *Egilberti* Epiſcoporum veſtigia ſectantes, qui „ ipſius Eccleſiæ deſolationem miſerati, ad ejus reformationem multo ſtudio laboraverunt. Sed continua barbarorum invaſione impediti, pium cordis eorum affectum, ad effectum plene perdu„ cere, non potuerunt. „ Porro Alexander II. PP., de quo mentio fit in his literis, Romanæ Eccleſiæ præfuit ab A. 1061. uſque ad A. 1073. ut adeo valde credibile ſit, Florianenſis Ædis ſacræ inſtaurationem tribus ſaltem ante datum Diploma annis jam fuiſſe ſuſceptam, ſi, quod non nemo putavit, pro A. MLXXI. cui Indict. IX. haud convenit, A. MLXXVI. Indict. XIV. legendum videretur propterea, quod B. Altmannus Legatum jam Apoſtolicæ Sedis ſeſe ibi appellet, quo munere ante Annum MLXXVI. natus eſſe non legitur.

(A) Diplom. B. *Altmanni* laudatum. „ Nos itaque - - bonum opus ab „ ipſis bene inchoatum DEO adjuvante conſummavimus, murosque „ Monaſterii quondam ab Ungaris diſrutos cum tecto reſarcientes, ipſum „ Monaſterium cum quinque altaribus conſecravimus: Canonicos Regulares DEO ibi perpetuo ſervituros inſtituentes, *Hartmannum*, virum in ſancta converſatione probatum, Præpoſitum ipſis præfecimus, redditus diſtractos, quos potuimus, revocavimus: - - quædam, „ licet pauca, de Dominicalibus noſtris in ſubſidium præbendæ Fratrum eorundem contulimus: Cu„ riam

Superiorem Canonicorum Collegii, quod hodiedum & veteri religione, & nova, auguſtaque ædificii ſpecie, tota provincia eſt ſpectatiſſimum. A. C.

B. Altmannus Collegium Canonicorum ad S. Nicolaum prope Paſſavium condit.

Hac liberalitate tanta, adeo nihil deferbuit inexhauſtus Altmanni Religionis ardor, ut conſequentibus ſtatim annis, & S. Nicolai prope Paſſavium, & Gottwicenſe in Auſtria inferiore Cœnobium excitaret. Illud, quod ſub Hartmanno itidem Præpoſito inſtituta S. Auguſtini complexum eſt, Agnes Henrici IV. Auguſta Mater multis vectigalibus, quæ ad Ibelſpergam, & Peſenbeugum in Auſtria poſſidebat, locupletavit: (A) Gottwicenſe alterum e te-

„ riam ſcilicet in *Enzingen*, Curiam ad „ *S. Stephanum* juxta *Wamupach* cum „ omnibus ad eam pertinentibus, ad „ *Almiſvelt* villam totam cum omnibus ad eam pertinentibus, tranſitu „ ſcilicet fluminis *Trune* & piſcationibus, pratis. - - Ad *Sunilburch* „ manſum unum, & dimidium & „ duas partes decimationis. Ad *Ebilſperich* manſos duos & dimidium. „ Ad *Strummigen*, augeam cum omnibus ad eam pertinentibus. Prædia vero, quæ quocunque modo „ diſtracta, & alienata, in uſus ipſius Cœnobii revocavimus, ſunt „ hæc: Curia in *Phaffenhovin*, cum „ omnibus ad eam pertinentibus. Curia in *Lilinhovin*. Curia in *Gerlontingen*, in *Gemericben* duo manſi, & „ dimidius. Præterea, quod maximum eſt, Parochiam, in qua Cœnobium fundatum eſt, & in omnibus ipſius Parochiæ terminis tam „ cultis, quam colendis, decimam totam ipſi Cœnobio reſtituimus. „ Licet enim plurima beato Chriſti „ Martyri *Floriano*, in prima fundatione ipſius ſui Monaſterii fuerint „ collata - - tantum hæc pauciſſima „ invenimus remanſiſſe: Villam, in „ qua ipſum Monaſterium fundatum „ eſt, cum omnibus ad eam pertinentibus, agris ſcilicet &c. - - Ad „ *Wachelingen* manſum unum & dimidium: Ad *Vrienbutin* manſum unum „ & dimidium. Nos igitur omnes „ poſſeſſiones ſæpe dicti Monaſterii „ in noſtram protectionem ſuſcipientes, talem Fratribus ibidem ſervientibus indulgentiam facere decrevimus, uti ſi miniſteriales noſtri, ſeu „ quicunque homines Eccleſiæ noſtræ prædia ſua, - - conferre decreverint, liberam habeant poteſtatem conferendi. Præterea omnem, quam prius de indulgentia „ Romanæ Sedis habuerunt, libertatem plene ipſis redonamus, liberam videlicet ſepulturam ipſis indulgentes - - adjicientes quoque „ hanc gratiam ipſis indulgemus, ut „ ſi quando Prælatum ipſius Monaſterii viam univerſæ carnis ingredi contigerit, Fratres liberam habeant poteſtatem eligendi alium, „ quem magis idoneum invenerint, „ Epiſcopo etiam irrequiſito. Volumus etiam - - ut nullus ſucceſſorum noſtrorum, vel alter quiſpiam - - - præſumat ordinare, niſi „ quem Prælatus ipſius Monaſterii „ cum conſilio fratrum ſuorum ſibi „ elegerit Advocatum &c. - - Igitur ut jam dicta Eccleſia - - ſecura conſiſtat, nos ipſam DEI Omnipotentis patrocinio ſupponentes, „ auctoritate ipſius DEI, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, „ eorumque Vicarii *Alexandri* Papæ, „ & poteſtate, qua nos fungimur, „ præcipimus, & ſub pœna æternæ „ damnationis firmiter inhibemus, „ ut nullus vel ſucceſſorum noſtrorum, vel alia qualiscunque ſive Eccleſiaſtica, ſive ſæcularis perſona, „ res ipſius Eccleſiæ, vel invadere - - „ præſumat, vel conferre &c. „

(A) Diplom. B. *Altmanni* Paſſav. Epiſcopi pro Fundat. Monaſterii *S. Nicolai* extra Pataviam datum Pataviæ A. 1076. Indict. XIIII. XII. Kal. Junii apud Gewold in Addit. Hund. Metrop. T. II. p. 366. „ Adjuvante „ igitur nobis feliciſſima Imperatrice, „ Domina *Agnete*, in ſuburbio Patavienſis Civitatis in portu *Oeni* fluminis fundavimus Monaſterium - - „ in honore - - ſanctiſſimi Confeſſo-

„ ris

A. C. e tenuibus primum initiis in eam majeſtatem hodie adolevit, ut religioſæ diſciplinæ ſanctitate, ædificii ſplendore, librorum, atque omnium rerum, quæ eruditum tenere poſſunt animum, mirabili delectu, aut primis per Germaniam par ſit, aut nulli ſecundum.

1072 Initia Annales quidam ad annum Seculi hujus ſecundum ac ſeptuageſimum referunt; alii ad ſequentem. (A) Agebat forte in Auſtria tum Altmannus, & Mauteræ, quod Paſſavienſium juribus ſubjectum jam tum erat oppidum, in circumjectos urbi montes oculos intendebat, cum ex adſtantibus de unius, qui ſejunctus a ceteris ſancto ejus conſilio opportunior videbatur, ſitu, altitudine, locique ingenio multa percontatur: accolarum reſponſa cupiditatem auxere, nec dubitavit ſanctus Præſul, per obſtantes ſilveſtres dumos, viam ipſe ad montis faſtigium rimari. *Gottwicenſis Cœnobii eodem Conditore initia.*

Hic cum arbitratus locum, & ſpatioſa ſatis planitie, & opportuno ad extruendum Cœnobium ſitu comperiſſet, operis deſtinati initium, a deſignanda ſacra ædicula fecit, quam ſucciſa, quæ montis faſtigium occupabat, ſilva deſcribere ſtatim exorſus eſt. Nondum ſtabat certa Altmanno ſententia, cujus honoribus ſacellum id dicaret: ſed allata commodum Imago Matris DEI, quam Græco elaboratum opere Boemiæ Duces (Wratislaus opinor, Conradus, ac Otto fratres erant) honoris cauſa miſerant, dubitationem exemit. Hanc ille pie, reverenterque diſſuavia-

„ ris & Pontificis *Nicolai* - - ea tamen conditionis lege, ut ipſi Canonici communem & regularem „ vitam inibi ducentes, de bonis Eccleſiæ datis, vel donandis uſui proprio nihil vendicent, ſed pari victus & veſtitus ſuſtentatione fruentes, pro collatis ſibi beneficiis ſemper grates ſummo referant largitori. - - Dedit autem præfata Imperatrix in promotionem ipſius fundationis aream, in qua ſitum eſt Monaſterium - - Item nonam partem omnium rerum ſuarum, quas in *Peſenbeug* & *Ibelſperg* uſu proprio poſſidebat. „ Enumerat deinde ea, quæ ipſe *Altmannus* donavit novo Cœnobio, inter quæ recenſet „ in *Auſtria* in rure circa *Ruſte* & *Eizendorff* „ unam decimam. In *Mauttarn* unam „ curiam cum duabus vineis - Capellam ſanctæ MARIÆ in loco *Lauriacenſi* cum omni utilitate & jure. „ Demum conſtituit Advocatum Cœnobii *S. Nicolai*, *Marchionem Auſtriæ Leopoldum*, *Erneſti* filium & ſucceſſorem ſuper curias, prædia & decimas eorum per *Auſtriam*. Sed de his infra.

(A) Chron. MS. Clauſtro-Neob. ad A. 1072. „ Altmannus Epiſcopus in monte *Kotobig* Eccleſiam *S. Erindrudis*, & primum altare S. MARIÆ conſecravit. „ Id ipſum legitur in alio Chron. Auſtriaco MS. veteriſſimo Bibl. Cæſar. teſte Hanſizio T. 1. p. 258. qui ſecundæ ſententiæ authores laudat Carolum Stengelium, ac Mabillonium.

tus, cum sua ipse manu e quercu suspendisset, titulum Ædi sacræ, a S. MARIA, adjecit. (A) A.C.

Rotensis ad Ænum Cœnobii fundi per Austriam.

Interea Henricus Cæsar Ratisbonæ Nonis Septembribus An. MLXXIII. factam a Conone Palatino Rotensi 1073 ad Ænum Cœnobio donationem confirmavit: inter amplas possessiones, quæ magno numero hic recensentur, & illa in Austria loca erant, quorum aliqua suis fere nominibus hodiedum appellantur, Breitenavia, Swarzaha, Luidprandstorffium, Snozendorffium, Hederischwerda, Vischagmunda, Chrumbisnuzbaumium, & ad Rabam fluvium Chuniberga, (B) ut adeo non exiguas fuisse opes Cononi in Austria, necesse sit; quanquam qua ex familia is extiterit, sit ignotum.

Annus natalis S. Leopoldi.

Eodem anno, menseque III. videlicet Kalendas Octobris, quæ dies Angelorum Principi, Michaeli sacra, in diem Dominicam inciderat, Ernesto Marchioni Nepos, Austriæ decus immortale, natus est LEOPOLDUS is, quem hodie inter Cœlites veneramur. Pater illi Leopoldus, Ernesti filius, rerum nondum in Austria potens; Itha mater, incertum, qua stirpe nata; natalis denique Mellicium locus: ubi consummandæ olim sanctitati honestate indolis, morum innocentia, studiisque pietatis jam a puero prælusit. (C)

Se-

(A) Biographus B. Altmanni. n. 29. „ Cum Præsul - - Altmannus, quodam die in Villa *Mutar* dicta, resedisset, & amœnum montem eminus vidisset, inquisivit ab illius loci incolis qualitatem hujus montis. Qui cum ei quædam & pene incredibilia narrarent; mulam suam sterni jussit, & multa turba comitatus, stricto, & prærupto calle, lætus montem ascendit - - cernens locum spatiosum, aptum ad construendum Monasterium statim fixit ibi tentorium: & succisa silva, quæ tunc temporis ibi densa succreverat, inchoaverat ædificare Oratorium. Cumque in ambiguo esset, cujus Sancti honori potissimum attitulari debuisset - - repente & inopinate venit quidam nuncius a Ducibus Boemorum missus, afferens Episcopo tabulam egregia cælatura pretiosam, in qua imago S. DEI Genitricis MARIÆ, Græco opere formabatur: quæ adhuc in eadem Ecclesia pro reverentia servatur. Hanc DEO amabilis Pontifex deosculans, quasi missam Divino oraculo, incipiens *Te DEUM laudamus* locum protinus assignavit S. MARIÆ titulo: Tabulam vero in quercum, quæ adhuc ante altare stabat, suspendit. „

(B) Diploma Henrici IV. dat. Rotensibus Non. Sept. A. 1073. quod extat apud Meichelbeck. T. 1. p. 264. & Hund. in Metrop. T. III. p. 182. Enumerantur porro in hoc Diplomate loca in Austria sequentia: „ In *Marchia* juxta *Rabam* fluvium *Chuninberge* cum terminis & appendiciis. In *Oriente* (Austria) *Breittenove*, *Suarzaha*, *Liuprandestorff*, *Snozindorff*, *Hederischeswerde*. Juxta Danubium versus Ungariam *Visckahegamunde*, *Chrunbinuzbuone*, cum terminis & appendiciis suis &c. „

(C) Lewpoldus Campilil. in Excerpto ex Chron. Rikardi Canon. Newnburg. apud Cl. Hanthalerum T. II. Fast. Campilil. p. 1309. „ Lewpoldus Pius - - natus est in Melik An. MLXXIII., III. Kal. Octobris, devotione, & honestate omni a puero plenus. „ De die Dominica constat ex Litera *F.* Dominicali ejus anni.

A.C. 1074 Sequens annus (M.LXXIV.) inteſtinis Hungarorum Principum diſſidiis curam Erneſto Marchioni, & Henrico Cæſari injecit. Salomonem Regem Geiſa, Belæ filius, tribus continenter præliis ita fregerat, ut nili externis auxiliis ad ſpem fortunæ priſtinæ revocaretur, cedendum ſibi Regno facile provideret. Ea calamitas per legatos ſemel ac iterum Cæſari nunciata, Henricum Salomoni affinitate junctum, unaque Erneſtum Auſtrium in bellum traxit. Non eadem Germaniæ Principum omnium mens erat, jam tum, credo, diſceſſionem ab Henrici partibus meditantium: ſed quod inſtaret Cæſar, & promiſſæ ab Rege Hungaro munitiſſimæ ſex Regni urbes cupiditatem accenderent; bellum decretum eſt menſe Quintili, ſed tumultuario fere milite, neque juſtis Germaniæ viribus gerendum; quod Imperii Principes inteſtini belli metu, militiam detrectarent.

Geiſæ cum Salomone Hungar. Rege bellum.

Cum his tamen tantillis copiis in Hungariam penetratum: ſed quod Geiſa, conſilii non ignarus, annonam, pabulumque, quo hoſtis irrupturus timebatur, igne corrupiſſet; receptisque intra Schüttam inſulam copiis, Henrici molitiones egregie fruſtratus eſſet, rei bene gerendæ ſpes omnis intercidit. Ergo cum annona, ut in hoſtico, laboraret exercitus, & jam peſtilitas quædam inſueta cœlo, ſoloque Germanorum corpora ſenſim carperet, diſceſſum ex infelici bello eſt, (A) & Salomon, quem Gregorius VII. Pon-

Henricus IV. nequicquam auxilio vocatus a Salomone.

(A) Lamb. Schaffnaburg. A. 1074. „ Exercitum ducere parabat in *Vngariam*, comperto, quod *Salomon*, „ Rex Ungariorum a *Joiade*, *Beli* filio, „ bello impeditus, & tribus jam præ„ liis victus, amiſſo exercitu, vix „ de Regno effugiſſet. „ Poſtea vero ſubjungit: „ Mediante Julio, „ regreſſum Regem de Lotharingia „ Wormatiam iterum adierunt le„ gati regis Ungariorum orantes ob„ nixe, ut memor affinitatis, memor „ actæ ſimul a puero ætatis, matu„ rius ſubveniret expulſo. Et quia „ preces tardius movebant, priva„ tis occupationibus intentum, da„ tis XII. obſidibus fidem ei firma„ bant, quod ſi ejus beneficio in re„ gnum reſtitueretur, deinceps ei tri„ butarius, dictoque obtemperans „ foret, & ſex ei munitiſſimas Unga„ riæ civitates in argumentum nun„ quam irrumpendæ fidei traderet. „ Hac mercede redemptus illico miſ„ ſis circumquaque nunciis, Princi„ pes in expeditionem ſolemni indi„ ctione evocavit: ſed alii temporis „ anguſtias, alii rei familiaris in„ opiam, plerique quod opes ſuæ „ bello Saxonico nimium attritæ „ fuiſſent, item alii aliud excuſatio„ nis genus obtendentes, omnes pa„ riter militiam detrectabant. Ipſe „ tamen, ne tantum reipublicæ com„ modum, caſu oblatum, ſua ignavia „ corrumperetur gregario tantum ac „ privato milite contentus, infeſto „ exercitu ingreſſus eſt Ungariam, „ & nonnullas ejus regiones hoſtili„ ter peragravit. Porro *Joas* (Geiſa) „ qui Ungariam occupaverat, com„ perto ejus adventu, ſumma indu„ ſtria id operam dedit, ut in locis, „ in quibus irruptio hoſtium time„ batur, nihil animalia pabulorum „ reperirent, & ſic ipſe cum omni„ bus ſuis in quandam inſulam pro„ pter locorum difficultatem omnino „ ho-

Pontifex Maximus, graviſſimis ipſe literis arguebat, quod Regnum a Majoribus, Hungariæ Regibus, D. Petri Apoſtolorum Principis patrocinio dudum traditum, in Regis Germanici fidem, ac tutelam dediſſet; in media belli flamma deſtitutus. (A) Infauſtæ expeditionis fructus tamen aliquot ad Ellenhardum Friſingenſem Epiſcopum pervenere, cui Henricus, antequam in Pannoniam moviſſet, ad VI. Cal. Dec. fundos centum ad Aſcheriſchbruggam, Königsbronam, Neudorffium, & Haſelaviam, inter Leytham, Vertovamque ea lege contulit, ut in muniendis adverſus Hungaros ejus loci caſtris, Muſenburgico præſertim, fidem ſibi, operamque cum ſucceſſoribus præſtaret. (B) A.C.

Henrici IV. in Friſing. Eccleſiam liberalitas.

Belli Saxonici initia.

Crediderim Henricum Cæſarem, ut deſtinata in Saxones conſilia exequeretur, defungi quamprimum turbis Hungaricis voluiſſe. Efferarant bellicoſam gentem cum jura, legesque per Henricum abolitæ, tum maxime ca-

„ hoſtibus inacceſſibilem, ſe contu- „ lit. Exercitus Regis, qui ad tanti belli adminiſtrationem nihil ſumptuum præparaverat, graviſſima ſtatim laborabat inedia, adeo ut homines plerosque, animalia pene omnia, brevi peſtilentia & fames conſumerent. Qua neceſſitate compulſus Rex, nullo inſigni facinore perpetrato, *Ungaria* exceſſit, & poſt feſtum S. Michaelis Wormatiam reverſus, ordinatis ibi pro tempore & copia regni negotiis, Ratisbonam rediit. „ Confirmat iſta Chron. Auſtrale ad A. 1074. „ *Heinricus* Rex in Vngariam adverſus „ *Toiſconem*, patruelem *Salomonis*, „ profectus, incaſſum rediit, „ Unde non eſt audiendus author Chron. Auguſt. qui ad hunc annum ſcribit: „ Rex Ungariam ingreſſus vaſtat, „ & omnes ſeditiones moventes expellit. „

(A) Conſtat ex Epiſtola 13. l. 2. Epiſtolarum *Gregorii VII.* ad *Salomonem* Ungar. Regem: „ Sicut a majoribus patriæ tuæ cognoſcere potes, regnum Hungariæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ proprium eſt, a Rege Stephano olim beato Petro cum „ omni jure & poteſtate ſua oblatum „ & devote traditum. Præterea *Henricus* piæ memoriæ Imperator ad „ honorem S. Petri regnum illud expugnans: victo Rege, & facta victoria, ad corpus Beati Petri, lanceam, coronamque transmiſit, & „ pro gloria triumphi ſui illuc regni „ direxit inſignia, quo principatum „ dignitatis ejus attinere cognovit. „ Quæ cum ita ſint, tu tamen - - jus „ & honorem S. Petri (quantum ad te) imminuiſti, & alienaſti, dum „ ejus Regnum a Rege Teutonicorum in beneficium (ſicut audivimus) ſuſcepiſti. „ Extat tota epiſtola apud Harduinum T. VI. Concil. P. 1. & apud Labb. Conc. T. XII. pag. 311.

(B) Diplom. *Henrici IV.* Dat. *Ellenhardo* Friſing. Epiſc. A. MLXXIII. Indict. XIII. VI. Kal. Decembris Ratisponæ: apud Meichelbeckium T. 1. pag. 268. „ Ex prædio, quod *Salomon* Rex Ungarorum noſtræ poteſtati ſubjugavit ſanctæ DEI Genitrici Virgini MARIÆ in Eccleſia „ Friſingenſi - - rogatu & ſervitio „ ejusdem ſedis Epiſcopi *Ellenhardi* „ centum manſos his locis ſitos *Aſcheriethesbrugge*, *Chuningesbrunen*, *Nowendorff*, *Haſilowe*, ſicque de *Litaba* „ uſque ad eum locum, qui terminus „ eſt inter *Litaba* & *Vertowe* cum omnibus appendiciis - - exceptis venationibus, & Wiltbanno in *Litababerge* - - ea videlicet conditione, „ - - ut idem Friſingenſis Epiſcopus „ *Ellenhardus*, ſuique ſucceſſores in „ quolibet caſtello, ſpecialiter in *Mieſenburc* muniendo pro his centum „ regalibus manſis nobis ſerviant, & „ in aliis omnibus nobis fideles exiſtant. „

A.C. caſtella, quæ multis locis, tanquam frena libertatis poſita, ferociſſimum quemque ad excutiendum patriæ oppreſſæ jugum incitabant. Sed cum ii noviſſime legatione procerum ad Henricum Goslariæ tum agentem obita, & patria ſibi jura reſtitui, & caſtella everti modeſte quidem peterent; ſed doloris acerbitate longius provecti, Henrici etiam flagitia, & inceſtos amores liberius perſtringerent; (A) actus in furorem Cæſar, vindictam, quæ per tumultus Hungariæ, terroresque a Wilhelmo Anglorum Rege injectos, differri tantiſper debuit, ſequenti mox anno maturavit. (B) Conventu Argentinæ celebrato, decretum in Saxones, Thuringosque bellum eſt: allecti ſpe ampla Bojariæ, Sueviæ, Lotharingiæ, Bohemiæ Principes, quibus partiendas hoſtiles eas provincias ſingillatim promiſerat, (C) coactusque is exercitus, quo majorem diu Germania non vidit.

1075 Jamque haud procul Unſtruto fluvio Regia caſtra aberant, cum ad VI. Idus Junias, (D) ſuaſore Rudolpho, Sue-

Pugna ad Unſtrutum fluvium.

(A) Lamb. Schaffnaburg. A. 1073. pag. 357. „ Igitur circiter Calendas „ Auguſti adulta jam, ſatisque robo- „ rata conjuratione legatos mittunt „ ad Regem, tum temporis Goslariæ „ conſtitutum, poſtulantes, ut ex- „ peditio, quam in Polonos inſtitue- „ rat, ſibi remitteretur: - - ut ca- „ ſtella, quæ ad everſionem Saxoniæ „ per ſingulos montes, colliculosque „ extruxerat, dirui juberet; ut prin- „ cipibus Saxoniæ, quibus ſine legi- „ tima diſcuſſione bona ſua ademe- „ rat, ſecundum principum ſuorum „ jurisdictionem ſatisfaceret; ut re- „ licta interdum Saxonia, in qua jam „ a puero reſidens, otio atque igna- „ via pene emarcuiſſet, etiam alias „ regni ſui partes inviſeret; ut vi- „ liſſimos homines, quorum conſi- „ lio ſeque remque publicam præci- „ pitem dediſſet, de palatio ejiceret, „ & regni negotia regni Principibus, „ quibus ea competerent, curanda at- „ que adminiſtranda permitteret; ut „ abdicato grege concubinarum, qui- „ bus contra ſcita canonum, attrito „ frontis pudore incubabat, Reginam „ - - conjugali loco haberet, & dili- „ geret; ut cetera flagitiorum pro- „ bra, quibus dignitatem regiam ado- „ leſcens infamaverat, nunc ſaltem „ maturato ſenſu & ætate abdicaret. „

(B) Lambert. Schaffnab. A. 1074. „ Cumque Ratisponam veniſſet, in- „ ſecuta eſt eum legatio familiarium „ ejus, nuntiantium, quod *Wilhelmus*, cognomento, *Boſtar*, Rex „ Anglorum - - cum magno exerci- „ tu adventaret, regni ſedem *Aquisgrani* occupare paratus. Territus „ Rex - - omiſſa in *Ungariam* expe- „ ditione, ad Rhenum concitus re- „ meavit. „

(C) Lamb. Schaffnab. An. 1075. „ Rex Natalem Domini *Argentorati* „ celebravit. Cumque adeſſent quam „ plurimi ex Principibus - - multa „ in præſens largiebatur, plura in „ futurum pollicebatur - cum ea po- „ tiſſimum pollicitatio omnes ad „ conſentiendum inflecteret, quod „ ſub teſtificatione jurisjurandi ſin- „ gulis promittebat, ſi eorum auxi- „ lio *Saxoniam*, *Thuringiamque* recu- „ peraſſet, quod ipſis utramque pro- „ vinciam, pro arbitratu ſuo inter „ ſe partiendam & perpetuo jure „ poſſidendam, traditurus eſſet. „

(D) Berthold. Conſtant. A. 1075. „ Innumerabilis multitudo VI. Idus „ Junias juxta flumen nomine *Onſtrut*, utrinque ceciderunt. „ Marian. Scotus A. 1075. „ Hoc bellum „ conſumatum V. Idus Junii. „ Annal. Saxo A. 1075. „ Factum eſt hoc „ prælium Idus Junii feria III. „ Necrol. Mellic. & Clauſtro-Neoburg. mortem *Erneſti*, quæ poſtridie contigit ad V. Id. Junii conſignant: quare pugna ad *Unſtrut* fuiſſet VI. Idus Junias: quæ tamen non feria III. ſed II. erat, ut patet ex litera Dominicali ejus anni.

Sueviæ Duce, inclinante jam die, in Saxonum caſtra fit impetus; qui, quanquam repentinus, adeo tamen gentem indomitam non terruit, ut vel inter pocula, arma ſtatim corriperent, ac ſtipati in cuneum, ruentem in ſe hoſtem expectarent. Lentum plerisque id pugnæ genus viſum; quare non expectato prælii ſigno equos admotis calcaribus concitant, curſu præcipiti in Suevos feruntur: nec jam reſiſti iis poterat, niſi Welfo, Dux Bavariæ, ſuis cum copiis effrenem ruentium impetum ſtitiſſet: haſtis lanceisque concurſu primo conſumptis, ad gladios ventum eſt: quo armorum genere, ut binis erant ſinguli, ternisque præcincti latera, tanta agilitate, ferociaque utebantur Saxones, ut admirationi eſſent hoſtibus, ac terrori. A. C.

Erneſtus Auſtriæ Marchio ſauciatur.

Suſtinebat eam procellam tantiſper Erneſtus Auſtrius, vir, ut Lambertus, ejus temporis Scriptor nobilis, ac diſertus teſtatur, tota Germania clariſſimus, & multis adverſum Hungaros præliis inſignis: Sed cum de Suevis, Bojisque plurimi in acie cecidiſſent, & Erneſtus ipſe, gravi accepto vulnere, ſemivivus in caſtra referretur, inclinare jam victoria in partes Saxonum videbatur; niſi Hermannus Glizbergenſis Comes cum Babenbergico milite, & Ducem Bohemorum Wratislaum, & Gozelonem Lotharingum ad fulciendam labantem Henrici Cæſaris aciem ſuo exemplo permoviſſet. Tum vero redintegrata pugna terror in hoſtem vertit: fit fuga, regiæque legiones receptis ex terrore animis, tanto in palantes impetu invehuntur, ut niſi ſpiſſæ jam cœlo tenebræ, & Unſtruti vortices victorem retardaſſent, ex numeroſiſſimo hoſte vix ullus ſupereſſet. (A) Periiſſe tamen eo prælio Saxonum millia fere quindecim conſtat: quanquam nec quinis pauciora

(A) Lamb. Schaffnaburg. A. 1075. „ Rex etiam refrigerandi gratia ſe in „ lectum reclinaverat, cum ſubito „ Dux Suevorum Rudolphus ingre- „ diens, nunciat, Saxones, breviſſi- „ mo ſpatio abeſſe, & incertum, ne- „ gligentes, an ignaros advenientium „ hoſtium, inter epulas & pocula in- „ eptis laſcivire luſibus - - placere „ ſibi, cum adhuc major pars ſuperſit „ diei, ut acies inſtruatur, prælium „ committatur - - Saxones - - - „ inopinata re trepidi - - arma ra- „ piunt, portis prorumpunt. - - vix „ tandem ex illa trepidatione reſum- „ pto ſpiritu, cum in globum den- „ ſiſſimum tumultuaria ſe ſtatione ſti- „ paſſent, non expectato ſigno - equis „ ſubdunt calcaria, & ſummo niſu „ præcipites feruntur in adverſarios, „ - - nec impetum ſuſtinere vel ad „ horam Suevi potuiſſent, niſi loco „ motis, jamque pedem retro ferentibus Dux *Welf* cum exercitu Bajoarico concurriſſet. Prima certaminis procella haſtas & lanceas „ conſumpſit: reliquam partem gladiis, qua pugnandi arte plurimum „ excellit miles Saxonicus, peragunt „ præcincti ſinguli duobus vel tribus „ gladiis, tantaque vi, tanta ferocitate, tanta feriendi calliditate graſſantur, ut hoſtibus etiam non minus admirationi, quam terrori eſſent.

A. C. ra regiis in caſtris deſiderata ſint. (A) Victoriæ certe ejus gloriam regiorum præſertim procerum cumulata funera deformarunt. (B) Spectatiſſimum illud erat, quo Erneſtus, Auſtriæ Marchio, poſtridie ex vulnere extinctus, luctu publico elatus eſt. (C) Corpus exanime in Auſtriam deportatum eſt, & Mellicii in Majorum ſuorum monumentis conditum, quod ille Cœnobium & S. Mauritii Lancea, & S. Udalrici cratere, locupletavit. (D) Swanhildem fuiſſe Erneſti conjugem, tametſi Mechtildem monumenta reliqua, ac Annales nominent, in confeſſo eſt: (E) major de liberis controverſia: quod Annales recentiores plerique Leopoldo filio, ac ſucceſſori Albertum fratrem, ac Juditham ſororem; ſed hanc, puellari in ætate, præcoce fato raptam, adjungunt; tametſi fabulæ, quibus Alberti (quem *Levem* aut *Lubricum* appellant Scriptores noſtri) res geſtæ aſperguntur, fidem etiam ve-

Poſtridie ex vulnere moritur.

Erneſti Conjux & Liberi.

„ ſent. *Ibi Erneſt Marchio Bajoariorum,* „ *Vir in Regno clariſſimus, & multis* „ *ſæpe adverſum Ungarios victoriis inſignis, graviter vulneratus eſt, & cum* „ *in caſtra ſemivivus relatus fuiſſet, poſtero die expiravit.* - - Ibi quam plurimi nobiles ex Suevis; quam plurimi ex Bajoariis corruerunt. - - „ Cum repente ex uno latere *Herimannus*, ex alio latere Babenbergenſes milites ſigna inferunt. Tum „ Dux Boemorum, tum *Gozelo* Dux „ Lotharingorum - - ſuas utrique „ copias incitatis ad curſum equis immittit. Non ultra Saxones vim „ multitudinis ſuſtinere poterant - - „ tandem verſis frenis, omnes diverſas in partes aufugerunt. - - - „ Cædi nox finem fecit. Et quod „ ultra fluvium perſequi fugientes „ haud ſatis tutum putaretur, converſi milites ad ſpolia. „ Fr. Ortilo in Not. poſter. ad A. 1075. „ *Ernuſtus* Marchio contra Saxones apud „ *Unſtrutham* pro Imperatore Hainrico IV. ſtrenue pugnavit, & cecidit in prælio. „

(A) Arnulphus Mediolan. l. 4. c. 3. de geſtis Mediolan. „ Adeo ut facta congreſſione partis utriusque „ plusquam viginti millia hominum „ referrentur occiſa. „ Centius Camerarius, poſtea Honorius III. PP. in lib. Cenſuali. apud Hahnium T. III. c. 2. p. 52. „ Sicut a prudentibus „ dicebatur, quinque millia virorum „ ex parte Regis in eo prælio ceciderunt. „

(B) Lamb. Schaffnaburg. A. 1075. „ Hoc tamen conſtante - - propter „ amiſſionem Clariſſimorum Virorum majus victores, quam victos „ tuliſſe diſpendium. „ Annaliſta Saxo A. 1075. „ Ex parte Regis jacuerunt VIII. primates, *non minus* „ *ipſo Rege Nobiles.* „

(C) Necrol. Clauſtro-Neoburg. & Mellic. „ V. Idus (Junii) *Ernuſt* „ Marchio obiit. „ Schaffnaburg. ut ſupra.

(D) Hiſt. Fundat. Mellic. „ Hic „ (*Erneſtus*) contulit loco noſtro *Medlicenſi* lanceam S. Mauritii, in qua „ impreſſa videtur portio quædam „ Dominici ligni S. Crucis, quam Angelus DEI ei impreſſit, & craterem „ *S. Udalrici* Epiſcopi & Confeſſoris. „ Haſelbach. in Chron. Auſtr. „ *Erneſtus* Strenuus - - *Mechtildis* ejus „ Uxor, ejus genus neſcitur. Ambo „ in *Mellico* ſepulti. „ Confirmant hoc Tabulæ Clauſtro-Neob. lapis ſepulchralis Mellic.

(E) Diploma *Erneſti* Marchionis Auſtriæ datum *Mellicenſ.* apud Philib. Huber in ſua Auſtria ex Archiv. Mel. illuſtrata, l. 1. p. 1. „ Ego *Erneſto* Auſtriæ Marchio cum dilectiſſima thori noſtri ſocia domina *Swaenehildi* „ Marchioniſſa &c. „ Contra vero *Mechtildem* appellant lapis ſepulchral. Mellic. Tabulæ Clauſtro-Neoburg. Haſelbachius in Chron. Auſtr. Arenpeck. in Chron. Auſtr. Alold. ad An. 1056.

ra narrantibus derogare potuiſſent. (A) Ceterum, quæ A. C.
Lambertus Schaffnaburgenſis, qui tum florebat maxime, de Erneſti toto regno ſumma claritudine, deque relatis ex hoſte Hungaro victoriis memorat, (B) ſatis confir-
Ejus laudes. mant ea, quæ domeſtici Scriptores, de egregia ejus virtute, de communi patriæ luctu ex ejus obitu teſtantur. (C) Nec alia cauſa fuit, cur *Strenui* cognomentum a grata poſteritate tulerit, (D) quam res bello Hungarico præclare geſtæ. Quanquam, quid ſingillatim actum, quo tempore, qua hoſtium clade, qua finium acceſſione, in obſcuro ſit. (E)

Bellicis laudibus piam in dicatos DEO homines munificentiam adjunxit: extant ejus literæ, quibus Wikkendorffenſe in Auſtria prædium Mellicenſi Cœnobio largitus eſt: (F) nec dubitari debet, quin liberalitas ea a Majoribus accepta in exemplum poſterorum ierit Principum; quorum perpetuis favoribus antiquiſſimum illud, princepsque Provinciæ, Cœnobium nullo non tempore fuit com-

(A) Haſelbach. in Chron. Auſtriaco: „ Reliquerunt (*Erneſtus* & *Mechtildis*) filiam nomine *Juditham*, quæ „ in virginitate deceſſit, in *Mellico* ſepulta; & duos filios *Leopoldum Formoſum*, & *Albertum Lubricum*. „ Idem confirmat Arenpeck. in Chron. Auſtriac. & Sunthemius in Tabulis Clauſtro-Neoburg. Sed Hagenus in Chron. Auſtr. omiſſa *Juditha* filia, duos tantum filios memorat, *Leopoldum* & *Albertum*. *Albertum* filiorum alterum *Erneſti* etiam Cuſpinianus in Auſtria: & Peſſina in Marte Moravico l. 3. c. 2. agnoſcunt, ſed de hac controverſia legi meretur Diſſert. VI. Cl. V. Hier. Pezii T. 1. *Erneſtus* Marchio ipſe in Dipl. Mellic. unius ſolum meminit, *Luipoldi* filii: ut infra videbitur. F. Ortilo in Not. poſter. A. 1075. „ *Unicus* ejus (*Erneſti*) filius, quem poſt ſe reliquit *Luipoldus*, appellatus *Pulcher*, hanc terram pro eo gubernavit. „

(B) Lamb. Schaffnaburg. A. 1075. „ *Erneſt* Marchio Bajoariorum, Vir in „ Regno clariſſimus, & multis ſæpe „ adverſum Ungarios victoriis inſignis. „

(C) Hagen. in Chron. Auſtr. apud Hieron. Pezium T. 1. Col. 1056. „ *Erneſt*, Ward Margraff zu Oeſterreich. Er waz Mild, und Fraidig, „ und mit vil andern tugenden gezieret. Er rait gen Sachſſen durch „ Ritterſchafft willen, do er in ainen ſtreit ritterliech ward erſlagen: Den in ſeinen Land paide „ Man, und Frawen, durch ſeiner „ groſſen Tugend Willen ſere chlagten. „

(D) Sic eum appellant Tabul. Clauſtro-Neoburg. Haſelbachius, Arenpeckius, Cuſpinian. aliique.

(E) Arenpeck. in Chron. Auſtr. ex verbis Diplom. Henrici IV. quod *Erneſto* inſcribitur ad A. 1058. iſta refert. „ Ter etiam eodem anno *Paganos* a „ ſua terra depulit. „

(F) Diplom. *Erneſti* Marchion. Auſtriæ dat. Mellicenſib. apud Philib. Huberum in Auſtria ex Archiv. Mellic. Illuſtr. l. 1. p. 1. „ Notum ſit „ omnibus &c. qualiter ego *Erneſto* „ Auſtriæ Marchio cum dilectiſſima „ thori noſtri ſocia Domina *Swaenebildi* Marchioniſſa, & filio noſtro „ *Luipoldo*, pro remedio noſtrarum, & „ omnium debitorum noſtrorum animarum, de redditibus noſtris prædium quoddam *Wikkendorff* dictum, „ infra limitum ſuorum terminos deſignatum titulo ſanctæ Crucis & „ ſancti Petri & S. Cholomanni Martyris in *Medlichenſi* Cœnobio, quod „ ab anteceſſoribus noſtris fundatum „ eſt, in uſum ibi DEO militantium „ - - delegamus &c. „

A.C. commendatum. Multa præterea ex vetuſtiſſimo hoc literarum monumento ad cognoſcendum Provinciæ hujus ſtatum innoteſcunt.

Auſtriæ ſtatus ſub Erneſto Marchione.

Ex iis primocertum fit, Auſtriæ Nobilitatem duas jam in claſſes ea tempeſtate fuiſſe diviſam, quarum altera Marchiones, Comites, aliasque nobiliſſimas familias complexa eſt, Auſtriæ Marchionibus nulla per ſe ſubjectione obnoxias; quanquam cives, agreſtesque, quos in ſua ditione habebant, a Marchionis Auſtriæ jurisdictione in cauſis forte capitalibus, ac forenſibus exempti non eſſent: altera iis ex Nobilibus conſtabat, qui quanquam genere, opibusque nihilo prioribus inferiores eſſent; nexu tamen quodam, & juris ordine a Marchionis imperio pendebant: quibus ea propter, quod in Palatii, aut Provinciæ muneribus verſarentur, & Marchioni vel militaribus, vel provincialibus obſequiis præſto eſſent, (A) *Miniſteralium* nomen jam tum impoſitum erat. In his Azzo Gobazburgicus, magnarum poſtea in Auſtria gentium parens & conditor; Rorii deinde, Chadowii, & Zebingii numerabantur. At in priore Nobilium claſſe Oezo Stirenſis Marchio, Comites deinde Formbachenſes, quorum ampla per Auſtriam bona erant, & Tengelingenſes: tum vero Udalricus Gosheimius, Rudolphus, ac Walchounus de Perge, Albertus de Külbe, Aribo de Treiſma, Marquardus de Schleinz eminebant. (B) Patet deinde, cognomenta Nobilium,

Nobilitas ex Liberis & Miniſterialibus.

(A) De harum claſſium diſtinctione univerſe agunt Jurisconſulti: Struvius in Syntagm. Jur. Publici c. 20. §. XLI. pag. 932. & c. 9. §. X. p. 451. Vitriarius illuſtrat: T. II. L. 1. Tit. XX. pag. 876. quanquam procedente tempore, *Miniſteriales* in Auſtria *Nobilibus* aliquando fuerint præpoſiti, ut conſtat ex Ludewigii Reliqu. MS. T. IV. L. II. N. LXI. pag. 76. ubi quinque hæ claſſes numerantur pro numero *quinque loculorum Burſe Zwetlenſis*: „ Claſſ. I. Prælatorum II. Miniſteria- „ lium. III. Nobilium Dominorum. „ IV. Mediocriter Nobilium, (ſcili- „ cet militum vel clientum) V. Ci- „ vium. „ Unde Notandum ex Du Freſne in gloſſario verbo: *Miniſterialis.* Miniſteriales alios eſſe 1mo: majores Aulæ ſeu Palatii officiales, ut Cancellarium, Camerarium, Dapiferum, Pincernam &c. Cæſarum, Regum, Principum, Marchionum, Comitum. 2do: alios ex Nobilium inferiori ordine; ſeu minores officiales Regum, Ducum, Comitum, qui Dominorum ſubditis jus dicunt. 3tio: alios jure Germanico, qui dominorum miniſteria exequuntur, atque adeo obnoxiæ conditionis ſunt, & liberis opponuntur. Sed tribus his Miniſterialium claſſibus addenda quarta eſt ex Struvio Syntagm. Jur. Publ. Cap. IX. §. X. p. 451. Miniſteriales Regni & Reipublicæ: & ex Vitriario in Notis ad L. 1. T. XX. pag. 876. Miniſterialis Comitatus, ſeu Provinciæ: & de his ultimo loco recenſitis, intelligendi ſunt fuiſſe *Azzo* & cæteri, qui in hoc Diplom. *Erneſti* appellantur: „ Miniſteriales Marchiæ „ nempe qui hæreditaria Marchionatus officia: ut Dapiferorum, Pincernarum &c. obtinebant.

(B) Diplom. Erneſti March. laud. „ Cujus delegationis teſtes facti ſunt „ hi nominetenus adnotati: *Oezo* Mar- „ chio de Styre, *Ekkebertus* Comes de „ Form-

a caſtris, vicisque paulatim naſcentibus aſſumpta, cum ante id tempus uno, nudoque inter ſe nomine diſtinguerentur. Nec pauca his in literis occurrunt locorum nomina, quorum nulla ad eum diem in monumentis Auſtriacis mentio extabat. (A) Verum hæc breviter indicaſſe ſufficiat. Interim & illud plene conſtare poteſt his ex literis, Mellicenſe Cœnobium, ab Erneſti Majoribus eſſe conditum; (B) Swanhildem, non Mechtildem ejusdem fuiſſe conjugem: (C) Leopoldum unum, ſi modo ulli Erneſto fuere alii, liberorum aut natum tum fuiſſe, aut ſuperſtitem: quod ejus tantum mentio in iis fiat. (D) A. C.

Quantacunque tamen rerum in melius mutatio ſub Erneſto ſe prodat; Henricus tamen Cæſar, ſolenni ſuperiorum Regum & Auguſtorum more, multa ex Auſtriacis agris, prædiisque, ſummo velut jure, in alios, aliosque diſpertiebat: id quod multis eatenus exemplis demonſtratum eſt. (E)

LIBER

„ Formbahe, *Fridericus* Comes de „ Tengelingen, & filii ejus *Sigehardus* „ & *Fridericus*: Ulriche de Gosheime, „ Rudolph, & filius ejus Walchoun „ de Perge, Albrecht de Chiuliube, „ & filius ejus Rapot, Aribo de Treiſem, Otto Moſehengiſt, Pernhart „ de Rurippe, Marchwarde deSchlinz, „ & Miniſteriales Marchiæ *Azzo* de „ *Gobatzſpurch*, & filii ejus Anshalm „ & Nizzo, Poppo de Ror, Vlreiche „ de Chadowwe, Alber de Zebingen, Adelold Chrewzaere, & alii. „ Ex quibus patet, hos poſteriores, aut certe eorum aliquos, *Provinciæ* muneribus fuiſſe præpoſitos, adeoque non *Palatinos*, ſed *Reipublicæ* fuiſſe Miniſteriales.

(A) Diplom. idem. „ Terminat „ autem idem prædium de *Hagingroube* im *Adelmanesbrun*, inde *Stotpherrich*, inde in *Maehrle*, inde in *Chirchle*, inde in *Albarſtorf*. „ pertinent eodem *Chiuliube* nunc *Külb*; *Schlinz*, nunc *Schleiniz*.

(B) Dipl. idem: „ In *Medlicheníi* „ Cœnobio, quod ab anteceſſoribus „ noſtris fundatum eſt. „

(C) Idem: „ Cum dilectiſſima thori noſtri ſocia *Swaenehildi* Marchioniſſa. „

(D) Idem: „ Et filio noſtro *Liupoldo*, pro remedio animarum, de „ redditibus noſtris. „

(E) Diplom. *Henrici IV.* datum *Sancti Hippolyti* Cœnobio VI. Nonas Octob. Anno 1058. Aliud ejusdem datum *B. Altmanno* Paſſav. prid. Non. Mart. Anno 1067. Aliud ejusdem dat. *Rotenſi* Cœnobio. Non. Sept. A. 1073. Aliud *Ellenbardo* Friſingenſi Epiſcopo ab eodem dat. V. Kal. Dec. Anno 1073. Quibus adjungi poteſt illud, quo *Liutwino* cuidam ſervienti *Ratbotonis* manſi duo in Auſtria donantur, & extat apud Reverendiſſimum Abbatem Gottwicenſem Tom. Prodrom. l. 2. pag. 279. „ Notum „ eſſe volumus qualiter nos - - cuidam *Liutwino* ſervienti fidelis noſtri *Ratbotonis*, in loco *Lernie* dicto, „ II. manſos in pago *Oſtrich* in Marcha *Ernuſti* Marchionis ſitos &c. - - „ data Anno Dominicæ Incarnationis M. LX. VI. Indict. IIII. - - - „ Actum Goslare. „

LIBER SEPTIMUS.

A. C. Interim Erneſto patri, bona Cæſaris voluntate, Leopoldus ſucceſſit. (A) Stetiſſe principio Marchionem ab Henrico Cæſare in confeſſo eſt: ſed ubi idem ſacro fulmine a Pontifice perſtrictus, ab Altmanno, Gebhardoque Paſſavienſi, ac Salisburgenſi Antiſtite, a Welfone Bavariæ Duce, aliisque utriusque ordinis Viris principibus deſertus eſt; fidem & Leopoldus abrupit, & Pontificiis ſe partibus adjunxit. 1076 Annus volvebatur ejus ſeculi ſextus ac ſeptuageſimus, Eccleſiæ ac Imperio ſupra modum funeſtus. Ipſis Januarii calendis allatæ ſunt a Gregorio VII. Pontifice Maximo triſtes ad Henricum literæ, quibus & captos nuper Eccleſiarum Antiſtites libertati reddere, & a nefariis, quibus Imperii majeſtatem pollueret, criminibus deſiſtere jubebatur; adjecto minarum terrore ultimo, fore, ut niſi Eccleſiæ legibus tam gravi in cauſa morem gereret, a ſacrorum communione arceretur. (B)

Leopoldus Pulcher Auſtriæ Marchio V.

Res inter S. Gregorium VII. Pp. & Henricum IV. geſtæ.

(A) Chron. Salisburg. Admont. Zwetl. Mellic. Clauſtro-Neoburg. A. 1075. „ *Erneſto* Marchio Auſtriæ „ occiſus eſt, cui ſucceſſit filius ejus „ *Liupoldus*. „

(B) Berthold. Conſtantienſ. A. 1076. „ Cum autem Rex jam dudum ſæpe „ a Papa præmonitus, ſe corrigere „ nollet, & admonendo nihil proficeret: ad ultimum mandavit ei, „ quod in Romana Synodo proxima „ eum excommunicaturus eſſet, niſi „ reſipiſceret. Quæ legatio in Octava Nativitatis Domini ad Regem „ pervenit. „ Brunno in Hiſt. Belli Saxonici apud Freher, T. 1. p. 196. „ Miſit ergo Regi literas, quibus „ eum de multis aliis criminibus arguebat, & ut Epiſcopos a captivitate dimiſſos Eccleſiis bonisque „ ſuis

Ea Pontificis libertas ſupra, quam credi poteſt, A. C. Henrici animum ſauciavit: quare conſcripto raptim ſub Februarium menſem An. MLXXVI. procerum conventu, frequentes adeſſe Wormatiæ jubet. (A) Hic, cum non deeſſent, quibus atrocius id fulmen, quam aut Majeſtas Imperii, aut ea ferrent tempora, videretur; Hugo cognomento Blancus, nuper e ſacro Cardinalium Senatu a Pontifice ejectus, Henrico author fuit, ut exauthorato, quem mercatu ſacrilego Romanum Pontificatum invaſiſſe calumniatus erat, Gregorio, alium in vacuo Petri Solio collocaret. (B) Placuit ea ſententia Henrico, magnoque multorum aſſenſu approbata, brevi eas turbas dedit, quæ poſtmodum in caput Henrici recidere. Miſſi Romam continuo nuncii, qui quidquid Adalbero Wirzburgenſis, & Hermannus Metenſis Epiſcopi reclamarent, (C) voce, ſcriptoque contumeliæ pleno, fidem ac obſequium Gregorio Pontifici renunciarent. (D)

Germaniæ Principes alii Gregorio VII.

Temerarius is auſus Legatorum cauſam Henrici penitus afflixit. Repoſuit enim vicem Pontifex, coactaque ſub vernum jejunium Romana Synodo, Henricum diris devo-

„ ſuis integre reſtitutis remitteret, „ & poſt hæc Concilium in eo loco, „ quo venire poſſet Apoſtolicus, „ congregaret, ubi Epiſcopi, vel, ſi „ digni eſſent, Epiſcopalem perde- „ rent dignitatem; vel injuriarum, „ quas erant paſſi, Canonicam repe- „ rirent ſatisfactionem. Quodſi in „ his ſacris Canonibus noluiſſet Rex „ obediens exiſtere, & excommuni- „ catos a ſocietate ſua repellere, ſe „ eum velut putre membrum Ana- „ thematis gladio, ab unitate San- „ ctæ Matris Eccleſiæ minabatur ab- „ ſcindere. „

(A) Lambert. Schaffnab. A. 1076. „ Legatio Regem vehementer per- „ movit, ſtatimque, abjectis cum „ gravi contumelia legatis, omnes, „ qui in regno ſuo eſſent, Epiſcopos „ & Abbates Wormatiæ Domini- „ ca Septuageſimæ convenire præce- „ pit, tractare cum eis volens, ad „ deponendum Romanum Pontifi- „ cem, ſi qua ſibi via, ſi qua ratio „ pateret. „

(B) Lamb. Schaffnaburg. A. 1076. „ Rex ſtatuta die venit *Wormatiam:* „ venerunt etiam Epiſcopi & Abba- „ tes ampliſſimo numero. Commo- „ de quoque conficiendis tantis re- „ bus intervenit quidam ex Cardina- „ libus Romanis, *Hugo* cognomento „ *Blancus*, quem ante paucos dies, „ propter ineptiam ejus & mores in- „ conditos Papa de ſtatione ſua amo- „ verat, deferens ſecum de vita & „ inſtitutione Papæ ſcenicis figmen- „ tis conſimilem tragœdiam. - - - „ Hujus authoritatem tanquam di- „ vinitus ſibi deſtinatam, gratiſſime „ amplexati, & promptiſſime ſecuti „ ſententiam promulgarunt, quod „ Papa eſſe non poſſit - - qui tantis „ vitam probris ac criminibus com- „ maculavit. „

(C) Idem ibid. „ *Adalbero* Wirtz- „ burgenſis Epiſcopus, & *Herimannus* Mettenſis Epiſcopus aliquamdiu „ reſtiterunt. „

(D) Idem ibid. „ Igitur ex nomine omnium, qui convenerant, Epiſcoporum & Abbatum plenæ contumeliarum literæ Romam deſtinantur, quibus denunciatur Romano Pontifici, ut pontificatu, quem contra Eccleſiaſticas leges uſurpaſſet, ſeſe abdicet, ſciatque poſt eam diem, quidquid agat, jubeat, decernat, irritum haberi. Legati, ut juſſum fuerat - - verbo non minus contumelioſo, quam ſcripto exequuntur. „

A. C. devotum, excidiſſe Imperii dignitate declaravit. (A) Res ea omnem Germaniam miſcuit. A Pontifice ſtabant Saxones, quorum velut ſignifer, Burchardus, Halberſtadienſis Epiſcopus, habebatur: (B) easdem partes ſumma fide, ac conſtantia Gebhardus Salisburgenſis Archiepiſcopus, Altmannus Paſſavienſis, Meginwartus Friſingenſis, Adalbero Wirzburgenſis, Hermannus Metenſis, Adalbertus Wormatienſis Antiſtites tuebantur. Cum his Rudolphus quoque Dux Sueviæ, Welfo Bavariæ, Bertholdus Carinthiæ ſentiebat. Nec abjungi ab his debent Ottocarus Styriæ, & Leopoldus Auſtriæ Marchiones, quanquam poſterior, animum Pontificiæ cauſæ addictum ſimulationis quodam artificio aliquandiu obtegeret. (C) *Alii Henrico IV. addicti.*

Pro Henrico tum Bohemiæ Dux Wratislaus, tum Conradus, Moraviæ Marchio ejus frater, acerrime decertabat. (D) At vero Wilhelmus Trajectenſis, Rupertus Babenbergenſis, Ottones duo Ratisbonenſis, & Conſtantienſis, aliique complures Germaniæ Epiſcopi ita Henrico ſe dedidere, ut partium ſtudio, profanæ Reipublicæ principes antegreſſi viderentur. (E) Hos Germaniæ Optimatum pars magna, ac Italiæ ſequebatur. In tanta Imperii perturbatione illud triſtiſſimum, quod nec Sacerdotalis quidem ordo ſuis ubique cum Præſulibus; nec provinciarum Optimates ſuis cum Principibus conſentirent. Welfo Bavariæ, Bertholdus Carinthiæ Duces; Ottocarus Styriæ Marchio Pontifici adhærebant: at Optimates Bojorum multi, Marquardus item & Luitoldus ejus filius Carinthiæ, Adalbero Styriæ reguli in partibus Henrici erant. Quæ vo-

(A) Idem ibid. „ Papa nihil permotus atrocitate nuncii, poſtera „ die, cum Clerus & populus ad Synodum frequens confluxiſſet, in „ auribus omnium literas recitari fecit, & ſic cunctis, qui convenerant, Epiſcopis id fieri decernentibus, regem excommunicat, & cum „ eo Archiepiſcopum Moguntinum *Sigefridum*, Epiſcopum Trajectenſem *Wilhelmum*, Epiſcopum Babenbergenſem *Rubertum*. „

(B) Lambert. Schaffnaburg. ibid. „ Omnium ut videbatur ſanguinis „ avidus erat, præcipue tamen Epiſcopi *Halberſtadienſis*, quem tanquam totius Saxonicæ rebellionis „ principem, & omnium, quæ ſecus acciderant, fomitem atque „ incentivum inexorabili odio inſectabatur. „

(C) Agunt de his Lambert. Schaffnab. Bertholdus Conſtantienſ. Annal. Saxo fuſius: de aliis infra dicendi locus erit.

(D) De his infra occurret mentio.

(E) Lambert. Schaffnab. A. 1076. „ Porro *Ottonem* Ratisponenſem Epiſcopum & *Ottonem* Conſtantienſem „ Epiſcopum, & *Burchardum* Loſannenſem Epiſcopum, *Eberhardum* Comitem, *Udalricum*, & alios non„ nullos - - jam pridem (Pontifex) „ excommunicaverat. „ & infra: „ Colonienſem Epiſcopum, Baſilienſem Epiſcopum, Spirenſem Epiſcopum, Loſannenſem Epiſcopum, „ Citienſem Epiſcopum, Oſenbruggenſem Epiſcopum, *Udalricum de* „ *Cosheim*, *Eberhardum*, *Hartwannum*, „ ceterosque excommunicatos - - „ omnes caſtris egredi jubet. „

voluntatum in Auſtria eſſet diſſenſio, ex iis, quæ paulo poſt afferentur, patebit. A. C.

Burchardus Halberſtad. Epiſcopus ab Henrico IV. captus.

Tot inter hoſtes, præcipuo tamen odio Burchardum Halberſtadienſem Epiſcopum perſequebatur Cæſar. Hunc cum nupero jam bello captum Ruperto primum Bambergenſi, ſuarum partium Antiſtiti, in cuſtodiam tradidiſſet; mutata mox voluntate, Sophiæ (Juditham alii appellant) Sorori ſuæ in Hungariam, ad Salomonem, maritum Regem profecturæ abducendum mandavit, nequo tempore ab exilio tam longinquo ſuam in patriam rediret. (A) Secus res cecidit. Agebat in Palatio Udalricus equeſtri vir dignitate, & Henrico Cæſari inprimis charus; ſed una in re tamen æquitatis fideique amantior, quam Cæſaris. Militari ſacramento obſtrictus Halberſtadienſi Epiſcopo, multas tamen, amplasque per Bavariam poſſeſſiones habebat. (B)

Is ubi conſilium deportandi in Pannoniam Epiſcopi intellexit, motus tanti viri caſu, Burchardum clam acceſſit, edoctumque, quo in loco res ejus eſſent, monuit, ut ſi ſalvus eſſe cuperet, operam ſuam fidemque ne reſpueret: eſſe ſibi in Bavaria cum prædia alia, tum caſtrum permunitum, idque, quod Danubio immineret, conſilio opportunum: (C) ageret modo, videretque, ut per nautas

(A) Lamb. Schaffnaburg. A. 1076. „ Hunc (*Burchardum* Halberſtadienſem) *Ruperto*, Babenbergenſi Epiſcopo, ſervandum crediderat - - - „ veritus tamen, ne forte - aliquid „ in eo vis vel fraus hoſtilis operaretur, ad palatium eum evocavit, „ & ibi nunc inter Camerarios ſuos, „ nunc inter cocos, & coquinarum „ ſpurcitias indigniſſimo loco habitum, ſub omni diligentia cuſtodiri „ fecit, donec tam feralibus odiis „ competens exilium excogitaret. „ Erat ipſo tempore apud Regem ſoror ejus, uxor Salomonis, Regis „ Ungariorum - - - Cumque poſt „ multum jam tempus ad maritum, „ in finibus Ungariæ commorantem, „ redire pararet: Rex - - rogavit „ eam, ut Epiſcopum Halberſtadenſem ſecum abduceret, atque in locum, ex quo nulla vi deinceps in „ regnum Teutonicum redeundi copia fieret, deportari faceret. Annuit illa petenti, & navi impoſitum „ cum hominibus ſuis præmiſit. „ Gregor. VII. PP. *Juditham* eam appellat in epiſt. l. 2. epl. 44.

(B) Idem ibid. „ Habebat idem „ Epiſcopus militem quendam, *Udalricum* nomine, multis in Bajoaria „ poſſeſſionibus prædivitem, Regi „ quoque apprime charum & acceptum. „ *Udalricum* de *Cosheim* hunc eſſe, cujus in Diplomate *Erneſti* Auſtriaci Marchionis Mellicenſibus dato inter teſtes fit mentio, pene conjeciſſem: niſi nota viri improbitas, & quem vulgus eapropter *Godesbaz* ſeu *Odium DEI*, teſte Annal. Saxone ad An. 1075. appellare conſuevit, judicium ſuſpendiſſet: nam & hujus erat ſumma apud *Henricum* gratia, & arcana Palatii omnia pervidebat; & ut ex ejus in cauſa Auſtriaca teſtimonio colligi poteſt, bona in Auſtria, vel vicina Bavaria habuiſſe videtur.

(C) Idem ibid. „ Is (*Udalricus*) „ ubi advertit mala, quæ Epiſcopo „ parabantur; motus miſeratione - - „ acceſſit ad eum paulo ante, quam „ navigare inciperet, & quæ in eum „ Rex decreviſſet, per ordinem expoſuit - - edocet præterea, poſſeſſiones ſuas, & caſtellum munitiſ-

„ ſi-

A. C. tas liceret, exſcenſionem interdum in litus facere: ſuæ cetera mandaret fidei; omnia proviſum iri, ut ereptus præſenti diſcrimini, libertati ac patriæ redderetur. Actis pro præſenti copia gratiis diſceſſum. Non erat difficile, a rudi nautarum plebe, & ſuapte indole, & Pontificiæ majeſtatis reverentia impetrare, ut appulſo ad litus navigio in terram exſcenderet.

Feſta forte B. Joanni Baptiſtæ dies inciderat: Antiſtes Templum haud procul a litore conſpicatus, vectores rogat, ut ſolennibus ejus Sancti honoribus id tribuerent, & ad rem divinam, proxima in Æde faciendam, ſe in litus exponerent. Nihil moræ a remigum turba fuit: itum in Ædem ſacram, resque divina ab Antiſtite pontificio apparatu obire cœpta. Hæc cum maxime agerentur, cuſtodesque Epiſcopi Sacro intenti, metum diſcriminis omnem, ſuſpicionemque animis emoviſſent; adeſt repente Udalricus armata manu, Templumque milite circumſeptum, diſſimulato rei negotio, modeſte ingreditur, & ſacri officii finem præſtolatur. Quo expleto ſuos actutum ad navim mittit, resque Epiſcopi, ac impedimenta exportari confeſtim jubet: tum vero fortiſſimorum ſtipatus agmine juvenum, procedentem e Templo Antiſtitem omni honoris, amorisque ſignificatione ſalutat, utque equum, eos in uſus magnifice inſtratum conſcenderet, monet.

aſtu Cuſtodum manibus eripitur.

Milites, vectoresque improviſo rei ſpectaculo attoniti, nec quid agerent, nec quo iſta ſpectarent, ſatis gnari, ad arma concurrunt. Prævertit illorum impetus Udalrici moderata gravitas, intentoque in ſuos digito: Hi, inquit, negotium expedient, ſi vos in mora eritis: id tamen beneficii a me habetote, ſi monenti morem geritis, ut ſalvis & integris rebus veſtris abire ad naves liceat: ſi obniti animus; vim, arma, cædem expectate. Non erat tantum animi, aut virium deductori militi, tendere contra ut auderet: (A) quare Burchardus in caſtrum Udalrici

„ ſimum haud procul a litoribus *Danubii* fluminis abeſſe, monetque, ut „ dum ad ea loca navigans perveniſſet, rogaret ſæpius eos, cum quibus navigaret, quatenus applicarent, & ſibi paululum in terram progrediendi facultatem facerent: „ ſe memorem fidei, qua ei obnoxius „ ſit, omnia, quæ poſſit, pro virili „ portione facturum, & ſi quem ereptionis ejus viam DEUS oſtendat, „ tentaturum. „ Rem eandem & Bruno in Hiſt. Belli Saxon. & Annal. Saxo An. 1076. mutatis tamen pauculis adjunctis confirmant.

(A) Lamb. Schaffnaburg. A. 1076. „ Fecit ille, ut edoctus fuerat, atque „ ubi ad prædicta loca propinquare „ cœpit, ſimulata mala valetudine - - „ forte obtinuit apud nautas, qui „ pontificalis nominis intuitu magnam humanitatem ei præſtabant, „ ut

deductus, omnique humanitate per dies aliquot ibidem habitus, mutata ſubinde veſte in Saxoniam ſe recepit. (A) A.C.

B. Altmannus ob promulgata Pontificia Decreta odium Cleri incurrit,

A Burchardo in Altmannum Henrici Cæſaris ira vertit. Annus jam unus vel alter exierat, ex quo Gregorius VII. Chriſti Vicarius, celebrata Romæ Synodo, Decretum in Germaniam miſerat, ne qui gradum aut officium in Eccleſia mercati, ad ſacra miniſteria admitterentur, neve aut jura Eccleſiæ vendere, aut ſacrilega nundinatione empta retinere fas eſſet: (B) adjectum in Sacerdotes, qui juratæ caſtimoniæ immemores, ſacrilegis ſe nuptiis contaminarent, fulmen alterum, ſacrisque functionibus abſtinere juſſi: interdictum præterea omnibus, nequis divinis in rebus eorum opera uteretur, qui Eccleſiæ his

„ ut quoties vellet, applicarent. - - „ Forte *B. Joannis Baptiſtæ* nativitas „ occurrerat, & mane, dum præter„ laberentur, conſpicatus contiguam „ litori Eccleſiam, rogavit, ut appul„ ſa navi ad celebranda tam ſacratiſ„ ſimo die Miſſarum ſolemnia ad Ec„ cleſiam procederent. Aſſentienti„ bus illis, ingreſſus Eccleſiam ſalu„ tarem DEO hoſtiam offerre ſacer„ dotalibus, ut ſolenne eſt, infulis „ indutus cœpit. Cui rei intentis „ omnibus ſupra dictus *Udalricus* re„ cte per exploratorum diligentiam „ captata loci opportunitate, repen„ te armata multitudine Eccleſiam „ circumdedit, ingreſſusque mode„ ſte, interim diſſimulato, propter „ quod venerat, negotio, conſum„ mationem ſacri myſterii tacitus, „ tranquillusque præſtolabatur. Quo „ expleto, ſuos quantocyus ad navim „ convolare, & omnia, quæ Epiſco„ pi ſunt, efferre jubet. Ipſe fortiſſi„ morum juvenum agmine ſtipatus, „ procedentem ab Eccleſia Epiſco„ pum ſalutat, oſculum porrigit, „ equum, quem evectioni ejus opti„ mum aptaverat, ocyus conſcende„ re jubet. Stupentibus, qui Epiſco„ pum adduxerant, quid hoc rei eſ„ ſet, & poſt irritas ratiocinationes „ ad arma concurrentibus jubet, ut „ ſi vitæ ſuæ, ac ſaluti conſultum „ velint, quieti maneant, arma po„ nant, naves pacatis animis repe„ tant: - - ſi verbis inanibus, ſi „ motibus incompoſitis laceſſere per„ gant, facile gladios procacitati mo„ dum facturos. - - Illi cum nume„ ro & virtute impares eſſent, teme„ rarium arbitrati, rem certamini „ committere, triſti, confectoque „ animo ad naves redierunt. „ Agunt de *Burchardo* Halberſtadienſi per *Udalricum* liberato Bruno in Hiſt. Belli. Saxonici. Annal. Saxo mutatis paulo rei geſtæ adjunctis. Mentionem etiam ejus rei facit Author de Geſtis Oddonum & Henricorum apud Leibnit. Tom. 1. p. 710. Sed (quod ibi quoque annotatur) non conſonant Annales Halberſtadienſes: nec Chronicon Halberſtadenſe apud Leibnit. T. III. ubi agit de *Burchardo* Epiſcopo, verbum de tota hac rei ſerie facit.

(A) Lamb. Schaffnaburg. A. 1076. „ Epiſcopus in caſtellum, quod haud „ longe aberat, conceſſit, ibique pau„ cis diebus commoratus - - tandem „ aſſumpto laico habitu, quo falle„ ret occurſantes, in Saxoniam con„ tendit. „

(B) Decret. Synodi Rom. A. 1074. vel, ut vult Pagius, A. 1075. extat apud Hugon. Flaviniacenſ. in Chron. Virdun. ad A. 1074. „ Si quis dein„ ceps Epiſcopatum, vel Abbatiam „ de manu alicujus laicæ perſonæ ſuſ„ ceperit, nullatenus inter Epiſcopos „ vel Abbates habeatur. - - Inſuper „ etiam gratiam B. Petri, & introitum „ Eccleſiæ interdicimus, quoad uſque „ locum, quem ſub crimine tam ambi„ tionis, quam inobedientiæ, quod eſt „ ſcelus idololatriæ, cepit, deſeruc„ rit, ſimiliter etiam de inferioribus „ Eccleſiaſticis dignitatibus conſti„ tuimus. Item ſiquis Imperatorum, „ Ducum, Marchionum, Comitum, „ vel quilibet ſecularium poteſtatum, „ aut perſonarum Inveſtituram Epi„ ſcopatus, vel alicujus Eccleſiaſticæ „ dignitatis dare præſumpſerit, ejus„ dem ſententiæ vinculo ſe adſtri„ ctum ſciat. „

A. C. his ſanctionibus non parerent. (A) Id Decretum, cum Altmannus Præſul, feſta D. Stephani, primi Martyris, luce Paſſavii promulgaſſet, parum aberat, quin furentis *Cleri* manibus diſcerperetur.

Caput ſeditionis Egilbertus erat, ſummi in ea Eccleſia Collegii Præpoſitus, & Henricianæ factionis primipilus, quem proinde pius Antiſtes, diris execrationibus devotum, aris, templisque exeſſe juſſit. (B) Obtrito in præſens nefariæ conjurationis capite, non ita oppreſſa erat adverſa Epiſcopo factioſorum contumacia, quin propagatis criminatione odiis, magis magisque corroborata, hoc demum anno ſe palam efferret, & pertracto in impiæ cauſæ patrocinium Henrico Cæſare, Altmannum Pontificali Sede, Solioque exturbaret. (C) Sed Vir ſanctus cum ſupremo hoc in diſcrimine pene ſui oblitus eſſet, Canonicorum tamen Collegii, quod ad S. Nicolai extra urbem nuper abſolverat, curam nequaquam depoſuit. Extant piæ voluntatis ejus teſtes literæ, ad XII. Kal. Junias Paſſavii exaratæ, quibus Leopoldum, Auſtriæ Marchionem, bonorum omnium, quæ ſeu in Auſtria, ſeu in reliquis ejus ditioni ſubjectis locis ad id Collegium pertinerent, *Advocatum*, Tutoremque renunciat. (D)

& Sede ſua depellitur.

Leopoldus Auſtriæ Marchio Advocatus Collegii ad S. Nicolaum prope Paſſavium.

(A) Decretum alterum ejusdem Synodi Romanæ A. 1074. vel 1075. extat apud Rogerium Hovedenum P. I. „ Si qui ſunt Presbyteri, Diaconi, „ Subdiaconi, qui jacent in crimine „ fornicationis, interdicimus eis ex „ parte omnipotentis DEI, & auctoritate ſancti Petri, introitum Eccleſiæ, uſque dum emendent, & pœniteant, ſiqui autem in peccato ſuo „ perſeverare maluerint, nullus veſtrum officium eorum auſcultare „ præſumat: quia benedictio illorum „ vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum. „ Confirmat hoc Marian. Scotus A. 1075. „ Decrevit Papa Synodica Legatione „ etiam hoc anno, ut nullus Chriſtianus audiret Miſſam conjugati „ presbyteri. „

(B) Biograph. B. Altmanni N. 11. „ Adveniente autem Feſto ſancti Stephani, cum plurimi convenirent „ primates & populi - - - - coram omni frequentia Cleri & populi aſcendit in ambonem, & publice recitavit Apoſtolicæ Epiſtolæ tenorem, gravi interminatione auctoritate interdicens Canonicis & Presbyteris conjugia ſecundum Canonum, & Apoſtolica inſtituta. Qui omnes unanimiter furore repleti, jam tum in præſentiarum DEI famulum furibundis manibus diſcerpſiſſent, niſi Divinum auxilium, & Optimatum præſentium præſidium furentibus obſtitiſſet. „

(C) Idem Num. 13. „ Hunc talem virum (Henricum IV.) ab Eccleſia alienum Patavienſes Clerici, imo jam hæretici adeunt; horrenda crimina Epiſcopo ſuo impingunt, & totis viribus laborant, ut eum de honore Epiſcopatus dejiciant. Quorum querimonia *Henricus* flexus hoſtiliter Pataviam ingreſſus, cuncta loca adulteriis polluit, expulſos ab Epiſcopo bonis ſuis reſtituit. „

(D) Literæ Fundat. Collegii ſancti *Nicolai* extra *Pataviam*: datæ ab *Altmanno* Paſſav. Epiſcopo XII. Calend. Junii. (Anno, ut videtur 1076.) Indict. XIIII. apud Gewold. in Addit. ad Hund. Metrop. T. II. p. 366.

„ Ve-

Multa ex iis literis pateſcunt, quæ ad rerum ejus temporis in Auſtria notitiam præclare faciunt: primum illud, quod, quem piiſſimum Marchionem, & ſacræ largitionis hujus ſocium, ac conſortem hic appellat Antiſtes ſanctus, is nequaquam in eorum cenſum venire debeat, quos ob Henricianas ſuſceptas partes Pontificium nuper fulmen feriebat: (A) alterum, ſiquid Auſtriacis, ut pronum erat in tanta perturbatione rerum, cum Bohemis & Bavaris, Henrici ſectatoribus commune fuit in violandis Eccleſiæ ejus juribus; eas injurias non Leopoldi, ſed privatorum fuiſſe Procerum, qui, ut Boji a Welfone, ita & ipſi a Leopoldo diſſidebant: (B) tertium Leopoldo, non Auſtriam ſolum inferiorem, quibus nunc eſt finibus; ſed partem etiam ejus regionis, quæ tum Marchæ Bojorum, nunc Auſtriæ ſuperioris nomen habet, paruiſſe: alioquin quæ cauſa fuiſſet, cur, Machlandia, Leopoldi tutelæ, fidei, ac patrocinio commendaretur: (C) demum, cum nulla ad eum diem de Procerum Auſtriæ conſilio, ſuffragio, ac conſenſu expreſſa extet mentio, iisdem tamen in literis, commiſſum ſuæ fidei Cœnobium, de maturo Procerum ſuorum conſilio, a vectigalibus liberum ac immune pronun-

A.C.

In prædiis per utramque Auſtriam ſitis.

„ Verum cum prædia ejusdem fundationis noſtræ -- in diverſis terrarum poſita ſint diſtrictibus, ut eadem ab aliorum Advocatorum ſervitio libera omnimodis exiſtant; Dominum *Henricum* de *Vornbach*, Comitem provincialem ex utraque parte *Oeni* fluminis ſuper omnia prædia dicti Monaſterii quocumque in loco in *Bajoaria* ſunt poſita, Advocatum perpetuum duximus ordinandum: -- Dominum vero *Leupoldum piiſſimum Marchionem terræ Auſtralis*, ſuper curiam in *Mautern*, & ſuper omnia prædia, & decimas eorum, videlicet in *Ruſt*, in *Eitzendorf*, in *Bachonia* (forte *Bachovia*) in *Vreindorf*, in *Blat*: in *Puechruch* ſuper tres curias, videlicet *Purchwiſen*, *Stregen*, *Penbach*, & decimas ad eas pertinentes, ſuper Eccleſiam & villam in *Munichreuth*. Item ſuper prædia circum *Ypſam*, & in *Machlant* ſita, & ſuper curiam in *Intheim*, & generaliter ſuper omnia prædia eorum, quocunque loco ſuperius vel inferius *in ſui Marchionatus diſtrictu* poſita, de bono & maturo conſilio perpetuum ſtatuimus Advocatum. „

(A) Lit. eædem. „ Dominum vero *Leupoldum*, piiſſimum Marchionem terræ Auſtralis -- perpetuum ſtatuimus Advocatum. -- Ipſe vero Illuſtriſſimus *Marchio* tanquam *Pius* & *Devotus*, oblatam ſibi Advocatiam oculo gratuito, in ſuæ poteſtatis dominium ſuſcipiens ad incrementum noſtræ novæ plantationis, ita ut dici poſſet, etiam eſſe noſter *Complantator*. „

(B) Epiſt. *S. Gebhardi* Salisb. Archiepiſcopi ad *Hermannum* Metenſem Epiſcop. C. IV. apud Conrad. Janingum in Act. SS. ad diem XVI. Junii. „ Traditi ſumus nos, & noſtra in direptionem omnibus, qui in circuitu noſtro ſunt. „ Et Biographus S. Gebhardi c. 3. „ Eccleſiæ ſuæ „ bona diripiebant, unusquisque vicina ſibi quaſi ex permiſſione Regis „ vendicans. „

(C) Lit. Fundat. S. Nicol. laudatæ. „ Item ſupra prædia circa *Ypſam*, & „ in *Machlant* ſita, & ſuper curiam in „ *Intheim*, & generaliter ſuper omnia „ prædia eorum, *ſuperius vel inferius* „ *in ſui Marchionatus diſtrictu* poſita „ &c. „

A. C. nunciaſſe perhibetur. (A) Ex quo de forma regendi capi conjectura poteſt.

Altmannus interim ſede extorris ſua, in Saxoniam primum, mox in Weſtphaliam Patriam ſuam, poſtremo Romam eodem adhuc anno profectus eſt: (B) acceptus a Gregorio Pontifice perbenigne, & pro ingentibus ejus in Eccleſiam meritis, cum ampla Apoſtolici per Germaniam Legati poteſtate eodem remiſſus. (C) Hic cum Triburiæ, indicto Conventu Principum, Antiſtites plures, ac Optimates in communionem Eccleſiæ reciperet; territus defectione tot Procerum Henricus, ut Pontificis, qui ad Februarium menſem anni ſequentis Auguſtæ Vindelicorum expectabatur, Germaniæque de ſe judicium effugeret, (D) an-

Henrici IV. in Italiam profectio.

(A) Lit. eæd. „ Ipſe vero Illuſtriſſimus Marchio -- abſolvit, & „ exemit *de maturo conſilio ſuorum nobilium Baronum*, eandem Eccleſiam per omnem dictrictum ſuiMarchionatus in terris & in aquis, in „ foris, & civitatibus ab omni jure „ thelonei, ſive mutæ, ita ut quolibet tempore anni, vinum, annonam, piſces, & alia quæque pro „ domo neceſſaria in terris, & in „ aquis transducere debeant, vel ſi „ neceſſe fuerit, in *Stain* & in *Horn*, „ ubi granum eorum tractari ſolet, „ nec non in aliis civitatibus, aut foris vendere, vel locare ſine omnibus exactionibus ante ſcriptis &c. „

(B) Biograph. *B. Altmanni* Num. 14. „ *Altmannus* itaque DEO dignus, ſic „ prævalente iniquitate, de ſede ſua „ propter juſtitiam dejectus, in Saxoniam ſcilicet patriam ſuam (*Weſtphaliam*) revertitur. - - Poſt hæc „ adiit Apoſtolorum limina, exponens Papæ *Gregorio* cuncta ſuæ tribulationis diſcrimina. „

(C) Item ibid. „ Apoſtolicus vero, ejus condolens caſibus, retinuit eum ſecum per aliquod tempus. Et cum quadam die in Eccleſia poſitus, *Altmannum* reſtituendum cum Cardinalibus diſponeret, „ & ipſe humiliter onus Epiſcopatus „ renueret; ſubito columba volitans „ per cuncta loca Oratorii, quaſi „ errabunda venit ſuper caput *Altmanni*. Quod dum omnes mirati, „ divino nutu factum crederent, & „ eum dignum officio pontificali proclamarent: Papa nil cunctatus, „ mitram de capite ſuo tollens, capiti *Altmanni* impoſuit, eumque „ Epiſcopum, & Romanæ Sedis Legatum conſtituit, & auctum benedictione, in propriam ſedem cum „ gaudio remiſit. „

(D) Lamb. Schaffnaburg. A. 1076. „ Statuta die juxta condictum Principes Sueviæ, & Saxoniæ *Triburiam* convenerunt ampliſſimo numero, obſtinatis mentibus, ad ſubmovendum a negotiis Regni regem „ *Heinricum*, & alium, in quem communis electio conſenſiſſet, creandum. Aderant una Legati Apoſtolicæ Sedis *Sigehardus* Patriarcha „ Aquilejenſis, & *Altmannus* Patavienſis Epiſcopus, vir Apoſtolicæ converſationis, & magnarum in Chriſto virtutum, cui Papa vices ſuas „ in diſpoſitione Eccleſiaſticarum „ cauſarum delegaverat, & Laici nonnulli - - miſſi a Romano Pontifice. - - Hi nec Principi, nec privato cuiquam, qui regi *Henrico* dicto vel facto aliquatenus poſt excommunicationem communicaſſet, „ communicare volebant, donec publice profeſſus pœnitentiam, per „ *Altmannum*, Vicarium Romani „ Pontificis, anathemate abſolveretur. - - In hac tantarum expectatione rerum - - Suevi & Saxones „ Legatos ad Regem miſerunt, qui „ ei dicerent: tametſi - - crimina, „ quæ ei objiciantur, omnibus conſtent luce clariora, ſe tamen rem „ integram Romani Pontificis cognitioni reſervare, acturos ſe cum eo, „ ut in Purificatione S. MARIÆ *Auguſtam* occurrat, ibique - - ſuo „ judicio vel addicat, vel abſolvat „ accuſatum. „

anceps conſilium cepit per Burgundiam in Italiam pene- A. C.
trandi. (A) Iter per ſe arduum, difficilius domeſticæ co-
piæ effecere; quæ cum ſenſim deficerent, neque in prom-
ptu eſſet, invita Germania, unde miles ac comitatus ale-
retur, deſertus pene, ac inops in Italiam evaſit.

Reconciliatio cum Pontifice parum firma.

Itali, quibus in Henrico magna ſpes erat, ad jugum 1077
Pontificis, ejus ope excutiendum, laute principio omnia,
magnificeque ſubminiſtrabant: ſed ubi Canuſinum in op-
pidum tetendiſſe illum, triduoque ſupplicis habitu exacto,
rediiſſe in gratiam cum Pontifice cognoviſſent; tum vero
converſa repente omnium ſunt ſtudia; ſic ut non modo
honorem illi priſtinum, ſed obſequia etiam, & ſtata regiæ
annonæ ſubſidia denegarent. (B) Ea res ægrum alioquin
Henrici animum penitus in præceps dedit. Revocati illi-
co, quos ejurarat, rerum adminiſtri, reconciliata cum fa-
ctioſis Italiæ Principibus gratia, clauſi omnes Germaniæ
aditus, ne qua Pontifex, ut condictum erat, elaberetur. (C)

Rudolphus contra Henricum IV. Rex electus.

Rerum earum fama in Germaniam perlata, Alt-
mannum, aliosque movit, ut coactis ad III. Idus Martias
An. MLXXVII. Forchemii Comitiis, abdicato Henrico IV.
Rudolphum Sueviæ Ducem, Germaniæ Regem ſalutarent. (D) Sed ingentia illa Procerum ſtudia, audito Henrici

(A) Idem ibid. „ Rex, cujus omnis ſpes, omnesque copiæ in arctum coactæ fuerant, - - optimum factu ſibi judicavit pro eo tum ſtatu rerum ſuarum, ut in Gallias proficiſcenti Romano Pontifici intra Italiam occurreret, & anathematis abſolutionem, quoquo poſſet modo, impetrare conaretur. „ Deſcribit deinde fuſe iter permoleſtum, & reliquam rei geſtæ ſeriem perſequitur, in qua conſentientes habet *Paulum Bernried*: in vita Gregor. VII. *Arnulphum* Mediolan. L. 4. c. 8. *Donnizonem* in vita Mathildis, & *S. Gregorium VII.* Pontificem in Epiſtola XII. L. III. Epiſt. ad Germanos, de pœnitentia *Henrici IV.*

(B) Lamb. Schaffnaburg. A. 1077. „ Fremere omnes & ſævire verbis ac manibus cœperunt - - cæteri diſſimulata interim iracundia redeuntem Regem pacifice exceperunt, ſed neque conſuetam ei reverentiam deferebant, neque tam ſumptuoſa, ut prius, - - ſervitia ei exhibebant, - nec in civitates eum recipiebant, nec cum faculis, & fauſtis acclamationibus, ut prioribus Regibus conſueverant, obviam ei procedebant &c. „

(C) Lamb. Schaffnab. „ Territus Rex inſolita rerum facie - - *Udalricum de Cosheim*, & cæteros, quos ille ſeveriſſimo anathemate a contubernio ejus amoverat, in priſtinum gratiæ & familiaritatis ſuæ gradum revocavit. - - His paulatim rebus Italorum indignatio mitigari, furor deflagrare, ſtudia denique in eum incaleſcere cœperunt. - - Papa certior jam factus de immutatione animi ejus - - miſit protinus - - ut Principibus Teutonici regni - - occurrerent, eosque per ordinem, quæ geſta erant, docerent. „ Queritur deinde Pontifex, ſe „ Domini *Henrici* diligentia ita circumventum, ita omnes, per quas tranſitus eſſe potuiſſet, itinerum anguſtias præoccupatas, ut nec tuto *Romam* regredi valeat. „

(D) Berthold. Conſtant. A. 1077. „ His ergo auditis, Principes Regni generali colloquio apud *Forcheim* III. Idus Martii habito, egregium *Rodolfum* Ducem ſibi in Regem ſublimarunt. „

A. C. rici ex Italia reditu, haud parum refrixere. Non ignarus erat Henricus, quantam factionem in Carinthia, & Bavaria poſt ſe relinqueret ex earum gentium primoribus, qui illo Regni, Sacerdotiique diſſidio ad ſua compendia abutebantur; exeunte verno jejunio Aquilejam revertit. (A)

Sighardus Patriarcha, qui nupero in Conventu ſententiam primus adverſus Henricum dixerat, primus nunc erat, qui nova clientela ejus ſibi gratiam eblandiretur: nec leve erat operæ pretium, Iſtria, Carniolæque Marchia ejus juribus a favente jam Cæſare tranſcripta. (B) Marquardum & filium ejus Luitpoldum, proſcripto Bertholdo Zaringio, Carinthiæ Ducem, ſuum jam ante fecerat Henricus: (C) ut adeo vis omnis in Gebhardum, Salisburgenſem Antiſtitem, verteretur. Munierat is quidem, provido ad repentinos belli caſus conſilio, Salisburgenſe, Werfenſe, ac Friſacenſe caſtrum: (D) ſed cum hoſtium plena eſſent omnia, visque ab omni parte ingrueret; accepta ea damna ſunt, quæ ſarciri multorum annorum parſimonia vix poterant. Direpto Salisburgenſi agro, in Paſſavienſis Antiſtitis bona, prædiaque graſſari cœptum, furore tanto ma-

Henricus IV. Salisburgenſem & Paſſav. Eccleſiam infeſtat.

(A) Sigebert. Gemblac. A. 1077. „ Imperator, alpium aditibus contra „ ſe munitis, ubique omnes eorum „ inſidias fruſtratus, per *Aquilejam* „ venit *Ratisponam.* „ Burckhardus de caſibus Monaſterii S. Galli cap. 7. apud Goldaſtum in Script. Aleman. „ Rex vero *Henricus*, mox ut Ducem „ *Ruodolfum* de *Reinfelden* ſuum Regnum ſibi uſurpaſſe audivit, Paſcha „ Veronæ moratus per *Carinthiam*, „ Domino *Marquardo*, & filio ſuo „ *Liutoldo*, Duce, ſibi ducatum præbentibus, ad Teutonicas partes „ rediit. „

(B) Diplomata duo Henrici IV. extant apud Ughellum in Ital. ſacr. T. V. pag. 57. utrumque datum eſt ad III. Idus Junii A. 1077. Indict. XV. Norimbergæ: in utroque inter teſtes occurrunt *Wratislaus* Dux Bohemiæ, & *Liudolfus* Dux Carinthiæ. Primum ſic habet: „ Experimento didicimus &c. „ Quorum vero exemplo - - *Comitatum Iſtriæ* tradimus, ac perpetua „ proprietate dicamus. „ Alterum incipit: „ Si Eccleſias DEI honoramus &c. - - *Marchiam Carniolæ* de „ noſtra regali proprietate, & poteſtate, in proprietatem atque poteſtatem præfatæ Aquilejenſ. Eccleſiæ, & - - - Patriarchæ *Sighardi*, ſuorumque ſucceſſorum tradimus, & perpetualiter concedimus &c. „

(C) Lamb. Schaffnaburg. A. 1073. „ Rex - - *Bertholdo*, Duci *Carnolenſium*, Ducatum ſine legitima diſcuſſione, abſenti abſtulit, & *Marcwardo* cuidam, *propinquo ſuo*, tradidit. „ Urſperg. Abb. circa A. 1057. „ Rex *Henricus* - - poſtmodum quorundam inſtinctu eundem Ducatum (*Carinthiæ*) *Liutolfo*, conſanquineo ſuo dedit. „

(D) Biograph. S. Gebhardi. c. 3. „ Multa tunc perſonæ, & ordini indigna, a fautoribus Regis excepit, „ qui mox & Eccleſiæ ſuæ bona diripiebant, unusquisque vicina ſibi, quaſi ex permiſſione Regis - - „ hac etiam neceſſitate, ob munimen Eccleſiæ ſuæ impoſterum, „ caſtella duo munitiſſima Chriſti „ Archimandrita ædificavit, ſcilicet in monte *Salzburg* & *Werfen*, „ ſed & unum caſtellum apud *Friſacum.* „

majore, quanto juſtior in Romani Pontificis Vicarium ſua Henricianis ira videbatur. (A) A. C.

Rudolphi interim, Regis æmuli, belle adhuc ſatis res habebant: erat in poteſtate ejus Suevia; & Saxonia partes ejus amplexa virium ſatis ad ſuſtinendam dignitatem Regiam promittebat. Sed Rhenani tractus populi, Franconesque perpelli non poterant, ut a ſacramento, quod Henrico quondam dixerant, quanquam mutatis nunc rebus, ſolvi ſe paterentur. (B) Ea Rudolpho cauſa fuit, ut Wirzburgum, principem facile Franconiæ urbem, obſidione premendam ſibi cenſeret: ſed cum adventu Henrici, Bohemos Bavarosque poſt ſe trahentis, irritus ſpei a cœpto deſtitiſſet, (C) & Gregorius media quædam conſilia amplexus, mitius jam in ea cauſa ſentire videretur; ſpei aliquid ſubortum eſt, triſtes has diſcordias ſine bello, ac ſanguine componendi. (D) Id fortaſſe in cauſa fuit, cur & Gebhardus, Salisburgenſium Archiepiſcopus, & Marchio Auſtriæ Leopoldus Ratisbonam, ubi Henricus tunc age-

(A) Bertholdus Conſtant. MS. apud M. Hanſizium in Patav. T. 1. pag. 265. Facultates, opesque, qui adverſabantur, „ ſed maxime Pa„ tavienſis Epiſcopi inter ſuos divi„ ſit, qui in Eccleſiarum bona in„ humaniſſime graſſati ſunt. „

(B) Helmoldus in Chron. Slavorum. c. 28. „ Quotquot ergo re„ ceperunt verbum domini Papæ, ele„ gerunt *Rudolphum* in Regem, addi„ tique ſunt parti ejus Saxones & „ Suevi. Cæteri Principum, Civi„ tatesque, quæ ſunt circa *Rhenum*, „ non receperunt eum, omnesque „ Francorum populi, eo, quod ju„ raſſent *Henrico*, & juramenta te„ merare noluiſſent. „

(C) Berthold. Conſtant. A. 1077. „ Rex (*Rudolfus*) - - ad obſiden„ dum quoddam caſtellum perrexit. „ Sed ecce ex improviſo æmulus ejus „ *Henricus* cum maxima multitudine „ Bohemorum, & Bojariorum ad„ venit, quos cum rebus Eccleſiarum „ repente ſibi comparare potuit. „ Quibus libentiſſime Rex cum ip„ ſis paucis, quos eo tempore ha„ buit, obviaſſet, ſi non Principes „ ejus hoc in aliud tempus differen„ dum cautius judicaſſent. „ Sed Bruno de Bell. Saxon. Annal. item Saxo ad Annum 1077. aliter paulo rem narrant. „ Menſe Auguſto Rex „ *Rodolfus* Wirzeburgenſes *Heinrico* „ fidem ſervantes, & tam ſe, quam „ *Adalberonem* Epiſcopum ſuum con„ temnentes obſedit - - *Heinricus* „ vero - - exercitu nec magno, nec „ forti congregato (nam magna pars „ ejus ex mercatoribus erat) obviam „ *Rodolfo* ire parabat, & paulatim „ progrediens Bawaros, & Boemios „ auxilio venturos expectabat, quo „ audito *Rodolfus* obſidione dimiſſa, „ hoſti occurrere feſtinavit. „

(D) Conſtat id ex Gregorii VII. PP. epiſtolis duabus, quas affert Bruno de bello Saxon. qui iſta præmittit. „ Interea Dominus Apoſtolicus, A„ poſtolici vigoris oblitus, qua cau„ ſa neſcimus, multum eſt a priore „ ſententia mutatus. „ Et ſatis apparet ex L. IV. epiſt. 3. ejusdem Gregorii VII. PP. apud Harduinum in Concil. T. VI. P. 1. Col. 1347. Germanos magis infeſtos fuiſſe *Henrico IV.* quam S. Pontificem: ſic enim ibi ſcribit: „ Monemus vos in Do„ mino JESU, & rogamus ſicut ca„ riſſimos, ut eum (*Henricum IV.*) „ benigne, ſi ex toto corde ad DEum „ converſus fuerit, ſuſcipiatis. - - „ Eſtote quæſo memores humanæ „ conditionis, & communis fragilita„ tis: nec vos prætereat pia, & no„ bilis memoria patris ejus, & ma„ tris, quibus non poſſunt noſtra „ ætate ad Imperii gubernacula inve„ niri æquales. „

A. C. agebat, accederent: ſed cum neuter rerum, quarum cauſa aderant, compotes fierent; Leopoldus in Auſtriam, Gebhardus in exilium receſſit. (A) Gravius id vulnus erat, quam ut Henricus inultum relinqueret: diſſimulata tamen in præſens adverſus Leopoldum vindicta, ſatis habuit, Bertholdum Mosburgenſem, in orbatam Gebhardi exilio Salisburgenſis Eccleſiæ Sedem intrudere: qui Henricianorum vota non æquaſſe modo, ſed ſuperaſſe, inſatiabili rapacitate videtur. (B)

Leopoldus Marchio Ratisbonæ offensus, a Cæsare discedit.

Bellum interea novum ab Henrico in Saxones parabatur: ſpem faciebant Bohemorum auxilia, quibus fretus bellum, exeunte adhuc Julio, in Saxoniam deportabat. Neque in Rudolpho Rege mora erat, aut Saxonibus. Caſtra caſtris ad Struvam amnem objecta, pugnæque copia prope convitio extorta. Ventum ad manus VII. Idus Sextiles
1078 An. MLXXVIII. ſed æquo fere Marte, & dubia victoria dimicatum: (C) Henricus tamen, quanquam victo propior, Octobri menſe Ratisbonam reverſus, prædicare de ſe auſus eſt, nunc tandem longo ſe bello finem impoſuiſſe, poſtquam nupera clade hoſtium, Saxoniam omnem in ſolitudinem redegiſſet. (D) Neque tamen quietus hic diu ſubſtitit, ſed opportunum jam ratus vindictæ tempus, repente in Auſtriam numeroſo cum milite advolavit, ut Leopoldum, cujus nuperum Ratisbona diſceſſum diſceſſionem ab Imperio appellabat, imparatum opprimeret. Pronum id erat armato adverſus inermem, ac hoſtile nihil

Henrici IV. anceps in Saxones prælium.

In Auſtriam armatus deſcendit Cæſar.

(A) Biograph. *S. Gebhardi* Salisb. „ Sub publica tandem fide, etiam „ dato a Rege Ducatu, Ratisponam „ veniens expurgare ſe, in quibus a „ Rege culpabatur, recuſavit, niſi „ prius omnia, quæ ei ablata fuerant, „ juxta ſtatuta emendarentur. - Poſtremo infecta re utrinque, & indefinita, exivit ab urbe Ratispona „ - & ad partes ſecum facientes ſeceſſit. „ Bertholdus Conſtantienſ. „ MS. apud M. Hanſiz. T. 1. pag. 265. „ Dum apud Ratisbonam Pentecoſten celebraret (*Henricus IV.*) *Marchio Liutpoldus* inde, aliquantulum „ ab eo offenſus, regreditur. „

(B) Biograph. B. Gebhardi Salisb. c. 3. „ Rex *Heinricus Berchtoldum* „ quendam, ſui erroris conſentaneum, in cubile Salzburgenſis Eccleſiæ ingeſſit, qui &c. „ Vocat eundem Biograph. S. Conradi Archiepiſc. *Bertholdum de Mosburch.*

(C) Conrad. Urſperg. An. 1078. „ Heinricus Rex properanti contra „ ſe *Rudolfo* juxta *Stronni* (Chronographus Saxo vocat: *Strowi.* Chron. „ Mellic. & Clauſtro-Neob. *Strewam* „ rivum) occurrit, initoque prælio, „ non pauci ex his atque illis proſternuntur, ac incerta fit victoria, „ utrisque certatim fugientibus ad „ propria. „

(D) Bruno de bello Saxon. „ *Heinricus* vero in Octobri proximo *Reginesburg* veniens principibus collectis narravit, quod jam longo labori finem feciſſet - - Saxones in „ proximi prælii conflictu ſic eſſe „ proſtratos, ut niſi de gentibus exteris agrorum cultores advenirent, „ Saxonica tellus in ſolitudinem verſa, beſtiis ſylveſtribus habitanda „ remaneret. „

(A) Ber-

Leopoldum Marchionem ad deditionem adigit.

veritum: quo factum, ut direpta, exhauſtaque per militarem licentiam provincia, deditionem facere Leopoldus cogeretur. A. C.

Sed ea illi calamitas communis cum pluribus Bavariæ, Auſtriæ, Styriæ, ac Carinthiæ proceribus fuit, qui cum Pontifice adverſus Cæſarem ſentiebant. (A) Nec levis conjectura eſt, Ottocarum quoque Styriæ Marchionem, & Eckbertum Neuburgi ad Æni, Danubiique confluentes Comitem, Butinæque in Auſtria, ac Neukirchii hæredem, eadem fuiſſe procella involutos, quod pari in Pontificem animo, paribus pro Gebhardo, Altmannoque Antiſtitibus ſtudiis decertarint. (B) Eckbertum ſane conſtat, direptis ab Henrico caſtris, prædiisque fuga ſibi ad Hungaros conſuluiſſe: unde poſtea reverſus, Gebhardum quoque, Salisburgenſem Archiepiſcopum, ſuam in ſedem reduxit. (C) 1079

Fœda in Leopoldum Marchionem conficta calumnia.

Ceterum indignam hanc Leopoldi Marchionis oppreſſionem fœda criminatione indigniorem reddunt quidam Annales noſtri, ſequiori quidem ætate ſcripti, ſed quod mirum in fabulæ commento, multis, clarisque Scriptoribus probati. Memorant ii, Leopoldo Auſtrio, Henrici Imperatoris filiam, Romæ in manus conveniſſe: Albertum Leopoldi fratrem, qui ſedem Berneggii alias fixerit, Garſium, ubi Leopoldus agebat, ejus invitatu profectum, ſed excæcatum libidine ſtuprum novæ conjugi, abſente fratre, obtuliſſe: vicem ſubinde inceſto fratri, fædiore inceſtu redditam, & cauſam armis primo diſceptatam; mox, ubi his profectum nihil, ad Henricum Cæſarem ab Alberto delatam: damnatum hujus ſententia Leopoldum, quod facinus clam patratum, flagitio publico ultus eſſet; juſſumque Provinciæ ſuæ præfecturam, tanquam ſceleris atrocitate ad Albertum devolutam, a fratre de genibus exorare, quæ per vexilla tandem duodecim, conceſſu Cæſaris, ſit reſtituta. (D) Sed quod nec fratres Leo-

(A) Bertholdus Conſtantienſ. MS. apud M. Hanſiz. T. 1. p. 266. „ *Henricum* in Orientalibus Pagoariæ, „ & Norici ſinus partibus incolas „ illas devaſtando, & *Liuppaldum* „ Marchionem, ad deditionem ſibi „ cum aliis quibusdam coartando „ usque in Pentecoſten ferme commoratum eſſe. „

(B) Vetus Monumentum apud M. Hanſizium T. II. pag. 182. „ *Otachyr* Marchio Styrienſis Salzburgenſibus Archiepiſcopis *Gebhardo*, *Tymoni*, nec non & *Conrado* jam ſenex viriliter aſſiſtens, eos in perſecutionibus fovebat. „

(C) Hanſizius loco eodem, ex Bertholdo Conſtantienſ. MS. hæc narrat: cujus proinde fide eadem a me afferuntur.

(D) Hageni Chron. Auſtriæ Arnpeck. Chron. Auſt. Haſelbachius in Chron. Auſtr. „ Celebratis nuptiis „ more regii generi, eum cum filia, „ cum

A. C. Leopoldo, nec conjux, Henrici Imperatoris filia, ſororve ulla fuerit, illiberalis commenti vanitas per ſe pateſcit. (A) Auſtriæ rebus caſu tam infeſto inclinatis affulgere ſpes
1080 aliqua viſa eſt, cum Octobri menſe anni ſequentis Henricus gravi pugna, ad Elſtram fluvium, eſt devictus: ſed quod eadem victoria Rudolphum æmulum perdidit, paulo

Rudolpho Regi ex vulnere extincto

„ cum gloria, & gaudio remittit „ ad propria (*Henricus IV.*) Quibus „ in pace reverſis, *Leopoldus* ad caſtrum & Burgum ſuum *Gars* fratrem ſuum *Albertum* invitare cenſuit. - - Et ut ſuo more ſplendidius fratri provideret in epulis, „ propria in perſona paucis in Burg „ relictis, venationi decrevit intendere. In qua dum ſollicitus „ ageret, venit Germanus ejusdem „ *Albertus*, & dum ſpecie miram „ ſuam ſobrinam attendiſſet, mox „ in illius illicitam exarſit concupiſcentiam, & - inceſti ſcelus violentæ oppreſſionis non eſt veritus „ admittere ſua in affine. Quod „ opprobrium tanta mulier abominata eſt, ut pæne deſperationi patuiſſet, niſi maritus celerius ſuam „ ſibi præſentiam exhibuiſſet. Qui „ ex deſolatione uxoris cognita veritate - - blande ſolatur uxorem, „ & diſſimulato pauliſper negotio „ tacitus cogitabat de talione. Interea *Albertus* infra anni ſpatium „ duxit in uxorem filiam Ducis Poloniæ, cujus dum nuptias magno „ faſtu ordiretur in *Sterz* monte prope caſtrum *Meilberg*, & Duces Bohemiæ atque Bavariæ cum fratre „ *Leopoldo*, & aliis multis invitaſſet: „ *Leopoldus* ducentis clam conductis „ Imperatoris militibus de Longobardia, & Rheno, peracto prandio fratre in ſolatiis abſente, tentorium intravit ſobrinæ, & ſimiliter ei vim inferens, flore ſuo per „ incæſtum ſpoliavit pudicitiæ. Propter quod extrema gaudii teter luctus occupat, & - - correptis armis cruenta victoria ceſſit *Leopoldo*. - - Hoc dum facinus per *Albertum* deducitur ad Imperatorem „ prænominatum - - ſententia fertur arbitralis in *Leopoldum*, pro „ eo quod articulatam violentiam „ manifeſta vindicavit injuria: propter quod & juſſus eſt, ut ſua Dominia de fratris manibus in feudum ſuſciperet. Quod dum fa„ ctum eſſet, furor amborum con„ quievit. Hæc acta feruntur an„ no Domini 1110. ſecundum alios „ 1104. „ Confirmat idem Cuſpinianus in Auſtria ſua. Fugger. in Specul. Auſtriac. L. 2. c. 2. V. Cl. Hieronym. Pez. T. II. Script. Auſtriac. In obſervat. prævиis Excerptorum Chronici Univerſalis Johannis *Enickelii*, ſuſpicatur eundem primum authorem eſſe hujus fabulæ; quem & Poetam Auſtriacum, & civem Viennenſem, & ſeculi decimi tertii Scriptorem fuiſſe indicat: quod in calce itidem Diſſert. VI. T. I. confirmat.

(A) Hieron. Pezius T. 1. Script. Auſtr. Diſſert. VI. refutat fuſe hanc fabulam: oſtenditque 1mo: *Leopoldi* Marchionis conjugem, nec *Henrici III.* nec *Henrici IV.* Imp. potuiſſe dici filiâ: quod alias *Leopoldus* ſanctus, *Leopoldi* hujus Pulchri filius, ſine inceſtu non potuiſſet ducere *Agnetem Henrici IV.* filiam: quippe quæ aut ſoror fuiſſet Matris, aut avunculi, ejusdemque ſoceri ſui filia. Oſtendit 2do: ex ſilentio antiquorum Scriptorum, & ipſius *Erneſti* Patris in Diplom. Mellicenſibus dato, *Leopoldum* Marchionem nullum habuiſſe fratrem *Albertum*: quodſi ſubſiſtat, tota fabula corruat, neceſſe eſt. Oſtendit 3tio errorem Chronologicum *Hugeni*, qui A. MLII. jam *Leopoldum* Auſtria potitum memorat, quo tempore *Henricus IV.* cujus filiam duxiſſet, vix dum bimus erat. Oſtendit 4to cauſam belli, clademque ad *Mauerpergam*, ſeu *Meilpergam* longe aliam fuiſſe, quam fraterna ex relatis cauſis diſſidia. Thomas Haſelbachius in Chron. Auſtr. Annum fabuloſæ rei non quidem Anno MLII. ſed alio errore vel MCV. vel MCIV. aſſignat, nam his annis jam dudum mortuus erat *Leopoldus Pulcher* quippe qui jam ad An. MXCV. ſi Bertholdo Conſtantienſi credimus, vel certe A. MXCVI. ut noſtra habent Chronica, defunctus ſit. Multa adhæc afferri de contractis Romæ nuptiis, de Ducibus Bavariæ, Bohemiæ

poſt e vulnere extinctum; (A) dilatus, non ſublatus metus eſt hoſtis ex Italia, quo ſe victus receperat, propediem redituri. (B) In reliqua Germania nihil ſegnius de communi Republica laboratum. Sufficiendus Rudolpho, victoriæ ſuæ immortuo, Rex novus erat, dum æmulus Henricus in Italia verſaretur. Leopoldo Pontificiæ cauſæ novo rurſum fœdere per Altmannum adſtricto, non defuere conſilii authores, ut cum Welfone, ceterisque Germaniæ Principibus ad ferenda ſuffragia conveniret. A. C.

Hermannus Luzenburgicus ſufficitur.

Comitiis An. MLXXXI. Auguſti menſis principio celebratis, Regii honores in Hermannum Luzenburgicum ſunt translati, frementibus nequidquam Henricianarum partium ſtudioſis, quos Hermannus, ut auſpicata redderet novi regni exordia, III. ſtatim Idus Sextiles, ad Höchſtadium gravi pugna compreſſit. (C) Höchſtadio Auguſtam promota caſtra ſunt, urbem Henrici partibus addictam. Ea ferro, igne, machinis, operibus viginti dies acerrime oppugnata, deformato populatione agro, ſuburbiis ipſis in acervum cinerum collapſis, perpelli ad deditionem non potuit; (D) quidquid Hermannus, Welfo, Leo- 1081

Leopoldi Marchionis pro eo ſtudia.

miæ ac Poloniæ; de militibus Cæſaris ex Longobardia & Rheno conductis: de Henrico IV. vim illatam alienæ potius, quam ſuæ aut filiæ, aut ſorori caſtigante; de XII. Vexillis Ducatus, non Marchionatus inſignibus, poſſent adverſus hanc fabulam, ſi cum larvis luctari mihi animus eſſet.

(A) Annal. Hildeshemenſ. A. 1080. Marianus Scotus. Bruno de bello Saxon. Sigebert. Chronograph. Saxo. A. 1080. Bellum juxta *Elſtrit* committitur Idus Octobris feria V. in „ quo *Rudolphus* Rex, qui & Dux, „ occiditur. „ Berthold. Conſtantienſ. A. 1080. „ Jam autem mediante Octobri *Heinricus* expeditionem in Saxoniam iterum parans, a militibus *Rudolphi* itinere „ unius diei fugatur: quamvis in ea „ congreſſione *Rudolphus* Rex piæ „ memoriæ occubuerit: - - cum „ inter primos hoſti inſtaret - - poſtea uno die ſuperſtes, omnibus „ ſuis rite ordinatis, ad Dominum „ migraſſe non dubitatur. „

(B) Bruno de bello Saxon. „ *Henricus* igitur in menſe Martio intravit Italiam. „ Urſperg A. 1081. „ Rex *Heinricus* Italiam cum exercitu petiit. „

(C) Berthold. Conſtant. A. 1081. „ Eodem tempore Principes Regni „ Teutonicorum - - conventu facto *Hermannum* nobilem Virum, „ ſibi in Regem elegerunt: qui ſtatim eodem conventu aciem contra fautores *Heinrici* direxit: - - „ novo Rege ex improviſo irruente, „ omnes penitus aut cæde proſtrati „ ſunt, aut irrevocabiliter fugati. „ - - Electus eſt autem ante feſtum „ *S. Laurentii*, & in ſequenti die „ poſt feſtum ejusdem ſancti de inimicis triumphavit, in confinio „ Bajoariæ in loco, qui dicitur *Hoſtette*. „

(D) Chron. Auguſt. An. 1081. „ Rege abſente Dux *Welff* aliique „ Regis adverſarii, *Herimannum* Lotharingiæ Comitem, Regem ſibi „ fecerunt - - - *Hermannus* a Suevis „ Rex conſtitutus, cum *Marchione* „ *Leopoldo*, & aliis *Auguſtam* invadentes, per tres hebdomadas obſederunt, ſuburbana ſuccendentes, loca vicina vaſtant, & invadunt, „ nilque proficientes cum pactione „ fraudulenta diſcedunt. „ Chron. Reicherſpergenſe ad A. 1080. „ *Welfo* Dux Bavariæ Auguſtam invaſit, „ atque incendit hoſtiliter. „

A. C. Leopoldus, qui & partæ nuper victoriæ, & laborioſæ hujus obſidionis magna pars erat, in mœnia tentaret. Ea pertinacia civium Bohemis quoque ac Moravis animos fecit, arma in Auſtriacos diſtringendi. Henricum nuper Leopoldus Marchio, convocatis Tulnam Provinciæ Optimatibus, palam ejuraverat, multatis exilio ejus cauſæ fautoribus; & Altmannum, aliosque, quotquot a Pontifice ſtarent, omni ope, operaque defendendos ſuſceperat. (A) Ea res ad Henricum relata, tam vehementer commovit, ut ira præcipite omnem ſtatim Auſtriam, Leopoldo detractam, Bohemo Principi tranſcripſerit. (B)

Leopoldus Marchio Henricum IV. palam ejurat.

Wratislaus (id Duci nomen Henricianarum partium defenſori acerrimo) ampliandi res ſuas opportunitatem nactus, conjunctis cum Conrado fratre, Moraviæ Marchio-
1082 ne, copiis An. MLXXXII. in Auſtriam irrumpit. Bohemos, Moravosque conſecuti ſunt Bavari, quos Otto Ratisbonenſium Antiſtes, & Henricianæ factionis anteſignanus (C) in bellum rapuit. His copiis cum fines Auſtriæ, transmiſſo Teya fluvio, populatur hoſtis, adeſt Leopoldus Marchio, & ad Maurbergam caſtra locat. (D) Auſtriorum numerus major erat, quam delectus: quibus Wratislaus ſex Bohemorum millia; duo Ratisbonenſis; plura aliquanto Otto, Conradusque Moravus, cujus in finibus bellum geſtum eſt, objecit. (E) Prælii initium

Gravi idcirco bello a Bohemis & Moravis appetitur.

(A) Biograph. B. Altmanni N. 25. „ Marchio *Luipaldus*, coadunatis primoribus ſui regiminis, in villa, „ quæ *Tulna* dicitur, Dominium *Heinrici* tyranni jurejurando abnegat, „ *Altmannum* Præſulem magnis laudibus prædicat, omnes fautores „ *Heinrici* de ſua poteſtate expellit, „ omnes Apoſtolicæ ſedi, & ejus legato obedientes totis armis defendit. „

(B) Idem ibid. „ Unde *Heinricus* „ ira ſuccenſus *Marchiam Liupaldi* „ tradidit Duci Boemiorum, inſtigans eum ad odium Chriſti bellatorum. „ Fr. Ortilo ad A. 1082. „ *Liupoldus* Tertius Marchio contra „ *Hainricum IV.* Imp. fœderatus pro „ Eccleſia DEI, crudelem cladem accipit apud *Mauerberch* a Bohemis, „ & eorum ſociis, quos *Hainricus* immiſit. „

(C) Lambert. Schaffnab. A. 1076. „ Porro *Ottonem Ratisponenſem Epiſcopum* - - & alios nonnullos, qui„ bus Rex potiſſimum conſiliariis „ utebatur, jam pridem (*Gregorius VII.*) excommunicaverat.

(D) Biograph. B. Altmanni N. 25. „ Dux vero animo crudelis, collectis Sclavis, & Bawaris, fines *Altmanni*, & *Liupoldi* hoſtiliter intrat, cuncta igne & ferro vaſtat, „ cui *Liupoldus* cum omni populo ſuo „ in loco, qui *Muoriberch* dicitur, occurrit, eum ultra progredi non „ ſinit. „

(E) Dubravius l. 8. p. 221. „ Ipſe „ (*Vratislaus*) domi robur militum „ ſex millium deligit, parique corporum, & animorum robore, duo „ millia Bavarorum Ratisponæ, apud „ urbis illius præſulem, *Leopoldo* infeſtiſſimum contrahit, ſibique *Conradum*, & *Otthonem* in Auſtria occurrere jubet. „ Coſmas vero Pragenſis l. 2. ad An. 1081. „ Ad „ hæc Marchio (*Leopoldus*) efficitur „ lætus, & a ſubulco uſque ad bubulcum armatos omnigena ſpecie fer-

telorum imber erat, alterna partium clade effuſus: mox ubi pugna incaluit, gladiis res geſta: diu æquatis viribus certatum, iisdem nunc victoribus, nunc victis. (A) A.C.

Wratislaus cum immotam videret Auſtriacorum ſtare aciem, Bojos in dextrum obverti cornu; in ſiniſtrum Conradum, Ottonemque ſuis cum Moravis ire jubet: medius ipſe cum Bohemis, qua confertiſſimum erat agmen, ſeſe injicit, equitemque in pedes deſilire jubet: is primus ad victoriam gradus fuit: cœſi magno numero equites, peditesque, paucis fuga ad ſalutem fuit. (B) Illud in ea clade miſerrimum, quod hoſte fugientium veſtigia premente, totus ille, qui Tejam, ac Danubium interjacet, ager in ſolitudinem redactus, & populi reliquiæ, quibus ferrum pepercit, fame, ac inopia ſint conſumptæ. (C) Egregium vero hic campum Altmanni virtus, ac charitas nacta eſt in ſublevanda miſerorum egeſtate, qui opem ac præſidium ab inexhauſta ejus liberalitate flagitabant. Multa ille hominum millia Gottwicii, Furtæ, ac Mauteræ pavit per eos dies, eratque ſancti Præſulis tam prodiga charitas,

B. Altmanni pia in miſeros liberalitas.

„ ferri, a ſubula uſque ad ſtimulum „ omnes jubet paratos eſſe ad bellum. Venerat Dux *Wratislaus* cum „ Bohemis ſimul, & Theutonicis, „ qui erant præſulis Ratisbonenſis. „ Aſt alia de parte *Otto*, & *Conradus* adjungunt ſe cum ſuis omnibus, qui ſunt in tota Moravia militibus. „

(A) Biographus B. Altmanni. „ Ibi „ inſtructa acie utrinque tubis clangentibus primitus cum telis, & „ pilis concurrunt, deinde gladios „ cominus ſtringunt. Ingens ibi certamen magnis viribus geritur, „ multus utrinque populus ſaucius „ ſternitur, tandem occulto DEI „ judicio hoſtis victoria potitur. „

(B) Coſmas Pragenſ. An. 1081. „ Dux *Wratislaus* ut vidit hoſtes non „ cedere loco, juſſit Theutonicos „ dextrum irrumpere cornu: Fratres vero ſuos Conradum & Ottonem ordinat pugnare in ſiniſtra „ ala. Ipſe autem, ubi erat confertiſſima hoſtium acies, in ipſa fronte Martis jubet exercitum ſuum „ deſcendere, & pedeſtri congreſſione cum adverſariis decertare. „ Qui citius dicto ab equis diſſilientes, - - ita vires adverſariorum „ ferro conterunt, terræque eos „ proſternunt; & tanta multitudine „ vix reſiduus fuit, qui cum ipſo „ Marchione aufugit. „ Chron. Auſtral. A. 1081. „ Bavari & Boemi cum Marchione *Leupoldo* ad „ *Mauripergum* dimicaverunt, & vicerunt. „ Conſentiunt quoad A. 1081. Urſpergenſ. Chronograph. & Annal. Saxo. Chron. Zwetlenſe: ſed Chron. Salisburg. Clauſtro-Neoburg. Chronic. item Auguſtenſe & Mellicenſe pugnam conjiciunt in An. 1082. Optime diem & annum conciliat Mellicenſe: „ MLXXXII. „ Hoc anno IV. Id. Maji, feria V. „ bellum ad *Mauriberch* eſt actum, & „ cum maximo noſtratum excidio „ terminatum. „ Hoc enim anno IV. Idus Maji incidit in feriam V. ut conſtat ex litera Dominicali ejus anni.

(C) Biograph. B. Altmanni. N. 25. „ Noſtrates victi fugam ineunt, quos „ adverſarii inſequentes, paſſim per „ campos cædentes ſternunt, alios „ captivos cum præda abducunt, totam terram illam in ſolitudinem „ redigunt. „ Peſſina in Mart. Morav. l. 3. c. 2. incertum unde, *Auſtriacorum* eo prælio cæſos 900. ducentos vero ac quinquaginta captos ſcribit, ex octo nempe virorum millibus, inter quæ tria millia peditum cum quingentis equitibus erant: hunc enim numerum in exercitu *Auſtriaco* fuiſſe, idem ſine alio teſte tradit.

A. C. ritas, ut distractis opulenti Sacerdotii sui fructibus, omnique prope domestico instrumento inter inopes distributo, ne stragulum quidem, aut linteum sibi reliquum faceret, quod in usus egentium non expendisset. (A)

Azzo de Gobatsburg Bohemos ultra Tejam rejicit.

Ruenti ab ea Danubii parte hosti Bohemo, Moravoque clypeum se pro Austria objecisse Azzo Gobatsburgicus fertur, pulsoque ultra Tejam Wratislao, Ædem sacram in eo prato, quod ab Azzone etiamnum nomen habet, Sanctorum Philippi, & Jacobi honoribus, anno sequenti ab Altmanno dedicatam, victoriæ monumentum posuisse. (B) Celebre Azzonis nomen in Fastis Austriacis est. Is Popponis Trevirensis, atque adeo Marchionum Babenbergicæ stirpis propinquus, ejusdem missu Archiepiscopi, venisse in Austriam proditur; relictoque Rheno, sedes ad Danubium felicibus auspiciis posuisse. (C) Fama est pervetusta, & benevolis adhuc auribus accepta, illustrium multarum per Austriam familiarum conditorem hunc

(A) Biograph. B. Altmanni ibid. „ Qua necessitate compulsi, omnes „ *Altmannum* adeunt, alimoniæ auxilium petunt. Quibus fidelis dispensator ex intimo corde compatiens, cunctam supellectilem Episcopii sui, usque ad ipsum linteamen vendit, & indigentibus cuncta distribuit: unde *Pater pauperum* „ est dictus. In monte quoque *Kotwicensi* multa millia pauperum pavit, in quo monte sæpius cum dilectis spiritualia tractavit. „

(B) Abbas Ebro in Originib. Chünringior. apud Linckium in Annal. Zwetlens. T. 1. pag. 50. „ Tunc „ prædicto *Azoni* Marchio loquebatur, & consilium ab eo quærens „ scisitabatur, rogansque, ut cum „ eo hostes aggrediatur, munera „ etiam promittens, si in bello signifer efficiatur - - sicque *Azo*, „ more Mareschalli turmas ordinat „ - - & sic accepto vexillo hostes „ aggreditur. DEO autem auxiliante hostes fugantur, trucidantur, jugulantur, Australes una cum „ Marchione victoria potiuntur. „ Marchio autem victor existens - - „ ei etiam hunc honorem impendit, „ & eum *Pincernam Austriæ* ordinavit. „ Cuspinian. in Austria de *Leopoldo Pulchro* agens hæc de *Azone* miscet. „ Anno MLXXXIII. ut „ DEO gratias persolveret percepti „ honoris ac beneficii, Templum in „ honorem Apostolorum Philippi & „ Jacobi construxit ab Episcopo Patavienſi *Altmanno* consecratum in „ eo Austriæ loco, qui vulgo appellatur a fundatore, *Azmanswisen*: „ quasi dicas *Azonis pratum*: juxta „ quod Templum *Azonis* nepotes, „ post aliquot annos, arcem miro opere extruxerunt, & nomine mutato, *Chüenring*, a magnanimitate, „ & fortitudine fundatoris appellarunt. „ Fr. Ortilo ad A. 1083. „ Id. „ Marchio (*Liupoldus*) adjuvante DEO, „ & ope *Azzonis* fortissimi Capitanei „ sui, de iisdem hostibus (Bohemis) „ similem vindictam sumit. „

(C) Abb. Ebro. loco supra relato: & Cuspinian. itidem in *Leopoldo Pulchro* narrant *Azonem* a *Poppone Trevirensi* cum militari manu in Austriam, subsidio fratri missum, & a Marchione *Pincernam* (Cuspinianus addit, *Mareschalcum* & *Pincernam*) in Austria creatum. Sed ut hoc verum sit, illud certe falsum est, quod iidem scribunt, *Azonem Leopoldo Pulchro* in auxilium missum: nam & *Poppo* Archiepiscopus Trevirensis An. 1047. jam obierat: & *Azzo* jam sub Ernesto *Leopoldi Pulchri* parente cum 2. filiis, inter testes in Diplom. Mellicensibus dato se subscripserat. Cognatum *Popponi* Archiep. iidem memorant: sed in Diplom. Mellic. inter *Ministeriales Austriæ* primo loco numeratur. „ Et Ministeriales Marchiæ, *Azzo de* „ *Gobatzspurch*, & filii ejus *Anshalm* „ & *Nizzo*. &c. „

hunc fuiſſe, ac parentem. (A) Illud certius, ex tribus ejusdem filiis, Anshalmo, Nizzone, ac Adalberone primum ſine liberis deceſſiſſe: alterum ex Adelhayde uxore Hadmarum de Kuopharn; tertium ex Giſela conjuge Alberonem Chuenringium filios ſuſtuliſſe. (B) Quodſi igitur Azzonis manu conſilioque liberatam ab hoſtibus Auſtriam tribuamus, grandem admodum natu induiſſe arma neceſſe eſt: ut qui annis jam prope quadraginta in Auſtria, in quam militari ætate fortibusque jam factis inclytus a Poppone Archiepiſcopo miſſus eſt, conſediſſet; filiosque virilem jam ætatem ingreſſos ſub Erneſto Leopoldi parente habuiſſet. (C) A. C.

Cauſæ hujus belli a Scriptoribus allatæ:

Ceterum quam certa Auſtriorum hæc clades fuit, tam incertam ejus belli cauſam, tam obſcurum exitum, pugnantes Scriptorum ſententiæ fecerunt. Bavari, Moravi, Saxones, Bohemi cœpti infelicis belli culpam in noſtrates conferunt, qui contra fas, piumque, prædas ſæpe diuque ex innocua Moravorum gente impune egerint; nec a Leopoldo, ad quem Conradi Moraviæ Marchionis querelæ ſemel iterumque delatæ, pro merito caſtigati ſint. (D)

Ve-

(A) Sunthemii Tabul. Clauſtro-Neob. & Cuſpinian. loc. memorato. „ Teſtantur Annales, ex hoc *Azzone* inſignes familias Auſtriæ Baronum deſcendiſſe: *Sunnenberg*, *Starckenberg*, *Kranichberg*, *Hackenberg*, *Velſperg*, de *Liechtenſtein*, de *Ottenſtein*, de *Türſtein*, & *Bottendorff*, de *Krey*, de *Wittingau*, de *Weitra*, de *Capeln*, quæ claræ in hoc Marchionatu fuerunt &c. „

(B) Abb. Ebro in Originib. Chuenring. „ Iſte enim *Azo* genuit tres „ filios, quorum unus *Anshelmus* vocabatur, vir devotus, ſtrenuus, & „ bonus. Alter dicebatur *Nizo*, vir „ æque devotus, & DEO deditus, „ & iſte eſt Pater *Hadmari*, primi „ Fundatoris *Zwetlenſis* Monaſterii. „ Tertius dicebatur *Albero*, de cujus „ ſtirpe derivata eſt *Chünringariorum* „ origo. „ Idem Abb. Ebro apud Linkium in Annal. Zwetl. Tom. 1. pag. 54. hæc habet: „ *Anſelmus*, „ patruus prædicti *Hadmari*, hæredes non habuit. „ Conſuli ea de re poteſt Schema Genealog. Chuenringiorum apud laud. Linckium. Tom. 1. pag. 56.

(C) Abb. Ebro loc. memorato p. 48. „ Venit ei in mentem, memoria fratris ſui Domini *Popponis* „ Archiepiſcopi Treverenſis, & miſit ei literas, ut bellicoſos viros, „ & ſtrenuos ei in auxilium mitteret. Et advocans ad ſe *Cognatum ſuum* chariſſimum, *Azonem* - - „ ſciensque eum virum nobilem ac „ ſtrenuum, divitem & præclarum, „ & militaribus armis fortiter exercitatum - - eum in Auſtriam deſtinat. „ Diploma *Erneſti* March. Mellic. datum, in quo ſubſcribunt teſtes. „ *Oezo* Marchio de Styre - - „ & *Miniſteriales Marchiæ*, *Azzo de* „ *Gobatzpurch* & filii ejus, *Anshalm*, „ & *Nizzo*. „ De *Azzone* Auſtriæ Marchionibus cognato ſcribit Aloldus ad A. 1043. „ Hic idem Præſul (*Poppo* Trevirenſis) ad preces „ *Liupoldi* defuncti, Patri ejus *Adalberto* Marchioni ſtrenuiſſimum Militem de Cognatione ſua, *Azzonem* „ nomine, in *Oſterrichiam* ſubmiſit: „ ubi propter multa merita magnus, „ ac potens, & dives effectus eſt. „

(D) Coſmas Pragenſ. Chron. l. 2. ad An. 1081. „ Dux *Wratislaus* & „ ſui fratres, *Conradus* atque *Otto* „ contra Orientalem Marchionem „ *Ludolphum* - - commiſerunt bellum. Sed prius videndum eſt, unde

„ de

A.C. Verum ut hæc ita ſe habuiſſe concedamus; quid cauſæ erat, cur alienas injurias Ratisbonenſis Epiſcopus perſequeretur? viriumne non ſatis futurum erat, ſi tota Bohemia, ac Moravia adverſus Auſtriam conſpiraſſet? quanto propius vero eſt id, quod Scriptor antiquus, qui res geſtas Altmanni in literas miſit, aperte teſtatur: commune Henricianarum partium inter Bohemum Ducem, & Ottonem Ratisbonenſem vinculum transgreſſo in Pontificias partes Leopoldo obfuiſſe. (A) Neque felicius belli hujus finem, quam principium Scriptor recentior exequitur: fractos bello Auſtriacos ad pacis ſe conſilia vertiſſe, ac conciliatore Henrico ipſo Cæſare, non pacem modo, ſed Auſtriam recepiſſe. (B) *Sed parum credibiles.*

Non quæro, quam credibile ſit, Wratislaum tanta provinciæ acceſſione nuper ab Henrico auctum, & jam ad regios etiam honores aſpirantem, tam facile dimiſiſſe, quam & donationis, & belli nunc etiam jure, ſuam fecerat, provinciam: id ſolum quæro, qui fieri potuerit, ut authore, ac conciliatore pacis Cæſare, in priſtinam Auſtriæ poſſeſſionem reſtitueretur Leopoldus, qui in gratiam cum Henrico nec redierit unquam, nec redire voluerit: qui Altmannum, Henrici adverſarium graviſſimum, non amicum modo habuerit, ſed parentis inſtar, filii charitate obſer-

„ de ortæ ſint tantæ inimicitiæ inter „ *Ludolphum* & *Conradum* Diarcham „ Moraviæ: nam antea ſemper fuerant amici ad invicem. Cum enim „ utrarumque provinciarum terminos non ſylva, non montes, non „ aliqua obſtacula dirimant, ſed rivulus, nomine *Dyia*, fluens per plana „ loca, eos diſterminet; ſemper noctibus mali homines alternatim latrocinantes, pecora diripientes, villas vaſtantes ex utroque populo „ prædam ſibi faciebant. - - Cum „ frequenter *Conradus* ad Marchionem hujusmodi de compeſcenda „ mitteret ſeditione, & ille tumido „ faſtu deſpiceret ejus verba; ſupplex adiit fratrem ſuum *Wratislaum*, Ducem Boemorum, rogans „ eum ſibi in auxilium contra ſuperbiam Theutonicorum. Qui ſuis, „ quamvis non diffidens viribus, tamen Ratisbonenſis Epiſcopi unam „ ſcaram ex electis militibus pretio „ conduxit ſibi in auxilium. Nec „ celat Dux adventum ſuum, ſed „ mittens unum de ſatrapis, quaſi „ per antiphraſim loquens ei mandat, „ ut ſibi paret grande convivium, „ ſeque ipſum pollicetur aleam Martis cito venire luſum. „ Ex hoc ſua videtur accepiſſe Annaliſta Saxo. Dubravius l. 8. Peſſina l. 3. cap. 2. Brunn. Boic. P. III. l. 1. Sed Adlzreit. P. 1. l. 18. mediam inter hos viam tenet, cauſamque partim in Auſtriacos graſſatores, partim in Henricianam factionem conjicit: quod probabile alias videtur.

(A) Conſtat ex ſupradictis *Ottonem* Epiſcopum, & *Wratislaum* Henrico IV. pertinaciſſime adhæſiſſe.

(B) Peſſina in Marte Moravico l. 3. c. 2. „ Quum ſatis populationibus, ultionique datum eſſet, & „ per agrum hoſtilem ad Danubium „ usque ſævitum, *Wratislaus* ſignum „ receptui dedit - - ulteriores Auſtriacorum conatus operiens. Qui „ tamen fracti hoc bello, cum inſuper *Henricum IV.* Imp. *Wratislai* „ cauſæ patrocinari haud obſcure viderent, potius ad pacem conſilia „ ſua converterunt: quam etiam „ non multo poſt, *ipſo Henrico Imperatore mediatore uſi*, impetrarunt. „

obſervarit: cui cum Welfone, Henrici hoſte, non familiaritatis modo jura omnia, ſed affinitatis quoque, ut multorum eſt opinio, interceſſerint: quem Bertholdus denique, æqualis fere eorum temporum, fideliſſimum in DEI cauſa adverſus Henricum prædicarit. (A) Mihi ſane, aut Azzonis præſtita bello opera; aut ſi vana ejus rei fides eſt, ſatiata prædis, cædibusque vindictæ cupiditas, qui fere unus eorum temporum belli finis erat, pacem revexiſſe videntur. A. C.

Lacerata hac belli clade Auſtria, ad ampliorem mox fortunam, ſplendoremque rediit, conditis perpetua fere ſeculi unius ſerie diverſi inſtituti Cœnobiis, quæ non pietatem modo, ac literas, ſed ſplendorem etiam, ac publici conſilii firmitatem invexere. Inter ipſas has inferioris Auſtriæ ſtrages ac calamitates, in Auſtria ſuperiori Cremifanenſis Cœnobii Baſilica nuper inſtaurata, ſolennibus ab Altmanno ceremoniis eſt conſecrata: (B) & Garſtenſi, Canonicorum primum Collegio, Monaſticis poſtea D. Benedicti legibus tranſcripto, initium factum eſt. (C) Ottocarus Marchio, qui præter Styrenſem ac Traunenſem Auſtriæ ſuperioris tractum, magnam Carentaniæ partem, cui a Styræ Comite, Styriæ poſtea nomen factum, obtinebat; Sacerdotum Collegium inter Styræ, Anaſique confluentes condidit. (D) Deerat Ædes ſacra; ſed eam Altmannus Antiſtes, recepta in vicem Behambergenſi Parœcia, Ottocaro facile conceſſit. (E)

Garſtenſis Cœnobii in ſuperiore Auſtria exordia.

Piam

(A) De his infra dicendi locus erit ad A. 1096.

(B) Bernard. Noricus in Appendice Chron. Laureac. & Patav. Pontificum. „ *Altmannus* vero Epiſcopatui divinitus reſtitutus multa bona in Diœceſi ordinavit. -- *Chremsmunſter* ſcilicet Monaſterium, & *Domum S. Floriani* reformavit in Monaſtica diſciplina anno Domini MLXXXII. Item noſtrum Monaſterium conſecravit. „ Rettenpacherus in Annal. Cremifan. l. 2. c. 9. „ Quæ (Baſilica) A. MLXXXII. a memorato *Altmanno* honori Salvatoris mundi, B. Agapiti & Blaſii ſolenni ritu dicata eſt. „

(C) Biographus B. Bertholdi Abbat. c. 2. „ Clerici, per quos primo in *Gerſtenſi* Monaſterio Divinum ſervitium initiatum fuerat, Monachis ſupervenientibus, receſſerunt. „

(D) Biographus B. Bertholdi Garſtenſis Abb. „ Fundator memorati Cœnobii Venerabilis Marchio Styrenſis, Dominus *Otacher* extitit, qui & ibi in Eccleſia S. Laurentii in Chriſto requieſcit, Avus illius *Otacher*, qui noviſſimus in Ungaria obiit, itinere, quod ad viſitandum, & honorandum ſanctum Domini ſepulchrum, devotus arripuit. „

(E) Monumentum lapidi Baſilicæ *Garſtenſi* inciſum: „ Anno a partu Virginis M. LXXXII. Illuſtris Marchio Styriæ *Ottocarus*, permutatione facta a Reverendiſſimo D. *Altmanno* Epiſcopo Patavienſi pro Eccleſia in *Behamberg*, ſacram *Garſtenſem* Ædem impetravit, Canonicisque dedicavit, qui tamen tantum XXVIII. annis eam inhabitarunt, „ refert hanc inſcriptionem Prevenhuber, in Annal. Styrenſibus lib. 1. p. 13. & Sigiſm. Puſchius in Chr. ſacra Styriæ T. 1. p. 244.

A. C. Piam Marchionis voluntatem pari liberalitate æmulata Wilburgis eſt, Ottocari incertum avia, an mater, & ſilvam Tannenbergenſem dotis loco adjecit. (A) Sacris his præſidiis ad Religionis ſeu incrementum, ſeu firmitatem Cremifani, ac Garſtenæ collocatis, ultimam etiam manum Gottwicenſi Cœnobio impoſuit. Novem ipſos annos ædi- *Gottwi-*
1083 ficii labor tenuit: ſed anno demum tertio, & octogeſimo *cenſe Templi, ac Cœnob. conſecratur.* perfecto jam opere, Templum ab Altmanno conditore, ſacris ritibus inauguratum eſt. (B) Sacerdotibus ejus loci inquilinis Præfectus datus eſt Otto, prudentia vir ſingulari, & commiſſi ſibi muneris ſtrenuus adminiſter: cujus tamen laudes Conradus, qui Ottonem excepit eo in munere, gravitate morum, miraque inprimis in promovendis ſacri ejus contubernii rebus induſtria longiſſime ſuperavit. (C) Altmannus, nequid deeſſet neceſſariis eorum uſibus, Radoltſtorffenſe etiam prædium ad cetera adjecit.

Fiduciario id nomine procerum quidam, nobilis idem, ac opibus præpotens poſſidebat: jamque, ut ea erant tempora, præter uſum, fructumque, jus etiam, ac dominatum in commiſſum ſibi prædium exercebat. Altmannus, *B. Altmanni in uſurpatorem boni Eccleſiaſtici juſta ſeveritas.* cum tentatis nequidquam ad revocandum ab injuria lenioribus conſiliis, irritam ſuam operam, fruſtratamque videret; vibrato tandem ſacro fulmine hominem a piorum communione ſecrevit. Is terror contumacem demum animum infregit: nam cum optimus quisque, ac nobiliſſimus ejus non modo aditum, ſermonemque, ſed conſpectum etiam ac congreſſum fugeret; cum occurrenti forte, omnes tanquam peſtifera lue afflato decederent, ſuaque illum domo,

(A) Sigismund. Puſchius Chronol. ſacra Styriæ Tom. 1. p. 244. *Willibirgam Ottocari* Romæ ſepulti Conjugem, Marchioniſſam vocat Diplomatarium Garſtenſe N. XXX. apud Ludewigium in Reliq. MS. T. IV. Donationem eandem confirmat Marcus Hanſiz. in Altmanno Epiſc. T. 1. p. 273. „ Addidit Marchio *Sylvam Tanabergenſem*, per manus *Wilburgis Marchioniſſæ*. „ *Wilburgis* Conjux erat *Ottocari* II. mater *Ottocari* III. qui fortaſſe Garſtenſem fundationem inchoavit, quam *Ottocarus* IV. qui Fundatoris nomen tulit, perfecerit: quale exemplum habemus in *Arnbalmo*, & *Brunonio* ejus filio Cœnobii Glunic. Fundat.

(B) Chron. Clauſtro - Neoburg. An. 1083. „ In monte *Kottwigenſi* „ Monaſterium S. Mariæ a Venerabili „ Altmanno Patavienſis Eccleſiæ Epiſcopo, conſecratur. „ Meminit tamen M. Hanſizius T. 1. p. 274. Chronici MS. in Cæſar. Bibliothec. quod conſecrationem hujus Templi confert in An. 1081. Sed Dipl. Fundat. Gottwic. datum eſt An. 1083. V. Id. Sept.

(C) Biographus *B. Altmanni* n. 29. „ His ita rite celebratis, undique religioſis fratribus congregatis, communem vitam ſub regula S. Auguſtini inſtituit, locum cuidam prudenti viro *Ottoni* commiſit: qui ſtrenue injunctum ſibi officium implevit. Poſt hunc ſuscepit regimen „ *Cuonradus* Præpoſitus. - - Vir morum gravitate valde honorabilis & „ omni morum probitate laudabilis. „ Hujus & ſapientia locus ædificiis & „ divitiis crevit; prædiis, beneficiis, „ honeſtis viris eximie profecit. „

uſu, convictuque arcerent, verecundia tandem hominem A. C.
ſubiit, & ut ſeſe, quanquam ſero reſpiceret, admonuit. Ergo Altmannum, ad S. Hippolyti tunc agentem, ſupplicis, ac pœnitentis ritu, habituque convenit; & ante ejus pedes abjectus, veniam, pacemque exoravit. Antiſtes ſanctus, ne contumacis hominis impunitatem alii in exemplum traherent, jacentem, nudisque, ut erat pedibus, profunda in nive trementem, ac palpitantem diu fruſtratus, ad ſupplices tandem Optimatum preces, poſt ejuratam iniquam prædii poſſeſſionem, diris execrationibus abſolvit. (A)

Ingens nempe Altmanni per id tempus nomen erat, tum longo difficilique pro cauſa Pontificia certamine, tum effuſis plena manu in pias largiones opibus partum: unde factum, ut qui nuper Garſtenſi Cœnobio Furtenſes in Auſtria decimas tranſcripſit, ab Ottocaro, Styrenſi Marchione, multa viciſſim prædia reciperet, ab Eccleſiæ Paſſavienſis ditione, cujus beneficio aliis conceſſa erant, dudum alienata. Altmannus, quo erat in pios principes animo, ne ſe vinci ejus munificentia pateretur, ſacram Tuedickenſem Ædem, haud procul Styrenſi a Caſtro remotam, novis ornatam juribus, ac immunitatibus, teſtandi grati animi cauſa, in jus ditionemque ejusdem Marchionis translatam voluit. (B) 1088

Hæc

(A) Biographus *B. Altmanni*, n. 24. „ Erat ibi quidam prædives nobilis „ homo, qui defuncti fratris ſui beneficium, quod de Epiſcopatu habuit, quaſi hæreditario jure obtinere voluit; ſed Epiſcopus jure illius terræ contradicente, ei præſtare noluit. Unde ipſe magnam injuriam ſæpe Epiſcopo intulit, quam „ DEI ſervus diu patienter tulit, ſed „ juſtitia exigente compulſus a ſuis, „ eum demum mucrone anathematis perculit: cujus communionem „ cum quique religioſi declinarent, „ verecundia cogente in loco *S. Hyppoliti* Epiſcopum adiit, ante cujus „ pedes diutiſſime in profunda nive, „ nudis pedibus jacuit. Qui prius „ non meruit habere locum reconciliationis, donec villam, quæ *Katoldisdorff* dicitur, tradidit in jus Epiſcopalis dominationis; & ſic tandem multis nobilibus petentibus, „ vix Præſul exoratus, abſolvit eum „ a vinculo excommunicationis. Accepta autem villa mox delegavit „ ſuper Altare ſanctæ MARIÆ in „ *Kotwigenſi* Cœnobio. „

(B) Lit. *Altmanni* Paſſav. Epiſcopi dat. Laureaci XIV. Kal. Auguſti An. MLXXXVIII. Indict. XI. apud Sigism. Puſchium S. J. in Chronol. ſacra Styr. ex Tabulario *Glunicenſi*. „ Notum facimus &c. quod nos - - commutationem fecimus cum illuſtri „ Marchione Styriæ *Otakkerio* pro „ commodo ſanctæ Patavienſis Eccleſiæ. - - Ipſe quippe Marchio reſpectu Chriſti ſcilicet, & noſtra ſedula „ commonitione inductus reſignavit „ Eccleſiæ per manum noſtram plurima beneficia ſua, diu ab ipſa alienata, ſita autem ubi ubi circa montem *Huſruke*, atque ſupra *Kezalarwalde*, item ſparſim poſita circa iſtos „ rivos *Trabtina*, *Innen*, atque *Abſa*, „ usque in Danubium; item ſupra „ *Trunvelde* - - item reſignavit jus petitionis, ac decimationis Parochiarum *Pübele*, & *Gundeskirchen*. Hæc „ omnia prædictus Marchio, atque Pater ejus *Otakkerius*, qui Romæ obiit, „ dudum ante ætatem noſtram a *Pilegrino* Patavienſi Epiſcopo in beneficium acceperat, & ea ab *Arnulpho* „ magnifico Comite de *Welſa* & *Lambach-*

A.C. Hæc dum Altmannus, quanquam pertinaci ſuorum odio ſede adhuc excluſus ſua, in Auſtria gereret; Adalbero Würzburgenſis Antiſtes, non minoribus pietatis operibus ſuum Lambaci exilium ſolabatur.

Florebant ea tempeſtate magna laude Cluniacenſium in Gallia Monachorum inſtituta, multisque incitamento erant, ut in pluribus Canonicorum Collegiis religioſi e D. Benedicti familia ſodales ſufficerentur. Adalbero pari ductus conſilio, Lambacenſe Cœnobium, quod Arnoldus parens pro duodecim Canonicis inſtituit, Altmanno non probante modo, ſed hortante, ad Divi Benedicti Inſtituta traduxit, locumque, collata ſimul opera cum eodem Paſſavienſi Antiſtite conſecravit. (A) Adalberonis Würzburgenſis exemplum eo etiam valuit, ut Leopoldus quoque Auſtriæ Marchio, in Mellicenſe Cœnobium, quod ejusdem nominis proavus Canonicorum cœtui conſignarat, 1089 religioſiſſimam D. Benedicti familiam An. MLXXXIX. induceret, e Sublacenſi, ut quorundam opinio eſt, antiquiſſimo ejus Ordinis Monaſterio, ex Italia; aut quod propius fidem eſt, e Lambacenſi evocatam. (B) Novellam

Lambacenſe Monaſterium conſecratur.

Mellicenſe Cœnobium Benedictionis traditur.

„ *bachha* ipſorum conſanguineo, ad „ eos devoluta atque poſſeſſa. Itaque nos devotioni prædicti Marchionis obviantes, quandam Capellam *Tuedick* nominatam, ex jure fundi ejus propriam, caſtro *Styræ* contiguam, ac pertinentem, „ libertate Eccleſiaſtici juris promovimus, ſpeciales ei terminos inſtituimus, jus altaris, ac noſtrum „ Marchioni contulimus: ut ipſe „ poteſtative poſſideat. - - - Prædictæ itaque Capellæ poteſtatem „ conferimus, ac confirmamus, integra jura in decimatione, in divinorum plenaria adminiſtratione. Cui etiam concedimus, ut ſi „ a Diœceſano ſuſpenſio divinorum „ exiſtat, ipſa libera exiſtat, atque „ ab eodem excommunicatos ad ſepulturam recipiat. „

(A) Lit. B. *Adalberonis* Epiſcopi Würzburg. relatæ ab ejus vitæ ſcriptore c. 10. „ Ego *Adalbero* DEI „ gratia Würzburgenſis Epiſcopus „ notum eſſe volo omnibus Chriſti „ fidelibus, qualiter parentes mei „ ob ſalutem animarum ſuarum in „ loco *Lambach* dicto congregationem inſtituerunt Clericorum: & „ qualiter ego hæres eorum factus, „ licentia Domini Apoſtolici Papæ „ *Gregorii* (qui & *Hildebrandus*) pro „ hac in eodem loco congregatione nem ſubſtitui Monachorum, conſenſu, & conſilio Parochiani Epiſcopi Patavienſis ſcilicet *Altmanni* - - cum autem hoc ipſum Monaſterium inſtauratum a ſupradicto Epiſcopo *Altmanno*, & a me „ pariter dedicaretur, anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVIIII. „ Indict. XII. XVIII. Kal. Octobris, „ anno ordinationis Domini Altmanni XXV. meique XLV. iterum & tertio hæc, quæ prius feci, renovavi. „ Ex quo tamen apparet, Benedictinos jam ante, ſub *Ekkeberto* Abbate fuiſſe Clericis ſubſtitutos; nempe ad Annum 1056. ut conſtat ex iisdem literis Ratisponæ A. MLVI. Epiſcopatus autem Domini *Adalberonis* XII. datis.

(B) Conradus de Wizenberg Abb. Mellic. in brevi Chron. Auſtriæ Marchionum. „ Ipſo quoque favente „ (*Leopoldo Pulchro*) Ordo Monachorum inſtitutus eſt in *Medilich*, „ ſub Abbate *Sigeboldo*, remotis videlicet inde Canonicis, anno Domini MLXXXIX. „ Codex MS. ſed recentior relatus ab Anſelmo Schram-

coloniam a Sigeboldo Abbate primo, in Auſtriam deductam ſatis conſtat; neque caſu dies, ſed conſilio delecta videtur, qua in poſſeſſionem Cœnobii miſſi ſunt religioſi advenæ: erat ea Martii menſis prima & viceſima, Magno Ordinis ſui Patriarchæ, Benedicto ſacra, (A) ut quæ ſuprema illi in terris fuit, eadem prima eſſet filiis, cœleſtem quandam vitam, mortali adhuc in corpore victuris. A. C.

Adalbero, Würzburgenſis Epiſcopus moritur:

Hæc inter religioſæ per Auſtriam pietatis incrementa, ingens patriæ ſuæ decus ac præſidium An. MXC. teris exceſſit Adalbero, Würzburgenſis Antiſtes, commemorabili Vir pietate, munificentia, & conſtantia in cauſa Eccleſiæ, quam vita ac morte approbavit. (B) Parens illi Arnoldus, Welfæ ac Lambaci Comes in Auſtria ſuperiore, Bojarici tum adhuc juris regione. Regila mater, illuſtri & ipſa domo, ſed e Franconia oriunda: fratrem Gotfridum habuit, ſtrenuum virum fortemque, & bellis Pannonicis ea tempeſtate clarum: cujus in ditione, cum Butinam, urbem olim inclytam in extremo Auſtriæ ſecundæ, qua Styriam ſpectat, limite, caſtrisque ac oppidis velut corona cinctam, Scriptor vetuſtus fuiſſe prodat; conjectura eſt, Marchionis eundem dignitatem, quam idem au- 1090

Ejus familia illuſtris:

Schramb. Chron. Mellic. P. II. p. 51. „ *Leopoldus* nomine *Benignus*, qui poſtea etiam Sanctus, *Mellicum* repletum Monachis Benedictinis *ex Sublacenſi Monaſterio petitis*, reditibus ampliavit. „ Hieron. Pezius T. II. in Obſervat. prævia ad Catalog. Abb. Lambac. videtur ſentire, Benedictinos primos ex *Lambacenſibus*, non *Sublacenſibus* eſſe exortos: eo quod in eo Catalogo Abbatum de *Sigeboldo* Abbate Lambac. tertio hæc habeantur: „ Sigiboldus Abbas eo de medio facto (*Becemanno* nempe Abbate) ſucceſſit, qui plures Abbatias rexiſſe fertur, inter quas & *Medellicecam* tenuit. „

(A) Chron. Mellic. Salisburgenſ. Clauſtro-Neoburg. Admont. Zwetlenſe A. 1089. „ Conſtitutio Monachorum in *Medlico*, ſub Abbate Sigiboldo, in feſto S. Benedicti. „ Fr. Ortilo ad A. 1089. „ Idem Marchio (*Liupoldus*) ad cultum DEI magis promovendum in *Medilik* pro Canonicis Monachos S. Benedicti inſtituit. „ Unde rejiciendus Anonym. Leobienſis, qui ad Annum 1077. hæc habet: „ Eodem anno conſtitutio Monachorum in loco *Medlicenſi* ſub Abbate *Sigboldo*, in feſto S. Benedicti Abbatis facta eſt. „

(B) Berthold. Conſtant. A. 1090. „ *Adalbero*, reverendæ memoriæ Wirceburgenſis Epiſcopus, unus de antiquioribus Epiſcopis, in cauſa S. Petri ſtrenuiſſimus - - poſt multa pericula, perſequutiones, & exilia, quæ pro Chriſto libentiſſime paſſus eſt, in bona confeſſione diem clauſit extremum, in prædio ſuo, quod *Lambac* (Lambach) vocatur. „ Annum diemque mortis Annaliſta & Chronographus Saxo aſſignant ad A. MXC. „ *Adelbero* viceſimus poſt beatum *Burchardum* ſacroſanctæ Wirzeburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus, defuncto Domino *Brunone* III. Kal. Julii conſtitutus, vixit poſt acceptum Epiſcopatum annos XLV. menſes III. dies VII. ſubſtitutis duobus tamen Epiſcopis, *Meinhardo* juniore, & *Einchardo* obiit *II. Non. Octobr.* in prædio patris ſui, ſepultus in Monaſterio ſui *Lambach* ubi in pace requieſcit. „ Chron. Hildesheim. An. 1090. obiiſſe *Adalberonem Non. Octob.* memorat.

A. C. author Gotfrido tribuit, in ea Pannoniæ ſuperioris parte, quæ Auſtriam, Styriamque ab Hungaria dividit, geſſiſſe. (A) Sororis minor fortaſſe claritudo, non minor fortuna fuit: hæc enim Eckberto, Neuburgenſi ad Ænum Comiti juſtis nuptiis collocata, poſt Gotfridi obitum, ampla ejus hæreditate potita, Butinam urbem, quæque eo pertinebant oppida, caſtellaque ac prædia, ad ſuam, ac mariti Comitis ditionem adjecit. (B) *Vitæ ſeries.*

Hoc ortu puer, has inter opes natus, nihil ſibi tamen cum his fortunæ, gloriæque illecebris commune eſſe voluit: cumque Gotfridus frater, venatu, ac ludis equeſtribus, ut eſt juventus nobilis, impenſe delectaretur; ille tumultum ſtrepitumque averſatus, puerilis ætatis otium pietatis ſtudiis oblectabat. (C) Id conſpicatus pater, vir non civilis modo, bellicæque rei intelligens; ſed Chriſtianæ etiam virtutis, ac ſapientiæ cultor eximius, indolem pueri jam DEO plenam fovendam iis ſtudiis putabat, ad quæ Adalbero ab ineunte jam ætate aſpirabat. Ergo Würzburgum in Franconiam, ubi familiæ, matrisque inprimis amplæ res erant, a parente miſſus, DEOque jam tum, & ſua, & parentum voluntate dicatus, ſub cura, ac magiſterio ſacri ejus loci Antiſtitis adolevit. (D) Vitæ innocentis *Würzburgi educatur:*

can-

(A) Biographus B. Adalberonis apud Hieron. Pezium T. II. col. 7. „ Igitur, ſicut veridica veteranorum tradit aſſertio, erat quidam „ Comes, *Arnoldus* nomine, qui caſtrum opinatiſſimum in *Lambacenſi* „ loco - - juxta fluvium, cui vocabulum *Truna*, inhabitabat. - - „ Hic ex *Regila* nobili uxore ex Francia orientali oriunda plures ſuſcepiſſe filios fertur. - - Habebat filium nomine *Gotfridum*, dignitate „ Marchionem, virum ſtrenuum, & „ fortem, virum rebus bellicis aptiſſimum, crebris præliorum ſucceſſibus fortunatum: - - cujus ditioni cum reditibus circumjacentibus ſerviebat *Putina*, urbs inclyta & famoſa, quæ quaſi metropolis, & mater civitatum verſus Pannoniam ad Auſtralem plagam, ad „ arcendos hoſtiles Pannoniorum „ incurſus, & devaſtationes, antiquitus conſtituta fuit. „

(B) Idem Ibid. „ Magnæ etiam „ utilitatis, & ingenuitatis, ſecundum ſeculi dignitatem, habebat „ filiam, quæ nupſit *Ekkeberto* Comiti, cujus caſtrum, *Nivvenburc* dictum, in ora *Eni* fluminis eſt ſitum. Huic poſt felicem fratrum „ exceſſum, in ſortem dotis urbs „ *Putina* cum omnibus ad ſe pertinentibus cecidit. „

(C) Idem c. 2. „ Beata itaque „ *Regila* - - peperit filium *Adalberonem* dictum - - - Necdum tamen „ emenſis infantiæ annis, igne ſancti „ Spiritus ſpirans, anhelare non deſiit ad regnum vitæ perpetis, omnia regna mundi, & gloriam eorum parvipendens, ſpurcitias diaboli impolluto calle tranſiens, ſacramenta militaria execrans, totum ſe arbitrio Domini, & voluntati mancipans. „ De fratre autem *Gotfrido* hæc adjungit. „ Qui, „ ut decuit juvenile decus,

„ Gaudet equis, canibus, & aprici gramine campi. „

(D) Biograph. B. Adalberon. c. 2. „ Pater autem pius conſiderans piam „ & irrevocabilem in filio conſtantiam, veritusque DEI incurrere „ offenſam, ſi eum a bono retrahe-

„ ret

candor, morum ſuavitas, pietatis ac literarum diſſociata nunquam ſtudia tam tenera in ætate, de futura ejus claritudine jam tum pronuntiabant: quæ cauſa fuit Epiſcopo, ut ad conficiendum graviorum doctrinarum curriculum Pariſios eum deſtinaret. (A) A. C.

Pariſios ſtudiorum cauſa mittitur:

Neſcio, quæ temporum illorum fuerit felicitas, ut una ex urbe, una ex artium, doctrinarumque regia, continenti duorum ſeculorum ſerie tot viri prodierint, qui cum humanis, divinisque literis affatim inſtructi redirent in patriam, cœleſtium tamen rerum ſtudio ante ceteros eminerent. Erat eadem literarum cauſa Lutetiæ Gebhardus, ex illuſtri, ut ferunt, Helffenſteiniorum Comitum gente, Salisburgenſis poſtea Archiepiſcopus: erat Altmannus, nobili & ipſe e Weſtphalia domo: tertius his Adalbero adoleſcentiam jam ingreſſus accedebat. Morum, ſtudiorumque ſimilitudo, id quod fere uſuvenit, amicitiam conciliarat, quæ a florente illa ætate cœpta, ad ſeram inde canitiem, mortemque uſque perduravit. (B) Pariſiis Würzburgum, abſoluto ſtudiorum curſu redeuntem, ſacræ brevi ejus Eccleſiæ infulæ excepere. Suffectus Brunoni Epiſcopo, munus graviſſimum, ſanctiſſimumque ea cura, vigilantiaque geſſit, ut in ejus Eccleſiæ Pontificum cenſu vix aliud clarius, quam nomen Adalberonis effulgeret. Integerrima vitæ ratio, omnibus religionis, charitatis ac ſanctimoniæ exemplis illuſtrata: æquabilis juſtitiæ tenor; munificentia nullis avaritiæ ſordibus aſperſa; effuſa in pauperes beneficentia, amorem illi ac venerationem; ſed diſciplinæ juſta ſeveritas, invictaque in tuendis Eccleſiæ juribus con-

Würzburgenſibus Infulis ornatur.

Egregia ejus virtus,

„ ret propoſito; communicato cum „ ſuis ſenioribus & ſanioribus conſilio, filium ſuum primæ ætatis flore nitentem *Herbipolim* uſque perduxit, eumque, ſecundum quod Canonum & Decretorum edocent ſcita, DEO & ſanctis ibidem quieſcentibus in æternum militaturum obtulit: addito, quo in Francovia abundabat, patrimonio, ſub Pontificis, qui tunc Cathedræ *Herbipolenſi* præfuit, ſub Cleri, plebisque teſtimonio. „

(A) Idem Ibid. „ Ad rudimenta litteralia diſpoſitus in brevi ſpiritu ſapientiæ & intellectus adeo affatim eſt imbutus, ut omnes mirarentur ſuper doctrina & reſponſis ejus. Ubi vero annos adoleſcentiæ intravit, cum conſilio, conniventia, auctoritateque Pontificis ſui, aſſumptis aliquibus ſodalibus *Pariſios* pervenit, ubi tunc, ſicut & nunc omnium floruit peritia artium, ibique dulcibus abundanter Theoriæ refectus fructibus, ſapientiæ plenus eſt egreſſus. „

(B) Idem ibid. c. 3. & 4. „ Erat ei comes, ac ſocius itineris *Gebehardus*, vir venerandus, vir dilectus DEO & hominibus: qui providentia DEI electus & ordinatus *Salzburgenſis* Archiepiſcopus - - - Habuit præterea alium comitem, *Altmannum* videlicet - - qui nutu DEI Cathedra Pontificali *Patavienſis* Eccleſiæ ſublimatus, tam glorioſam, quam religioſam vitam duxit. „

A. C. conſtantia ac odium invidiam apud improbos peperere. (A) Feralis ille turbo, qui Henrico IV. Cæſare toti Germaniæ incubuit, Adalberonem quoque ſemel ac iterum ſua ab Eccleſia ejecit. (B) Pulſus in exilium, receptum in Auſtria reperit: quanquam Eckberto, ſororis ſuæ conjuge, pari de cauſa in Hungariam profugo, peranguſtæ jam domi res eſſent; quas ut caſui eriperet, jam dudum in conſtruendum, augendumque Lambacenſe Cœnobium, maxima ſui parte expendit. (C) Et quanquam ſexto ejus ſeculi, & octogeſimo anno, rejecto cum inſigni ſuorum clade ab urbe Henrico, Würzburgum Eccleſiæ ſuæ ſedem recepiſſet; haud diuturnus tamen ex occupata urbe fructus fuit, Meinhardo æmulo, Henrici rurſum violentia, in ejus locum intruſo. (D)

ab Henrico IV. graviter exagitata.

(A) Idem c. 5. „ Aliquibus vero „ elapſis diebus, vel annis (*Bruno*) „ Præſul Herbipolenſis vita ex hac „ decedens, migravit ad Dominum. „ Ordinante itaque eo, cujus providentia in ſui diſpoſitione non fallitur - - Clerus & populus utriuſque ſexus & ætatis, a minimo uſque ad maximum, uno ore, unanimi conſenſu, pari voto vociferant, clamitant: *Adalberonem* Epiſcopatu fore digniſſimum. Quid multa? Canonice a cunctis eligitur, electus - - conſecratur, conſecratus ſatis optime, ſapienterque in Epiſcopatu converſatur: curam eis in his, quæ ſunt ad DEUM, & homines, decentiſſime adminiſtravit, vitam irreprehenſibilem duxit, pater orphanorum, ſolator & recreator pauperum, judex viduarum, defenſor extitit pupillorum. „

(B) Berthold. Conſtant. A. 1090. „ *Adalbero* - - poſt multa pericula, „ perſecutiones & exilia, quæ pro „ Chriſto libentiſſime paſſus eſt, in „ bona confeſſione diem clauſit extremum. „

(C) Lit. Fundat. Lambac. apud Biograph. B. *Adalberonis*. „ Et quoniam communis vita Monachorum „ plus indiget, quam ſecularium conventus Clericorum, ad ſupplementum eorum ex noſtro adauxi fiſco quatuor videlicet ſylvas: quorum „ duæ juxta *Trunam* in parte Aquilonari ſunt ſitæ; una mercato *Wels* „ inferior, alia ſuperior. - - Ex altera autem parte ejusdem fluminis „ *Trunæ* contra meridiem duæ ſylvæ, una ad *Buchenloch*, - - - altera ad *Etterwald*. - - Addidi inſuper, quantum mihi prædii de patruo meo *Arbone* ad *Zviſil* contigit, „ & vicinum mercatum ad *Wels*: „ duo quoque mercata in Francia: „ unum ad *Onoldeſpach*, ad *Geroldsboven* alterum, cum omni utilitate ad ipſa pertinente: & Parrochiam, quæ dicitur *Tutenſteten*. Hæc „ omnia *Ekkeberto* Venerabili Abbati „ commiſi, eo quo ego hæc jure „ habui, Monaſteriique curam poteſtative habere feci. - - Actum „ eſt Ratisponæ Anno MLVI. „

(D) Conrad. Urſpergenſ. A. 1086. „ *Wirciburg* a Saxonibus & Alemannis obſidetur. Ad quam liberandam Imperator copioſum tam peditum, quam equitum congregat „ exercitum, pugnaque juxta *Bleichfelt* commiſſa digreditur, absque „ victoria. Mox urbe ab hoſtibus „ capta, Epiſcopus *Adalbero* introducitur, relictoque cum eo militari „ præſidio ad propria quisque proficiſcitur. Sed paulo poſt eadem „ urbs ab Imperatore recipitur, expulſoque *Adalberone* cum ſuis *Meginhardus* reſtituitur. „ Eadem habet Annal. & Chronograph. Saxo ad hunc annum, quorum iſte, etiam victum, fugatumque tunc Cæſarem memorat. Berthold. Conſtant. Anno 1086. qui præſens ipſe prælio interfuit, hæc habet. „ Interim „ *Heinricus* viginti pene millium pe-

„ dites

Lambaceenſe Cœnobium patrimonio ſuo auget.

Ergo extorris iterum, ac in patriam reverſus, haud A.C. ægre ſe paupere religioſorum contubernio, quos ipſe ſibi vivens hæredes delegaverat, conſtringi paſſus eſt: (A) quo ad annum deinde nonum ac octogeſimum ſacris ceremoniis conſecrato, patrimoniique jam rebus omnibus DEO tranſcriptis, nihil ſupererat, quam ut alteram jam, ſempiternamque, quæ meritorum eſt præmium, hæreditatem adiret. Neque vero longior ejus mora fuit: altero enim anno, exſolutus mortali hoc exilio, ad beatam in

Mortis vicinæ omen.

cœlo patriam evolavit. (B) Corpus eo loco, quem adoleſcens, ut fama eſt, deſignarat; & nuper, cum aram in ejus Cœnobii Templo ſancti Joannis Apoſtoli honoribus conſecraret, elapſa Pontificalis annuli gemma, quodammodo confirmarat, terræ mandatum, & ad majores ſuos, religioſis exequiis Lambaci adjunctum. (C) Non vacat

Sepulchri honor.

operoſius exequi, quæ DEUS ad oſtendenda Viri ſancti apud ſe merita, beneficia ad ejus tumulum mortalibus præſtitit, reſtituta mutis, cœcis, claudis, linguæ, oculorum, pedumque officia; abſterſos repente morbos, inflicta a DEO ſcelerum ſupplicia, deprecatore Adalberone, clementer averſa; quæ tabulis adhuc, ac gravium virorum teſtimoniis ſunt conſignata. (D) Vita ipſa inter ſanctos pro Eccleſia labores acta; mors pro DEI cauſa in exilio obita ſatis demonſtrant, nec vivere ipſum ſanctius, nec mori felicius potuiſſe.

Alt-

„ dites & equites congregavit - ad „ civitatem liberandam, jam quin- „ que ſeptimanis obſeſſam. Quo „ audito fideles S. Petri ſoluta obſi- „ dione - - congreſſi incredibilem „ hoſtium ſtragem fecerunt, ita ut „ novem nimium altæ congeries ca- „ daverum ibi viderentur, præter „ illos, qui campos & ſylvas fugi- „ tantes occubuerunt. *Heinricus* au- „ tem in primo impetu congreſſio- „ nis diſſimulato habitu, primus in- „ ter primos terga vertens, omnia „ vexilla ſua noſtris derelinquens, „ uſque ad Rhenum ſatis accelerato „ pervenit. - - Inter mortuos & „ vulneratos non niſi triginta repe- „ rire potuimus ex noſtris. - - - Fa- „ ctum eſt autem hoc prælium in- „ ſequenti die poſt feſtum *S. Lau- „ rentii.* „

(A) Biograph. B. *Adalberon.* c. 10. „ Fervente itaque perſecutionis ſæ- „ vitia - - reverſus eſt in Bawariam, „ ad terram patrum ſuorum - - ſe- „ ipſum cum omni patrimonio ad „ Cœnobium beatæ Mariæ tranſtu- „ lit - - ubi ſicut hodie cernitur, „ requiem ſibi in ſeculum ſeculi ele- „ git. „

(B) Contrad. Urſperg. An. 1090. „ *Adelbero* Wirciburgenſis de ſede „ ſua jam diu depulſus, in Bajoaria „ moritur, ibique in monaſterio ſuo „ *Lambach* ſepelitur. „

(C) Biograph. B. Adalberon. c. 13. „ Altare vero, quod ſecundum a „ principali locum obtinet, beatus „ Præſul *Albero* in honore *S. Johannis* Evangeliſtæ - - conſecrat. Et „ cum jam gerula, ſacra gerens offi- „ cula, loco confeſſionis imponen- „ da eſſet, gemma pontificalis annu- „ li elapſa thecam incidit confeſſio- „ nis. Epiſcopus vero - - digito „ deſignat locum: hæc, inquiens, „ requies mea in ſeculum ſeculi. „

(D) Libellus Miraculorum B. Adalberonis apud Hieron. Pezium T. II. Col. 17.

A. C. Altmannus, amico tam ſingulari orbatus, ſupereſſe diu non potuit: Zeiſelmauræ in Auſtria gravi febre correptus, ubi inſtare ſupremam ſibi horam videret, ſacroſanctis Eccleſiæ myſteriis procurari quam primum voluit: cumque Epiſcopi munere per annos ſex ac viginti ſanctiſſime geſto, nihil jam ſupereſſet, in quod curas divideret; rite, ſancteque precatus omnibus, ad VI. Idus Sextiles An-
1091 ni MXCI. grandem cœlo animam transmiſit. (A) Sacrum ejus corpus Gottwicum, Sacerdotum humeris deportatum, quod Thietmarus Salisburgenſis Archiepiſcopus, nuper ab Altmanno inauguratus, & poſt paulo purpuratis pro Religione Heroibus adſcribendus, inter affuſas tumulo lachrymas, in ſacra ejus loci Baſilica terræ mandavit. (B) Extant ibidem, magnaque in veneratione ſunt Pedum ejus, & Infula, miræ, ſanctæque ſimplicitatis argumenta; quibus pontificalis, ut quidem opinio eſt, annulus, nuper e terra erutus, noviſſime acceſſit. Nulla feſtinatio Viri tanti memoriam prætereat, qui divino quodam munere Auſtriæ conceſſus videtur, ut Religionis diſciplinam aut firmaret ibi, aut ad veteres ſanctimoniæ leges revocaret.

B. Altmanni obitus.

Sepultura.

Natale illi ſolum Weſtphalia, parentes claro genere, ſtudiorum alumna, nutrixque pietatis Lutetia Pariſiorum fuit. Prima ſacræ militiæ ſtipendia in Eccleſia Paderbornenſi meruit, cujus Canonicis eſt adſcriptus. Paderborna, ubi inſtituendis ſacra doctrina Sacerdotii candidatis moderator aliquamdiu præfuit, Aquisgranum tranſiit, ſummo ejus Eccleſiæ Collegio Præpoſitus datus. Conſpecta Viri virtus ac ſapientia Henricum III. Imperatorem movit, ut ad ſacra ſibi obſequia Altmannum accerſeret: quo in munere poſt ereptum jam vivis conjugem, Agneti

Ejus Viri Ortus, & res ante Epiſcopatum.

(A) Biograph. B. Altmann. N. 31. „ Transactis in Epiſcopatu XXVI. „ annis, examinatur ut aurum in „ camino tribulationis, in villa, „ quæ *Zeiſinmure* dicitur, febre corripitur, a religioſis viris oleo conſecrato perungitur, & ſic Dominicis Sacramentis munitus, omnes „ ſibi ſubditos benedicens, vinculis „ carnis lætus abſolvitur. „ Joh. Abb. addit. „ Anno milleſimo nonageſimo primo, ſexto Idus Auguſti. „

(B) Idem Ibid. „ Accurrit ad extinctum Præſulem pene tota patria, luctu & planctu replentur „ omnia. Vix tandem a mœſtis Chriſti Sacerdotibus venerandum corpus tollitur, ac multa turba nobilium, ac plebium comitante, „ cum magna gloria in montem *Gotewich* defertur - - - reverendæ „ memoriæ Archiepiſcopus *Thiemo*, „ ab ipſo *Altmanno* conſecratus (poſtea Jeroſolymam petens, a paganis martyrio coronatus) ad dilecti amici corpus venit anhelus, „ lacrimas ubertim cum omni Clero „ & populo fudit, hoſtiam laudis „ pro anima ejus cum omni devotione DEO obtulit; corpus vero „ cum debito honore in Eccleſia S. „ DEI Genitricis terræ tradit. „

Fit Paſſavienſis Epiſcopus, & Legatus Apoſtolicus.

Auguſtæ ſuam operam approbavit. (A) Luſtratis deinde ſacris Palæſtinæ monumentis ex itinere Paſſavium accitus, Eccleſiæ ejus gubernacula ſuſcepit. (B) Sed ea honoris ſedes, magnorum illi pro DEO laborum, nec minorum calamitatum campus fuit. Revocandæ ad priſcam ſeveritatem diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtudium, turbulenta Henrici IV. in Pontificem conſilia, Legati Apoſtolici per Germaniam dignitas tantum illi curarum, laborum ac diſcriminum dedere, mirum ut eſſet, vitam tot ærumnis confectam ad tantam ætatem perduci potuiſſe. Sed animus omni acerbitate caſuum major, fractum labore corpus tantiſper nempe ſuſtinuit, dum ingentia illa pro religione molimina, perducta ad exitum videret. A. C.

Curæ, laboresque ſacri.

Cœnobia ad veterem ſanctitatem revocata.

Amplam paſtorali ejus vigilantiæ materiam ſacrorum quorundam DEO hominum per Auſtriam congregationes præbuerunt, quæ quod temporum vitio paulatim ad mores, ſuo ab inſtituto longiſſime alienos, deflexiſſent, vix revocari ad officium poterant. Erant ad S. Floriani ſupra Anaſum Sacerdotes eorum ex genere, qui nullis certi inſtituti legibus adſtricti, vitam tamen communem eodem ſub tecto agere conſueverunt: hos ubi ſacrilegis irretitos nuptiis, & quæſtui tantum intentos reperit; ſuffectis in eorum locum Canonicis, qui ex S. Auguſtini præſcripto ſanctiorem vivendi formam profiterentur, exeſſe ex eo Cœnobio juſſit. Ita Sacrarium illud S. Martyris, quod a Monachis, ut quorundam fert opinio, Hungarorum irruptione olim pulſis, ad alios nulli ex Religioſis familiis adſcriptos tranſiit; Canonicorum tandem, qui D. Auguſtini inſti-

Ad S. Florianum.

(A) Idem Num. 2. „ In hac igitur *Weſtfalia Altmannus* claris parentibus editus, divinis & ſæcularibus litteris adprime eruditus, apud *Paderbrunnen* Canonicus fuit; in quo loco multis annis ſcholas rexit; deinde *Aquisgrani* Canonicis præpoſitus fuit, quo tempore etiam in palatio Tertii *Henrici* Regis Capellanus claruit. - - Quo defuncto, *Altmannus* Reginæ *Agneti* fideli obſequio adhæſit: cumque *Pataviam* venit, quo tunc temporis *Egilbertus* Epiſcopatus infulam tenuit. „

(B) Biographus Num. 3. 4. & 5. „ Eo tempore multi nobiles ibant Jeroſolymam, inviſere ſepulchrum Domini, - - quibus *Altmannus* ex latere Reginæ, cum multis viris de palatio honoratis, factus eſt comes itineris, & ſocius laboris. - - Tandem per multas tribulationes Hieroſolymam perveniunt, ibi vota ſua perſolventes, & hoſtiam laudis DEO perſolventes, ad patriam revertuntur gaudentes. Dum in Pannoniam perveniunt, & in *Wiezenburc* lætos dies ducunt, - - *Egilbertus* Patavienſis Epiſcopus defungitur. - - Poſt cujus mortem *Agnes* Regina, Regnique Optimates conſilium ineunt, omnes *Altmannum* in loco defuncti Epiſcopi eligunt. - Mox mittuntur in obviam viri ex honoratis in Pannoniam, qui virgam paſtoralem, & annulum ſponſalem electo deferant. „

A. C. inſtituta ſequuntur, ordini, penes quem hodiedum, magna ejus loci, publicique boni utilitate eſt, acceſſit. (A)

Ad S. Agapitum.

Reſtabat in ea Norici parte Cœnobium aliud, antiquitate, & morum ſanctitate olim nobile; ſed temporum pariter injuria, magna per id tempus infamia reſperſum. Fœdis ſupra modum, fidemque coloribus Scriptor vitæ B. Altmanni ejus loci incolas depingit, quos cum ventri ac luxui deditos, protervos, ſeditioſos, ac abjecto Monaſtici inſtituti jugo, nequiores quovis profano homine ſtomachoſius criminatur, eo poſtremum audaciæ erupiſſe refert, ut ſubjectis Cœnobio facibus, libertatem neceſſitate excuſarent. (B) Quibus in rebus ſi facem ipſi, ut ille queritur, prætulere, quibus regendi cura gregis erat; arduus Altmanno labor fuit, veteris diſciplinæ ſanctimoniam, in contaminatum tanta exempli pravitate locum reducendi. Conſtitit tamen invicto ejus animo conſtantiæ fructus is, ut religioſæ diſciplinæ ſanctitas per Theodoricum Abbatem inſtaurata, per Adelramum deinde ſucceſſorem magnis incrementis aucta, ad noſtram uſque ætatem conſtantiſſime perſeveret. (C)

(A) Biographus B. Altmanni N. 9. „ Eſt locus in Norico Ripenſi, dictus ad *domum S. Floriani.* In hoc „ loco erant Clerici, conjugiis & „ lucris ſæcularibus intenti, negligentes ſervitium DEI. Hos providentia Epiſcopi inde eliminavit, „ & religioſas perſonas ad ſerviendum ibi DEO congregavit. Porro ipſe locus fertur, quondam a „ Monachis inhabitatus, ſed ab Ungaris deſtructus, denuo ab *Egilberto* Epiſcopo reparatus, Clericis eſt „ mancipatus. „

(B) Biographus idem: Num. 10. „ Præterea *S. Agapiti* Monaſterium, „ quod *Cremsmunſter* dicitur, erat „ tunc temporis ſatis magna infamia „ reſperſum. Nam Monachi illi, jugo regulæ abjecto, ac Monaſtico „ ordine relicto, longe præ ſæcularibus ſæculariter viventes, proprietatem habentes, per omnia „ vitiorum crimina erant inſanientes: detractores, murmuratores, „ rebelles, protervi, ventri & luxuriæ tantum dediti, & ad omne „ opus bonum reprobi. Horum „ Prælati erant voluptatum amatores, religionis ſpretores, lucris „ inhiantes, ſubditos in flagitiis ſuperantes. Hi viri peſtiferi ſubſtantiam Monaſterii luxurioſe vivendo diſſipaverunt, demum ſanctuarium DEI igni incenderunt. „ Bernardus Noricus in Catalogo Abb. Cremifanenſium fatetur quidem ad A. MLXXII. *Ordinem Monaſticum* ſuo in Monaſterio *tepuiſſe:* ſed præmittit paulo ante ſequentia: „ Poſt hæc „ *Pezzelinus* creditur præfuiſſe. Hic „ redemit locum Eccleſiæ in *Talhaim* „ cum dote ſua pro *Chatzbach* a quodam ſervo S. Agapiti ſub *Albino* „ Advocato. Hujus tempore ignis „ Monaſterium devaſtavit. Item „ apud nos *S. Wiſmto* Presbyter, & „ Monachus, qui obiit IV. Non. „ Decembris. „ Ex quo colligi poteſt, ea, quæ Biographus B. *Altmanni* habet, exaggeratius eſſe ſcripta.

(C) Biograph. B. Altmanni N. 10. „ Hos ſolertia Epiſcopi cum magno „ labore de loco ejecit, & venerabilem virum *Theodoricum* Abbatem „ ibi præfecit: qui Monaſtici tramitis ſectatores de *Goizze* (Bern. Noricus ſcribit: de *Gözz*) adduxit, „ quos ſub magiſterio beati *Benedicti* „ per normam regularis vitæ verbis „ & exemplis inſtruxit; - - - ſed is „ locus poſtmodum per *Adelramum*, „ vi-

Repurgata vitioſis his moribus Marcha Bojarica, ad extirpanda etiam vitiorum ſemina in Auſtria manus admovit. Fanum S. Hippolyti inclytum diu religione ſteterat: at qui turbo Germaniam per id tempus omnem miſcuit, mores quoque ſacri ejus contubernii, exempli contagione afflavit. Nihil jam ſincerum hic, nihil religioni, ſacrisque officiis reliquum, quarum rerum curam ventris, libidinisque ſtudium, ebrioſis loci ſodalibus exemit. Ergo & hos arcere eo a ſacrario, locique poſſeſſione viſum: aliosque ex præſcriptis a ſanctiſſimo Hipponenſium Antiſtite legibus ad ſanctiorem diſciplinam formandos ſubſtituere. Ea res extorres Pontificia ſeveritate inquilinos in rabiem egit, ut impetu in relictam ſedem facto, armis omnia, ac tumultu replerent; perfractaque noviſſime vini apotheca, bellum doliis, ſtragemque inferrent, nulli quam ſibi nocentiorem: cœleſti enim vindicta magis, quam vini halitu, in amentiam verſi, longo per avia diſcurſu pœnas ultori Numini perſolviſſe perhibentur. (A) A. C.

Ad S. Hippolytum.

Cœnobiis nihilo melius reliqua per Auſtriam Templa habebant, Sacerdotum ejus temporis aut inſcitia, aut improbitate: lignea fere erant, & nulla aut ædificii ſpecie, aut ſacri inſtrumenti pretioſa ſupellectile viſenda: nullus rituum vel in divinis officiis delectus: nec religio erat, ubi ſacris operandum, obvio ex pſalmo librum liturgicum ſupplere: Huic tamen tam pervagatæ ritus ſacri corruptelæ modum Altmanni induſtria ſtatuit, brevique tempore, & ſplendorem Templis, & Sacris majeſtatem reſtituit. (B)

Templorum, ac Sacrorũ ſplendorem reſtituit.

Sed

„ virum generoſum, & Abbatem præ-
„ dicandum tanta religione & hone-
„ ſtate eſt immutatus, ut cæteris
„ circumquaque Abbatiis, prædiis,
„ ædificiis, libris, picturis, & aliis
„ ornamentis ſit prælatus: inſuper
„ & viris litteris eruditis, & arti-
„ bus egregie peritis inſigniter uſ-
„ que hodie fulgeat exornatus. „

(A) Biographus idem Num. 9. „ In alio Cœnobio, ſcilicet *S. Hippolyti*, erant Clerici ebrietati, voracitati, libidini, & uſuris implicati, quos *Altmannus* Canonica Cenſura de loco expulit, & religioſos viros pro eis reſtituit: quibus præfecit *Engilbertum* Præpoſitum, virum omni prudentia, & eloquentia præditum. Porro Clerici expulſi furiis comprehenſi, ægre ferentes expulſionis ſuæ opprobrium, „ ſumptis armis audacter ingreſſi „ ſunt Monaſterium, fugatis omnibus cellarium fregerunt, & vinum „ in terram fuderunt. Quod facinus ſtatim ultio divina ſecuta eſt: „ nam omnes in amentiam verſi, „ avia petierunt deſerti. „

(B) Idem Num. 17. „ Ante ejus „ (B. *Altmanni*) adventum omnes „ pene Eccleſiæ in illo Epiſcopatu „ erant ligneæ, & nullo ornatu decoratæ, imo ipſi Presbyteri, ut ita „ dicam, lignei erant: quia conjugiis & terrenis negotiis dediti, Divinis officiis penitus ignari, *Miſerere mei DEUS*, pro Canone: *Attendite*, pro *Paſſione* legebant. Nunc autem ex ejus induſtria, omnes „ pene Eccleſiæ in Epiſcopatu ſunt „ lapideæ: libris, picturis, & aliis „ ornamentis decoratæ; & quod „ ma-

A. C. Sed cum omnes virtutes viri in eminenti loco eſſent, (A) nulla tamen conſpectior ejus in adverſis rebus conſtantia fuit: hanc ad tolerantiam injuriarum Palæſtino in itinere erudivit: hanc in exilio, in Rudolphi, ac Hermanni Regum funere; in Leopoldi Marchionis clade, ac calamitate demonſtravit. Incubabat Paſſavienſi Cathedræ Hermannus Pſeudo-Epiſcopus, Liutoldi, Carantanorum Ducis frater, omnemque ſupra Anaſum provinciam injuſtas ſub leges adigebat: perſtitit Altmannus in incepto, juraque ſacra, quæ ea reciperet, inferiori tamen Auſtriæ dispenſavit. Sed Hermanno frui temerario auſu diu haud licuit, biennio vix exacto, uſurpato per ſummum nefas ſolio, vitaque exturbato. Et ille quidem morti vicinus, Divini, ad quod rapiendus propediem erat, Judicii, objecta menti horribili ſpecie exterritus, humari ſe intra Templi ambitum vetuit, ſacræque in ſe dictæ ſententiæ revocationem ab Altmanno Antiſtite poſtulavit: ſed mors pœnitenti eam moram non conceſſit. (B)

Animi Conſtantia in rebus adverſis.

Hermanni Pſeudo-Epiſc. mors juſti timoris plena.

Hermanno interim novo ſacrilegio ſuffectus eſt Thietmarus, e Würzburgenſis Eccleſiæ ſummo Collegio huc translatus, homo eo honoris gradu, præ ceteris indignus; ſed pecunia, quæ apud Henricum IV. omnia potuit, ingreſſum

„ maximum eſt, caſtis & eruditis „ viris bene munitæ. Inſuper tota „ illa patria crebris Cœnobiis Monachorum, & Canonicorum refulget, in quibus nocte, ac die magna diligentia Divinum officium „ fervet. Fama quippe ejus opinionis adtraxit ex omni climate „ viros ſummæ religionis, quos per „ diverſa collocans Monaſteria, provident eis vitæ neceſſaria. „

(A) Biographus B. Altmanni N. 5. „ Quia hunc honorem a DEO promeruerit, ejus laudabilis vita declaravit. Erat enim Doctor veritatis, amator caſtitatis, bonis ornatus moribus - - populum docebat DEI timorem, diſſidentes „ revocabat ad pacis concordiam, „ largis elemoſynis pauperum relevabat inopiam. Corpus vigiliis „ & jejuniis caſtigavit, ſpiritum fletibus & precibus humiliavit &c. „

(B) Idem Num. 15. & 16. „ Præſul *Altmannus* ſede ſua privatus; „ *Hermannus*, frater Ducis *Luitoldi*, „ Pontificali infula ſublimatur - - - „ *Hermannus* autem vixit per biennium, & ſic judicio DEI vitam cum „ Infula amiſit: qui tamen dicitur in „ extremis pœnituiſſe, & induvias „ ſuas *Altmanno* Epiſcopo pro abſolutione anathematis miſiſſe. „ Berthold. Conſtantienſ. An. 1087. „ Schismaticus, qui Patavienſem Epiſcopatum, vivente adhuc legitimo paſtore, jam dudum invaſit, „ de hac vita diſcedens, certiſſimum „ ſuæ damnationis exemplum reliquis Schiſmaticis dereliquit. Cum „ enim jam in extremis jaceret, ſeque ad æternam damnationem „ jamjam abiturum non dubitaret; „ apparuit ei ejusdem Eccleſiæ Epiſcopus, ut tanto evidentius culpam ſciret, quam apud inferos luere deberet. Rogavit tamen eum, „ ut ei culpam indulgeret, ipſumque ab excommunicatione ſolveret. Rogavit quoque circumaſtantes, ut eum de Epiſcopatu „ eveherent, nec eum in Epiſcopatu ſepelirent. Sed hæc verba aſtantibus quaſi deliramenta videbantur. Ipſe autem ſanæ mentis proteſtatus, itidem rogare non ceſſavit, ſed incaſſum: nam ante Eccleſiaſticam abſolutionem morte „ præventus eſt. „

ſum in hoc ovile paſtori lupo facile præbuit. Oppreſſa ejus tyrannide Auſtria ſuperior; inferior in fide Altmanni manſit: (A) nec dubitem Antiſtitis hujus meritis factum, ut altero ſtatim ab exceſſu ejus anno, neglecto Thietmaro, Udalricus Paſſavienſis Eccleſiæ infulis ornaretur. (B) Non pauca altioris humana virtutis opera Altmannus, vivus æque ac mortuus patraſſe fertur. Conſtat ſatis, aquam a miniſtro ejus menſæ illatam in optimi ſaporis vinum converſam: (C) detectam cœleſti indicio ſimulatoris Diaconi nequitiam; (D) impura alterius flagitia, quanquam mortalium oculis incognita, & verbis caſtigata, & cœleſtis iræ terroribus emendata. (E) Nusquam tamen manifeſtior

A. C. 1092

B. Altmanni miracula.

(A) Biograph. B. Altmanni N. 16. „ Quo (*Hermanno*) defuncto, quidam Wirziburgenſis Canonicus „ *Tiemo* nomine, indignus cidari, ſedem *Altmanni* pecunia invaſit, & „ Epiſcopatum tantum uſque ad *Anaſum* fluvium magis oppreſſit, quam „ rexit. *Altmannus* vero in Orientali provincia clerum & populum Canonice gubernavit. „

(B) Berthold. Conſtant. A. 1092. „ In Bajoariam venit Salzburgenſis „ Epiſcopus *Dimo*, qui Patavienſi „ Eccleſiæ jam dudum viduatæ, ordinavit Epiſcopum, nomine *Udalricum*, ſanctæ Auguſtenſis Eccleſiæ „ Præpoſitum, eumque in ipſo die „ Pentecoſtes cum ipſo Conſtantienſi, & Wormatienſi ſolenniter conſecravit, hocque magnam fiduciam dedit Catholicis, ut in fidelitate S. Petri perſiſterent, & Schismaticorum veſaniæ indefeſſius obſiſterent. „

(C) Biograph. B. Altmanni N. 19. „ Quodam die præcepit pincernæ, „ ut ſibi in menſa poculum aquæ ſecreto apponeret, & ne hoc ſibi „ aſſidentes ſentirent, ſpuma cereviſiæ ſuperfunderet. At ille fecit, ut „ fuerat imperatum, apponens Epiſcopo aquæ poculum: ſed cum vir „ DEI ori admoviſſet aquæ liquorem, invenit optimi, ſed inſoliti „ vini ſaporem. Qui putans pincernam ſibi illuſiſſe, & vinum pro „ aqua ſibi propinaſſe, mandati ſui „ transgreſſorem duriter increpavit: „ Sed ipſe maximis juramentis ſe „ aquam, ut ſibi juſſum fuerat, apoſuiſſe affirmavit. - - Qui poſtmodum in loco noſtro factus Monachus, rem ex ordine retulit omnibus. „

(D) Idem Num. 16. „ In quo loco (*Gottwicenſi*) dum quadam die „ Miſſarum ſolemnia celebraret, & „ quidam Diaconus adventitius, ſiniſtræ famæ, Evangelium lecturus „ benedictionem ab eo peteret; Epiſcopus eum diutius intuens, ſtolam de collo ejus abſtulit, & alium „ legere præcepit. Unde patet, venerando viro aliquid de eo revelatum, quod aliis fuit celatum. „ Qui verecundia compulſus, de „ monte ad *Heinricum* fugit, peſſimum crimen Epiſcopo, & omnibus fratribus impoſuit, ſed ab eo „ confutatus, peſſima morte periit. „

(E) Idem Num. 21. „ Quidam „ Clericus, Dæmone plenus, eſt ad „ eum adductus: quem DEI homo „ continua oratione expulſo Dæmone curavit. - - Pro quo fratres „ petebant Epiſcopum, ut eum promoveret ad Presbyteri gradum. „ Sed venerandus Præſul eis prædixit, quia ei ordinari non expedit: „ tandem victus precibus fratrum, „ ordinavit eum Presbyterum, denuntians ei terribile DEI judicium, „ ſi nollet vitare horribile peccatum. „ Qui per aliquot annos Miſſas celebrans, & interim interdictum ſceelus devitans; deinde quaſi oblitus „ Epiſcopi admonitionem, ut canis „ reverſus ad vomitum, ad priſtinam redit conſuetudinem, ſed eodem momento in ſe, ut prius, ſævum ſenſit Dæmonem. A quo „ iterum ſanctus Vir immundum ſpiritum expulit, & penitus eum ab „ officio altaris ſubmovit - - defun-

„ cto

A. C. ſtior virtus divinitus illi conceſſa, quam in exigendis, diuturna poſſeſſione corporum inquilinis, malis geniis eluxit: extant ejus rei exempla non pauca, nec incerta. (A) Quanquam nec in depellendis ejus merito morborum moleſtiis, nec in ſanandis vitioſis aliis corporum affectionibus ejus præſidia deſiderentur: (B) ut adeo non vivens magis, quam mortuus receptrici tanti hoſpitis Auſtriæ profuiſſe videatur. Diſerti in ejus laudes ſunt Scriptores plerique ejus temporis, virumque magnarum in Chriſto virtutum, Apoſtolici moris Præſulem, Religioſæ diſciplinæ inſtauratorem eximium, Pontificiæ authoritatis invictum propugnatorem appellant. (C) Bertholdus Conſtantienſis, brevi verbo complexus omnia, tantæ continentiæ, religionis, ſanctitatis fuiſſe prædicat, ut venerationi eſſet viris, quos tum Eccleſia habebat, ſanctiſſimis Gregorio VII. Pontifici Maximo, & Lucenſium Epiſcopo, Anſelmo; neque a bonis omnibus amaretur magis, quam ab improbis timeretur. (D)

Ingens de ejus virtute opinio.

Leopoldus Marchio, qui intima, quoad vixerat, familiaritate cum Altmanno conjunctus erat, non potuit tanti viri obitu, & jactura non graviter dolere: ſed eam

„ cto Epiſcopo ad ſtultitiam ſuam „ rediit, quam dum ſæpius iterat, „ Diabolus - eum intrat, crudeliter „ nocte ac die vexat, omnia turpia „ & nefaria ab eo geſta per os ejus „ propalat. Quid plura? impurus „ homo -- duris vinculis ſtringitur „ cuſtodia hominum. - - Tandem „ in feſto S. MARIÆ, quadrageſimali tempore, precibus fratrum a maligno ſpiritu eripitur, & poſt triduum oleo unctus, & corpore „ Chriſti munitus defungitur. „

(A) Idem num. 20. 21. 22. 32. & Biographus alter apud Gretſer. T. VI. & Hieron. Pezium T. I. ubi agit de Miraculis a cap. 18.

(B) Idem Num. 6. 33. 34. 35.

(C) Lambert. Schaffnab. A. 1076. „ *Altmannus* Patavienſis Epiſcopus, „ & magnarum in Chriſto virtutum, „ cui Papa vices ſuas in diſpoſitione „ Eccleſiaſticarum cauſarum delegaverat. „ Biographus B. Adalberonis Würzburgenſ. c. 13. „ Præſul vero *Albero*, totus feſtivus & „ lætabundus occurrit ei, excipiens „ eum cum laudibus, hymnis, & canticis, ac ſi Angelum DEI excepiſſet, ita in adventu ejus jocundatus eſt. „ Et cap. 4. „ Habuit „ præterea alium comitem, *Altmannum* videlicet, Virum omni morum honeſtate dotatum, omni „ laude digniſſimum, virtutibus & „ ſignis ditatum. - - Cujus ſepulchrum frequentibus illuſtratur ſignis. „ Paulus Bernriedenſis in vita S. Gregorii VII. apud Gretſerum T. VI. pag. 162. „ Canonicæ vitæ „ renovator eximius, *Altmannus* Epiſcopus de Patavia. „ Urbani II. PP. ep. ad Salisb. & Paſſav. Epp. apud Martene T. 1. p. 520.

(D) Berthold. Conſtant. A. 1091. „ *Altmannus* ſanctæ recordationis Patavienſis Epiſcopus, in cauſa S. Petri, & in Eccleſiaſtica religione ſtudioſiſſimus, poſt multa pericula, „ tribulationes, & exilia, quæ pro „ Chriſto ſuſtinuit, in ſenectute bona migravit ad Dominum VI. Idus „ Auguſti. - - - Hic fuit tantæ ſanctitatis, continentiæ, & religionis, ut reverendiſſimo Papæ *Gregorio*, ſanctoque Lucenſi Epiſcopo, „ imo omnibus religioſis, reverendus eſſet, & amabilis: Schiſmaticis „ vero, & ſceleratis odioſus & formidabilis. Unde in obitu ſuo bonis „ magnum mærorem, malis vero magnam reliquit exultationem. „

pii Principis orbitatem præclara Udalrici ſucceſſoris virtus utcunque ſolata eſt. Ætas jam grandior, virtus, nobilitas eam Udalrico authoritatem pepererant, ut Thietmarus, ſedis æmulus, ſacrilegæ poteſtatis jura extendere ultra Anaſum, Leopoldo præſertim adverſante, non auderet. Infeſti olim ſibi Cæſaris terror jam ſenſim in Auſtria exoleverat: filiique Conradi a parente, Henrico IV, aperta defectio ſecuritatem affirmarat: (A) ea in Religionis, publicique boni incrementum præclare uſi Leopoldus, & Udalricus, multa in Cœnobiis, multa in re publica inſtaurarunt. A. C. 1093

Gottwicenſe Cœnobium Religioſæ S. Benedicti familiæ traditum:

Primum Udalrici, quæ memoratu digna in Auſtria geſſit, operum, Gottwicenſe Cœnobium erat ad D. Benedicti familiam translatum. Vigebat eo loci laudata morum diſciplina, quamdiu Altmannus ſuperſtes erat: hoc ad Superos translato, fluere & ipſa cœpit. Præcipitis ruinæ principium ab advenis fuit, qui religionis obtentu, inopiam, & quibus inſueverant, flagitia obtexere: ab his vulgata in alios morum contagio, ut paucorum infamia brevi in totum ſodalitium tranſiret. (B) Altmannus, quanquam cœlo receptus, alumnorum tamen ſuorum curam nec in morte poſuerat. Erat Gottwici Joannes quidam, Scotus gente, Monachus profeſſione, quem Altmannus, dum viveret, & propter excellentis virtutis opinionem magni fecerat, & propter Templi Baſilicam exigua in cella collocarat. Huic oblata per quietem Antiſtitis ſpecies, qui repurgare locum ſordibus, & ſuum ſacro monti nitorem reſtituere eum jubebat. Ille cœleſtium non ignarus, Conradum Præpoſitum continuo edocet, quid Altmannus, vitiorum inſolentia offenſus, ſermonis illo ænigmate, ſibi vellet: evellenda nimirum noxiarum ſtirpium capita, labefactam aliorum in bene cœptis conſtantiam ſeverioribus deinde legum vinculis adſtringen-

quibus de cauſis.

(A) Berthold. Conſtant. A. 1093. „ *Conradus* filius Heinrici Regis a patre diſceſſit. „ Annal. Saxo Anno 1093. „ *Conradus Heinrici* Imperatoris & *Berthæ* Imperatricis filius „ Patri ſuo rebellavit. „ Conſentit Chronograph. Saxo. Chron. S. Pantaleon. Chron. Urſperg. Dodechinus ad hunc annum, qui etiam cauſam affert neceſſariæ ſeceſſionis a patre.

(B) Biograph. B. Altmanni N. 38. „ Defuncto Epiſcopo (*Altmanno*) venit inimicus homo, qui ſuper bonum triticum ab *Altmanno* ſeminatum, ſeminavit zizania, & bonam famam fugavit de monte infami infamia. Viri namque impudici de locis ſuis, aut expulſi, aut fugitivi, in *Gotewich* propter rerum inopiam confluxerunt: qui ſub obtentu religionis, quam ſpecie tenus prætulerunt, ſuſcepti ſunt. „ Horum infandis actibus cœpit locus infamari, & a gloria priori valde obfuſcari. „

(A) Id.

A. C. gendam. (A) Nihil non ex ſententia actum. Ejecti e ceterorum contubernio nequitiæ authores: reliqui ad officium revocati.

Nondum enim ita aures occalluerant, quin ſeveram denunciationem eam in animos admitterent: ſed quod inuſtam nomini ſuo maculam deleri jam poſſe deſperarent; pene in eo jam erant, ut de ſtatione ſibi omnino deſerenda cogitarent. Moram injecit inconſultæ deliberationi Joannes idem, monuitque, ad eluendam eam maculam, remedium præſentius fore nullum, quam ſi mutatis cum veſte moribus religioſam Monaſtici ordinis diſciplinam amplecterentur. Placuit tempeſtivum hominis ſapientis conſilium, magnaque conſenſione in eam ſententiam itum. Sed quod Pontificia ad hoc authoritate opus eſſet, Conradus loci Præpoſitus, vir & ſuapte ſponte ad virtutem propenſus, & Altmanni ſalubri adhuc terrore perculſus, Romam deſtinatur. Confecto ex animi ſententia negotio, Udalricus Paſſavienſis Antiſtes de re tota edocetur. Ille, quo in omnem promovendæ religionis occaſionem erat ſtudio, rata habuit pia conſilia, petitumque e S. Blaſii, quod in Sylva Hercynia eſt, Monaſterio Hartmannum Cœno-
1094 bii Antiſtitem primum conſtituit, qui cum novis e D. Benedicti præſcripto legibus, novos Gottwicum mores, novum Auſtriæ præſidium, ac ornamentum importavit.

Primi ejus S. Familiæ Sodales ex Monaſterio S. Blaſii evocati.

Hartmanno porro ipſi, ut in vota Epiſcopi conſentiret, Altmannus author fuit, qui forma ſupra mortalem auguſta eidem ſe per quietem obtulit, & tradito in manus, poteſtatis inſigni, paſtorali pedo, Gottwicum ejus fidei commendavit. (B) Non indignus hoc cœleſti favore Hart-

(A) Idem ibidem. „ Tempore „ venerandi Præſulis *Altmanni* venit „ in montem *Gotewich* quidam pres- „ byter religioſus, natione Scottus, „ profeſſione Monachus, nomine „ *Johannes*, quem Epiſcopus ob re- „ ligionem vitæ valde dilexit, & „ eum juxta Eccleſiam S. MARIÆ „ *Incluſum* fecit. Hic verbo & exem- „ plo multum loco profuit. „ Enarratis deinde, quæ ab advenis perperam acta ſunt, ſubjungit: „ Cumque indies infamia longius, & latius crebreſceret, & non modo „ clauſtralis religio, ſed ipſum vulgus montem abhorreret; eidem „ *Johanni* Incluſo *Altmannus* Epiſcopus in ſomnis infulatus apparuit, „ ut locum de cœno purgaret, & ut „ fœtorem ſtercoris de monte extraheret, admonuit. At ille viſionem intelligens, & Præpoſito „ fratrum rem aperiens, juſſit turpes „ de monte ejici: deceptos vero ab „ eis præcepit pœnitentiæ ſubjici. „ (B) Biograph. B. Altmanni N. 38. „ Cum infamiæ notam non poſſent „ effugere, cogitaverunt omnes locum relinquere. Quo comperto „ *Johannes* dedit conſilium, ut mutarent habitum, & ſic evaderent tam „ infamis facti opprobrium. Fit conſenſus omnium, eligitur profeſſio Monachorum. Mox *Conradus* Præpoſitus hujus rei gratia „ mittitur Romam, ut ab Apoſtoli-

„ co

mannus erat, quem & Auguſtanæ urbis Epiſcopus ad regendum S. Udalrici; ad S. Lamberti Dux Carinthiæ; ad Campidunenſe demum Cœnobium Henricus Rex ipſe, ejus nominis V. poſtulavit. Sed potiores Urbani II. Pontificis Maximi partes erant, qui Gebhardo eum Conſtantienſi Epiſcopo, ſuo per Germaniam Legato adjutorem dedit. (A) Sed hæc poſtea. Interea dum Hartmanni præclaris exemplis & hortatibus, multi nobiles ſe, & ſua omnia Divino obſequio, Gottwicenſi in Monaſterio, conſecrarent; (B) Formbacenſe quoque, quod in Bavaria celebre eſt ejusdem inſtituti Cœnobium, multis in Auſtria bonis, fundisque locupletatum eſt. Initium ei Cœnobio Himiltrudis matrona nobilis, fecerat; ſed Ecbertus Comes, Neuburgi ad Ænum Dominus, tot beneficiis cumulavit, ut parens ejus alter, ac conditor dici poſſit. Acceſſere huic Monaſterio (ſi Berngero credimus) ejus largitione ex dote conjugis, Neukir-

A. C.

Formbacenſ. Monaſterii bona per Auſtriam.

„ co impetrarent hujus permutationis licentiam. Qua impetrata cum „ gaudio remeat, *Udalrico* bonæ memoriæ Epiſcopo, *Altmanni* ſucceſſori, conſenſum Romani Pontificis „ nunciat, conſilium ſuum ſuper hoc „ negotio poſtulat. Cujus conſilio *Hartmannus* - - Abbas eligitur, „ cujus religionis, & eloquentiæ fama, ubique divulgabatur: qui tunc „ temporis in Monaſterio *S. Blaſii*, „ Prioratus officio fungebatur. Huic „ *Hartmanno*, ut ipſe poſt fratribus „ retulit, Epiſcopus *Altmannus* in eodem loco *S. Blaſii* in ſomnis apparuit, virgam paſtoralem ei tradidit, locum *Gotwicenſem* commendavit. „ Bertholdus Conſtantienſis A. 1094. „ *Otto* venerabilis Abbas, ejusdem loci (*S. Blaſii* in Nigra Sylva) Priorem, Dominum „ *Hartmannum*, in Orientale regnum, „ in *Marcham* Ungaris collimitaneam „ cum aliis confratribus ſuis direxit, „ ad novam Abbatiam in Epiſcopatu Patavienſi, in loco, qui *Cotewich* dicitur, inſtituendam. Erat „ autem in illo loco Cœnobium Clericorum regulariter viventium, „ qui tamen hoc a Domino Papa, & „ per Papam a proprio eorum Epiſcopo impetrarunt, ut depoſito „ habitu Clericali fierent Monachi. „ Quapropter Dominus Abbas de *S. Blaſio* ex præcepto Domini Papæ, „ & ex Epiſcopi poſtulatione, in eodem loco Abbatiam inſtituere diſpoſuit, fratresque ſuos illuc ad hoc „ exequendum direxit. „

(A) Biograph. B. Altmanni N. 39. & 40. „ Igitur *Hartmannus* cunctis „ flentibus de S. Blaſio, cum religioſis viris ad *Gotwic* proficiſcitur: „ ibi ab omnibus favorabiliter excipitur, ab *Udalrico* Epiſcopo Abbas „ præficitur, ſub quo omnes Monachicum habitum ſumunt, *S. Benedicti* „ Regulæ colla devoti ſubmittunt. - - „ Hic honorem loci ædificiis, libris, „ picturis, palliis & religioſis viris „ ampliavit, & tempora ſua honeſtate & probitate perornavit. Erat „ enim ſummo Religionis ſtudio deditus, prudentia tam ſæculari, „ quam ſpirituali eximie præditus, „ copioſa diſertus eloquentia, morum exuberans elegantia. Unde „ Principibus totius regni erat acceptiſſimus - - Rex tamen (*Henricus V.*) eum in regali Abbatia „ *Campidonenſi* præfecit, & Epiſcopus „ Auguſtenſis eum Abbatiæ *S. Udalrici* prætulit; nec non & Dux Karinthiæ Abbatiam *S. Lamperti* ei „ commiſit. Præterea Papa *Urbanus* „ eum - - - *Gebelhardo* Conſtantienſi „ Venerabili Epiſcopo, in Apoſtolica „ Legatione adjutorem conſtituit. „

(B) Biograph. B. Altmanni N. 40. „ *Hartmanni* exhortatione multi nobiles, relicto ſæculo, ad DEUM „ convertuntur, multa prædia & beneficia per eum Monaſterio conferuntur. „

A. C. kirchium, Werda & Glocknizium: (A) ut adeo multa, quæ Godefridus Putinenſis Comes in eo Auſtriæ Styriæque confinio poſſidebat, ab ejus ſorore, Ecberti conjuge, in uſus ſacros, ac Divini honoris inſtrumenta verterentur. Nempe Arnoldi patris religioſa munificentia, & Adalberonis, Würzburgenſis Antiſtitis, ac fratris ſui exemplum in oculis erant, quod ſororem piam, parisque in res divinas animi Ecbertum conjugem ad premenda eorum veſtigia invitavit. (B)

Leopoldo hæc inter per annos aliquot tranquillæ res erant, quas ille ad firmandas ærarii vires, ad ordinandam rem publicam, ad tuendam, cui a perpetuis illis Germaniæ turbis plurimum diſcriminis erat, religionem utiliter collocavit. Multum eo conferebat Welfonis, Bojariæ Ducis, præclara opera, qui, ut ipſe jam pertæſus bellicorum tot tumultuum, ita pertractis in fœderis communionem multis Germaniæ Principibus, pacem toto Danubii tractu ad ultimos Germaniæ in Orientem limites ſtabilivit. (C) Et quanquam Welfonem brevi ipſum conſtantia defeciſſet; (D) Leopoldus tamen ad ultimum uſque

(A) Literæ Donation. a *Berengero* Abbate ſcriptæ, apud Hundium Metrop. T. II. pag. 220. „ Tradidit „ namque inprimis Domina *Himiltrudis*, venerabilis Matrona, ad „ eandem Eccleſiam (*Formbach*) villam ſcilicet *Chemnaten*, *Winehartesheimin* &c. - - Poſtea *Eckbertus* „ Comes - - effecit Abbatem *Berngerum*, - - quem Epiſcopus Patavienſis - - A. Incarn. Domini, 1094. „ Indict. II. XVI. Cal. Januarii conſecravit. - - Porro *Eckbertus* - - „ de ſua & mulieris ſuæ (*Mechtildis*) „ hæreditate tradidit - - in eodem „ loco *Formbach* hortum & cortem „ unam, & molendinum. - - Inſuper etiam dedit eis in *Orientali plaga* villam nomine *Neukircham*, & „ Eccleſias Parochiales duas, unam „ ſub caſtello *Putino*, Parochiam *Putinenſem*, & alteram in villa prædicta *Neukirchen*, - - & id, quod „ in ea loci eſt, mercatum, & villam, „ nomine *Werth*, & alium locum „ juxta fluviolum *Glocknizam*, ubi modo cella conſtructa eſt &c. „ de hoc *Ecberto* ſcribit Biograph. B. Adalberon. c. 1. „ Habebat (*Arnoldus* „ Lambacenſis Comes) filiam, quæ „ nupſit *Ekkeberto* Comiti, cujus caſtrum *Nivvenburg* dictum in ora „ *Eni* fluminis eſt ſitum. Huic poſt „ felicem fratrum exceſſum, in ſortem dotis, urbs *Putina* cum omnibus ad ſe pertinentibus cecidit. „ Sed conſulendus eſt Hundius cit. loco.

(B) De his ſupra actum eſt.

(C) Bertholdus Conſtant. A. 1094. „ *Welpho* Dux Bajoariæ, firmiſſimam „ pacem cum Alemannico Duce *Bertholdo*, & reliquis Alemanniæ Principibus initiavit, uſque *Bajoariam*, „ imo uſque ad *Ungariam* propagavit. Francia quoque Teutonica, & „ Alſatia eandem pacem ſuis partibus ſe obſervaturas, juramento „ decreverunt. „

(D) Berthold. Conſtant. A. 1095. „ *Welpho* filius *Welphonis* Ducis Bajoariæ a conjugio Dominæ *Mathildis* ſe penitus ſequeſtravit. - - Unde Pater ipſius in Longobardiam „ nimis irato animo pervenit, & fruſtra diu, multumque pro hujusmodi reconciliatione laboravit. „ Ipſum etiam *Heinricum* (Quartum) „ ſibi in adjutorium aſcivit contra „ Dominam *Mathildem*, ut ipſam bona ſua filio ejus dare compelleret. „ Conrad. Urſpergenſ. ad An. 1096. „ *Welpho* Dux antea Noricus - in „ gratiam ejus (*Henrici IV.*) rediit, „ Ducatumque recepit. „

vitæ anhelitum in fide manſit. Verum hæc illi non diu A. C.
ſuperfuit: nam cum Auſtriæ res ſenſim, & oppidis, &
ſacris Religioſorum contuberniis, & ſplendore Nobilitatis
effloreſcerent, Marchio, cui ſua incrementa magna
ex parte provincia hæc debet, ad IV. Idus Octobris An- 1096
Leopoldi Pulcbri obitus. no MXCVI. de vita deceſſit: (A) Princeps (hoc enim
nomine Paſchalis II. Pontifex Maximus Leopoldum honeſtavit) non corporis modo dignitate, quæ *Pulchri* cognomentum ei peperit, ſed animi virtute, & invicta, pro Eccleſiæ cauſa, conſtantia ſingulari. (B) Funus quod Mellicii ad Majorum ſuorum monumenta curatum eſt ampliter, quantam improbis lætitiam, tantum bonis omnibus
Ejus laudes poſthumæ. dolorem, luctumque attulit. (C) Non alius graviorem procellam ab infeſto Pontificiis partibus Cæſare ſuſtinuit: oppreſſus armis, proſcriptus, Bohemis, Moravis, Bojisque in ſpolium datus. Sed ea calamitas viro forti principium ejus felicitatis fuit, qua Marchiones, Ducesque ejus poſteri longa deinceps annorum ſerie ſunt gaviſi.

Status rerum in Auſtria. Inducta Principatus juſta ſpecies, opes provinciæ in familia conſervatæ, defenſi Eccleſiarum Antiſtites, Religio per Auſtriam Templis, Cœnobiis, Sacerdotum Collegiis firmata & ſtabilita, Nobilitas aut beneficiis allecta, aut nuptiarum fœderibus in Auſtriam pertracta: Provinciæ denique ea quies, ubertas ac felicitas comparata, ut Bertholdus Conſtantienſis, Leopoldi laudator, non fideliſſimum mo-

(A) Berthold. Conſtantienſ. Conrad. Urſpergenſ. Chronographus & Annal. Saxo. Chronic. S. Pantaleonis ad An. 1095. „ *Leopoldus* Marchio, & *Heinricus* Palatinus Comes „ obiit. „ Chron. vero Auſtrale, Mellic. Salisburg. Clauſtro-Neoburg. Zwetlenſe, Admontenſe ad A. 1096. „ *Liupoldus* Marchio obiit: cui *Liupoldus* filius ſucceſſit. „ Ut adeo difficile dictu ſit, utri horum annorum mors *Leopoldi* alliganda ſit. Diem obitus ſignant Necrologia Clauſtro-Neoburg. & Mellicenſe: „ IV. Id. „ (Octobr.) *Liupoldus* Marchio, qui „ Monachicam vitam hic inſtituit, „ obiit. „ Fr. Ortilo ad An. 1096. „ Idem Marchio (*Liupoldus III.*) pie „ obiit. Cujus maxime gloria fuit „ *Liupoldus IV.* filius, cui Marchiam „ reliquit. „ *Lewpoldus* de Newburga apud Hier. Pezium in vita S. Leopoldi. „ Anno MXCVI. *Lewpoldus* Marchio, defenſor Eccleſiæ „ moritur. *Lewpoldus* Pius filius ſuccedit anno ætatis XXIV. „

(B) Lit. Paſchal. II. PP. datæ Mellicenſ. An. MCX. Ind. III. ad XVI. Kalend. Maji, apud Philib. Huber. in Auſtria Illuſtrata. L. I. c. I. „ Statuimus etiam, ut quæcunque præ„ dia - - *præfati Principes Luipaldus*, „ & Pater ejus *Luipaldus*, & cæteri „ parentes ejus - - ipſi Monaſterio „ contulerunt, &c. „ De *Pulchri* cognomento conſentiunt Scriptores Auſtriaci: Arenpeckius in Chron. Auſtr. Tabul. Clauſtro-Neob. Cuſpinianus in Auſtria, quod ex Hageno & Haſelbachio acceptum videtur, qui corporis ejus miram venuſtatem laudant ſuis in Chron. Auſtr. Alold. in Not. An. 1056. *Specioſum* appellat.

(C) Haſelbach. Arnpeck. Tabulæ Clauſtro-Neob. Monum. Sepulchral. Mellic. ex his Haſelbach. in Chron. „ Rebus exceſſit humanis, ſepultus „ in *Mellicenſi* Cœnobio. „

A. C. modo Pontificiæ cauſæ defenſorem, ſed ditiſſimum quoque appellare non vereatur. (A)

Non vacat operoſius inquirere, quæ opulentiæ ejus cauſa afferri poſſit: illud vero ſimile, abdicato Henrico IV, cum Germaniæ Imperium aut nullis, aut ambiguis, & breviſſimi temporis Regibus teneretur, vectigalem ſibi Leopoldum reddidiſſe Auſtriam; aut ſiquid Erneſti Patris impetratæ nuper literæ valuere, (B) primum donationis ejus fructum percepiſſe. Quanquam nihil mirum eſſet, ſi aut Rudolphus, aut Hermannus, Henrici æmuli, ut Regnum ſibi in Germania firmarent, Leopoldo, ſuarum partium ſtudioſiſſimo, eam gratiam retuliſſent; provinciæque, cui præerat, uſum omnem, fructumque tranſcripſiſſent: neque enim omnia, quæ legitime conceſſa, publicis etiam tabulis roborata extare poſt tot annorum intervallum neceſſe eſt: aut ſi iſtud propterea, quod nullum extet ejus donationis indicium, non placet; DEUM certe Marchioni pio, opes ac potentiam, dignitatis præſidia, adjeciſſe, ex ampla ſatis, & omnium copia rerum abundante provincia dicere poſſumus, ut liberalibus ejus obſequiis, qui nullam potiorem, quam Divini cultus rationem habuit, pari liberalitate reſponderet. *Unde opes tantæ Leopoldo.*

Fratrem Leopoldo Albertum, cognomento *Levem*, complures, ut ſupra meminimus, tribuere; ſed perperam: eumque Landgravii Auſtriæ titulo contentum, Berneckii ætatem egiſſe; cumque e conjuge, Ducis Poloniæ filia, nullos ſuſtuliſſet liberos, diem ibi extremum clauſiſſe, & ad S. Crucis Cœnobium, quod a fratris filio, ſancto Leopoldo exſtructum eſt, ſeu humatum, ſeu translatum voluere. Nihil de hoc Annales antiquiores, vel monumenta patria meminere: ut adeo recentiorum fides magnopere laboret. (C)

Itham

(A) Bertholdus Conſtantienſ. Anno 1095. „ *Lutolfus* ditiſſimus Marchio in *Orientali* regno in cauſa S. „ Petri fideliſſimus contra Schiſmaticos, diem clauſit extremum. De „ cujus obitu, quantum Catholici „ doluerunt, tantum adverſarii S. „ Eccleſiæ gaviſi ſunt. „ *Lutolfum* hunc, eſſe *Luipoldum* Auſtrium patet ex adjunctis verbis: „ Marchio in „ *Orientali Regno*, „ quod idem eſt, ac *Auſtria*. *Luitolfum* etiam Coſmas Prag. appellat *Leopoldum* noſtrum ad A. MLXXXI. cetera ex dictis conſtant.

(B) Lit. Henrici IV. A. 1058. datæ, quarum initium: „ Ex quo decet „ Celſitudinem Imperialem &c. „

(C) Arenpeck. in Chron. Auſtr. „ *Albertus* dictus *Facilis* (alias *Levis*) „ ſtrenui Marchionis Erneſti ſecundus filius, ſuam partem Auſtriæ „ cœpit regere An. 1075. & nuncupatus fuit *Albertus Landgravius Auſtriæ*. Habitavit in Caſtro *Pernegk*, „ non longe a *Gars*. Fortis, & bellicoſus Princeps, frater *Leopoldi* „ *Pulchri*, uxorem habuit filiam Ducis Poloniæ, & nullum liberum. „ - - Sepultus in Cœnobio S. Crucis in Capitulo. „ Haſelbachius in Chron. Auſtriaco. „ *Albertus Lubricus* dictus Marchio, ſine liberis „ debitum carnis exſolvit. „ Cum Arenpeckio congruunt ea, quæ Suntheim

Leopoldi Pulchri Conjux & liberi.

Itham Leopoldo fuiſſe conjugem, ſatis conſtat: (A) A.C. qua vero ex gente, domove, in Marchionis thalamum adſcita ſit, nemo ad hunc diem ſatis liquido oſtendit. Welfonis Bojariæ Ducis fuiſſe filiam quidam opinantur: ſed ejus quoque opinionis fides intra conjecturam eſt. (B) Nec exploratior multo de Leopoldi liberis ratio, filium ſi demas Leopoldum ſanctum. (C) Ex filiabus, quarum ſex numerantur, honeſtiſſimis omnes, ſed non perinde ſemper felicibus locatæ nuptiis. Prima Eliſabetha eſt, quæ forte ſupra ceteras proſpera Ottocaro Styrorum Marchioni cum ampla dote in manus convenit, pio marito digna conjux, materque Leopoldi, qui *Fortis* nomine Styriam, jam a Carinthia ſeparatam, poſtea gubernavit. (D) Sepulchris Garſtenſibus illatam cum Ottocaro conjuge nemini dubium: ut quem locum Ottocarus magnis largitionibus ad omnem religioſæ vitæ commoditatem inſtruxit, in eo quietem mortuus non ipſe modo, ſed conjux quoque pietatis ſocia, & adjutrix reperiret. (E)

Eliſabeth Ottocaro Marchioni Styriæ nupta.

Alte-

heimius de *Alberto Levi* in Tab. Clauſtro-Neoburg. refert. *Alberti* hujus meminere Hagenus in Chronic. Auſtriac. Peſſina in Marte Moravico l. 3. c. 2. Errorem de translato ad S. Crucem *Alberti Levis* cadavere enatum ſuſpicor, quod *Alberti* tumulum, qui S. Leopoldi erat filius, *San-Crucenſes* oſtendant: quo cum *Clauſtro-Neoburgenſes* pariter glorientur; Arenpeckius, & Sunthemius poſterioribus ſuffragati, facile in eam opinionem venire poterant, *Albertum*, qui ad *S. Crucem* quieſceret, *Albertum* eſſe *Levem*, quem ex Hageni Chron. Auſtriæ didicere.

(A) Præter Auſtriacos Scriptores Arnpeckium, Sunthemium, Cuſpinianum &c. Otho Friſing. *Itha* Nepos teſtis eſt, & omni exceptione major. lib. 7. cap. 7. „ *Itha* Mar„ chioniſſa, *Leopaldi* Orientalis Mar„ chionis mater. „

(B) V. Cl. Hieronym. Pezius T. 1. Diſſert. VI. §. XVII. conſuli de ea controverſia meretur.

(C) Conſtat ex verbis nunc relatis lit. (A) ex Ottone Friſ. l. 7. c. 7. & conſenſu omnium Scriptorum Auſtriacorum.

(D) Biographus B. Bertholdi I. Abb. Garſtenſis. „ Ipſe (Ottocarus „ Marchio Styriæ) *Gotwic* perrexit, „ & auxilio amici ſui, Auſtrienſis „ Marchionis *Luipoldi* (nempe *Sancti*, „ qui erat filius *Leopoldi Pulchri*) cu„ jus ſororem, videlicet Dominam „ *Eliſabeth*, habuerat, fundationem „ ſuam Abbati regendam ſubjecit, „ & diligentiſſime commendavit. „ Conſentit Haſelbach. in Chron. Auſtriac. Col. 714. „ Hic *Otakbir* - - „ accepit uxorem *Eliſabeth*, ſororem „ *Leopoldi* Marchionis Auſtriæ, *Pii* „ dicti. „ Tab. Clauſtro-Neoburg. Col. 1032. Arenpeck. in Chron. Auſtriac. Chron. item Mellic. ad Annum 1107. Ennenckelius in Fürſtenbuch. „ Der Marchgrave *Leupolt* „ von Oeſterreich gab ſein Tochter „ dem Grave *Otachern von Steyr*, und „ gab im darzu aigen, Swaz daz iſt „ in der gegent ze *Wilhalmſpurch* unz „ in die Pieſtinch, darzu *Herczo„ genburch*, *Chelichdorf*, *Osbram*, *Gruſ„ perch*, *Rapotenchirchen*, *Gumpolzchir„ chen*. „ Pro *Gruſpereh*, forte *Gratberch* leg.

(E) Biographus B. Bertholdi Abb. Garſtenſ. c. 2. „ Quadam itaque die, „ cum ad celebrandum anniverſa„ rium diem Dominæ *Elizabeth* Mar„ chioniſſæ, quæ in Choro ſepulta „ eſt, multi de more Clerici conve„ niſſent, (nam ſingulis annis ob „ eandem cauſam rogatu Principis, ſtu-

A. C. Altera, quam Moravus Scriptor Luciam; noſtrates Itham appellant, (A) Leopoldi Pulchri filia Leutoldo, Znoymenſi Marchioni, Conradi Moraviæ, ac Bohemiæ poſtea Principis, filiorum alteri nupſit: (B) infelici ſane conjugi, ut quem Brecislaus, Dux Bohemiæ, paterna hæreditate una cum fratre Udalrico exuit; & Retzii in Auſtria, quo ſe fuga receperat, continenti ſex hebdomadum obſidione preſſum, eas in anguſtias redegit, ut amiſſo quotidianis dimicationibus milite, nocti tantum, fugæque vitam deberet, ac libertatem. (C) Afflictam ea viri cala- *Itha Leutoldo Marchioni Moraviæ;*

„ ſtudioſe adeſſe conſueverant) Ve- „ nerabilis Marchio de loco eminen- „ ti ita eos per otium allocutus eſt. „ Diem mortis ſineannorum nota conſignat Necrologium Admontenſe ad IV. Idus Octob. „ VI. Id. (Octob.) „ Giſelbertus Abbas. *Eliſabeth Marchioniſſa.* „ Necrol. Mellic. „ VII. „ Idus (Octob.) *Eliſabeth* Marchio- „ niſſa de *Stire*, Soror Leopoldi III. „ (*leg.* IV.) Marchionis Auſtr. obiit. „ Alioquin non eſſet *Leopoldi Pulchri* filia, ſed *Erneſti*: nam *S. Leopoldus* appellatur in eo Necrologio *Marchio IV.* Extinctam tamen, neceſſe eſt, ante Annum 1107. vel An. 1108. quo anno jam Monachi Garſtenſes in locum Clericorum ſucceſſerant, ut refert Chron. Mellic. & Admontenſe: vel certe ante An. 1111. quem ad annum Chronic. Garſtenſe Monachos introductos in *Garſten* memorat: apud Hieron. Pez. Tom. II.

(A) Peſſina Mart. Morav. lib. 3. cap. 3. pag. 282. „ His accedebat „ ſimultas gravis inter *Suatoplucum*, „ & *Leopoldum* (*Leotoldum* alias) Marchionem Znoymenſem, cujus con- „ jux *Lucia*, erat *Herburgis* uxoris „ *Borzivogii* ſoror. „ Necrologium apud Cl. V. Chryſoſtomum Hanthalerum. „ XVIII. Cal. Maji. *Idha* „ Comitiſſa de Znoym, ſoror Fundatoris S. †. „

(B) Arenpeck. in Chron. Auſtriac. „ Secunda filia nupta fuit *Leopoldo*, „ Marchioni Moraviæ, filio *Conradi* „ Ducis Bohemiæ, qui ex ea genuit „ *Conradum* juniorem. „ Conſentit Suntheimius in Tab. Clauſtro-Neoburgenſ. & Haſelbachius in Chron. Col. 706.

(C) Coſmas Pragenſ. Chron. lib. 3. ad An. 1099. „ Dux autem - - - „ caſtra metatus eſt juxta urbem „ *Bruen.* Erat enim valde iratus fi- „ liis patrui ſui *Conradi Oalrico*, & *Lui-* „ *toldo.* Qui fugientes a facie ejus „ oppilaverunt ſe munitis oppidis: „ & mittentes tradunt ei cæteras civitates, timentes, ne hoſtiliter devaſtaret terram. Interea Dux *Brecislaus*, diſpoſitis præſidiis per civitates, quas ſibi tradiderant, & eas „ fratri ſuo *Borivoy* committens, reverſus eſt in Bohemiam. „ His ſubjungit ad An. 1100. quæ ſequuntur: „ Hisdem diebus filius *Conradi* „ *Lutoldus*, per conceſſum *Gotfridi* „ (Comitis *Rezenſis* ſeu *Ragetzenſis* in „ Auſtria) admiſſus in caſtrum *Ra-* „ *kouz* multas *Borivoy* inferebat injurias, ſingulis noctibus devaſtans „ ejus villas, & refugium habens in „ prædictum caſtrum. Unde Dux „ *Brecislaus* valde iratus iterum coadunato exercitu movit caſtra in „ Moraviam, volens ulciſci fratris „ (*Borivoii*) injuriam. Sed prius „ mittit ad *Gotfridum*, obteſtans eum „ per antiqua amicitiæ fœdera, quod „ ſibi *Lutoldum* aut vinctum mittat „ ſine mora, aut de caſtello ſuo „ eum expellat eadem hora. Quod „ cum non lateret *Lutoldum*, caſtellanis per fraudem foras excluſis, „ ipſe cum ſuis militibus vi obtinuit „ caſtrum. Et *Godfridus* cum legatis, „ qui ad eum miſſi fuerant, occurrit „ Duci juxta oppidum *Wranou* & coram omnibus clamat: *Lutoldum* „ perfidum eſſe, & Reipublicæ inimicum. Caſtrum vero ſub fide „ amicabiliter præſtitum, jam hoſtiliter ad expugnandum poſtulat Ducis auxilium. Cujus petitioni Dux „ non abnuens, admovit exercitum „ urbis per circuitum. Ubi per ſex „ hebdomadas, in ſumma, nocte & „ die conſeritur pugna, donec fa-

„ mes,

mitate, vix ſero tandem Conradus filius erexit, qui Uladislao Bohemiæ Duce victo, ejectoque, avitum Moraviæ principatum recepit. (A) Tertia Herbirgis Borivojo, Bohemiæ Duci, deſponſa, ac Znoymæ ſplendidiſſimo nuptiarum apparatu excepta, (B) iisdem fere, quibus ſoror, ac gravioribus etiam procellis jactata eſt. Borivoyus tertium Bohemiæ principatu exutus, longo deinde ſex annorum carcere vexatus, exul tandem in Hungaria vitam poſuit: (C) infelicis matrimonii fructus Jaromirus erat, quem ferunt Lothario Saxoni, quo tempore ad recipiendam Imperii Coronam Italiam petiit, cum trecentis equitibus comitem ſe honoris cauſa adjunxiſſe. (D) A. C.

Herbirgis Borivojo, Bohemiæ Duci nupta.

Quar-

„ mes, quæ firmas expugnat urbes, „ prævaluit in caſtro. Ea victus *Lutoldus*, & bello fractus noctu clam „ elapſus vix ſolus aufugit, amiſſis „ ibi ſuis militibus. Qui facto mane ſemetipſos & caſtrum tradunt „ in manum Ducis. - - Reddita urbe *Godfrido*, Dux victor cum ſuis „ remeat in Boemiam. „

(A) Suntheimius in Tab. Clauſtro-Neob. Arenpeck. in Chronic. Auſtr. „ Prædictus Marchio *Conradus* expulit Ducem Bohemiæ *Wladislaum*, „ poſtea Regem Secundum, quem „ Suevus *Conradus* Rex in Ducatum „ reſtituit, & *Conradus* Marchionatum Moraviæ retinuit. „ Agit de hoc Conrado juniore Moravo pluribus Chronicon. Bohem. apud Menkenium. T. III. ad Cap. 63.

(B) Coſm. Pragenſ. Anno 1100. „ Item ejusdem anni XV. Cal. Novembris, *Borivoy*, frater Ducis *Brecislai*, in urbe *Znoyem* faciens permagnificum convivium, duxit uxorem nomine *Helluck*, (Chron. „ Bohemic. Menkenianum vocat: „ *Hewick*) Orientalis Marchionis *Lupoldi* ſororem. „ Confirmat iſta de tribus *Leopoldi* filiabus Haſelbach. in Chron. Auſtr. „ Habuit idem „ pius Princeps (S. videlicet *Leopoldus Leopoldi Pulchri* filius) ſimiliter tres ſorores: quarum unam „ *Eliſabeth* accepit in thori conſortem *Otocharus* ſenior Marchio Styriæ, & ſepeliuntur in Monaſterio „ *Gerſten*, eorum fundatione: ſecundam, quæ genuit filium *Conradum* „ Ducem Bohemiæ, & Marchionem „ Moraviæ, duxit Comes *Leopoldus* „ de *Znoyma*; tertiam *Hildepurgem*, „ ſive *Holpurgem* Dux Bohemiæ *Ber-* „ *ſiphojus* nomine. „ Necrol. ſup. laud. ſic habet: „ VI. Idus Junii. *Heil-* „ *birg*, Duciſſa Bohemorum, ſoror „ Fundatoris S. ✝. „ Chronic. MS. Colleg. Viennenſ. affert ex libro Donation. Gottwicenſ. de *Herbirg* ſequentia: „ *Gerwirgis* ſive *Gerwich*, „ Ductrix Boemorum interventu *Leopoldi* Marchionis fratris ſui, accepit prædium cujusdam nobilis *Waldo* dicti de *Raina*, & illud ipſum per „ manum *Gebhardi* Comitis de *Pewgen* delegavit ſuper Altare B. Virginis in monte *Gottwico*, quæ Duciſſa deinde ſanctimoniæ habitum „ induta, vixit ibidem ſub obedientia Abbatis Gottwicenſis circa Annos 1123. & 1125. „

(C) Fuſe de hoc agit Coſmas Pragenſ. Chron. l. 3. Chron. item Bohemiæ Menkenianum, a Cap. 51. uſque ad Cap. 60. Balbin. in Epitom. Boh. l. 3. c. 9. Rem compendio ſtringit Coſmas Pragenſ. l. 3. ad A. 1124.

„ Dux *Borivoy* nonis bis binis menſe Platonis
„ Exſul in Ungaria carnis compage ſoluta
„ Ad Chriſtum migrat, pura quem mente colebat &c.
„ Hujus poſt omnes vitæ, mundique labores
„ Exſul ter quinis, quos degens pertulit annis,
„ E quibus eſt paſſus ſex annos carcere clauſus.
„ Bis ſublimatus ſolio, cur bis reprobatus,
„ Non mihi ſcrutari fas eſt, vel talia fari. „

(D) Balbin. in Epit. Rer. Bohem. l. 3. c. 10. ex Jaroslai. MS.

A. C. Quarta filiarum Leopoldi, Euphemia Conrado Hirſuto, cognomento magis, quam familia ad poſteros noto, in matrimonium data, adjecto in dotis locum Peilſteinenſi Comitatu. Matrimonium tamen illud expers liberorum fuiſſe ferunt, amplamque eam Auſtriæ toparchiam ſuos rurſum ad Principes devolutam. (A) Quintam nomine Sophiam, primum Henricus Dux Carinthiæ; quo extincto, Sighardus, Burghuſinus Comes, quem monumenta noſtra Comitem de Scharſach appellant, nuptiali ſibi fœdere conjunxit. Huic dotis nomine Comitatus Scala adjectus a Leopoldo creditur, extinctis tamen ejus familiæ poſteris ad Auſtrios brevi Principes rediturus. (B) Sextam demum adjungunt alii, Richardem a nonnullis appellatam. Hanc

Reliquæ tres filiæ:

Euphemia,

Sophia,

Richardis.

(A) Necrologium ſupra laudatum: „ XVI. Cal. Julii *Eufemia* „ Comitiſſa de Peilſtein, ſoror Fundatoris S. ✝. „ Arenpeckius in Chron. Auſtriac. „ *Leopoldus Pulcher* vocavit ex Bavaria in Auſtriam „ Comitem *Conradum*, dictum *Pilo-* „ *ſum*, vulgariter den *Rauchen*, & N. „ filiam ſuam, & Comitatum *Peyl-* „ *ſtain* cum omnibus attinentiis ei „ pro dote dedit: qui obierunt ſine „ hæredibus, & Comitatus idem e „ converſo provinciæ Auſtriæ ceſ- „ ſit. „ Tabulæ Clauſtro-Neoburgenſes conſentiunt cum Arenpeckio: ſed quod *Peilſteiniorum* familia diu adhuc floruerit, vix eſt, ut ſterili matrimonio, Comitatum eum ſtatim ad Marchiones Auſtriæ rediiſſe exiſtimem: niſi in pactis ſponſalibus cautum ſit, ne, in defectu liberorum, ad cognatos transferatur.

(B) Arenpeckius in Chron. Auſtr. „ Item aliam filiam, N. *Sighardo* Co- „ miti, dicto *Scharſach*, copulavit, „ & dedit ei Comitatum *Schala*, cum „ omnibus attinentiis, & habuerunt „ liberos & nepotes, quibus defun- „ ctis Comitatus Provinciæ adjici- „ tur. „ *Sophiæ* nomen illi fuiſſe ex Necrologio Campilil. & Mellicenſi conſtat ad VI. Non. Maji. In priori ſcribitur: „ *Sophia* Comitiſſa „ de Schalach, Soror Fundatoris „ S. ✝. „ In poſteriori vero: *So-* „ *phia* Duciſſa de Scala. „ Quod in Chronico etiam Mellicenſi ad Annum 1154. repetitur his verbis: „ *So-* „ *phia* Duciſſa Auſtriæ de Scala, So- „ ror noſtra obiit. „ Sed enim *Duciſſæ* nomen non ex *Auſtria*; ſed *Carinthia* mutuata eſt: nam ut ex Chr. *Gloggnicenſi*, quod beneficio Excellentiſſimi, ac Illuſtriſſimi Comitis J. W. a Wurmbrand, inſpicere mihi licuit, aperte liquet: *Sophia* hæc poſt defunctum maritum primum, Carinthiorum Ducem, *Sighardo* Comiti de Scala nupſit: quæ cauſa eſt, cur *Duciſſa* alias, alias *Comitiſſa* appelletur. Documentum porro Gloggnicenſe, quod ex Tabulario Formbacenſi acceptum, ſic habet: „ *Sirus*, qui & *Sigehardus* „ Comes de *Scala*, & ejus Conſors „ Domina *Sophia*, una cum filio ſuo „ *Heinrico* delegavit S. DEI Genitri- „ ci, per manum nobilis viri *Megin-* „ *hardi* de *Yden*, inculti ruris, & ne- „ moris, in loco, qui *Meryna* dici- „ tur, quinquaginta manſus pro re- „ medio tam animæ ſuæ, quam etiam „ *prioris mariti ſui, Carinthiorum quon-* „ *dam Ducis Henrici*, qui hoc ei pro- „ prietatis jure dedit, &c. „ Teſtes in literis ea de re datis, ſub *Dietrico* Formbacenſi Abbate, qui intra annos 1132. & 1146. Monaſterio præfuit, ſubſcripti ſunt: „ *Gebehardus* „ Comes de *Burckuſen*, frater ejus, „ *Heinricus* filius ipſius *Sigehardi* Co- „ mitis, *Diepoldus* de *Lechemin*, &c. „ Carinthiorum porro Duces *Henrici* duo erant per id tempus: prior ex *Eppenſteinia* ab An. 1090. ad A. 1127. poſterior ex gente *Ortenburgica* ad annum 1130. ut conſtat ex Biographo Conradi I. Salzburg. Archiep. apud Bern. Pezium Anecdot. Tom. II. Utri horum nupta fuerit, me latet: inclinat tamen animus in priorem: qui licet *Luitkardem* prius habuerit conjugem, ut patet ex Diplomat. LXXI. Cod. Diplom. Peziani col. 283. ducere tamen poſtea *Sophiam* potuit.

Dynaſtæ potenti juſtis connubii legibus adſtrictam volunt, cui Ibſium, ac Peſenpeugum pro dote attulerit. (A) Quod viro genus, quæ poſteritas, in tanto Scriptorum noſtrorum ſilentio, intra conjecturam manet. (B) A. C.

Godefridus Marchio.

Recenſita Leopoldi poſteritate, præterire non debeo Godefridum Marchionem, quem Bohemi, Moravique Scriptores quidam Leopoldi patruelem appellant. Nihil de hoc Annales noſtri; ſed illi & Retzium, ſeu Rakezium Auſtriæ urbem eidem tribuunt; & Marchionem, aut etiam Auſtriæ Principem nominant. (C) Et negari quidem non poteſt, Godefridum Retzii ſeu Rakeczii fuiſſe dominum: quam in urbem cum Liutoldus Znoymenſis, Leopoldi Pulchri Auſtriæ Marchionis gener, exactus Moravia ſe recepiſſet; Godefridus ſua urbe excluſus, Brecislai, Bohemiæ Ducis, arma imploravit; ut expulſo violento hoſpite ſua ſibi jura redderentur: (D) neque de Marchionis titulo, quem illi vetuſti ſatis Bohemiæ Annales tribuunt, (E) laborandum videtur: quod id honoris vocabulum, & Putinenſi nonunquam Comiti, & Styrenſi conceſſum legatur: (F) illud ſolum in controverſia poſitum, an Godefridus is Auſtriæ Principum familiæ ſit inſerendus.

Sunt, qui Godefridum, Adalberonis Würzburgenſis Epiſcopi fratrem, atque adeo e Welfenſium ac Lambacenſium Comitum ſtirpe fuiſſe cenſeant: (G) nec deerunt,

(A) Arenpeck. in Chron. Auſtr. „ Item N. aliam filiam deſponſavit „ cuidam potenti Domino, & donavit ipſi *Ibs*, & *Pôſenpeugen*, & cuncta ad hæc dominia pertinentia. „ Et congruit cum Tabulis Clauſtro-Neoburg.

(B) Falckenſt. Antiquit. Nordgav. Part. II. p. 369. laudata in eam rem Hundii Stemmatogr. Bav. P. I. p. 122. *Richardæ* conjugem tribuit *Henricum* Comit. de Stephaning. cui conſentit Commentarius MS. Coll. Vienn. de Fundat. Scotorum Viennenſium. Lazius contra de Migr. Gent. l. 8. pagin. 421. *Albertum* Com. de *Bogen*, maritum eidem ſtatuit: quanquam in Genealogia *Bogeniorum* Comitum lib. 7. p. 308. nomen *Alberti* penitus omittat.

(C) Chron. Bohem. (apud Menckenium T. III.) c. 51. „ Et quia „ ex ceſſione *Gottfridi Marchionis Auſtriæ*, Lutholdus, filius quondam „ Conradi, fratris dicti Wratislai, „ primi Regis, caſtrum *Racbs*, pro „ tunc habebat &c. „ Dubravius lib. 9. „ In Auſtriam profugiunt, „ ſeque fidei *Gotthofridi Auſtriæ Principis* committunt. „ Balbin. Epit. l. 3. c. 9. p. 216. *Godefridum patruelem Leopoldi Auſtriæ Principis* appellat. Peſſina Mart. Morav. l. 3. c. 3. „ Obtento a *Godefrido Marchione Auſtriæ*, „ qui erat Leopoldi IV. (id eſt ſancti) patruus, oppido *Retzio*, quod „ olim *Radislavia* fuit. „

(D) Coſmas Pragenſ. Chron. l. 3. de quo ſupra.

(E) Chron. Bohemic. c. 51. apud Mencken. T. III. ut ſupra.

(F) Biograph. B. Alberon. de *Godefrido Marchione*, cujus erat Putina in Auſtria ut ſupra: & literæ Erneſti Marchionis Auſtr. Mellic. datæ apud Philib. Huberum in Auſtr. illuſtr. l. 1. c. 1. ubi inter teſtes ſe ſubſcribit: „ Oezo *Marchio* de Styre. „

(G) Mencken. in notis ad Coſmam Pragenſ. „ Hic *Godfridus*, ni fallor, „ fuit filius Arnoldi, - - Dynaſtæ „ Lambacenſis, - - atque Adelbe-

„ ronis

A. C. runt, credo, qui aut Leopoldi Pulchri fratrem, aut Alberti fratris filium eundem arbitrentur. (A) At priorem harum opinionem, Godefridi Putinenſis ætas vix admittit, (B) poſteriorem Annalium noſtrorum conſenſus rejicit, qui aut Leopoldo Pulchro fratrem; aut Alberto filium fuiſſe negant. (C) Quare non magis Godefrido Marchioni inter Babenbergicos virilis ſexus poſteros locus eſſe poteſt, quam Azzoni (D) quem alii ex noſtratibus Babenbergicæ ſtirpi inſeruerunt.

Sed ut incerta hæc relinquantur; non deſunt alia, quæ Leopoldi hujus in Auſtria regimen, inſigne ad poſteros reddant. Primum inter hæc locum meretur mira totius provinciæ cum Eccleſia conſenſio, quo tempore Bohemia, & magnam partem Bavaria, ac Carinthia in partes Henricianas deflexit: (E) inſtauratus deinde Templorum honos, & Religioſis Ordinibus aditus in Auſtriam

Res ſacra & politica in Auſtria ſtabilitæ.

„ ronis Epiſcopi Herbipolenſis, Anno 1090. defuncti frater: de quo „ in vita Adalberonis: - - Comes „ Arnoldus nomine - - - habebat „ filium nomine *Gotfridum*, dignitate *Marchionem* &c. „

(A) Hujus opinionis videntur eſſe Balbinus Epit. lib. 3. c. 9. & Peſſina l. 3. c. 3. paulo ante relati, qui *Gotfridum* S. Leopoldi *patruum*, aut *patruelem* exiſtimant.

(B) Ratio temporis deſumi poteſt ex B. Adalberonis Wirzburgenſis Epiſcopi ætate, qui cum jam An. 1045. creatus ſit Epiſcopus, ſororem habere non potuit, multo junibrem, quæ *Gotfridi* Marchionis ſoror fuit, uxorque *Eckberti* Neuburgenſis, ad Ænum Comitis, qui poſt mortem Adalberonis & Gotfridi fratrum ex dote Conjugis *Putinam* accepit. Præterquam quod inter avita Welf. & Lambacenſ. dynaſtarum bona, in eadem Adalberonis vita recenſita, nulla fiat mentio Marchionatus *Retzenſis*, aut bonorum in ea Auſtriæ parte poſſeſſorum. Neque vero credibile eſt, eidem Marchioni, Limites ſeu Marchas tam inter ſe diſcretas (qualis *Retzenſis* erat adverſus Bohemos & Moravos; & *Putinenſis* in Styriæ finibus adverſus Hungaros) ab Imper. fuiſſe commiſſas. Conſtat ad hæc, Gotfridum Marchionem jam A. 1041. in Abam, Petri Ungariæ Regis æmulum, arma geſſiſſe, eumque in Ungariam rejeciſſe: ut author eſt Thwrocz. & Aventin. l. 5. ut adeo vix credibile fiat eundem *Gotfridum* An. 1100. demum *Retzii* eas turbas cum Leutoldo Znoymenſi habuiſſe.

(C) Haſelbach. in Chron. Auſtr. „ Albertus, *lubricus* dictus, Marchio, „ *ſine liberis* debitum carnis exſolvit. „ Quem ſequuntur Arenpeckius & Suntheimius. Leopoldo porro Pulchro fratrem non fuiſſe V. Cl. Hieronym. Pezius Diſſert. VI. §. V. oſtendit.

(D) Liter. Henrici IV. datæ An. 1057. *Azzoni*, Dynaſtæ Auſtriaco, quæ referuntur a Richardo Streunio in Apolog. & Abb. Linckio in Annal. Zwetlenſ. T. 1. p. 49. ubi hæc habentur: „ Ob petitionem noſtrorum fidelium, videlicet *Willihelmi* „ *Marchionis* & *Ernuſti*, tres regales „ manſos in villa, quæ dicitur *Hecimannerwiſe*, & in *Marchia*, & in „ Comitatu prædicti Marchionis *Ernuſti* ſitos - - in proprium tradidimus, & donavimus. „ Ubi tamen, ſimilis cognationis his in literis mentionem fieri non video, quam alioquin Streinius non erat omiſſurus.

(E) Conſtant iſta ex *B. Altmanni* Apoſtolici Legati ac Vicarii in *Auſtria* ſtabili ad extremum ſede, & rebus ibi pro Religione geſtis, & ex *Bertholdi* Conſtantienſis teſtimonio ſupra de *Leopoldo* Marchione allato.

(A) Hæc

patefactus. (A) Respublica, quanquam infesto semel iterumque turbine concussa, (B) ad extremum tamen stabili multorum annorum pace; Ladislai S. Hungariæ Regis amicitia, (C) familiari cum BB. Altmanno, ac Adalberone consuetudine; (D) Optimatum fide, Marchionis Styriæ, & potentum quorundam e Bojaria Comitum fœdere sic confirmata; (E) ut quas deinde sub Leopoldi Pulchri hæredibus ac posteris vires nacta est, earum sub illo fundamenta jacta esse videantur. Nulla tamen re præclarius de Austria meritus est, quam Leopoldo filio, ac Successore, quem ad regendam provinciam, ad augendam Religionem, ad pacis, justitiæque leges sic instituit, ut paternis exemplis provocatus, cursu magis, quam itinere ad eam, quam in illo miramur, virtutis absolutionem properaret. A. C.

Successor filius Leopoldus S.

LIBER

(A) Hæc itidem ex Biographo *B. Altmanni* supra recitato repetenda sunt. Constant præterea ex *Mellic.* & *Gottwicensi* Monasterio fundato, quo etiam referri ex parte possunt, quæ de *Cremifanensi*, & *Lambacensi* Cœnobio; de Collegiis *S. Nicolai*, & *S. Floriani*, & multo magis de Collegio Canonicorum ad *S. Hippolyti* allata sunt supra.

(B) De Henrici IV. in *Austriam* facto impetu, & de bello Bohemico & Moravico ad *Mauripergam* eadem ex causa facto supra actum est.

(C) S. Ladislaus R. Hungariæ eodem pene tempore Regnum suscepit, ac finiit, quo *Leopoldus Pulcher* Austriæ principatum accepit, & posuit: qui præter morem superiorum, & sequentium Regum Hungariæ, pacem cum Austriaco Marchione coluit inviolatam.

(D) De *B. Altmanni* conjunctissima cum Leopoldo mente testes sunt Literæ Fundat. *S. Nicolai* supra relatæ. De *Adalberone* Wirzburgensi, ob communem Ecclesiæ, & communis amici *Altmanni* causam dubitari non potest.

(E) Patent ista ex nuptiis filiarum *Leopoldi* cum *Ottocaro* Styriæ Marchione, *Sighardo*, *Conrado*, aliisque Comitibus aut tum, aut postea contractis.

LIBER OCTAVUS.

A. C. PArentem igitur bonum filius optimus excepit Leopoldus ſanctus, (A) annum ætatis quartum ſupra viceſimum jam ingreſſus. Exordia Principatus per Henrici IV. perpetuas cum Eccleſia & Imperio diſſenſiones, ardua illi, & plena diſcriminis contigere. Primus ſtatim annus magnum theatrum 1096 aperuit, in quo & pia ejus in egentes charitas, & in publica re curanda vigil prudentia ſe exerceret. Celebratum nuper erat ad Clarum Montem in Gallia ab URBANO II. Concilium, decretaque in Palæſtinam expeditio ſacra, ad terram illam Chriſti vita, morteque conſecratam, Barbarorum e manibus eruendam. (B) Et erat is populi ardor, ut cœco quodam impetu, nulla nec domeſticæ rei, nec viatici cura, in glorioſam hanc belli ſocietatem, Angli, Belgæ, Galli, Italique, convenirent, brevique eum exercitum conflarent, qui longo per Germaniam, Hungariam, Serviamque itinere ad trecenta facile hominum millia

S. Leopoldus Auſtriæ Marchio VI.

Expeditio ſacra in Palæſtinam.

(A) Chron. Mellic. Salisburgenſ. Admont. Zwetlenſe Clauſtro-Neob. Anno 1096. „ Liupoldus Marchio „ obiit: & filius ejus *Liupoldus* ſucceſſit. „ Nec diſſentit Ortilo ad An. 1096. Richard. de Newburga: „ Anno MXCVI. Lewpoldus Marchio, Defenſor Eccleſiæ moritur. „ Lewpoldus Pius, filius ſuccedit, „ An. ætatis XXIV. „

(B) Berthold. Conſtant. An. 1095. „ Dominus Papa - - in Gallias marino itinere cepit divertere, - - - „ Synodumque ad Montem Clarum, „ in Octavam S. Martini, Apoſtolica authoritate condixit. „ Wilhelm. Tyr. lib. 1. cap. 15. poſtquam orationem Pontificis ad Patres Concilii de expeditione Palæſtina retuliſſet, ſubjungit. „ His dictis finem „ dicendi fecit: præcipiens iis, qui „ aderant, Eccleſiarum Prælatis, ut „ ad propria reverſi, cum omni inſtantia & debita ſolicitudine plebes ſuas ad idem hortentur, & invitent diligentius. „

lia accrevit. (A) Germanorum initio perpauci in eam expeditionem nomina dedere, Henricianis diſſidiis impediti. (B) Auſtriacos domeſticum nuper funus, & recentia novi principatus exordia tam piis a conſiliis arcuere. Prima itineris initia nec pie ſatis, nec proſpere habuere: nam præter Judæos innumeros, quacunque iter erat, inconſulta pietate trucidatos; (C) cum annona laboraret multitudo incondita, rapinis ac populationibus ita barbare eſt graſſata, ut calamitatem non Barbaris, ac Saracenis, ſed Chriſtianis afferre oppidis velle videretur. (D) A.C.

Incommoda inde nata.

Id cum in Hungaria fieret maxime, irritatus Rex gentis ejus Colomannus, cæſis non paucis, reliquis in Serviam ac Bulgariam expulſis, ſupplementa exercitus regni aditu prohibuit. (E) In Auſtria tametſi mitius fortaſſe actum; fieri tamen vix potuit, quin præter impenſa peregrinis vitæ ſubſidia, & commeatum liberaliter præſtitum, damni aliquid ab importunis hoſpitibus acciperetur. Colomanni tamen aſperum ingenium Auſtriam etiam ejus oneris parte bene magna liberavit: nam & ruentium primos impetus armis oppoſitis fregit, & præcluſo Regni ſui aditu, ſecuturos mox alios, aliosque in Styriam ac Carinthiam avertit. (F) Evitari tamen non potuit, quin egen-

(A) Annal. Saxo ad Annum 1096. „ Deſignata ſunt ad præſens in Domini militiam circiter centum millia virorum, - - qui omnes Crucis ſignaculum in veſtibus ſuis ob „ mortificationis commonitorium præferebant. „ Ad An. vero 1097. „ Per duorum fere menſium ſpatium „ novicios indies Bizantium ſive „ Conſtantinopolis ſuſcepit exercitus, e quibus tandem, absque vulgi parvulorum ac mulierum incredibili multitudine, recenſita ſunt „ trecenta millia pugnatorum. „

(B) Annal. Saxo. Anno 1096. „ Orientalibus autem Francis & Saxonibus, Thuringis quoque Bawariis, ac Alemannis hæc buccina minime inſonuit propter illud „ Schiſma, quod inter regnum & „ Sacerdotium Alexandri Papæ, Teutonicos Romanis, & Romanos Teutonicis inviſos, & infeſtos fecerat. „

(C) Berthold. Conſtant. An. 1096. „ Hoc anno, in quibusdam civitatibus Judæi magna cæde trucidati „ ſunt ab his, qui Hieroſolymam „ petierunt. „ Confirmant iſta Annal. Saxo & Wilhelmus Tyrius lib. 1. cap. 29.

(D) Berthold. Conſtantienſ. Anno 1096. „ Innumerabilis multitudo popularium iter illud arripuit, „ qui nullo modo ſe ad tale periculum præparare noverunt, vel potuerunt. Unde & eorum non parva „ pars occubuit, quæ terram Ungarorum ſatis imprudenter devaſtare „ præſumpſit. „ Rem totam accurate ſcribit Guibertus Abbas in Hieroſol. Hiſtor. apud Bongarſium, Albert. Aquenſ. & Will. Tyrius.

(E) Albertus Aquenſis Hiſt. Hieroſolym. l. 1. c. 24. & ſeq. fuſe hæc refert: Guibert. Abb. l. 2. c. 8. Willerm. Tyr. lib. 1. c. 27. Annal. Saxo. Chronograph. Saxo ad An. 1096. Berth. Conſtant. An. 1096. „ Subſequentem multitudinem Rex Ungariæ terram illam intrare non „ permiſit, cujus etiam non parva „ pars ad introitum Ungariæ occubuit. „

(F) Will. Tyrius lib. 1. cap. 30. „ Hungari vero meliori facta conditione, videntes hoſtium cuneos „ ter-

A.C. egentes multi, ac omnium rerum inopes in Auſtriam redirent: ſed his Leopoldus, clara jam tum in pauperes beneficentia, de annona ac viatico ſic proſpexit, graves ut Auſtriæ diutius non eſſent. (A) Quæ ad alios querela, ad Godefridum Bullionium, Lotharingiæ Ducem, haud pertinuit, quem Colomannus Rex ultro, fama tanti Principis captus, in Regnum admiſit. (B) Vidit Auſtria animi ingentis virum, vidit Hungaria, fauſtisque votis proſecuta eſt Chriſtianæ rei vindicem, ac Barbarorum domitorem, qui redactis in pretium Principatus ſui bonis, nihil in Europa ſibi reliquum fecerat, ut novum Chriſto in Aſia Regnum conderet, & ex arce Solymæa Saracenis ac Barbaris imperaret.

Godefridus Bullionius per Auſtriam, & Hungariam in Palæſtinam movet.

Hæc Religionis ſtudia cum in Europa ac Aſia ferverent, Henricus IV. ex Italia reverſus, terrorem in Ger-
1097 mania renovavit. Conrado, filiorum altero, Pontificias partes amplexo, de Henrico ad Regnum evehendo conſilia ſunt inita: ea cum placere Germaniæ Principibus non dubitaret, Aquisgrani ad VI. Idus Januarias Regem Henricum filium renunciavit. (C) Ratisbonam deinde pro-

„ terga dediſſe, inſequuntur, - - - „ non ſolum formidinem, verum & „ mortem irrogantes. Ex quibus „ Comes *Emico* cum maxima parte „ diſſolutarum turmarum fugiens, in „ patriam ſuam reverſus eſt. Alii „ vero nobiles, - - per *Carinthiam* „ declinantes in Italiam pervenerunt, - - - & eos de Principibus „ idem iter agentibus, qui *Durachium* navigare propoſuerant, ſecuti in Græciam ſe contulerunt. „

(A) Lewpoldi Campilil. Excerpta ex Rikardo Canon. Newburgenſ. ad An. 1096. „ Hoc anno pars exercitus fidelium in terram ſanctam „ tendens, multitudine *Auſtriam* „ inundavit: & quia Cholomanus „ Rex Ungrorum noluit tranſitum „ concedere, fortiſſimi gladio ſibi „ viam fecerunt, egentes plurimi „ redire coacti, *Auſtria* graves fuerunt. Sed pius Marchio prudenter expedivit eos largis cibariis, „ & eleemoſinis. „

(B) Annaliſt. Saxo Anno 1097. „ *Godefridus* Dux Lotharingiæ, vir „ genere, armis & ingenio Clariſſimus, qui priori anno cunctis, quæ „ poſſederat, in pretia redactis, militibus copioſis, fideque non modica „ inſtructus, iter per Orientalem „ Franciam fecerat, neque ab Ungaria fugientibus territus, ſed tam „ Imperatoris *Heinrici*, quam *Colomanni* Regis permiſſione, Pannonias Bulgariamque permeavit, cum „ gente ſua, & Alemannis, & Saxonibus, & Suevis. „ Albert. Aquen. lib. 2. affert ea de re *Colomanni* Regis Reſponſum ad *Godefridum* Bullionium. „ Rex *Kalomannus* Duci *Godefrido*, & omnibus Chriſtianis „ ſalutem, & dilectionem ſine ſimulatione. Audivimus de te, quia „ vir potens, & princeps tua ſis in „ terra, & fidelis inventus ab univerſis, qui te noverunt. Iccirco „ te ſemper diligens ex ſola bona fama, nunc te videre, & agnoſcere „ optavi. Et exinde conſilium accepi, ut deſcendas ad nos in caſtellum *Cyperon*, ſine opinione alicujus periculi, & utraque ripa paludis reſidentes, totum colloquium „ teneamus de omnibus, quæ a nobis requiris, & quorum nos reos „ arbitraris. „

(C) Annal. Saxo Anno 1097. „ *Heinricus* Imperator cum principibus colloquium de pace habuit „ circa Kal. Decemb. *Conradus* filius „ Im-

fectus, quanquam annus eſſet peſtilens urbi, agrisque, (A) judicia Majorum more, ſuprema authoritate exercebat. A. C. 1099 Hic cum Adelramus, Cremifanenſis Cœnobii Præſul, alienata jam dudum a Chriſtiano, Paſſavienſi Epiſcopo, prædia Pettinpachium, Cotprechtscellam, ac Geroldsdorffium quererétur; vocati in judicium Leopoldus Marchio, Comitesque Perngerus & Engelbertus, prædiorum in præſenti poſſeſſores, lataque ſecundum actorem ſententia, Adelramus in veterum jurium poſſeſſionem miſſus eſt. (B) Neque tamen eſt, quod Leopoldum ſeu parentem, ſeu filium violati ſacri juris poſtulemus, quos non dubitem, Altmanni & Udalrici, Paſſavienſium Antiſtitum conſenſu, quorum ſilentium in re tanta mihi pro confirmatione eſt, eas vectigalium prædiorum reliquias tenuiſſe, quæ improbam Tyemonis pſeudoepiſcopi rapacitatem effugiſſent: neque enim iſtorum, reor, partes erant, quæ centum abhinc annis a Chriſtiano Epiſcopo alienata fuere prædia; ea jure, an injuria ſint ablata, in quæſtionem vocare.

Prædia quædam Cremifanenſ. reſtituta.

Ardebant interim multorum per Auſtriam Nobilium animi ſacræ in Palæſtinam expeditionis ſtudio, quam læti ex Oriente nuncii identidem celebrabant. Primi in præclaram armorum ſocietatem Adelramus de Perge, Hadmarus de Cuopharn, & Udalricus Wolinſteinius properabant. Leopoldum, quem non minor belli ſacri ardor, quam religioſa viſendi Palæſtinam pietas tenebat; retinebat tamen Provinciæ cura, quæ in tanto Germaniæ motu attentam Principis ſollicitudinem requirebat. Ne tamen colligendi in Crucis obſequio meriti communione excideret, pecunia, quod unum in præſens poterat, ſacram Chriſti militiam adjuvabat. Eaque erat pii ſubſidii ſumma,

S. Leopoldus militiam ſacram argento juvat.

„ Imperatoris Patri rebellat. Ideo- „ que minori filio *Heinrico* regnum „ injungit. „ Et ad Annum 1099. „ *Heinricus* Imperator Natale Domi- „ ni *Coloniæ* celebravit, Epiphaniam „ vero *Aquisgrani*, ubi filium ſuum „ *Heinricum* juniorem Regem fecit. „

(A) Annal. Saxo A. 1099. „ *Hein- „ ricus* Imperator Paſcha *Ratiſponæ* „ celebravit, ibi ſubito mortalitas „ magna exorta - - - per civitates „ quoque, atque regiones non mo- „ dicam vulgi ſtragem fecit. „

(B) Diploma *Henrici IV.* apud Rettenb. in Annal. Cremifan. l. 2. datum *Ratiſponæ* prid. Kal. Maji, An. 1099. Ind. V. (*leg.* VII.) „ Ob venerabilem „ petitionem *Adelrami* Abbatis, præ- „ dium *Petinpach* appellatum, & in alio „ loco alia duo prædia *Cotprechteſcella*, „ & *Geroltsdorff* nuncupata in pago „ *Trungowe* ſita, ab Epiſcopo quo- „ dam nomine *Chriſtiano*, - - longo „ tempore injuſte ab eodem (*Crem- „ ſemunſter*) Monaſterio abalienata, „ & a Marchione *Liudpaldo*, & a Co- „ mitibus *Perngario & Engelberto*, qui „ illa injuſte tenebant, judicio & „ juſtitia convictis, in manus noſtras „ & *Tyemonis* Patavienſis electi red- „ dita, memorato Monaſterio *Crem- „ ſemunſter*, nuncupato immutabili- „ ter reſtituimus. „

A.C. ma, ut milites facile trecenti annuo inde ſtipendio alerentur. (A)

Nondum iſti Palæſtinam attigerant, cum Godefridus Bullionius, occupata Hieroſolymorum urbe ſacrum Palæſtinæ regnum inſtauravit. (B) Ea res ut glorioſa Chriſtiano nomini, ita plurimos nobiliſſimi etiam ſanguinis ad ſociandos in tam ſplendida Religionis cauſa labores, ac pericula incitavit. In his Welfo Senior Dux Bojorum erat, & Thiemo ſeu Thietmarus Salisburgenſis Archiepiſcopus; quibus Itha, Leopoldi, Marchionis Auſtriæ nuper defuncti conjux, conſilio, ut exitus oſtendit, haud probabili ſe adjunxit. (C) Filiarum quidem unam, alteram ac tertiam in matrimonio collocarat; ac Herbirgem
1100 quidem nuper admodum, ad XV. Cal. Novembres, Borivoyus Bohemiæ Princeps Znoymæ ſibi nuptiali fœdere adſtrinxerat: (D) ſed reſtabant aliæ; nec Leopoldi filii juventus, privatæ pietatis ſtudio, deſtituenda videbatur. Verum conceptum ſemel mente ſacri itineris propoſitum, nihil ſanioris conſilii jam ad animum admitte-

Hieroſolymis a Godefrido Bullionio occupatis,

(A) Rikard. Newburg. apud V. Cl. Chryſoſt. Hanthaler Faſt. Camp. Tom. II. pag. 1039. de S. Leopoldo: „ Quia vero ipſe in obſequium Crucis ire non poterat, ut boni operis meritum quæreret, A. MXCIX. „ per Nobiles terræ *Adalramum* de „ *Perge*, *Hadamarum* de *Cuopharn*, & „ *Udalricum* de *Wolinſteine*, tantam „ pecuniam pro ſublevanda penuria „ militum Chriſti in Orientem miſit, qua potuiſſet trecentos milites illuc ducere, & alere. „

(B) Geſta Francorum expugnantium Hieruſalem apud Bongarſium: pag. 576. „

„ Julius effervens ter quina luce calebat,
„ Idibus inque ſuis iter ad medium faciebat.
„ Anno Milleno, centeno, ſed minus uno &c.
„ Urbem cum Franci capiunt virtute potenti. „

Albert. Aquenſ. l. 6. „ *Jeruſalem* „ civitas DEI viventis, & mater noſtra, filiis reſtituta eſt in victoria „ magna, ſexta feria, in die ſolenni „ diviſionis Apoſtolorum, quæ eſt „ Idus Julii. „ Willerm. Tyr. l. 8. cap. 24. „ Capta eſt igitur prædicta civitas, anno ab Incarnatione „ Domini Milleſimo nonageſimo nono, menſe Julio, quinta decima „ die menſis, feria ſexta, circa horam diei nonam. „ Jacob. de Vitriaco c. 20. „ *Godefridum* Dominum de *Buillon*, - - dominum „ civitatis unanimiter elegerunt. „ Qui - - reverentia tamen Domini, & cordis humilitate noluit Rex „ appellari, nec coronam auream „ deportare. „

(C) Chron. Mellic. Salisb. Admontenſe An. 1101. „ *Tiemo* Archiepiſcopus, & *Welfo* Dux Jeruſalem „ pergunt, & *Itha* Auſtriæ Marchioniſſa, & *Gislbertus* Admuntenſis Abbas. „

(D) Coſmas Pragenſ. Anno 1100. „ Item ejusdem anni XV. Cal. Nov. „ *Borivoy*, frater Ducis *Brecislai*, in „ urbe *Znoyem*, faciens permagnificum convivium, duxit uxorem „ nomine *Helluck*, Orientalis Marchionis *Lupoldi* ſororem. „ *Eliſabetham Ottocaro* Styrienſi deſponſam prius, non dubitem, ut quæ ante Annum 1107. relicto filio *Leopoldo*, jam defuncta ſit, ut dictum eſt ſupra. Idem forte de *Itha Liutoldi* Znoym. dici poteſt: de qua etiam ſupra.

(A) Ri-

bat. Leopoldus filius, ne adverſari Matris ſuæ pietati videretur, commendata tantorum Hoſpitum charitati parentis cura, marcas argenti trecentas addidit, quas in ſacri belli ſubſidium Hieroſolymam transmiſit. (A) A. C.

Itha, S. Leopoldi Mater, in Palæſtinam proficiſcitur.

Iter per Hungariam, quanquam ad centum & ſexaginta hominum millia confluxiſſent, tranquille ſatis decurſum; ad Bulgariæ urbem Adrianopolim tantiſper hæſit. (B) Bulgarorum Princeps Guzhus, irritatus advenarum injuriis, qui annonæ inopiam rapinis jam levarant, pontis caput numeroſa ſagittariorum manu defendendum ſuſceperat, ne cui tranſitus ſuis ingratiis eam in urbem pateret: eam cum vim vi repellere niterentur noſtri, atrox prælium exarſit; ſed fortuna tam varia, ut cæſis, captisque clari nominis non paucis, victoria jam ad Bulgaros inclinaret. Sed Guzhus, Dux gentis, dum ante ordines longius provehitur, dum urget ſuos, dum noſtris inſtat incautius, in manus Wilhelmi, Pictavienſium Comitis, incidit, a quo captus, nec ante libertati redditus, quam liberum noſtris tranſitum, & rerum venalium mercatum polliceretur. Id ab eo cum fide præſtitum, additusque Conſtantinopolim uſque liberrimus commeatus, ut proinde ea calamitas maximarum deinde rerum opportunitatem peregrinantibus afferret. (C) 1101

Itineris pericula.

Con-

(A) Rikard. Newb. ad An. 1101. „ Poſt duos annos Domina *Itha* „ Marchioniſſa, *Lewpoldi* Pii Mater, „ cum *Guelfo* Duce Bawariæ, & „ *Thymone* Archiepiſc. Salzeburgenſi, „ & *Udalrico* Epiſcopo Patavienſi, „ devote peregrinata eſt in terram „ ſanctam: cui filius iterum dedit „ trecentas marcas argenti, offerri „ Jeroſolymis pro bello ſacro. „

(B) Albertus Aquenſis l. 8. c. 34. „ *Wilhelmus* Comes & Princeps Pictavienſium de ſanguine *Henrici III.* „ Imperatoris Romani, pacifice tranſito Regno Ungarorum cum Duce „ Bavariorum *Welfone*, & cum Comitiſſa nobili, nomine *Ida* de Marchia *Oeſterrich*, in ingenti manu „ equitum & peditum, & fœminei „ ſexus ſupra centum & ſexaginta „ millia, in apparatu copioſo terram „ Bulgarorum eſt ingreſſus. „

(C) Albert. Aquenſ. Hiſt. Hieroſ. l. 8. c. 34. & ſeq. „ Diſcordia exorta, & Duce Bulgarorum, *Guzb* „ nomine, variis injuriis moleſtato „ ad urbem *Adrianopolim*, inexpugnatus in virtute ſuorum, deſcendit. Sed eis pons, qui ducit in „ civitatem, a Duce præoccupatus, „ & interdictus eſt. Quapropter „ hinc Pincenariis, & cæteris militibus Gomanitis de regno Imperatoris, graviter pontem in arcu „ & ſagitta prohibentibus, Chriſtianis vero pontem tranſire non minus contendentibus, adeo crudele commiſſum eſt prælium, ut *Rudolfus* - - cognatus ipſius *Willebelmi* Principis, illic ſagitta percuſſus interiret; *Hardwigus* de S. Medardo captus teneretur, & plurimi, quos ſingillatim longum eſſet narrare. Illic ſiquidem in eodem „ prælio, dum hinc & hinc varia & „ ingenti contritione diverſus fieret „ eventus, contigit ipſum Ducem „ Bulgarorum in manus *Willebelmi*, & „ ſuorum incidere, & teneri captivum, donec ipſa die, hinc & hinc „ habitis conſiliis in concordiâ univerſi redierunt. Captivis quoque „ reſtitutis Pincenarii & Comanitæ „ ſedati ſunt. Poſt hæc concordia,

„ pla-

A. C. Conſtantinopoli, ubi Alexius Comnenus imperabat, plusquam menſis ſpatium quieti datum. Accepti ab Imperatore in ſpeciem perbenigne; donis etiam, ac ampla comparandæ annonæ poteſtate aucti, navali itinere, menſe Julio, Nicomediam ſolverunt. Urbs ea, clari olim nominis, ac Bithyniæ caput, lætiſſimo gaudet agro: cujus amœnitate capti Welfo, Wilhelmus, Ithaque, biduo ſub tentoriis agebant: unde profecti Stanconam feceſſerunt, ſed malo ſuo: Saraceni enim Turcique tantam multitudinem veriti, obſtructis raptim puteis fontibusque; ſegete præterea, frugibusque aut averſis, aut exuſtis, tantam iis in locis vaſtitatem fecerant, ut fame, ſitique intolerabili, & homines & jumenta conficerentur. (A) Wilhelmus, Welfoque, quibus nulla niſi in armis ſpes erat, ad vindictam verſi, proximas Barbarorum urbes aſſultu capiunt, diruuntque; ferroque ac igne regionem late omnem populati, vaſtitatem hoſti Saraceno reddunt. (B) Vicina erat, Reclejum, civitas ad ripam fluminis poſita, ac proinde aquationi peropportuna. Sed Turcorum Principes, haud ignari ejus, adverſam fluvii ripam armatorum innumerabili multitudine replebant, telisque, ac ſagittarum imbre ab acceſſu fluminis arcebant. Noſtri, qui nec ſitim, nec vim telorum perferre jam poterant; neque vadum, quo in hoſtes irent, profundos inter aquarum vor-

Trajectus in Aſiam.

Fames, ac ſitis in caſtris Chriſtianorū.

„ placato Duce, & ſuis in tantum „ proceſſit, ut non ſolum dux Chriſtianis peregrinis per pontem pacifice tranſitum concederet, licentiam emendi neceſſaria non negaret; ſed etiam conductum omnibus, uſque ad *Conſtantinopolim* attribueret, ſine dolo, & aliquo impedimento. „

(A) Idem ibid. „ In hac civitate „ idem Princeps *Willebelmus*, *Welfo* „ Dux, & *Ida* Comitiſſa quinque „ hebdomadarum curriculo commorantes, Domino *Alexio* Imperatori „ innotuerunt cum omni voto, quod „ devoverant in *Jeruſalem*, & iccirco fidei ſacramento ſibi aſtricti, „ plurima neceſſariarum rerum dona, & licentiam emendi neceſſaria ſuſcipere meruerunt. Poſt hæc „ meſſis tempore imminente, brachium maris S. Georgii, ex juſſione & ſuaſione Imperatoris, navigio ſuperantes, in terram civitatis *Nicomediæ* deſcenderunt; & iter „ ſuum continuantes per amœna loca, quibus hæc abundat regio, „ tentoria locaverunt, duobus ibi „ diebus moram facientes. Inde vero profecti *Stanconam* feceſſerunt, „ ubi ex longo itinere neceſſariis vitæ conſumptis, gravi inedia tum ſiti intolerabili affecti, tam homines, „ quam jumenta infirmati ſunt. Nec „ mirum, nam univerſas ſegetes, a „ facie hujus multitudinis Turci, „ via anticipata, combuſſerant, puteos, ciſternas, fontes obſtruxerant, ut ſic ultima neceſſitate famis & ſitis attenuati, facili bello „ ſuperarentur. „

(B) Idem: cap. 38. „ Videntes „ itaque *Willebelmus* & *Welfo*, & ſui „ conſodales has Turcorum nequitias, & dolos, urbes, quæ de eorum erant poteſtate, ſcilicet *Phiniminum*, & *Salamiam* aſſilientes, „ plurimo conatu ſtragis diruerunt; „ ſed & omnia loca, circumquaque „ illis ſubdita, vaſtare minime pepercerunt. „

tices reperiebant, infeſta ſagittarum grandine in fugam aguntur. Ea res & militum plurimos, & Procerum perdidit. A. C.

Clades a Turcis illata.

Barbari enim per nota viarum compendia peregrinos, & locorum ignaros inſecuti, ingentem eorum multitudinem trucidarunt. Erant qui ab exercitu digreſſi ſub fœni, quod in pratis erat reliquum, acervos ſe abſconderent; ſed barbaros in cædem ac rapinam plus ſatis oculatos non fefellerunt: telis confixi ad trecentos; reliqui, quos fuga in montes non ſubduxit, aut ferro conciſi, aut fame enecti periere. Welfo rebus exutus omnibus, abjecta lorica in montes evaſit: Itha Auſtriaca, quam & ſexus, & corporis imbecillitas retardabat, incertum an capta, an equorum ungulis obtrita, nusquam deinceps reperta eſt: fama tamen poſtea vulgatum eſt, eam inter tot matronarum miſerabilem turbam, Corrozanam in regionem, æterno exilio deportatam. (A) Is inconſultæ pietatis in femina principe erat exitus, quem triſtibus aliorum exemplis perhorreſcere debuiſſet. Erat in recenti memoria fœda calamitas ſacratæ DEO Antiſtitæ, quæ annis abhinc ſeptem ac triginta cum B. Altmanno, aliisque clari nominis Præſulibus Hieroſolymam profecta, captaque, inſatiabilem Barbarorum libidinem ante non expleverat, quam ſpiritum inter impuras eorundem manus, ac complexus exhalaſſet:

Itha Auſtriaca aut capta, aut obtrita.

(A) Albert. Aquenſ. lib. 8. c. 38. „ Abhinc civitatem *Reclei*, ubi fluvius torrens, diu & longo deſiderio optatus, cunctis ſufficeret, deſcenderunt. Sed *Solymanus*, *Donimanus*, *Carati*, *Agunicb*, Principes „ Turcorum cum infinitis copiis & „ armis in occurſum ex improviſo „ peregrinis his incautis affuerunt „ altero ex littore, homines, equos, „ & omnia jumenta adaquari in arcu, & ſagittarum grandine prohibentes; dum a longe fatigati, & „ ſic exhauſti Chriſtiani ultra vim „ ſufferre non potuerunt. Unde „ unanimiter poſt plurimam, ſæviſſimamque contentionem, quæ ex „ littore utroque paluſtri, & profundo fiebat, univerſi Chriſtiani „ fugam arripientes, ſtrage inaudita „ ab impiis perſecutoribus ſunt attriti. Quidam autem æſtimantes „ tam crudele martyrium evadere, „ diviſi a multitudine quoddam in „ pratum concedentes, fœno latere, „ & abſcondi quærebant. Sed neque quaquam vitæ reſervati, ad trecentos ibidem ſagittis confixi interierunt. - - - Dux *Welfo* lorica & omnibus exutus, & per montana fugiens, vix ab hoſtili manu ereptus eſt. Plurima autem millia Alemanorum, Francorum, Waſconum, qui procul erant a montanis, illic extincta fuiſſe referuntur. Comitiſſa vero *Ida*, utrum capta, & abducta, aut pedibus tot millium equorum membratim diſcerpta fuerit, uſque in hodiernum diem ignoratur: niſi quod ajunt, eam inter tot millia matronarum in terram *Corrozan* æterno exilio deportatam. „ Ortilo ad An. 1101. „ *Itha Liupoldi* Tertii „ Marchionis vidua devota, peregrinata eſt in terram ſanctam, cum „ *Thiemone* Archiepiſcopo Saltzeburgenſi, & magna fidelium multitudine. - - Sed pia fœmina triſtem vitæ exitum a Barbaris paſſa, non amplius redivit. „

(A) Bio-

A.C. ſet: (A) ſed enim capta nuper a Chriſtianis Syria, ac Palæſtina tantum animorum vel timido alioquin ſexui dabat, ut omnia viarum diſcrimina infra religionem ducerent, quo pio ſuo ardori liberius indulgerent.

Ceterum non una eſt omnium de illuſtris hujus Viduæ calamitate ſententia: ſunt, qui profectam ſunt, qui reverſam ex Palæſtina, extinctam morbo in Græcia opinentur. (B) Sunt, qui trucidatam a Barbaris in communi illa ad Recleium clade tradant: (C) plerisque neſcio, quibus famæ authoribus, teſtibusque perſuaſum eſt, Itham Saraceno Principi matrimonio conjunctam, matrem extitiſſe Sanguini illius, qui poſt annos quadraginta Palæſtinæ Regnum tantis cladibus affecit. (D) Sed hoc, ut tempora con-

Incerti de illa rumores.

(A) Biograph. B. Altmanni N. 4. „ Erat in eadem profectione quædam nobilis Abbatiſſa, corpore „ ſpecioſa, mente religioſa, quæ „ poſtpoſita cura commiſſarum ſororum, contra omnium ſapientum „ conſilium tantæ peregrinationis „ ſubiit periculum. Quæ a paganis „ capta, in conſpectu omnium tamdiu eſt ab impudicis ſtuprata, donec ad opprobrium omnium Chriſtianorum ultimum efflaret ſpiritum. „

(B) Suntheimii Tabul. Clauſtro-Neob. Col. 1032. „ An der Widerfart ſtarb die bemelt Frau *Itha* „ in Kriechen, als man zalt nach „ Chriſti Gepurd MC. und I. Jahr, „ und ligt daſelbs begraben. „ Idem ſentit Cuſpinianus in Auſtr. Haſelb. in Chron. Auſtr. Col. 698. „ Quæ „ (*Uta* ſeu *Itha*) ad expeditionem „ Hieroſolymitanam tendens, mortem obiit. „ Et Col. 706. „ Hujus mater, *Uta* nomine, relicta iter „ arripuit ad ſanctam civitatem *Hieruſalem*, in quo fraude Græcorum „ una cum comitibus Salisburgenſi, „ & *Ulrico* Patavienſi, plurima pertulerunt incommoda, & tandem „ vita functi ſunt An. Dom. 1100. „ Hunc ſecutus Urſinus Velius videtur in carmine, ubi de *Itha* ſic canit:

„ Bello tentandas Solymon Comes acris ad arces
„ Dum graditur, mediis in millibus ecce ruentem,
„ Juſta in bella nimis mors heu crudelis ademit. „

(C) Author anonym. ſed Synchronus apud Conradum Urſpergenſem in Chron. pag. 239. „ De noſtratibus Archiepiſcopum Saltzburg. L. „ captum, *Marchiſiam N. trucidatam*, „ duos *Brunones* Canonicos, nobiles „ viros, inedia ſitique defeciſſe, re„ ferebant. „ Eadem pene ad verbum recitat Annaliſta Saxo ad Annum 1101. Rikard. Newburg. de *Itha* hæc tantum habet: „ Ipſa vero proch dolor, cum theſauro ſuo, „ præda facta eſt infidelibus. O quantus luctus filii, & populi noſtri. „

(D) Hiſtoria Altorfenſ. ſive Weingartenſis Monachi de Guelfis Principibus apud Henric. Caniſ. Tom. III. „ *Itam* Comitiſſam, matrem *Leopoldi*, „ Marchionis Orientalis, quæ ſimiliter in eodem comitatu fuit, unus „ de Principibus Saracenorum rapuit, & impuriſſimo ſibi matrimonio copulavit, ex eaque ſanguinem illum ſceleratiſſimum *Vtamut* progenuit. „ Hunc locum Leibnitius T. III. ad cap. 8. Hiſt. de Guelfis ſic legendum exiſtimat: „ Ex „ eaque *Sanguinum* illum ſceleratiſſimum, *ut ajunt*, progenuit. „ Arenpeckius in Chronic. Auſtr. & in Excerptis de Guelfis apud Leibnitium, Tom. III. p. 661. de *Itha* Auſtriaca eadem habet: „ Quam unus de „ Principibus Saracenorum rapuit, „ & impuriſſimo matrimonio ſibi copulavit, ex eaque *Sanguinum* ſceleratiſſimum illum progenuit. „ At Sunthemius de Guelfis mendoſiſſime ſic ſcribit apud Leibnitium T. I. pag. 803. „ *Itha* ejus uxor, (forte „ filia) Divi *Leopoldi* Marchionis Auſtriæ mater, a Saracenorum quodam Principe rapta, *Alexium* ſcele-

„ ra-

congruant, haud facile crediderim: neque enim aut ætas feminæ principi tam florens erat; aut forma tot cœli, itinerum, famis, ſitisque injuriis imminuta, placere adeo Barbaro potuit, ut iſto ſe conjugio irretiret: neque fabulæ id genus tam eſt infrequens, ut non noſtra, patrumque memoria, duces inter Turcas complures, purpuratique clariores, nati e Chriſtianis captivis perhibeantur; quarum tamen rerum fidem, præter rude vulgus, nemo non negligit. A. C.

Thietmarus Salisburgenſ. Archiep. Martyrio affectus.

Thiemonem Salisburgenſem Archiepiſcopum, eadem in fuga captum, & in Corrozanam Perſidis regionem abductum Scriptores omnes conſenſu tradunt, ubi præclarum pro fide teſtimonium ſuo ſanguine conſignavit. (A) Welfo fuga ancipiti elapſus, Antiochiam primo, mox Reinoldo Burgundiæ Duce itineris comite, Hieroſolymam petiit: Unde adorato Chriſti DEI ſepulchro in Cyprum navigavit. Sed iter iſtud illi ſupremum fuit, feſſo & ſenio & ærumnis, morbique tandem vi ad extrema deducto. (B) Paphi, quæ urbs erat olim inſulæ Cypri caput, ſepultum Conradus Urſpergenſis tradit: de reliqua multitudine, vix mille ſuperſtites per varios errores Hieroſolymam pervenere. (C)

Nondum forte in Germaniam perlatus funeſti itineris rumor erat, cum Henricus IV. collecto Moguntiæ ad Natales Chriſti ferias magno Principum conventu, Henrico filio ad ſummam rerum jam deſignato, in Palæſtinam 1103

ſe

„ ratiſſimum Græcorum Cæſarem „ genuit, qui Chriſtianis plura mala „ intulit. „ Denique Albericus Monachus trium fontium ad An. 1101. iſta ex Ottone Friſing. lib. 7. cap. 7. ex Guidone, & Baldrico Archiepiſc. Dolenſi affert: „ Cum prædictis „ *Themo* Juvavienſis Archiepiſcopus, „ *Welpho* Noricorum Dux - - - *Ita* „ Marchioniſſa *Leopoldi* Marchionis „ Orientalis mater, - - cum multis „ ex Italia, Aquitania, Germania, „ Hieroſolymam per Hungariam & „ Græciam pergunt. - - Quos *Alexius*, Imperator in arctis locis fraudulenter expoſitos, pene omnes „ crudeliter extinxit, elegantioribus ex iis captis, & Mempheorum „ Regi, ſeu Admiraldo præſentatis. „ *Quido:* „ Imperator *Alexius* per Turcas eis molitur inſidias, a quibus „ plus quam quinquaginta millia pereunt, ex peregrinis reſidui Tharſum Ciliciæ pervenerunt. „ *Baldricus:* „ - - - Mulieres ibi multæ gladio perierunt, & plures captivæ „ ductæ ſunt: viri multi trucidati „ ſunt, vel ferreis compedibus mancipati. „

(A) Otto Friſingenſ. lib. 7. cap. 7. „ Comprehenſus inter alios Venerabilis Præſul *Thiemo* - - - ac exquiſitis ſuppliciis, & tormentorum „ generibus affectus, glorioſo Martyrio coronatus eſt. Quod ob fidem „ Chriſti paſſus ſit, fideliſſima traditio habet. „

(B) Annal. Saxo A. 1101. „ *Bernardus* Comes, & *Heinricus* Comes „ Ratisponenſis obierunt Jeroſolymæ, Dux vero *Welphus* revertendo „ moriens, Papho eſt humatus. „

(C) Conrad. Urſperg. ex Anonymo Synchrono ad An. 1101. „ Non „ credimus mille viros remanſiſſe, „ quos poſtea vix oſſibus hærentes „ Rhodo, Papho, cæterisque portubus, raros autem etiam Joppæ „ vidimus. „

A. C. ſe iturum ſimulat. Accepta res magnis multorum ſtudiis; ſed brevi apparuit, pietatis hac ſimulatione, verba tantum data Germaniæ Principibus, defungi moleſtis, quæ tot annis jam tenuere, diſſidiis eo pacto cupientibus. (A) Leopoldus Marchio, qui Moguntino in Conventu præſens aderat, & Henricum ſuomet ex ingenio metiebatur, eodem belli ſacri conſilio, militarem primo baltheum, belli omen, ac virtutis inſigne, ſolenni eorum temporum more ab Udalrico Paſſavienſi Epiſcopo, ad III. Idus Novembres, 1104 Mellicii in Auſtria, conſequente mox anno ſuſcepit: (B) falluntur enim, qui id belli, cum Stephano II. Hungariæ Rege ſuſcepti, cauſa factum arbitrantur, Colomanno adhuc rerum apud Hungaros potiente. (C)

S. Leopoldus Marchio militari baltheo accingitur.

Sed enim domeſtica inter Henricum patrem, filiumque ejus nominis diſſidia, belli ſacri conſilium brevi diſcuſſere. Henricus V. Rex jam nuper deſignatus, Imperio, quidquid ſecus fingeret, flagrantiſſime inhiabat: faces juvenili cupiditati ſubjiciebant, tum prona Saxonum in ſe ſtudia, tum Dietpoldi inprimis Marchionis Vohburgici, & Berngeri Comitis hortatus quotidiani, monentium identidem, videret etiam atque etiam, ne ſi Patri, Romano toties fulmine peruſto, adhæreret diutius, & ſe, & ſpem Imperii jugularet: æquum eſſe, ut, quando pium jam in Patrem eſſe non liceret, niſi in DEUM eſſet impius, nexum ſanguinis abrumpat, & obſequii jugum, quod Pontificiæ

Henrici V. Regis a Patre diſceſſio.

(A) Otto Friſing. lib. 7. cap. 8. „ Anno ab Incarnat. Domini MCIII. „ Imperator *Henricus* natale Domini „ *Maguntiæ* celebrans, ibique *Henrico* „ filio ſuo poſt ſe deſignato, ſepulchrum Domini ſe viſurum publice „ denuncians, multos ex diverſis „ partibus Regni ad idem accendit. „ Annaliſta Saxo ad An. 1103. „ Imperator *Heinricus* Natale Domini „ *Magontiæ* celebravit, ubi Principes „ convenerunt, & in Epiphania Domini - - inter ipſa Miſſarum ſolemnia, Epiſcopo (*Emehardo* Wirzburgenſi) populum monente Imperator quaſi corde compunctus, „ filio ſuo *Heinrico* Regi rerum ſummam dimiſſurum, ſeque ſepulcrum „ Domini viſitaturum, per *Emehardum* Epiſcopum, publice prædicari „ fecit, indeque favorem maximum „ tam vulgi, quam Principum & Clericorum, regnique totius fallendo „ adquiſivit. „

(B) Rikard. Newburgenſ. „ Anno MCIII. *Lewpoldus Pius* fuit Maguntiæ in curia, *Heinrici* Imp. qui „ promiſit ſe ire in Jeroſolymam, quo „ Principes valde lætati ſunt, & habens *Lewpoldus* animum comitari „ Imperatorem An. MCIV. III. Idus „ Nov. in *Melikh* per *Udalricum* Epiſcopum Patavienſem accinctus eſt „ gladio, ut Militis honorem acciperet. „ Chronic. Auſtrale, & Chron. Clauſtro-Neoburg. A. 1104. „ *Liupoldus* Marchio Auſtriæ, accinctus eſt gladio. „ Anonym. Leobienſ. iſtud ad An. 1102. refert.

(C) Chron. Admont. ad An. 1113. „ *Colomanus*, Ungariæ Rex fratrem „ ſuum *Almum* nomine, perſequitur. „ Et conſtat ex Monumentis Jadrenſium Monialium in Dalmatia, de triumphali ejus in urbem *Jadram* ingreſſu Anno MCV. celebrato.

leges dudum abſtuliſſent, tandem excutiat. (A) Juſta ambitioſo alioquin juveni hæc conſilia videbantur, jam dudum & longum patris dominatum, & fraterni caſus exemplum, & ante omnia, ambiguam, ſiquid humanitus Parenti accideret, in Imperio ſucceſſionem verito. Inclinantem jam in eam partem, Bavariæ, Sueviæ, Franconiæ Optimates, defectionem a Parente uno conſenſu polliciti impulere. A. C.

Res ab utroque geſtæ.

Bellum in Theodoricum Saxonem apparabat Pater, jamque caſtris Frideslariam promotis, moram aliquantam ea in urbe fecit; cum exorta inter eum, filiumque diſſenſione, alio repente belli conſilia ſunt translata: Henricus enim junior clandeſtina receſſione ex urbe dilapſus, in Bavariam ſe contulit; ibi cum prona omnium in ſe ſtudia reperiſſet; accepta, redditaque Eccleſiæ pace, in Saxo- 1105
niam rediit, compoſitisque ibi turbatis Eccleſiæ rebus, cum exercitu Moguntiam tetendit, ut Rothardum ejus urbis Archiepiſcopum, e diuturno exilio ſuam in ſedem reſtitueret. Tentata incaſſum ea urbe, Würzburgum, & Norinbergam expugnat, victorque Ratisbonam regreditur. Pater, ne mora hoſtium vires convaleſcerent, rapto propere exercitu, per Vohburgici Marchionis limitem eodem tendit: ejus adventu perterritus filius, ex urbe ſe ejicit, transmiſſoque Regino fluvio, caſtra munit. (B)

Hæc

(A) Otto Friſing. l. 7. c. 8. „ Anno dehinc iterum ſequente, *Henricus* filius ejus rebellionem contra „ Patrem in Noricis partibus, conſilio *Theobaldi* Marchionis, & *Berengarii* Comitis ſub ſpecie Religionis, eo quod Pater ejus a Romanis Pontificibus excommunicatus eſſet, molitur: aſcitisque ſibi quibusdam ex Orientali Francia, Alemannia, Bajoaria Principibus, Saxoniam terram & gentem contra Regem facile animandam ingreditur. „ Annal. Saxo Anno 1104. „ Circa feſtum S. Andreæ congregato exercitu, Rege etiam *Heinrico* „ filio ſuo comitante, expeditionem „ adverſus eundem (Comitem Saxonem) *Theodoricum* direxit. Sed „ cum in *Frideslar* conſediſſet, orta „ eſt diſſenſio inter eum & filium. „ Nam deteſtabatur eum filius, quemadmodum cuncti fideles, quia denunciabatur excommunicatus ab „ Apoſtolicis *Gregorio*, *Urbano*, *Paſchali*. Et aſſumens de Patris familiaribus *Herimannum*, & alios „ quosdam, II. Idus Decemb. clam „ abſceſſit, & in Bawariam divertit. Comperto igitur diſſidio filii „ a Patre, *Thieppoldus* Marchio - - „ cum cunctis Regionis illius primatibus obviam venit, & honorifice ſuſcepit. „

(B) Otto Friſing. l. 7. c. 8. „ Inde „ collecto milite Moguntiam, Archiepiſcopum reſtituturus iter fiecit (*Henricus* Rex filius:) ſed Patre cum multis adventum ejus armata manu, intra muros præſtolante, votum ad effectum producere non potuit. Dehinc *Herbipolim* petens, *Erlongo* ejecto, *Robertum* eidem præfecit Eccleſiæ. Quo „ pacto dimiſſis Saxonibus, cum Bawariis caſtrum *Noricum* obſidione „ cingit, ipſoque per duos, vel amplius menſes expugnato, *Ratisponam* Norici ducatus Metropolim „ adiit. Quem Pater e veſtigio ſub-

„ ſe-

A. C. Hæc dum Ratisbonæ fiunt, elapſus ex urbe Gebhardus, electus jam dudum Ratisbonenſis Epiſcopus, ſed perturbato id temporis rerum ſtatu nondum ſolenniter inauguratus, Pechlariam in Auſtriam ſecedit. Verum de fumo, ut ajunt, in flammam prolapſus, periculum non effugit, ſed mutavit; & incertum, cujus conſilio, manuve, ibi occiſus eſt. (A) Sunt, qui per ſicarios ab Henrico IV. immiſſos peremptum velint: (B) quorum opinionem, deſtitutus veterum teſtimonio, affirmare non auſim. *Gebhardus Epiſ. in Pechlarn occiſus.*

Henrico interea Cæſari ſuppetias laturus Leopoldus Auſtrius, quique cum eo affinitate junctus erat, Borivoyus Dux Bohemiæ, ſuas copias ſociarant; atque id exercitus Cæſarei robur erat. Triduum inter mutuas velitationes actum, Regino amne, ne totis caſtris congrederentur, tranſitum prohibente. (C) Sed ea mora Henricum parentem perdidit. Filius arbitratus, quod res erat, Leopoldum non tam voluntate, quam parendi neceſſitate caſtra Cæſaris ſecutum, totus in eo erat, ut tam firmo adverſæ partis præſidio parentem exueret. Opportuna ad eam rem ſpes conjugii videbatur, quo Leopoldi ſibi animum devinciret. Agnes ſoror erat, Friderici Stauffenſis, Sueviæ Ducis vidua, auguſtis natalibus, forma, fœcunditate, morum gratia, *S. Leopoldus Marchio Henricum IV. Ratisbonam aſſectatus.*

„ ſequens, *Roberto* fugato, *Erlongum* „ reſtituit. Inde progreſſus, Ratis- „ ponenſium auxilio, filio urbe fu- „ gato, ipſe Pontificem ibi *Ulricum* „ quendam conſtituit, ac *Theobaldi* „ Marchiam per Boemos vaſtavit. „ Fuſe iſta Conrad. Urſperg. & Annal. Saxo ad An. 1105. exequuntur.

(A) Anonym. in Chron. Ratisbonenſ. Epp. apud Eccardum Tom. II. Script. Germ. pag. 2254. „ *Gebhar-* „ *dus IV.* An. Dom. MXCVIII. - - „ ſedit annis quaſi VII. ab electione „ ſua, ſed non fuit conſecratus: hic „ anno VII. electionis ſuæ in *Pechla-* „ *ren* occiditur. „ Idem confirmat ibidem p. 2248. in brevi Chron. Ratisbon. Epp. Conrad. de Monte Puellarum, Rector olim Scholæ *Viennenſis* ſub Seculi XIV. medium, & poſtea Canonicus Ratisbonenſis, vir doctus & pius, qui teſte Poſſevino *Oeconomicam, grande, & nobile opus*, Lupoldo, Bambergenſi Epiſcopo dicavit; vitam *S. Erhardi*, & fragmentum de *Erroribus Begehardorum* poſt ſe reliquit, quod extat in Bibliotheca PP. T. XXV. pag. 310. Sed is cædem *Gebhardi*, in An. MCIX. differt.

(B) Adlzreiterus Boic. Annalium Part. I. lib. 19.

(C) Otto Friſing. l. 7. c. 9. „ Igi- „ tur regno in ſe ipſo miſerabiliter „ diviſo, ex omnibus ejus viribus „ coadunato milite, ferro, flamma- „ que crudeliter vaſtata terra, in ri- „ pa *Regini* fluminis uterque, ſcilicet „ Pater & Filius conſedit. Jam „ caſtra diſponuntur, jam acies or- „ dinantur, jam ad parricidale ſce- „ lus Pater in Filium, Filius in Pa- „ trem a ſuis inflammatur. Sed flu- „ minis alveo nepharii conatus im- „ pediebantur. „ Annal. Saxo hæc adjungit, An. 1105. „ Jam caſtris „ in contrarium poſitis, ſpectaculo „ horribili per triduum continuum „ ex una parte fluminis *Regen* Impe- „ ratoris, altera ex parte volitabant „ ſigna Filii: jam frequentia graſſa- „ bantur in ipſo fluminis alveo duel- „ la, inter quæ & *Hartwigus* Co- „ mes ex parte Imperatoris occu- „ buit. *Sigehardus* Comes capitur, „ non paucos ex utraque parte Mar- „ tis ſors anceps abſumpſit. „ Eadem habet Conradus Urſpergenſis ad hunc annum.

omnium ore, ſermonibusque commendata: (A) hanc pactus eſt futuram conjugem, ſi partes Henrici Patris, toties alioquin Pontificio oraculo damnatas defereret. A. C.

Borivojus Bohemus, & Leopoldus Auſtriac. e caſtris Cæſareis ſe ſubducunt.

Leopoldus, quem & piorum conſpiratio, & Pontificiæ Majeſtatis reverentia ſollicitum habebat, nec latere jam poterat, Henricum Imperatorem, per ſummam ſimulationem ſub belli ſacri obtentu, illudere Principibus voluiſſe; admota tam potenti machina, detrahi ſibi arma paſſus eſt, quod affinis exemplum Borivoyus quoque Bohemus mox ſecutus eſt. (B) His nudato præſidiis Cæſari una in fuga ſpes erat reliqua: ſed hanc quoque filii jam præ-

(A) Otto Friſing. l. 7. c. 9. „ Igitur dum in ripa fluminis prædicti uterque conſediſſet exercitus, „ - - *Henricus* junior, omnes vires „ Patris in Duce Boemiæ *Beroe*, ac „ *Marchione Leopaldo*, cujus ſororem „ præfatus Dux habuit, fore conſiderans, ipſos multis modis promiſſa ſorore ſua, quæ tunc nuper „ a *Friderico* Suevorum Duce viduata fuerat, in uxorem Marchioni, „ ambobus, ut Patrem relinquerent, „ perſuaſit. Quibus recedentibus „ Imperator cedere compellitur, & „ ex hinc vires ejus imminui, junioriſque creſcere cœperunt. „ Difficultatem movere pactarum nuptiarum cauſa Chronographus Saxo poteſt, qui mortem Friderici Stauffenſis primo ad Annum 1106. collocat: „ An. Dom. MCVI. - - - *Fridericus* „ Dux Swavorum, cui nupſerat filia „ Imperatoris *Henrici*, obiit. „ Unde & de promiſſis his nuptiis nec Urſperg. nec Godefridus Viterbienſis, nec Annal. Saxo vel verbulum faciunt. Sed Chronogr. Saxonem falli, certum eſt, eo quod reliqua etiam, quæ certo ad An. 1105. pertinent, ad A. 1106. conjiciat, ut conferenti rem, cum aliis Scriptoribus, patebit.

(B) Conrad. Urſperg. Anno 1105. „ Die, quæ generalem certiſſime „ congreſſionem præcedebat, Principes, qui capita, roburque utriusque exercitus videbantur, pacificis invicem conceſſis colloquiis - - „ populo utraque parte Chriſtiano „ parcendum, imo parricidali pugna „ ceſſandum pari voto judicabant. „ - - - Veſperaſcente itaque jam „ die, ceſſere loco Regiæ phalanges, „ Imperatoriæ Majeſtati ſe reverentiam exhibere clamantes. Imperator autem dum in caſtris de craſtino certior conflictu diſponit; „ non pugnam, nec pugnandi votum Principibus eſſe, per Boemiæ „ Ducem, Marchionemque *Luitpoldum* contra ſpem audivit. Qui „ mox animo conſternatus, ſupplex „ illorum adjutorium petit, nec impetrat: inſtructus etiam ſecretis „ filii nunciis, ſuorum conſpiratione adverſus ſe factam, latenter „ e caſtris, cum paucis admodum „ viris ſubtrahitur, ſicque divina diſpoſitione, uno ſalvo, multorum, „ qui fundendus credebatur ſanguis, „ ſalvatur. „ Eadem de cauſa fugæ Cæſaris ſcribit Annal. Saxo ad hunc annum: nulla mentione vel pactarum Leopoldo nuptiarum, vel clandeſtini diſceſſus: quibus conſentiunt Annales Hildesheimenſ. ad A. 1105. Godefridus Viterb. Chron. P. XVII. hoc modo rem narrat: „ Erat autem „ Patris maxima potentia in exercitu Bohemorum, & in Marchione „ Auſtriæ *Lupoldo*. Quam rem cum „ filius conſideraſſet, tam Ducem „ Bohemorum nomine *Boroez*, quam „ Marchionem *Lupoldum*, largiſſimis „ promiſſionibus ab auxilio Patris „ ſui avertit: quibus abeuntibus, „ Pater debilitatus, a campo cedere „ compulſus, confuſus diſceſſit. „ Rikard. Newburg. „ Altero Anno MCV. (Lewpoldus) cum Nobilibus ſuis proceſſit Ratisbonam „ *Heinrico* Imperatori in auxilium, „ contra filium *Heinricum*, qui Regnum arripuerat: ſed quia ab hoc „ Patris fallaciam didicit circa bellum ſacrum, e caſtris Imperatoris „ receſſit: & quia promiſſa fuit ei „ a filio Rege ſoror ſua *Agnes* in uxorem, pie ſe præparavit ad nuptias, „ propter amorem prolis, & bonum „ Provinciæ. „

A. C. prævalentis potentia inanem reddidit. Ergo vel invitus auguſtalia inſignia petenti tradit: & quanquam e cuſtodia dilapſus, Coloniam primum, mox & Leodium concurſaret, bellumque redintegrare niteretur; repentina tamen morte anno ſequente VII. Idus Aug. ſublatus eſt, longisque, ac peſtiferis diſſidiis, quæ per annos amplius quadraginta Italiam omnem ac Germaniam miſcuerant, finem attulit. (A)

Henrici IV. mors.

Imperio potitus filius, Leopoldo promiſſam fidem integerrime exſolvit. Agnesque ſoror Leopoldo in ma-
1106 trimonium data. Nuptiæ Calendis Maji, Anno MCVI. apparatu ſummo, ſplendoreque Mellicii celebratæ, aſſiſtente Udalrico Paſſavienſi Epiſcopo; Ottocaro Marchione Styriæ, ac Sophia ſorore, cum ingenti tum Sueviæ, tum Auſtriæ nobilitate ſolennibus nuptiarum cerimoniis applaudente. Triginta admodum explerat annos ſponſa, Friderici Hohenſtauffii Ducis Vidua, ex quo geminam prolem, Conradum, poſtea Imperatorem, & Fridericum, Friderici, itidem Imperatoris aliquanto poſt futuri, parentem enixa erat. Agnetem annis tribus ſuperabat Leopoldus, exacta caſtiſſime juventute, quatuor jam ac triginta natus annos, quorum decem pene a Patris morte in regenda Provincia cœlebs exegerat. (B)

S. Leopoldi cum Agnete Henrici IV. filia nuptiæ.

Peractis his ſolenniis Mellicio in montem Cetium, ubi caſtrum, ab aliquot jam annis condi cœptum aſſurrexerat, (C) ſedem deinceps Marchioni ſtabilem præbiturum, ſe re-

Sedes S. Leopoldi in Caſtro montis Cetii.

(A) Gottfrid. Viterbienſ. laud. loc. „ Petente patre generalis Curia Moguntiæ indicitur: ibique pater, & „ filius omnibus Principibus præſentantur. - - Interea generali Curia Moguntiæ congregata, præſentibus Apoſtolicæ Sedis Legatis, Imperator coram omnibus excommunicatus pronunciatur. Unde etiam ipſe in caſtro quodam cuſtodiæ mancipatur: ubi dum audientiam petunt Principes, eum dolo circumveniunt, & quodammodo cogunt, ut filio ſuo regalia inſignia non differat reſignare. - - Omnium Principum ſuffragio deſtitutus, & factus egenus; dum per Rhenum fluvium *Coloniam* perveniſſet, ibi non ſicut exul, ſed ut Imperator a civibus ſuſcipitur. Indeque procedens *Leodium*, inſinuavit omnibus, tam verbo quam literis, a Principibus ſe fuiſſe deceptum, & ad reſignanda regalia filio coarctatum. Tranſacto pauco tempore pater apud *Leodium* moritur. „ Similia ſcribit Otto Friſ. lib. 7. c. 12. Dodechinus An. 1106. Sigebert. Gembl. & omnium fuſiſſime Annal. Hildesheim. Chronogr. Saxo: „ *Heinricus* Imperator Leodio VII. Idus Auguſt. moritur. „

(B) Rikard. Newburg. „ Poſtea anno ſequenti (MCVI.) Kalendis Maji cum *Agnete*, vidua *Friderici* de *Hohenſtufe*, fecit nuptias in *Melik*, in præſentia *Udalrici* Epiſcopi Patavienſis, *Otachari* Marchionis Styriæ, & *Sophiæ* ſororis ejus, & Nobilium plurimorum de terra noſtra, & de Suevia. „ Chron. Auſtrale, Mellic. Clauſtro-Neoburg. & Zwetlenſe ad A. 1106. „ *Hainricus IV.* Imp. obiit VII. Idus Auguſti. *Lupoldus* Marchio *Agnetem* filiam ejus duxit uxorem. „

(C) Rikard. Newburgenſ. ad Annum 1101. „ Ipſe vero (Lewpoldus Pius) conſtruxit ſibi curiam in monte *Cecio*. „

cepit. Hic cum ad captandam cœli purioris auram ſermonem pii conjuges, octavo poſt nuptias die, aperta feneſtra ſociarent, repentinus turbo flammeolum Agneti e vertice deripit, indeque in ſubjectam vallem, mille & amplius paſſibus delatum, e Sambuco arbore ſuſpendit. Rem caſui ſimilem primus in omen traxit Leopoldus, locumque, ubi repertum poſt annos aliquot ſine noxa flammeolum eſt, ad concinendas DEO laudes perpetuas ſtruendum ibi juſſit. Id principium & origo celeberrimi eſt Canonicorum Collegii, quod Leopoldo poſtea conditore, ſub Neuburgenſis Clauſtri nomine ſurrexit. (A) A. C.

Flammeolum Agneti ejus Conjugi a vento abreptū, & diu poſt repertum.

Latebant adhuc divini conſilii de hoc arcana, cum Garſtenſi, quod in Auſtria ſuperiore hodiedum florentiſſimum eſt, Cœnobio nova ſub hoc tempus facies eſt induc- 1107
ta. Canonici ibi degebant, nec uno contubernio, nec certis inſtituti legibus conſtricti: ea libertas brevi in licentiam vertit, a noſtræ ætatis modeſtia abhorrentem: corpora propalam obvio amne mergere, natatu æſtum frangere inter ludicra erat; nec ejus rei ulla iis verecundia: ſed cum unus, alter, tertius fluviorum vorticibus abrepti, hauſtique, materiam vulgi ſermonibus præberent; Ottocarus, Styriæ Marchio, & Cœnobii ejus conditor, ſiniſtrum rumorem averſatus, malo remedia ſeveriora adhibenda putavit. Forte dies inciderat, quo anniverſaria, defunctæ conjugis Eliſabethæ Auſtriacæ memoria, ritu funebri, magnaque omnium ordinum frequentia ageretur Garſtii: hic ille præconis voce e ſuperiore loco graviter in mores alumnorum invectus, conſilium explicuit ſuum, de inducendis in eum locum Monachicæ vitæ profeſſoribus, qui loci inſtitutique ſanctitatem majori modeſtia tuerentur. (B)

Garſtenſe Monaſterium Benedictinis traditum,

Tum

(A) Rikard. Newburg. ad A. 1106. „ Octavo poſt nuptias die, in timore DEI actas, cœleſtis Favonius velum abſtulit de capite *Agnetis*. „ Oratio Franciſci Patavi JCti, & Conſiſtorialis habita in Conſiſtorio Romæ de S. Leopoldo Marchione Auſtriæ, pro ejus Canonizatione: apud Hier. Pezium Tom. I. Arenpeck. in Chron. Auſtriac. „ Legitur namque „ de eo, quod cum ad honorem DEI, „ & animarum ſalutem Eccleſiam „ conſtruere, & dotare decreviſſet, „ & locum pro conſtruenda Eccleſia „ DEO placitum ſcire ex aliquo Di„ vino indicio affectaſſet; ſtatim ſub „ quieto & tranquillo aere ſurgens „ ventus validus flammeolum capi„ ti præfatæ *Agnetis* avellens, in lon„ ginquum ſuo impetu deportavit. „ Deinde elapſis 9. annis Marchio „ prædictus, venationis actum exer„ cens, flammeolum capiti ſuæ con„ jugis avulſum, - - - ſuper frutice „ ſambuci invenit integrum, & illæ„ ſum. Quod ut bonorum credulus „ pro divino indicio loci conſtruen„ dæ Eccleſiæ gratanter accepit, lo„ cumque pro ædificio Eccleſiæ diſ„ poni fecit. „ Eadem verba repetit Summarium Canonizationis S. Leopoldi Fundamento 5.

(B) Biograph. B. Bertholdi, Abb. Garſtenſis I. c. 1. & 2. „ Fundator „ me-

A. C. Tum vero in Auſtriam profectus, Gottwicum ſe contulit, & Garſtenſe Cœnobium Hartmanni Gottwicenſis Abbatis fidei, commendavit. Nonnullam quoque Leopoldi Marchionis Auſtrii ea in re fuiſſe operam, Scriptor vitæ, rerumque a B. Bertholdo, Garſtenſi Abbate, geſtarum ſuis in commentariis meminit: (A) perſtabat enim hunc inter, & Ottocarum animorum ea conjunctio, quæ viva ejusdem conjuge ac Leopoldi ſorore interceſſerat, firmante hunc nexum virtutis, morumque ſimilitudine, quæ in utroque mirabiliter elucebat. *Gottwico evocatis.*

Hartmannus, quanquam tenuibus adhuc Gottwici rebus, ne aut Leopoldo, aut Ottocaro deeſſet, parvam coloniam, Wirntone præfecto, Garſtium deduxit. Wirnto, ubi Garſtium pervenit, plus aliquanto cum Ottocaro, quam cum Cœnobii veteribus inquilinis negotii habuit. Obſtinaverat Marchio pius ceteroquin, ſed moris Eccleſiaſtici ignarus, animum, nequis eorum, qui ad jus ſuum ditionemque pertinerent, a Monaſterio recederet, adve- *Ottocarus Marchio quosdam cogit ad Monaſticum inſtitutum amplectendum.*

nis

„ memorati Cœnobii (in *Gürſten*) „ venerabilis Marchio Stirenſis Dominus *Ottacher* extitit. - - - Quæ „ fundatio ſive inchoatio primo per „ Clericos inſtituta eſt, ſub Præpoſito nomine *Eberhardo*. Quo mortuo, quadam die, dum Clerici in „ flumine locum præmanante balnearentur, quidam eorum ſubmerſi ſunt, talique ſua levitate, ſeu „ infortunio fundatoris voluntatem „ mutaverunt. - - Quadam itaque „ die cum ad celebrandum anniverſarium diem Dominæ *Eliſabethæ* „ Marchioniſſæ, quæ in Choro ſepulta eſt, multi de more Clerici „ conveniſſent, nam ſingulis annis „ ob eandem cauſam rogatu Principis ſtudioſe adeſſe conſueverant, „ Venerabilis Marchio, de loco eminenti ita eos per alium allocutus „ eſt: Noſſe vos volo, qui ad hunc „ anniverſarium DEI, & noſtri cauſa veniſtis, quod in hoc loco, quem „ in ſervitium Domini, & ſanctæ „ Genitricis ejus, pro ſalute mea, & „ dilectæ conjugis erigendum ſuſcepi, ſtatum Religionis, divina largiente gratia, in melius transmutare diſpoſui: & per Monachos, „ quorum beata opinio vitalem circumquaque ſpirat odorem, huic „ novellæ plantationi deſiderati profectus providere ſuffragium. Quapropter admonitos vos eſſe volo, „ ad hunc anniverſarium diem nequaquam ultra congregari: debet „ enim, ſi domino placuerit, deinceps alio modo celebrari. Prorſus ergo ab hoc concurſu amodo „ deſiſtite: quia Monachis, qui hic „ habitaturi ſunt, talem novimus „ conſuetudinem non convenire. „ Annum mutati hujus inſtituti Chronica Mellic. Oſterhov. & Salisburg. ad An. 1107. referunt: „ Monachi „ in Gærſte conſtituuntur. „ Dubium tamen movet Gerhohus, qui *Wirntonem* jam An. 1108. Formbacenſibus Abbatem conſtituit, & Bertholdum in *Garſten* ſucceſſorem: quem tamen Chronic. Garſtenſe An. 1111. primum electum ſcribit: „ MCXI. „ Domnus Bertholdus Abbas Garſtenſis eligitur. Ordo Monachorum. „ Sed is forte *Prioris* primo; dein vero Anno 1111. *Abbatis* nomine Cœnobio præfuerit.

(A) Biograph. B. Bertholdi c. 2. „ Ipſe *Gotwic* perrexit, & auxilio „ amici ſui Auſtrienſis Marchionis, „ *Liupoldi*, cujus ſororem, videlicet „ Dominam *Eliſabeth*, habuerat, fundationem ſuam Abbati regendam „ ſubjecit, & diligentiſſime commendavit: Prioremque nomine „ *Wirnt*, cum aliis Monachis acquiſitum, *Gerſten* adduxit. „ Hæc ad An. 1107. refert Chronic. Honorii Salisburg. item Oſterhov. & Mell.

nis ceteris liberrima poteſtate facta, ut quoquo liberet, ſe reciperent. (A) Eam ob rem, cum verbis primum blandiſſimis, ad recipiendas novi inſtituti leges, fruſtra eos hortatus eſſet; a verbis ad verbera deſcendendum putavit: conſilio quidem ab Eccleſiæ uſu, legibusque abhorrente, ſed rudi eorum temporum inſcitiæ condonando; nec paucis, id quod poſtea compertum eſt, ſalutari. A. C.

Erant hos inter Udalrici duo, ambo deinde ad pedum, ac infulam, alter in Lambertino, in Gleinckenſi alter Monaſterio evecti: (B) ſed unus omnium pertinaciſſime Eberhardus, B. Bertholdi poſtmodum in rebus gerendis adminiſter ſtrenuus, & adjutor, Marchionis poſtulato repugnabat: hic cum negaret primo, integrum ſibi eſſe, ſine Numinis certo vocatu, rem tantam aggredi, miſſoque humanis rebus nuncio, tam arduis ſe legibus adſtringere, ad quas nec animum, nec vires ſibi eſſe perſentiſceret; deligatus ad columnam eſt, & verberibus tamdiu conciſus, dum dolor vocem exprimeret, mutatæ voluntatis indicem, teſtemque conſenſus ſecuturi. (C) DEO cordi fuiſſe expreſſam dira neceſſitate voluntatem, res ipſa oſtendit: nam & Eberhardus, & ceteri in virtutum deinde ſtudio progreſſus habuere lætiſſimos, & lenta religioſi curſus initia, invicta ad metam vitæ uſque conſtantia coronarunt.

S. Leopoldi pia liberalitas.

Leopoldus Marchio interea, Agnesque conjux, quo auſpicatiora redderent novi conjugii primordia, piam certatim

(A) Biograph. id. ibid. „ Ita ergo „ Clerici, per quos primo in *Gerſtenſi* „ Monaſterio divinum ſervitium initiatum fuerat, Monachis ſupervenientibus, receſſerunt. Quidam „ autem eorum ad Marchionem jure „ proprietario pertinentes, dimiſſi „ non ſunt, ſed remanere coacti. „

(B) Idem ibidem: „ Erant autem, „ qui remanere cogebantur, dominus *Oudalricus*, poſtea apud *S. Lambertum* Abbas, & alius æquivocus, „ *Glunicenſis* Abbas futurus, & dominus *Eberhardus*, B. Bertholdi „ poſtmodum fidelis in domino collaborator, ac devotus Capellanus, „ & alii quidam. „

(C) Idem ibid. „ Ergo cum dominus Marchio ſermonem cum iſtis „ de abrenunciatione ſæculi, & ſanctæ converſationis ſuſceptione haberet, renuunt omnes, præcipue „ dominus *Eberhardus*, dicentes, nondum ſediſſe eis animo tale propoſitum: arduam rem eſſe, neminem „ ad hanc converſationem cogendum, ſolam hic DEI inſpirationem „ expectandam. Ad hæc Marchio: „ Mei, inquit, eſtis, & meæ voluntati in omnibus concordare, & obtemperare debetis, - - - nolitis, „ velitis, Monachi eritis. Quid plura? videntes fixum eſſe apud eum, „ vel converti eos, vel adverſis affici, conſenſerunt. Sed dominus „ *Eberhardus* in ſua manſit obſtinationis pertinacia immobilis. Jubetur „ itaque alligari, & verberibus compelli ad conſentiendum. Tunc acquievit & iſte beatus; durum quidem, & quodammodo coactum „ habens converſionis initium, ſed „ deinceps in promotu converſationis, ſupernæ illuſtrationis indubitabile demonſtrans judicium. „

A.C. tatim liberalitatem in reparandis ſacris ædibus, levandaque egentium inopia depromebant. (A) Et conſtitit ſuus jam tum piæ largitati fructus, numeroſa inprimis ſoboles, & claritatem, quam a parentibus acceperat, in auctores cum fœnore refuſura. Primus ſtatim Agnetis partus Adalber-
1108 tum mundo dedit Idibus Febr. An. MCVII. (B) Quem circumacto necdum anno, ipſis Januarii Calendis, ſecutus eſt Leopoldus, olim ad Marchionis Auſtriæ titulum, Ducis etiam Bavariæ jus & nomen adjecturus. (C)

Adalbertus, & Leopoldus filii.

Geminatam hanc lætitiam turbarum aliquid in Hungaria excepit, quod Henricum V. Germaniæ Regem in Auſtriam excivit. Colomannum Hungariæ Regem inter, & Almum fratrem, mitis ingenii Principem, & tertiæ Regni partis Dominum, diſſidia jam dudum gliſcebant, factioſis Procerum quorundam ſtudiis ventilata. Suſpecta Colomanno erat fratris ad populum gratia, cauſæque id ſatis videbatur, ut bello opprimendum decerneret. Almus, cum vires, quas Regi fratri opponeret, non haberet, ad Henricum Germaniæ Regem confugit, queſtusque de injuria, auxilium petit. Henricus, qui & æquum putabat, Principi injuria circumvento ſuccurrere, & Regni exordia inſigni expeditione auſpicata reddere; bellum in Hungaros, qui per occaſionem occupatæ nuper Dalmatiæ, fines Imperii invaſiſſe dicebantur, pronunciat, collectoque raptim exercitu in Auſtriam deſcendit. Sed belli, ſiniſtro omine ſuſcepti, exitus nec honori Henrico Regi, nec Almo ſaluti fuit.

Affinem ſibi Regem Leopoldus in Auſtria, quanto potuit, honore ſuſcepit. Tulnæ per eam occaſionem actum eſſe conventum, dubitare vix poſſum: ubi Henricus V. ad preces Udalrici Paſſavienſis Epiſcopi, Agnetis ſororis, nec non Leopoldi Marchionis, ac Welfi Ducis, Gottwicenſi Cœnobio Mutheimenſem inſulam, confirmatis juribus aliis, ad VIII. Idus Septembris, attribuit. (D)

Henrici V. Regis expeditio in Hungariam.

(A) Rikard. Newburg. „ Anno MCVII. & ſequentibus pii Conjuges benefici fuerunt in omnes „ pauperes, & ruinoſas eccleſias per „ provinciam, ac egentes homines „ communi voluntate, & ſtudio benefaciendi. „

(B) Idem: „ *Adalbertus* naſcitur „ Id. Febr. An. MCVII. „

(C) Idem: „ *Lewpoldus* natus Kal. „ Januar. An. MCVIII. „

(D) Diploma Henrici V. datum Gottwicenſ. *Tulnæ* in Auſtria VIII. Idus Septembris An. 1108. apud Reverendiſs. Abbat. Gottwicenſ. T. I. lib. 2. pag. 307. „ Notum ſit, &c. „ Qualiter ego *Heinricus* Rex Romanorum, ob remedium animæ noſtræ, ac parentum noſtrorum, & „ ob petitionem *Principum* noſtrorum, videlicet *Oudalrici* Patavienſis Epiſcopi, ac ſororis noſtræ *Agnetis*,

Aſſectatus ſubinde Regem Leopoldus, caſtra in Hungariam moventem. Sed moram cœptis ſtatim Danubii fluminis trajectus attulit: ad Bresburgum vero, quod caſtrum diu obſeſſum, cogi ad deditionem nequiit, elanguescere totus belli impetus cœpit. Eluſa vi, ad pacata conſilia reditum: quorum id demum operæ pretium fuit, ut redintegrata concordia mutuam in gratiam fratres ambo redirent. (A) Scio belli ſiniſtrum exitum, non tam locorum difficultatibus, quam contrariis adverſantium ſtudiis a quibusdam attribui: (B) noſtri tamen reſtitutam inter æmulos pacem metu Imperatoris volunt. (C) A. C.

& facta pax.

Fervebant in Auſtria, ſub religioſiſſimo Principe, pietatis ſtudia, ut cum maxime, præclara virtutis opinione, quam Religioſi Cœnobiorum incolæ tota Provincia concitabant, indies magis inflammata. Nono enim Seculi hujus anno Seittenſtettenſi in Auſtria Cœnobio initium factum eſt a Re- 1109

Seittenſtettenſis Cœnobii exordia.

„ *tis*, & mariti ejus *Lupoldi* Marchionis, & Ducis *Welfonis*, tradidimus „ ad altare S. MARIÆ in *Chotiwige* „ inſulam, quæ vulgo dicitur *Mutheimerwerth*, rogante hoc etiam *Adalberto*, cujus hæc erat beneficium &c. „ Actum eſt autem *Tulnæ* VIII. Id. „ Septemb. Anno Incarnationis Domini MCVIII. Ind. XV. Anno V. „ Regni & III. feliciter in Chriſto. „ Amen.

(A) Conrad. Urſperg. An. 1108. „ Eo tempore orta ſimultate inter „ *Colomannum* Regem Pannoniæ, germanumque ejus vocabulo *Almum*, „ eo quod uterque ſibi potius Regiam competere dignitatem, jure „ gentis illius contenderet: ſpoliatus tam rebus, quam ducatu, quo „ inter Hungaros clarus, & ut decuit fratrem Regis, a Rege ſecundus claruit, *Almus* Regem *Heinricum* adiit, & in auribus totius Senatus - - miſerias ſuas deplorans, „ Romani Imperii magnificentiam in compaſſionem, & defenſionem ſui „ flectere curavit. His querelis motus Rex *Heinricus*, inſuper etiam, „ quod idem *Colomannus* fines regni „ noſtri, ſcilicet in locis maritimis „ invaſerit, *Vngariam* exercitu petit: „ ſed præparatis multiformiter adverſariis, maximeque per obſtructa fluminis undique vada, poſt „ moroſam, & caſſam obſidionem „ caſtri *Bresburg*, pene inacte rediit. „ Eadem habet Annaliſta Saxo ad Annum 1108. Otto Friſing. l. 7. c. 13. „ Eo tempore *Colomannus*, Ungarorum Rex, fratrem ſuum *Almum* „ de conſortio regni ſuſpectum habens, perſequitur. Qui profugus „ ad Regem *Henricum* veniens, injuriamque ſuam deplorans, auxilium „ ejus impetrat. Itaque condicta Rex „ expeditione, Ungaros bello petit: „ ſed caſtro, quod *Poſonium* dicitur, „ inconſulte ſe occupans, parum proficere potuit, ſicque infecto negotio ad propria rediit. „ Annaliſta Hildesheim. An. 1108. „ Rex de „ Ungaria contra Regem conſpirare „ cœpit. Quod cum audiſſet Rex, „ collecto exercitu circa feſtivitatem „ S. Michaelis bello eum petit. „ Albericus in Chr. An. 1109. „ Contra Vngaros *Henricus* Imperator vadit, ſed pacto facto rediit. „

(B) Dodechinus A. 1108. „ *Henricus* Rex Pannoniam ingreditur, „ ubi ob infidelitatem quorundam „ Principum nihil memoria dignum „ ab eo agitur. „ Idem ſcribit Chronogr. Saxo. „ Eam infidelitatem ad „ Bohemos pertinere arbitror, qui „ abſente in caſtris *Henrici* Regis *Suatopluebo* Duce, miras in Bohemia „ turbas excitarunt, ut videri poteſt „ apud Annal. Saxonem An. 1108. „

(C) Rikardus Newburg. „ Anno MCVIII. *Heinricum V.* Regem „ comitatus eſt *Lewpoldus* ad fines Ungrorum cum militibus ſuis: ſed „ non pugnatum: quia *Cholomannus* „ Rex fratri ſuo *Almo*, metu Imperatoris, conciliatus eſt. „

A. C. a Regenberto de Hagenau, & Udalſcalco de Stille ejus leviro, dote ex Tulpingenſi, Stillehefftenſi, ac Grunenbachenſi ad Urlam prædiis conſtituta. Locus Canonicis primum communis vitæ ſectatoribus deſtinatus; ſed paucos poſt annos D. Benedicti Religioſis Sodalibus tranſcriptus eſt. Prima tamen operis fabrica ad S. Viti in *Augia*, quod loco hodiedum nomen eſt, ſurrexiſſe fertur; cui illa ſubinde, quæ Seittenſtadii etiamnum viſitur, ſed nuper admodum magnifice inſtaurata, ſucceſſit. (A)

Prima ejus decora.

Longe pulcherrimum novi Cœnobii decus eſt Udalſcalcus ipſe, qui poſt res, opesque ſuas divino obſequio dedicatas, poſtremo ſe ipſum in Religioſa ejus Cœnobii familia DEO conſecravit. Exempli tam rari vis prima in Regenberto de Hagenau apparuit, qui cum Helenam Udalſcalci ſororem, & Lanzone marito poſt breviſſimi temporis matrimonium ad S. Hippolyti interfecto orbatam, duxiſſet conjugem, miſſo rebus humanis nuncio, in eandem D. Benedicti familiam, cum conjuge & filia Richarda, eodem in loco, & ipſe ſe abdidit. (B) Udalricus Paſſavienſis Antiſtes, eadem cum Udalſcalco matre, patre diverſo natus, qui Templum ejus Cœnobii An. MCXVI. conſecravit, ut in præclari operis communionem veniret, Aſpachenſem inprimis Paroeciam, tum Alhartſpergenſem, Piberbachenſem, Chrenſtettenſem Ædem ſacram amplis cum juribus, decimisque ex utraque Ypſæ fluvii ripa, ad

(A) Schritovinus apud Hanſiz. T. I. p. 291. „ Anno MCIX. Indict. II. *Regenbertus*, & levir ejus „ *Udalſchalck*, nobiles viri cellam „ quandam, ubi communis vita Canonicorum inſtituta eſt, ad *Sitaneſtetten*, cum proprietatibus ſuis „ *Tulpingen*, *Stilla* - *Hefte* cæterisque „ prædiis, ſeu mancipiis ad eam pertinentibus ſuper altare S. Stephani „ Proto-Martyris, in Eccleſia Patavienſi tradiderunt, *Udalrico* ejusdem Sedis Epiſcopo præſente, & „ *Udalrico* Advocato id ſuſcipiente. „ Hiſtoria Fundat. Monaſt. Seittenſtettenſis a Gundacchero Abbate ſcripta apud Hier. Pez. T. II. Col. 304. ſic habet: „ Prædia ſua circa *Urlam* „ fluvium, & apud *Grunenbach*, & „ *Stilla*, & *Hefte*, poteſtativa manu, „ omni jure Advocatorum ſublato, „ Eccleſiæ noſtræ donavit (*Udalſcalcus.*) - - Nam cum primo in *Augia* „ *apud S. Vitum*, Cœnobium Canonicorum regularium conſtruxiſſet, „ - - - - Monachos nigros, ſcilicet „ S. Benedicti in religione florentes „ in hoc loco, ubi nunc ſumus, plantavit, & plantatos beneficiis multimodis irrigavit. „

(B) Hiſtor. Fundat. Seittenſtet. „ Hoc odore adtractus fuit - *Udalſchalcus*, qui militiæ cingulo depoſito, „ cappa humili indutus DEO ſerviebat in paupertate voluntaria, obedientia prompta, & caſtitate perfecta. Hoc etiam odore tractus „ fuit dominus *Reinbertus de Hagenowe*, vir illuſtris, maritus Dominæ „ *Helenæ*, ſororis - *Udalſchalci* noſtri „ Fundatoris. Qui *Reinbertus*, poſt „ multa probitatum, & victoriarum „ de hoſtibus ſuis inſignia, ſæculo nequam cum uxore ſcilicet *Helena*, & „ filia, *Richarda*, virgine renunciavit, „ & Monachatum apud *Sytanſteten* induens cum eis, quos prædiximus, „ religioſam deinceps inibi duxit vitam. „

Carinthiæ uſque veteris, ſeu Styriæ hodiernæ limites colligendis attribuit. (A) A. C.

Acceſſere ſubinde aliæ ac aliæ piorum largitiones ab Helena Udalſcalci ſorore; a Reinberto Paſſavienſium Epiſcopo, ac Helenæ filio; a Wichmanno denique Magdeburgenſi Archiepiſcopo, quorum liberalitate religioſiſſimi ejus Cœnobii alumni hodiedum perfruuntur. (B) Novæ familiæ præfecturam Leopoldus Abbas ſuſcepit, e Gottwicenſi Monaſterio, quod rara felicitate, eodem tempore & Wirntonem Formbachenſibus, & Bertholdum Garſtenſibus, miræ ſanctimoniæ ambos, Præſules dederat, Seittenſtadium evocatus. (C)

Wirntonis Garſtenſis & Formbacenſis vita, & res geſtæ,

Non poſſum hoc loco, quando vix alius occurrit commodior, quin pauca de Wirntone commemorem: nam Bertholdi res geſtas, virtutesque infra exequemur. Nobilem ortu, & in Auſtria peregrinum fuiſſe Wirntonem, ſatis conſtat: nec dubitem, quin cum Hartmanno Gottwicenſium Abbate primo, ex Sylva Hercinia Gottwicum ſit delatus. Illuſtris viri virtus adeo in omnium oculis erat, ut novæ, quæ Garſtium deducebatur, coloniæ

(A) Literæ *Udalrici* Paſſav. Epiſcopi datæ Seittenſtett. An. 1116. Ind. VIIII. apud Hier. Pezium T. II. in obſervat. præviis ad Hiſt. Fundat. Seittenſtet. „ Nos quoque de conſenſu „ Fratrum de Choro, & Miniſteria„ lium noſtrorum Parrochiam *Aſpach*, „ cum omnibus ſuis titularibus Ec„ cleſiis *Adalbarteſperg*, ſcilicet & *Bi„ berbach*, & *Crebeſteten* &c. - - - - „ Decimationes etiam novalium, „ quæ vel in præſenti, vel deinceps „ exculta fuerint, ex utraque parte „ fluminis *Ybiſa*, & ad occidentem „ uſque ad *Karinthiſcheide*, eidem Ec„ cleſiæ contulimus. „ Hiſt. Fundat. Seittenſtett. „ Anno igitur ab „ Incarn. Dom. MCXVI. - - noſtra „ Eccleſia a Vener. Epiſc. Eccleſiæ Pa„ tavienſis *Ulrico*, uterino fratre Fun„ datoris, in honore B. DEI Geni„ tricis MARIÆ Virginis dedicata. „ De lite ſuper his exorta vid. ad Annum 1265.

(B) Hiſt. eadem. „ Poſtmodum „ vero germanam memorati Funda„ toris, ſcilicet - *Udalſchalci*, dominam „ *Helenam* contigit viduari nobili vi„ ro *Lantzone*; habuerat autem eam „ XI. ſeptimanis, apud *S. Hippolytum* „ occiſus, absque hærede deceſſit. „ Sed tamen primitus prædium ſuum „ apud *Zelkinge*, & *Lantzendorff*, ita „ conjugi ſuæ, ſcilicet Dominæ *Hele„ næ* tradiderat, ut poſt mortem am„ borum *Sytanſtetenſi* Cœnobio pro„ prietas cederet. - - *Reinbertus* ve„ ro filius *Reinberti*, & dominæ *He„ lenæ* - - factus eſt Præpoſitus in „ *Sancto - Ypolito*, & deinde in Epi„ ſcopum Patavienſ. eſt aſſumptus, „ - - *Wolfsbach* cum ſuis titularibus „ Eccleſiis, & in loco ſcilicet *Sytan„ ſtetenſi*, & Eccleſiam *S. Michaelis*, „ & decimationes in *Sunelburch* cum „ ipſa curte Monaſterio *Syſtanſtetenſi* „ tradidit. „ Catalog. Abb. Seittenſtettenſ. „ *Wichmannus*, Archiepi„ ſcopus Magdeburgenſis, prædium „ in *Ybſitz* cum omnibus juribus, - - „ & totum homagium, quod per „ totam Auſtriam habuit, cum rega„ lium infeodatione in uſus Eccleſiæ „ (S. MARIÆ in *Seittenſtetten*) con„ vertit. „

(C) Catalog. Abb. Seittenſtettenſ. „ Venerabilis *Ulricus* Patavienſis Ec„ leſiæ Epiſcopus una cum illuſtri „ viro - - *Udalſcalco*, *Leupoldum* in „ Gottwicenſi Monaſterio Mona„ chum, - - - aſſumpſerunt, con„ cedente Venerabili Abbate *Nanzo„ ne* Eccleſiæ Kotwicenſis, in Abba„ tem. „

A.C. niæ præfectum, ducemque Hartmannus ipſe deſignaret. (A) Sed enim naſcenti illi Cœnobio oſtenſus magis, quam conceſſus videbatur, Formbacenſibus, nullum non lapidem moventibus, ut erepto nuper vivis Perngero, Wirntonem Abbatem ſubſtituerent: id ad VIII. hujus Seculi annum, ſi Gerhoho magni nominis Scriptori credimus, impetratum eſt. Ea dignitate auctus, augendos ſibi etiam labores, vigilias, orandi, pieque meditandi ſpatia putabat: in aſpera corporis tractatione, in jejuniis ceterisque afflictandi ſui, & diſcruciandi rationibus pene modum excedebat.

Virtute inſignes,

Quæ cultus victusque ſeveritas, cum mira quadam in omnes reliquos indulgentia, cum effuſa in egenos liberalitate, cum animi modeſtia incredibili conjuncta, mirum eſt, quam arctis ſibi omnes, ſummos, infimosque benevolentiæ vinculis colligarit. (B) Quoties Cœnobio pedem efferebat, præſto erat, qui nummos in confluentem undique pauperum turbam larga manu divideret: domi cum annona deeſſet ſuis, tanquam ſecurus affuturæ mox opis, cœcos ultro, claudosque, & id genus miſeros egentesque colligi jubebat, in quos ſportulas pro cujusque neceſſitate diſtribuebat. Et vero tam prodigæ charitati nunquam deerat, unde daret: donis Principum, nobiliumque, qui in beneficii loco numerabant, ſiquid vir tantus a ſe acciperet, vacuam penum identidem replentibus. (C)

(A) Biograph. B. Bertholdi Garſtenſis c. 2. ut ſupra.

(B) Gerhohus Præpoſitus Reicherſperg. in vit. Beatorum Abbat. Formbacenſium apud Bern. Pezium Anecdot. Tom. I. „ *Wirnto* in occiduis „ partibus ſtirpe nobili-progenitus. „ - - Relictis ergo cognatis & notis, ut DEO liberius vacare valeret, a Patria egreditur, & ordinatione DEI - - Noricum intravit, „ ſua omnia, ſeque DEO, nocte die„ que orando, pſallendo mancipavit. „ Sed quod Gerhohus hoc loco tacet, Biographus B. Bertholdi Garſtenſis Abbatis ſupplet c. 2. & 3. „ Ottocarus ipſe Gottwic perrexit, „ - - - Prioremque nomine *Wirnt*, „ cum aliis Monachis acquiſitum „ *Gerſten* adduxit. - - Sed cum isdem *Wirnt* ad Formbacenſe Monaſterium eſſet in patrem aſſumptus, „ tum dominus *Bertholdus* a Garſtenſibus, & ipſo Marchione Abbas „ electus eſt. „ Sed Chron. Garſtenſe electum primo in Abbatem Bertholdum ſcribit Anno MCXI. cum Gerhohus tamen Wirntonem jam An. MCVIII. a Formbacenſibus Abbatem electum prodat. Pergit deinde Gerhohus de Wirntone cap. 2. „ Nutu igitur DEI *Wirnto* unanimiter eligitur (in Abbatem Formbacenſem) - - - Poſtquam aucti „ ſunt honores, cœpit augere labores, cœpit auſterius carnem domare, vigilias prolongare, orationum frequentiam frequentius „ & propenſius amare, locum ſibi „ commiſſum rebus & officiis amplificare. „

(C) Idem cap. 2. „ Dedit autem „ DEUS *Wirntoni* tantam gratiam „ in conſpectu Principum, ut ob ſanctitatis ejus merita, - - - veſtes „ ejus quaſi ſanctitatis reliquias contingere niterentur. - - - Plura „ etiam donaria offerebant, quæ „ omnia pauperibus erogabat, nec „ tanta poterat diſtribuere, quanta „ illi

prodigiis non abſimiles.

Neque vero deerant divinæ virtutis opera, quæ prodigiorum quandam ſpeciem referebant. Fuit, cum paucos piſciculos in patina ſic augeret, ut multis convivis juſtas epulas inſtruerent: (A) fuit cum aquæ ſcyphum in vini generoſi ſpeciem converteret: (B) ſingulariter tamen in malos dæmones viri ſancti poteſtas elucebat, quos & corporibus miſerorum exegit frequentius, & nequid in animas poſſent, prohibebat. Militem certe, quem ſibi prædam convolantes undique dæmones jamjam deſponderant, ſuo adventu tam feliciter ad beatam mortem comparavit, ut inquilinus genius ex obſeſſo alterius corpore, ereptam ſibi militis animam a Wirntone fateretur. (C) A. C.

Puer a morte caſtigatus.

Fidem prope ſuperat, quod ſubjungo, ſed gravi teſtimonio non caret. Mater altera jam prole orbata, cum recens filioli cadaver eodem cum fratre tumulo compoſitura, terram effoderet, corpus pueri jam ante triennium eo loco ſepulti, integrum reperit. Inſolitæ rei miraculo attonita, ad Wirntonem accurrit, ac quid iſtud tandem portenti ſit, gemebunda quærit. Wirnto, qui latere arcanæ aliquid rei & ipſe ratus eſt, ſciſcitatur ex matre, ecquid culpæ aliquando puer admiſerit; illa, excuſata filii ætatula, id ſe ſcire unum reſpondit, quod levitate puerili caput matris ſemel bacillo pulſaverit, ſic ut levi inflicto vulnere aliquid inde ſanguinis manaret. An vero, reponit Wirnto, puerilem culpam præſenti pœna caſtigaſti? negabat illa, quidquam pœnæ de imprudente ſumptum: ergo

„ illi ſtudebant offerre. - - Siquando pecunia defeciſſet, - - - convocans diſpenſatorem ſuum: exi, „ ait, in plateas, & vicos civitatis, „ & pauperes ac debiles, cœcos & „ claudos collige; craſtina enim erit „ nobis ſalus. - - Facto mane beati „ viri adimpletur vaticinium, ruunt „ catervatim ſingulorum Principum „ legati, & munera infinita congerunt. Procedebat autem ipſe, ſicut crebro ſolebat, miniſter ejus „ onuſtus copiis nummorum - - - „ anhelus ſequitur, ſellula ſibi ad reſidendum ponitur, turba pauperum undique advolat, theſaurus „ ille theſauro Chriſti diſtribuitur. „

(A) Gerhohus cap. VI. fuſe de hoc, ubi ſubjungit: „ Nutu igitur DEI, „ in manibus ſic aucti ſunt, & ut ita „ dixerim, creverunt piſces, ut ipſe „ abundaret, & omnes convivas ex „ his copioſe donaret. „

(B) Gerhohus cap. 3. fuſe, ac ſubjungit: „ Id ipſum autem miniſtri „ ejus, qui adhuc ſuperſunt, crebro „ factum eſſe, cum familiariter reſi- „ deret, aſſeverant. „

(C) Gerhohus cap. 9. 10. & præſertim 5. „ Erat alter quidam alia „ in provincia, quem ſpiritus ne- „ quam exagitavit. Hic inter cæ- „ tera - - indicavit, quia magiſter „ ſuus cum univerſis ſatellitibus iniquitatis ad lucrandam militis animam confluëret, & ipſum adeſſe „ oporteret. *Wirnto* itaque - - occulto nuncio iter acceleravit, mox „ ad adventum ejus omnis poteſtas „ iniqua ut fumus evanuit. - - - Dæmon autem poſt agoniam, domum „ illam, quam ad tempus reliquerat, male reviſens, - - caſſo, inquit, „ labore venimus: - - *Wirnto* quidam, hæreticus nequiſſimus, nobis „ noſtra violenter rapuit. „

A.C. ergo vel nunc ſaltem, monet compoſito ad ſeveritatem vultu, mortuum plecte, cui vivo peperciſti: paruit illa, quanquam ægre, inflictoque cadaveri puerili verbere, triſte ſupplicium abſolvit. Orabat interea Wirnto, puerumque DEO precibus commendabat: cum ecce, integrum pueri corpuſculum momento in cineres reſolvitur. (A) Hæc referre de Wirntone viſum, quem hoſpitem Auſtria plures in annos habuit, Gottwici potiſſimum, ac Garſtii agentem.

Sub anni hujus finem, Nonis nempe Decembribus, Leopoldo & Agneti natus eſt Otto filius, doctrina, ſanctitate, geſtisque Morimundenſibus, & Friſingenſibus infulis futurus olim clariſſimus. (B) Interea dum Seittenſtettenſe in Auſtria Cœnobium ſummam manum expectat; Mellicenſe tota Provincia celeberrimum a Paſchali II. 1110 Pontifice Romano ad XVI. Calendas Maji anni MCX. ab Epiſcoporum jurisdictione eſt exemptum. Deprecator ejus beneficii Leopoldus Marchio fuit, qui Princeps (hoc enim nomine Pontificiis literis ornatur) Cænobii ejus *Advocatus* cum ſucceſſoribus Auſtriæ hæredibus, perpetuis inde temporibus conſtitutus eſt. Voluit tamen Pontifex Maximus, ut ejus beneficii memoriam Mellicenſes, aureo quotannis nummo, agnitæ clientelæ teſte, Lateranenſi palatio perſolvendo renovarent. (C)

S. Leopoldo Otto filius naſcitur.

Mellicenſe Cœnobium exemptit.

Impe-

(A) Gerhohus in vita Wirntonis Abb. Formbac. cap. 4. & ex eo Angel. Rumplerus Hiſt. Formbac. l. 2. „ Mulier quædam (ut idem *Gerochus* „ ſcribit.) viro DEI ſit obviam: „ quæ cum voluiſſet filium ſuum humare, ac fratri, qui ante triennium mortuus fuerat, conjungere, repente invenit eum incorruptum. - At mater ad Sancti pedes „ provolvitur, lacrymans deprecatur, ut rogaret Dominum, quatenus revelaret, quid puer admiſiſſet, pro quo humo dignus non eſſet? Fugit ille, ac eam Sanctos deprecari monet. Inſtat illa, & populus. Tum quærit, an illa filio, „ an filius ei aliquando contumeliam intuliſſet? Negabat illa, ac „ ſibi nihil conſcium fatebatur. Tum „ ille, recole, inquit, diligenter. „ At illa ſe læſam ab eo ligno, quod „ manu geſtabat, ad effuſionem ſanguinis uſque aſſerebat: ſed illud „ quidem, & ſimplicitati puerili adſcribebat, & levitati. Tum ſanctus interrogavit, an correptus eſſet puer? Negavit illa: tum juſſit, „ ut virga, vel ferula verberaretur. „ Quod ubi fecit, tametſi invita, „ corpus in cineres ſolutum eſt. „

(B) Rikard. Newb. „ *Otto* natus „ An. MCIX. Non. Decembr. „

(C) Literæ Paſchalis II. PP. datæ Mellic. Cœnobio, ad XVI. Calend. Maji, Ind. III. An. MCX. apud Philib. Huberum in Auſtria ex Archiv. Mellic. illuſtrata. „ Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere „ conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. *Leupaldus* ſiquidem Marchio Beati Petri „ Eccleſiam, & Monaſterium a Parentibus ſuis ædificatum in loco „ *Medlickh* in Parochia Batavienſi, & „ ſub Patronatus ſui jure, poſſeſſionem beato Petro, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obtulit, ſub ejus „ tuitione perpetuo confovendam. „ Quamobrem religioſis ejus deſide-

„ riis

Impetrata a Chriſti Vicario ea Mellicenſibus gratia, A.C. Udalrico etiam Paſſavienſi Antiſtiti ſuaſor, adjutorque Leopoldus fuit, ut deſignatum ab eo Canonicorum Collegium quamprimum erigeretur. Inſula erat Danubii flumi-

Canonicorum Collegium in inſula S. Georgii cœptū,

nis, non procul Hollenburgo, celebri olim provinciæ caſtro, remota, quæ poſt id tempus a S. Georgio nomen traxit. Ibi jacta ſunt prima operis fundamenta, intraque biennium jam habitari cœptum. Sed quod exundantis Danubii æſtus periculum non ſemel crearit Religioſis incolis; translata poſt centum, ac ſexaginta annos ea ſtatio Herzogenburgum eſt: ubi veterem loci ſanctimoniam egregia morum laude etiamnum tuetur. (A) Leopoldus, qui ſe Patronum ea-

poſtea Ducumburgum translatum.

tenus

„ riis annuentes, juxta poſtulatio-
„ nem confratris noſtri *Vdalrici* Pata-
„ vienſis Epiſcopi, Monaſterium ip-
„ ſum ſub tutela Apoſtolicæ Sedis ſu-
„ ſcipimus, & decreti præſentis au-
„ ctoritate munimus. Statuimus
„ etiam, ut quæcunque prædia, quas-
„ cunque poſſeſſiones, ſive Eccleſias,
„ cum decimarum oblationibus præ-
„ fati Principes *Luipaldus*, & pater
„ ejus *Luipaldus*, & cæteri Parentes
„ ejus, ſeu alii fideles de ſuo jure
„ ipſi Monaſterio contulerunt, &c.
„ illibata permaneant. - - - Advo-
„ catus autem ejusdem loci *Luipaldus*
„ Marchio maneat, vel ejus hæres,
„ quicunque impoſterum *Marchiam*
„ obtinuerit. - - - Ad indicium
„ autem ſuſceptæ a Romana Eccleſia
„ exemptionis aureum unum quot-
„ annis ſingulis, Lateranenſi Palatio
„ perſolvetis. - - - Datum Latera-
„ ni, &c. „ Eandem exemptionem poſtea ſuis litteris roboravit Callixtus II. PP. VI. Id. Martii. Ind. XV. An. MCXXII. & Innocentius II. PP. III. Non. Januar. Indict. XIV. Anno MCXXXVI. quæ extant apud laudat. Philib. Huberum l. 1. c. 1.

(A) Rikard. Newburg. „ Anno
„ MCXI. & ſequenti, domino *Udal-*
„ *rico* Epiſcopo Patavienſi, adjutor
„ fuit in erigendo Monaſterio ad *Tra-*
„ *ſamure*. „ Bruſchius in Chron. Monaſt. „ *Herzogburgum* elegantiſ-
„ ſimum Canonicorum Regularium
„ Cœnobium, quod eſt in *Auſtria*
„ inferiore ad *Trayſum* amnem in
„ ejusdem nominis inſigni oppidulo
„ (quod Auſtri - Marcam vocant)
„ per unum milliare infra S. *Hippo-*
„ *lyti* civitatem, in peramœno loco
„ ſitum fundatum, & extructum le-
„ gitur in honorem *S. Georgii*, anno
„ Chriſti 1112. ab *Ulrico* quodam
„ Comite ab *Hefft* in Meraniæ Duca-
„ tu habitante, quem aliqui dixe-
„ runt Comitem Tyrolenſem. Is
„ Eccleſiæ Patavienſ. Epiſcopus erat,
„ qui legitur e vivis exceſſiſſe VIII.
„ Idus Auguſti An. 1124. Inchoa-
„ vit vero Epiſcopus, & Comes præ-
„ dictus hoc ipſum Cœnobium ini-
„ tio in inſula quadam Danubiana,
„ infra, aut circa civitatem ſuam
„ *Traſmaurianam* ſita, quæ hodie ad-
„ huc *S. Georgii* nomen tenet. Ubi
„ cum locus iſte inundatione qua-
„ dam Danubiana pene periiſſet, fa-
„ cta eſt Canonicorum translatio ex
„ inſula in eum locum: in quo ho-
„ die adhuc conſpicitur. - - Trans-
„ latio Cœnobii facta eſt A. 1267. „ Carolus Granelli in Topographia Auſtriac. hæc habet: „ *Ducumbur-*
„ *gum* vulgo Hertzogenburg ad læ-
„ vam *Traſenæ* fluvii, qui vernacule
„ *Traſen*, antiquitus vero apud La-
„ tinos *Trigiſamus* vocabatur, inter
„ *Fanum S. Hippolyti*, & Danubium
„ medio fere itinere occurrens, in
„ dotis partem venerat, quam *Leo-*
„ *poldus IV.* (Pulcher) Auſtriæ Mar-
„ chio filiæ *Eliſabethæ Ottocaro IV.* Sty-
„ riæ Marchioni decrevit, ſed una
„ cum Styria ad Auſtriacos Princi-
„ pes deinde regreſſum. - - Adjacet
„ illi celebre, & pervetuſtum Ca-
„ nonicorum Regularium Collegi-
„ um, illius loco ſubſtitutum, quod
„ ab *Ulrico* - - Epiſcopo Paſſavienſi,
„ anno 1112. non procul *Hollenbur-*
„ *go* in *D. Georgii* honorem funda-
„ tum, exundantis Danubii æſtus la-
„ befactarat. „

A. C. tenus religioſorum conventuum geſſit; Parentem ſe deinceps & Mellicenſis, & quæ plura ſubinde ſurrexerunt, 1113 Cœnobiorum haberi voluit. Anno Seculi hujus tertio decimo, quo Mellicenſis Baſilica ab Udalrico Paſſavienſi Epiſcopo ad III. Idus Octobris conſecrata eſt, novam dotem, eamque ampliſſimam adjecit, Paræcias nempe ſex: Medlingenſem, Draskirchenſem, Weikendorffenſem, Lauchſeenſem, Wuldersdorffenſem, & Ravelſpachenſem. His novem, eaque opulenta prædia adjunxit: manifeſto utique argumento, quanto majorem ille ſpem in Divino præſidio, religioſorum hominum precibus exorando, quam humanis in opibus collocarit. (A)

Mellicium nova dote auctum.

Sed enim tot largitionibus provocata, non fatigata ejus liberalitas videtur: anno enim mox ſequenti, quo ad 1114 IV. Nonas Apriles Henricus illi, primus olim Auſtriæ Dux futurus, quarto inter filios loco natus eſt, (B) Neuburgenſi Eccleſiæ exordium fecit. Flammeolum nempe Agnetis conjugis, pridie Calendas Junii, inter venandum reperiſſe ſcribitur, e Sambuci virgultis ſuſpenſum, & canum indicio, ac latratu detectum. Id cum a corruptione tot annis intactum pro miraculo eſſet adſtantibus, ſatis pio Principi fuit, ut, quod dudum moliebatur pietatis monumentum, eo loco, velut divinitus deſignato, condendum ſuſciperet. Quarto itaque Idus Julii, primus lapis in fundamenta miſſus ab Ottone, minoris, quam erexerat, Eccleſiæ Præpoſito, quod eum honorem Leopoldi modeſtia recuſaret. (C)

Henricus filius S. Leopoldi naſcitur.

Neuburg. Eccleſia condi cœpta.

(A) Hiſt. Fundat. Monaſt. *Mellic.* apud Hier. Pezium, T. I. col. 299. „ An. igitur Verbi caro facti MCXIII. „ ordinatione præfati piiſſimi Marchionis *Leopoldi IV.* Monaſterium „ hoc *Medlicenſe* dedicatum eſt a Venerabili Domino, Domino *Udalrico*, „ Patavienſi Epiſcopo, III. Idus Oct. „ Indict. XIII. - - - Eademque die „ ab ipſo glorioſiſs. Principe *Leopoldo* præmemorato, nobili dote dotatum eſt, videlicet ſex Eccleſiis „ plebejanis: ſcilicet *Medling*, *Draſchirchen*, *Weykkendorff*, *Lauchſee*, „ *Wuldersdorff*, *Ravelſpach*. - - Inſuper magna animi benevolentia præfatus Illuſtriſſimus Marchio, *Leopoldus IV.* prædia ſubſcripta huic „ Monaſterio noſtro tradidit: unum „ quod noſtro Monaſterio *Medlicenſi* „ adjacet, ſcilicet *Melck*, aliud in „ *Landfridſteten*, tertium in *Czedlmaringen*, quartum in *Newnhofen*, quintum in *Ror*, ſextum in *Grafendorff*, „ ſeptimum in *Raddendorff*, octavum „ in *Blewinckel*, nonum in *Weykendorff*, cum omnibus poſſeſſionibus „ ad eadem prædia pertinentibus. „

(B) Rikard. Newb. „ *Henricus* „ naſcitur, poſt duos infantes demortuos, IV. Nonas Aprilis, Anno MCXIV. „

(C) Rikard. Newburg. „ Anno „ MCXIV. prid. Kalend. Junii Marchio *Lewpoldus* venatus in ſylva „ infra montem *Cecium*, ope canum „ allatrantium reperit nono abhinc „ anno e capite *Agnetis* ablatum velum in omni tempeſtate illæſum, „ e Sambuco pendens, & credidit, „ hoc ſigno ſibi de cœlo oſtendi locum, quo ædificare deberet Eccle- „ ſiam,

Beneficiis S. Floriani Canon. a S. Leopoldo præſtitum.

Vix cœpto opere, Leopoldum Iſinbertus, Canonicorum ad S. Floriani Præpoſitus interpellavit, & ut annua quædam, e Riedmarchenſibus Collegii ejus prædiis, vectigalia benigne remitteret, ſupplex adiit. Superavit ſpem & vota pia Principis munificentia, & non ea modo, quæ in præſens eſſent per Riedmarchiam prædia, ſed quæ in futurum quoque, piorum liberalitate, acceſſura eſſent intra juris ſui trans Danubium limites, eo onere, plenis pietate litteris, abſolvit. (A) A. C. 1115

Hungari Auſtriæ fines populantur.

Sub id tempus in vicina Hungaria Colomannus Rex diem obiit, Stephano filio, ejus nominis Secundo, in regnum ſuffecto. (B) Hoc Rege, repentina Hungarorum incurſio pacem, ſancto ſub Principe feliciter adhuc conſervatam, perturbavit. Hungariæ procuratio, per Regis ætatem, penes Regni Proceres erat: ſed quæ cauſa gentem, jam diu nobis amicam, ad inferenda nunc arma impulerit, nemo prodidit: id conſtat, effuſos ingenti multitudine Hungaros omnem, quæ Leythæ fluvio proxima, Auſtriæ regionem fœdiſſime depopulatos. Primus belli fragor An. MCXVII. inſonuit: idemque anno ſequenti, quo Conradus Leopoldi filius, Paſſavienſis olim, ac ſubinde 1117

„ ſiam, quam pridem voverat pro „ ſalute patriæ, & hæredibus habendis. Unde ſtatim exſcidi ſylvam, & jam parata pro ædificio „ advehi juſſit, & IV. Id. Julii primum lapidem, ſe & uxore præſente, poni curavit per *Ottonem*, parvæ collegiatæ Eccleſiæ, quam ibi „ erexerat, Præpoſitum. „ Mirantur hic aliqui, nullam mirabilis hujus eventus in litteris Fundat. Neuburg. fieri mentionem: ſed ejus rei ſilentium referri commode ad S. Fundatoris modeſtiam poteſt. De die poſiti primi in fundamenta lapidis aliquantum diſcordat Chron. Clauſtro-Neoburg. ſic enim habet ad Annum 1114. „ Hoc anno Dominicæ „ Incarnationis incœpta eſt fundari „ *Niwenburgenſis* baſilica. Marchio „ *Liupoldus*, ejusdem loci Fundator, „ cum ab eo tanquam a Fundatore „ cunctis adſtantibus exigeretur, ut „ in fundamento Monaſterii primum „ lapidem poneret, ipſe, ut erat vir „ piiſſimus, omnino contradixit, & „ hoc a Clerico debere fieri, dignum „ & juſtum conſtanter affirmavit. „ Itaque ipſo jubente & præſtante „ *Otto* primus ejusdem loci Præpoſitus, hoc anno Incarnat. (1114.) „ II. Idus Junii primum lapidem impoſuit in honore Domini noſtri „ JESU Chriſti, & glorioſæ Virginis „ MARIÆ. Eadem die accidit feſtivitas ſanctorum Martyrum *Baſilidis*, *Cyrini*, *Naboris*, & *Nazarii*. „ Ortilo ad An. 1114. „ Pius Marchio *Liupoldus IV.* primum lapidem poſuit apud Eccleſiam ſuam „ in *Niwenburg*. „

(A) Lit. S. Leopoldi datæ Præpoſito ad S. Florianum, V. Idus Junii, Anno 1115. apud Hier. Pezium in Hiſt. S. Leopoldi c. 25. „ Noverint „ omnes, -- qualiter ego *Liupoldus*, „ Orientalis Regionis Marchio, abſolverim in honore S. DEI Genitricis MARIÆ, & S. Floriani Martyris, rogatu *Iſinberti*, ejusdem Eccleſiæ Præpoſiti, cuncta prædia, „ ſiquæ ſunt a fidelibus illi Eccleſiæ „ oblata, vel adhuc a quoquam fuerint offerenda, a redibitione, vel „ reditu mei juris in *Riedmarchia*, vel „ in omnibus locis mei regiminis „ *trans Danubium* poſitis. „

(B) Samuel Timon S. J. in Chron. Reg. Hungar. contra Thwroczii, & Bonfinii manifeſtum errorem, *Colomanni* mortem ad Annum 1125. differentium.

A. C. inde Salisburgenſis Eccleſiæ Antiſtes futurus, primam in
1118 Auſtria lucem aſpexit, (A) vehementius increbuit. Et quanquam ſemel, iterumque pulſi hoſtes, & in Hungariam rejecti ſint; nec metus tamen deceſſerat, nec pro injuriis, quas villis late direptis, vel exuſtis, prædis etiam pecorum, hominumque abductis intulerant, ſatisfactum. Quare Leopoldus, qui turbatam omnium vicinorum pacem pridem averſatus, armorum in tempore ſocietatem cum Bohemorum Duce inierat; providusque in omnes caſus, jam Cetii etiam montis caſtrum, & quæcunque ad vim arcendam opportuniora videbantur oppida, probe mu-
1119 nierat, copias, quantas potuit, anno tertio contraxit, & trajecto Leytha fluvio, in Hungariam deduxit. Hic cum nuſquam in conſpectum ſe daret hoſtis, copias irarum plenas, ad arcem (Caſtro Ferreo loco nomen) rapit, ſcalisque admotis captam diruit, ac ſuccendit. Exuſto eo præſidio, circumlatus per oppida vicina terror, agerque regionis lætiſſimus ferro, ac igne deformatus. (B) Vice injuriis reddita copiæ in Auſtriam revocatæ.

Conradus filius S. Leopoldo natus.

Caſtrum Ferreum captum crematur.

In Auſtria ſuperiore, quæ extincto in Cypro inſula
1120 Welfone ſeniore, ejusdem nominis filio parebat ad annum uſque ejus ſeculi viceſimum, quo eidem defuncto Henricus frater ſucceſſit, (C) Gleinchenſi etiam Cœnobio ini-

(A) Rikardus Newburg. „ *Chunradus* natus Non. Junii, Anno „ MCXVIII. poſt duos infantes extinctos. „

(B) Chron. Auſtral. Admontenſe. Zwetlenſe vetus, Clauſtro-Neoburg. Anno 1118. „ Ungari juxta *Lytam* „ Teutonicos vaſtaverunt. „ Otto Friſing. lib. 7. c. 15. „ Ea quoque „ tempeſtate *Stephanus* Ungarorum „ Rex, *Colomanni* filius, cum magna „ multitudine fines Regni clanculum „ invaſit, ac vaſtatis terminis, manubias abduxit. Quem Illuſtris „ vir *Leopaldus* Marchio, adjuncto „ ſibi Duce Bohemorum ſubſecutus, „ uſque ad clauſtra terræ progreditur: capto ac ſuccenſo caſtro, quod „ *Ferreum* vocatur, & cuncta in circuitu ferro, igneque vaſtata terra, „ ſine damno ad propria revertitur. „ Albericus Monachus trium fontium hæc Ottonis Friſing. verba refert ad An. 1120. Chronicon vero Mellic. recentiori interpolatum manu, ad An. 1112. quo *Stephanus II.* nondum Rex erat. Res annis ſuis reddit *Lewpoldus* Campililienſis ex Rikardo Newburg. „ An. MCXVII. „ & duobus ſequentibus, *Stephanus* „ Ungarorum Rex omnium vicinorum pacem turbans, *Lewpoldum* „ coegit ad arma jungenda cum Duce Bohemorum, ut graves terræ „ noſtræ vaſtationes, & prædas abductas ulciſceretur. Primo ergo, „ & ſecundo Ungros gravi clade repulit: tertio ejus terras invaſit, & „ *caſtrum Ferreum* (Ungar. *Vaſvar*) deſtruxit. Suam autem curiam in monte Cecio, ceu caſtrum munivit, ſic „ & alia loca. Nec Ungri contriti auſi „ ſunt redire. „ Chron. Paltrami ad A. 1117. „ Ungari juxta *Littam* „ Theutonicos vaſtaverunt. „ Chr. Auth. incerti apud H. Pezium T. I. p. 556. „ A. MCXVIII. Ungari juxta fluvium *Litabe* nos vaſtaverunt. „

(C) Chron. Admontenſe. Chron. Bavar. Bernardi Norici ad An. 1119. „ *Welpho* Dux Wawariæ, qui Domui *Chrembsmunſtrenſi* prædia in *Hall* „ dedit, moritur, & *Henricus* frater „ ejus ſuccedit. „

Glunicenſis Cœnobii in Auſtria ſuperiore exordium.

tium factum eſt. Primus præclari operis author Arnhalmus quidam fuiſſe memoratur, quod Ottocarus Styriæ Marchio Cheſeravenſi prædio dotavit; Bruno vero, Arnalhmi Glunicenſis filius, ad faſtigium perduxit. Summa tamen manus eidem non niſi ab Ottone Bambergenſi Epiſcopo, viro inexhauſtæ in Religioſa Cœnobia munificentiæ, acceſſit, qui non argenti modo vim magnam, ſed prædia etiam, fundosque adjecit, & inductis D. Benedicti Sodalibus, Monaſterium ad æternitatem ſtabilivit. (A) A. C.

Henrici V. Imper. ad pacem reditus.

Hæc inter lætis omnibus, pax & concordia Calliſtum Pontificem inter, ac Henricum Cæſarem coaluit, & nubem temporum illam, quæ tot procellis & Regnum, & Sacerdotium miſcuit, aliquando diſcuſſit. (B) Nulli tamen ea res jucundior eſſe poterat, ac Leopoldo, ſtudioſo æque Pontificis, ac affini Cæſari amico. Filiorum ejus jam aliqui adoleſcentiam iis artibus excolebant, quibus ingenia ad magnam fortunam inſtitui ſolent. Ottonem certe, qui a puero pietatem ac bonas artes toto pectore complexus erat, ad ſacræ militiæ ſtipendia, ſub id tempus, traductum eſſe, ſatis conſtat. Leopoldus enim, qui Ottonis filii animum, ex indole, literisque, ad quas 1122

na-

(A) Bernard. Norici Chron. Auſtr. ſed interpolatum manu ſeculi XIV. „ Circa hæc tempora Monaſterium „ *Glunich* eſt conſtructum anno Domini MCXXIII. a *Brunone* nobili, „ & *Otacherus* Marchio dedit eidem „ prædium *Cheſeraw*, quod a *Babenburch* habuit. „ Author Topographiæ Auſtriacæ R. P. Carolus Granelli ſic habet: „ *Glunicenſe* Benedictinorum Cœnobium - inchoaſſe „ dicitur *Arnaldus* ſive *Arnhalmus* Dominus de *Glunick*, An. 1120. vita „ functus, ejusque filius *Brunorius* „ abſolviſſe. „ P. Sebaſt. Inſprugger ejusdem Societ. JESU in Auſtria ſuperiori ſua, adjungit. „ Fundationem *Arnoldi* filius - - - *Bruno* „ a parentis obitu An. 1124. abſolvit, caſtro ſuo *Glunick* - - in Benedictinum Cœnobium converſo, „ Divique Andreæ Apoſtoli honoribus conſecrato. Modica initia, & „ juſto Cœnobio nondum pares reditus ad *Brunnonis* preces præfatus „ Marchio *Ottocarus*, ejusque filius „ *Leopoldus* copioſe auxerunt, & ſpeciali diplomate An. 1125. ex Styrenſi arce dato confirmarunt. „ *Ottocarus* tamen Marchio jam Anno MCXXI. IV. Kal. Decembr. obiit: teſte *Honorii* Chronico, & tabella plumbea tumulo adjecta: ut notavit Puſchius in Chronolog. ſacra Styriæ. Biograph. *S. Ottonis* Bamberg. Epiſcop. lib. 1. cap. 33. „ Quarta decima (congregatio) *Clunica* ſub patrocinio B. Andreæ Apoſtoli, juxta fluvium *Aniſum*. Hanc autem „ a *Lupoldo* Marchione (Styriæ reor) „ datam ſuſcepit, in cujus promotionem viginti manſos & quinquaginta marcas impendit. „ Ita Andreas Abbas Monaſter. S. Michaelis, prope Bambergam apud Jacobum Gretſerum.

(B) Otto Friſing. lib. 7. cap. 16. „ Igitur Romano Imperio multis modis in ſe attrito, Imperator propter anathema deficere a ſe regnum videns, patrisque metuens „ exemplum, congregato juxta *Wormatiam* maximo Principum conventu, inveſtituram Epiſcoporum „ Legato Apoſtolicæ Sedis *Lamperto*, „ qui poſtmodum ſummus Pontifex, „ *Honorius* eſt dictus, reſignavit, per „ eumque ab anathematis vinculo „ abſolutus eſt. „ Id factum eſſe An. 1122. conſentiunt Chron. Hildesheim. Conradus Urſperg. Annaliſta Saxo, qui rem fuſe exequitur.

A.C. natus, factusque esse videbatur, recte arbitratus, ad infulas jam tum destinarat; vix quartum, ac decimum ingressum ætatis annum, novo Canonicorum, quorum auctior jam Neuburgi numerus, Collegio Præpositum dedit. Sed quod ea dignitas, in novello præsertim cœtu, & nullis religiosi instituti legibus tum adstricto, virum poscceret, & Ecclesiasticæ disciplinæ gnarum, & Divinis humanisque literis probe excultum; substituto in ejus locum, qui personam filii vicario nomine tantisper sustineret, Opoldo, Ottonem Parisios misit, ad doctrinarum studia, in ea literati orbis luce, prosequenda. (A)

Otto Præpositus Neubur. a Patre nominatur.

Studiorum id curriculum ingressus Otto, totum se in literas abdidit; paucisque annis, in humanarum, Divinarumque rerum cognitione positis, eos progressus fecit, ut inter Germaniæ sacros Antistites, quibus post accessit, sapientiæ, ac doctrinæ laude parem ea ætas vix reperiret. Jamque unus, alterve annus in ea studiorum contentione exierat; cum e Gallia in Austriam profectus, non sine sacro, quod Parenti utrique gratissimum id esse sciret, munere ad suos rediit. Pretiosæ erant ex sacris Cœlitum quorundam ossibus, ac cineribus Reliquiæ, quibus Lutetiæ, vel in itinere donatus erat: qua in urbe suavissimi ejus mores, pietas, ac doctrina, tanta cum natalium claritudine conjuncta, amplo velut in theatro proposita, amorem illi, ac venerationem majorem indies conciliabant.

Parisios ad studia missus

S. Reliquias refert.

Leopoldus, cui interim ad XVIII. Calendas Sep-
1124 tembres anni MCXXIV. natus erat Ernestus filius, (B) & Ottone delectatus reduce, & sacri ejus thesauri aspectu incredibili lætitia affectus, sacra ea Lipsana non sine pio apparatu, & numerosa populi comprecantis multitudine,

Ernestus filius nascitur.

(A) Rikard. Newburg. „ *Otto* - - „ fit Præpositus in *Newnburch*, Canoniæ integre non regularis; sed „ statim id Parrhisios ad Scholas, Anno MCXXII. „ Ortilo ad Annum 1122. „ Idem Marchio (*S. Leopoldus*) ibidem Canonicos sine regula ordinavit, licet Ecclesia nondum perfecta esset. Præpositum „ eorum fecit *Ottonem*, filium suum, „ adolescentem, pro quo præfuit „ Vicarius: ipse ad Parrhisiensem „ scholam dimissus est. „ Chronic. Clausstro-Neoburg. ad Annum 1114. „ *Otto*, qui liberalibus studiis appositus, ut in scriptis suis jam claret, „ & diu in posterum clarebit, in „ egregium profecit Clericũ. Quem, „ cum adhuc scholaris esset, mortuo „ *Ottone*, primo Niwenburgensis Ecclesiæ Præposito, Pater suus fecit „ eidem Ecclesiæ Præpositum, substituens ei Vicarium, *Opoldum* nomine. Deinde ex propria camera, „ & ex redditibus Ecclesiæ, cui præerat, datis ei stipendiis, studii causa, misit eum Parisius. „ Eadem referunt Arnpeckius in Chr. Austr. & Suntheimius in Tabul. Clausstro-Neoburgensibus.

(B) Rikard. Newburg. „ *Ernestus* Adolescens nascitur XVIII. „ Kal. Sept. An. MCXXIV. „

Neuburgenſi Baſilicæ inferri juſſit, ac in Principe Templi A. C.
ara religioſa cuſtodia aſſervari. Paucos dies ea lætitia tenuit: Otto enim, ſalutatis ſupremum Parentibus, in Galliam mox ſe retulit, diſſimulato prudenter conſilio, quod mens DEO plena fortaſſe jam tunc agitabat. (A)

Henrici V. Imperatoris mors.

Sub id tempus Henricus V. Imperator, vix deguſtata triennio Imperii pace, ad X. Calend. Junii, Anno MCXXV. ſine liberis defunctus eſt. (B) Orbitate 1125
icta Germania inter multos Imperii Candidatos vix reperit, quem Succeſſorem daret. Imminebat huic faſtigio flagrantiſſime, Fridericus Dux Sueviæ, Agnetis, quæ Leopoldo poſtea Auſtrio nupſerat, ex priore Friderici Hohenſtauffii conjugio filius: (C) ſed quod Principibus parum placerent tam concitata Friderici ſtudia, & Albertus Moguntinus, Henrici V., a quo captus, ac fame pene enectus erat, ſtirpem averſaretur; (D) alii ad ſummam rerum

(A) Chron. Clauſtro-Neoburg. ad An. 1114. „ Unde dum poſt aliquot annos rediret (*Otto*,) Eccleſiam ſuam, videlicet *Niwenburgenſem* veneratus, attulit ei Reliquias: quas feſtiva populi & Cleri proceſſione Marchio, Pater ejus, ſuſcipiens, venerabiliter ſuper aram S. MARIÆ, ut curatiſſime ſervarentur, deportari fecit. Ut autem eidem Eccleſiæ perpetuo manerent, nomen Reliquiarum, ut dicitur, prodere noluit. Paucis vero diebus domi demoratus, denuo ad Scholas rediit. „

(B) Conrad. Urſperg. An. 1125. „ *Heinricus* Imperator, - - - diem „ clauſit extremum X. Kal. Junii. „ Conſentit Annal. Saxo. Chron. Mellic. Chr. Admont. A. 1125. „ *Heinricus* Imperator V. - - - absque „ hærede defunctus eſt. „

(C) Author Synchron. de Elect. Lotharii Saxonis apud Hier. Pezium Tom. I. col. 570. „ Dux autem *Fridericus* - - utpote qui animum jam „ in regnum intenderat, & quaſi ſpe „ certa præoccupaverat, - - paratus „ in Regem eligi, ſed non in Regem „ eligere, prius explorare volebat, „ quem ex omnibus Principum aſſenſus promovere pararet, - - Porro „ Dux *Fridericus*, ambitione cæcatus, „ ſperans ſibi conſequenter reſervatum, - - quod e duobus (*Lothario* & *Leopoldo*) vidit humiliter refutatum, jam ſine conductu urbem - - ingreſſus eſt, & Principum conventui ſociatus, in Regem „ eligi paratus aſtabat: ſurgens vero „ Moguntinus Archiepiſcopus conſulto requiſivit a tribus præfatis „ Principibus: utrum ſine contradictione - - - - ſinguli quoque tertio communiter a Principibus electo vellent obedire? Ad quæ verba Dux *Lotharius*, ſicut & pridie, „ ne ipſe ullatenus eligeretur, humiliter expetiit, & eligendo cuicunque ſe, ut Domino & Imperatori Romano obedire promiſit. „ Idem de ſe Marchio *Luipoldus* publice profeſſus, & Regni ambitionem, & futuri Regis æmulationem, „ ſacramento a ſe removere volebat. „ Requiſitus igitur Dux *Fridericus*, „ utrum ipſe quoque, ſicut & cæteri - - idem, quod cæteri fecerant, facere vellet? ſine conſilio „ ſuorum in caſtris relictorum ſe reſpondere nec velle, nec poſſe aſſerit: - - videntes ergo Principes „ tantam Ducis ambitionem, tamque violentam quaſi debitæ ſibi „ poteſtatis exactionem, nequando „ ſibi præficeretur, unanimiter refellebant. „

(D) Conrad. Urſperg. Anno 1115. „ Cæſar (*Henricus V.*) ab urbe receſſit, & poſt paucos dies *Adelbertum*, „ quem jam per annos tres arctiſſimæ mancipaverat cuſtodiæ, vix „ nimirum oſſibus hærentem, ut coactus promiſerat, cathedræ ſuæ remi-

A. C. rum candidati proponebantur, Lotharius Dux Saxonum, Leopoldus Auſtrius, ac Carolus Flandriæ Comes, virtute animi, opibus, rerum gerendarum prudentia præſtantes omnes. (A) Sed poſtremi minor habita eſt ratio, Procerumque ſuffragia ad duos rediere. (B)

S. Leopoldus Imperii candidatus,

Memorabile hoc loco modeſtiæ certamen exortum proditur, utroque oblatum ſibi nomen Regium, poſitis humi genibus, profuſisque lachrymis deprecante. Vicit tamen ad extremum pia Leopoldi pertinacia, Regnique diadema in Lotharium tranſtulit. (C) Salutato eo Rege Leopoldus, cujus ſtudium omne in amplificando divino cultu, formandisque ad pietatem liberis verſabatur, actis DEO gratiis ad Provinciæ, ac familiæ ſuæ procurationem lætus in Auſtriam diſceſſit.

deprecatur Regiſi honorem.

Adalbertus, filiorum Leopoldi natu maximus, adoleſcentiam jam egreſſus, duodeviceſimum agebat annum, patri per omnia ſimilis, nec pietatis modo, a qua nomen poſtea meruit; (D) ſed armorum etiam ſtudiis addictus. Vigebat ea tempeſtate, religioſum admodum, piumque inſtitutum, juventutem nobilem, ubi ad militarem ætatem perveniſſet, ſolennibus, ſacrisque fere ceremoniis milita-

Adalbertus natu maximus S. Leopoldi filius

„ miſit. „ Chronicon Caſinenſe. Lib. 1. cap. 87. „ Archiepiſcopus „ autem (*Albertus* Moguntinus) ferali zelo adverſus cognationem „ *Einrici* Imperatoris deſæviens, & „ de Imperiali culmine *Fridericum* & „ *Conradum*, nepotes ejus propellere „ cupiens, ob illorum odium - *Lotharium* - - utilem atque idoneum „ ad Imperiale faſtigium accipiendum judicavit. „ Extat apud Murator. Tom. IV.

(A) Otto Friſing. lib. 7. cap. 17. „ Anno ab Incarnatione Domini „ MCXXV. defuncto absque hærede *Henrico* quinto Principes Moguntiæ (Annal. Saxo addit: in feſto S. Bartholomæi,) conveniunt, „ ibique habito de ſucceſſore conſilio, quatuor regni optimates, *Lotharius* Dux Saxonum, *Fridericus* „ Dux Suevorum, *Leopaldus* Marchio „ Orientalis, *Carolus* Comes Flandriæ „ ad regnum deſignantur. Tandem „ *Lotharius* natione Saxo, patre *Gebehardo*, voto omnium, renitens „ valde, ac reclamans, ad Regnum „ tractus. „

(B) Narrat. de Electione *Lotharii* Auth. Synchroni. *Caroli* nec mentionem facit, forte ex eo, quod teſte *Gilberto* Brugenſi Notario in ejus vita, cap. 1. apud Bollandum Tom. I. Martii, ad diem ſecundam ejus menſis, ad Comitia non comparuit.

(C) Auth. Synchron. de Electione *Lotharii*. „ Abſente autem Duce „ *Friderico*, reliqui duo (*Lotharius* & „ *Leopoldus*,) qui aderant, oblatum „ ſibi Regii nomen Imperii, profuſis „ lachrimis, genibusque terræ defixis humiliter renuebant. - - Proinde cum dimiſſis jam prænominatis, Principes admonerentur, ut „ communicato conſilio diligenti ratione perſonam quærerent, quam „ - - - Regno præficerent, ſubito „ a laicis quampluribus: *Lotharius* „ *Rex ſit*, clamor exoritur, *Lotharius* „ rapitur, *Lotharias* humeris imponitur, & regiis laudibus, renitens, „ & reclamans extollitur. „

(D) Arenpeckius in Chron. Auſtr. „ *Albertus S. Leopoldi* primogenitus, „ vir utique timoratus, DEO, & Eccleſiæ devotus, religionis verus „ amator. „ Suntheim. in Tabulis Clauſtro-Neuburg. „ *Albrecht*, genant der *Andechtig*, &c. „

Equeſtribus armis de more accingitur.

litari baltheo præcingendi. Laudatum eum morem Leopoldus hoc anno renovavit, & Albertum filium, cum centum ac viginti aliis ex Auſtriaca nobilitate, equeſtris ejus dignitatis inſignibus Mellicii ornavit. (A) A.C.

Cauſam ſolennis pompæ hoc anno celebratæ in bellum cum Boritio, Belæ Hungariæ Regis æmulo, geſtum quidam conferunt: ſed iſtud tempori parum congruit: Stephano II. adhuc Rege ſuperſtite, quo vivo, ambitioſa ea pro Regno certamina ſuſcepta eſſe, nemo facile ſibi perſuadebit. (B) Veroſimilius videtur: Albertum, Nobilesque ceteros ad comitandum Leopoldum Patrem Moguntina in Comitia deſtinatum; (C) vel regendæ interim provinciæ iis honoris inſignibus authoratum.

S. Leopoldi in Canonic. ad S. Nicolaum liberalitas.

Reverſum e Comitiis Leopoldum Patrem, dum ad priſtinam in pias cauſas liberalitatem, novam addit, & Canonicorum ad S. Nicolai Collegium, Paſſavio propinquum, 1126
Schwarzachenſi prædio, vineisque Ibſepurgenſibus donat; non multo poſt inexpectati e Gallia nuncii certiorem reddidere, Ottonem filium, miſſo rebus humanis nuncio, in religioſam Ciſtercienſium familiam ſe abdidiſſe. Ingens ea tempeſtate S. Bernardi, totiusque, cujus alter fere Parens habebatur, Ciſtercienſis Ordinis nomen erat, in Gallia præſertim, ſanctitate morum, voluntaria vitæ aſperitate, rerum humanarum deſpicientia partum, ac confirmatum.

Otto filius Morimundi in Gallia Ciſtercienſe inſtitutum amplectitur.

Ottoni, cujus in oculis tam rara virtutis exempla erant, id ſatis fuit, ut abdicatis, quos Pater, quos agnata Cæſaribus familia, quos favor Principum ſpondebat, honoribus, opibusque, Morimundi, quo nutu Divino diverterat, ſacra ejus loci captus ſolitudine, ſanctitateque, ſe includeret, religioſisque tironibus, cum quindecim, quos eodem deduxerat, ſummæ ſpei, nobilitatisque ſodalibus, adſcribi poſtularet. Non erat, quod expulſam metueret virtus tan-

(A) Chron. Auſtral. Anno 1125. „ *Adalbertus* filius Marchionis *Leupoldi* cum centum viginti aliis accingitur gladio. „ Conſentit Chr. Clauſtro-Neoburg. ad hunc annum. Rikard. Newburg. „ *Adalbertus* - - „ miles factus eſt in *Melik*, Anno „ MCXXV. „

(B) Chron. Clauſtro-Neob. Anno 1131. „ *Stephanus* Rex Hungarorum „ obiit. „ Ut & Chr. Auſtr. & Admontenſe, & Salisburg. confirmant.

(C) Conjici fortaſſe ex eo poteſt, quod Author anonym. de Electione *Lotharii* Imperatoris ſcribat: „ Saxonum - Principes ultra Renum, „ diſpoſitis in ripa fluminis ſine numero caſtris honorifice conſederunt, & ſuper eos *Luipoldus* Marchio cum Duce Bawarico, cum „ magno militum collegio. „ Militum nomine plerumque hoc tempore Equeſtris Nobilitas intelligebatur, ut conſtat ex Diplomatis.

(A) Ri-

A. C. tanta, præſertim iis doctrinæ, generisque luminibus illuſtrata. (A)

At enim Parentes, quantumvis præſtanti pietate claros, non dubitem, inopinato filii conſilio nonnihil perculſos: animum tamen in poteſtate habuere, filiique tam longe poſiti deſiderium illa cogitatione lenivere, quod DEO id cordi fuiſſe crederent; cujus obſequiis, quamvis diverſa paulum ratione, Ottonem jam dudum devoviſſent. Et ſtetit ille in propoſito immotus, religioſæque virtutis ea ſpecimina dedit, ut circumacto, qui periclitandis tironibus ſolenni more præfinitur, anno, Pariſios mox iterum ad Theologica ſtudia, quibus poſtea inter paucos eminuit, ſit miſſus. (B)

Pariſios ad ſtudia remittitur.

Sub id tempus continuatis prope funeribus & Carinthia, & Styria Principes ſuos extulit. Primus anno ſe-
1127 ptimo ac viceſimo hujus ſeculi Henricus ex gente Eppenſteinia Dux Carinthiæ ad plures abiit, ambiguæ Princeps famæ, & de ſuo tam liberalis, quam alieni cupidus. (C) Haud ſcio, an huic, an ejusdem nominis ex Ortenburgicis Succeſſori tribuenda ſit Sophia Conjux, quæ Sigehardo Comiti de Scala, ſecundis poſtea nuptiis, in manus con-

Mors Henrici Duc. Carinthiæ,

(A) Rikardus Newburg. „ *Otto* „ fit Monachus Griſeus in Morimundo An. MCXXVI. „ Chronic. Clauſtro-Neoburg. ad Annum 1114. „ Ibi propoſito tempore ſtudii transacto, dum ad propria redire properat, in Cœnobio Morimundenſi, „ ubi pernoctaverat, ſe Monachum „ fecit cum aliis quindecim, qui ſecum venerant, electiſſimis Clericis. Qui etiam, ut ab uno illorum audivi, *Friderico* nomine, qui „ & ipſe in Abbatem *Pomkartenperge*, „ & deinde in Hungaria, in Epiſcopum electus fuerat, omnes in diverſas dignitates promoti ſunt. Ortilo ad An. 1126. „ Hoc anno „ dictus *Otto* adoleſcens, aliquando „ e ſcholis rediens, cum XV. nobilibus, & egregiis Clericis, hoſpitium unius noctis, vocante DEO, „ petiit, & obtinuit in *Morimundo*, „ quod fuit unum de quatuor primis Ciſtertii filiabus. Ibi omnes „ compuncti devotione loci, Novitii facti ſunt. „ De Donatione Colleg. Canonic. ad S. Nicolai documentum affert Hundius Tom. II. pag. 396. „ Notum ſit omnibus „ - - - quod Marchio *Leupoldus*, & „ *Agnes* uxor ſua, cum conſenſu, & „ manu filiorum ſuorum, tradiderunt fratribus S. Nicolai Patavienſibus II. Vineas *Ibſepurch*, cum mancipiis ad eas pertinentibus. Inſuper aliud prædium, *Schwarzach*, eisdem fratribus tradidit, & ipſe præſens ibidem ejusdem prædii terminum poſuit, &c. - anno ab Incarnatione Domini MCXXVI. „

(B) Ortilo ad An. 1127. „ Iidem „ ſocii omnes per Profeſſionem fiunt „ Monachi. *Otto* iterum Pariſios mittitur ad ſcholas altiores ex Ordine. „ Et confirmat Catalogus Abbatum Morimundenſium, apud Linckium ad An. 1129. „ In Monaſterio *Morimundi* Ordinem profeſſus, mox Pariſios apud celebrem „ ſcholam illam - - miſſus eſt. „

(C) Charta Donationis factæ ad Cœnobium S. Lamberti in Styria ad An. 1103. apud Bern. Pezium Cod. Diplom. §. LXXI. pag. 283. Et Biographus Conradi I. Salzburgenſ. Archiepiſcop. apud eundem Tom. II. Anecdot. Cap. XI.

(A) Do-

venit. Alterutri nuptam fuiſſe, ſatis conſtat, antequam Sigehardo jungeretur. (A) A.C.

& Leopoldi Marcb. Styriæ.

Secutus, biennio poſt, Henricum eſt Leopoldus, Styriæ Marchio, ex Eliſabetha S. Leopoldi Auſtriaci ſorore natus, (B) amplamque Affluentinæ, ac Martiæ vallis hæreditatem ab Henrico Eppenſteinio teſtamento ſibi relictam, Ottocaro filio moriens tranſcripſit: clarus & religione, & fortitudine Marchio, a qua nomen ſibi ad poſteros inſigne meruit. Is eſt Leopoldus, qui & Conradum I. Salisburgenſem Archiepiſcopum, poſt diuturnum exilium, Eccleſiæ cauſa toleratum, ſuis ipſe armis in Sedem Juvavenſem reduxit: (C) & Ciſtercienſem familiam, vixdum in Germania cognitam, extructo ampliſſimo ejus inſtituti Cœnobio, primus Runæ in Styria collocavit. (D) 1129

Henricus junior, & Engelbertus Duces Carinth. Epiſcopis infeſti.

Tertius, ſed Leopoldo multum diſſimilis, mortalitatem explevit Henricus alter, qui Carinthiæ Ducatum primus, poſt extinctos Eppenſteinios, in Ortenburgicos traduxit, auſpiciis tamen, nec piis ſatis, nec Duci lætis: nam cum e ſacrorum Antiſtitum prædiis, rebusque acceſſionem provinciæ adjungere pararet, inter ipſa pene belli primordia extinctus eſt. Henrici Principatum, unaque hoſtilem in ſacros Præſules animum Engelbertus, ejus frater, ſuſce- 1130

(A) Documentum Formbacenſe ex Chronico Gloggnizenſi ſupra l. 7. p. 427. relatum.

(B) Chron. Admontenſe A. 1129. „ *Liupoldus* Fortis Marchio obiit. „ Sigismundus Puſchius S. J. in Chronolog. ſacra Styriæ, diem obitus ex Voravienſibus, Cremifanenſ. & Runenſibus Tabulis adjecit: VII. nempe Calend. Novembris An. MCXXIX. ſed Dodechinus mortem ejus cum Chronico Reicherſperg. & Zwetlenſ. apud Abb. Linckium, & Chron. Auſtrali ad A. 1128. conferunt: Dodechinus, „ *Lubaldus* quoque Marchio „ de Sceyre, (Steyre,) vir corpore „ & animo præſtans, defungitur. „ Reicherſpergenſe vero: „ *Luitpoldus* „ Marchio obiit. „ At Chronic. Auſtrale Marchionem eum *Carinthiorum* vocat: „ *Leupoldus* Marchio „ Carinthiorum obiit. „ Cujus nominis rationem afferunt Voravienſes Chartæ: „ Factus eſt hæres *Leopoldus* Marchio ex teſtamento, & miniſterialium voluntate *Henrici* Ducis de *Eppenſtein*. „ *Heinricus* is erat Dux Carinthiæ ex ſtirpe *Eppenſteinenſi* & *Avelanzenſi*, Conditor Cœnobii ad S. Lambertum in Styria, & Anno 1127. mortuus. Quanquam alioquin *Styria* olim Marchia *Carentaniæ veteris* fuerit.

(C) Chron. Admont. de *Chunrado* Salisburgenſi Archiepiſc. agens ſcribit ad An. 1106. „ A *Liupoldo*, Styrenſi „ Marchione, in manu forti requiſitus, poſt annos novem ad Sedem „ ſuam honorifice reductus eſt. „ Chron. vero Reicherſp. ad An. 1122. „ *Chunradus* Archiepiſcopus ad Sedem „ ſuam reverſus, poſt ſeptem fere „ annos, quibus exulaverat, &c. „ His ſeptem annis ſi annum & XVI. hebdomadas alias, quibus in valle *Admuntenſi* latebat, antequam in Saxoniam iret, novem anni colligentur.

(D) Lit. *Leopoldi Fortis* Marchion. Styr. apud Puſchium Chronol. S. Styriæ pag. 303. Part. I. „ Hunc enim „ locum (loquitur de *Runa* ſeu *Reina*) ipſi ſanctæ Genitrici, ſemperque Virgini MARIÆ pro mea, „ meorumque ſalute a fundo conſtruxi. „

(A) Bio-

A. C. ſuſcepit. (A) Res illi cum Gurcenſi inprimis Epiſcopo Hildeboldo erat, cujus caſtrum Friſacenſe, vi ac armis ſibi ſubjicere laborabat.

Hildeboldus, qui ſe caſtro ipſe injecerat, acri primum obſidione preſſus, Engilſchalci tamen viri nobilis, ac Salisburgenſi Archiepiſcopo fidelis opera, tam ſtrenue fortiterque Engelberto reſtitit, ut oppugnationem arcis, in lentam obſidionem vertere cogeretur. Ea ejusmodi fuit: caſtra tria, quatuorve, tumultuario opere excitata, velut corona Friſacenſem arcem circumdabant, armis, militibus, ac omni hoſtili apparatu inſtructa: his Friſacum oppidum, quod ea tempeſtate cis fluvium e regione caſtri erat, trecentos quotidie cives, clypeis loricisque inſtructos adjungebat: quo factum ut mutato belli genere, cum fame magis, quam cum hoſte colluctandum eſſet: nec finis diuturnæ obſidionis apparebat, niſi conductæ a Leopoldo Auſtriacæ copiæ & caſtra hoſtilia diruiſſent, & diſperſis in fugam Ducis Carinthii militibus, arctatum diu Epiſcopum in libertatem aſſeruiſſent. (B)

S. Leopoldus auxiliares copias in Carinthiam mittit Gurcenſi Epiſcopo:

Dum copiarum pars una Hildeboldo Gurcenſi ſubſidio eſſet in Carinthia; altera in Bavariam miſſa eodem pene tempore Ratisbonenſi Epiſcopo Henrico, ſuppetias tulit. Henricus cauſam & ſuam, & communem Wolfratshuſiæ, ex qua ortus erat, gentis adverſus Ducem Bavariæ Henricum, qui arcem Wolfratshuſiam obſidione premebat, complexus, præter Fridericum C. de Bogen, & Ottonem, fratris

item in Bavariã Ratisb. Epiſcopo.

(A) Biograph. Conradi I. Salisb. Archiepiſcopi, cap. 12. apud. Bern. Pezium Anecdot. T. II. Part. III. colum. 242. „ *Henricus* (Dux *Carinthiæ*) „ feſtina morte ſublatus, *Engelberto* „ fratri crudelitatem, quam contra „ Eccleſiam excitaverat, proſequendam cum Ducatu dereliquit. Quem „ tamen præfatus Epiſcopus Gurzenſis (*Hildeboldus*) parva miniſtrorum ſuorum, & magna virtute divina fortiter depreſſit. „

(B) Vita *Conradi I.* Salisburgenſ. Archiepiſc. c. 12. „ Unde cum ab „ illo (*Engelberto* Duce) in caſtro „ *Friſacenſi* clauſus primum obſidione „ militum teneretur, & uſque ad „ extremam neceſſitatem deductus „ eſſet, adjuvante eum fideliter *Engilſcalco*, Miniſtro Eccleſiæ Salisburgenſis, tanta virtute, tantaque conſtantia caſtrum defendit, „ ut hoſtes illud capi ullo ingenio „ vel labore poſſe deſperantes, obſidionem ſolverent. Prius tamen „ conſtructis, ne liberam haberent „ exeundi, vel quoquam progrediendi facultatem, tribus vel quatuor caſtris, & militibus diſpoſitis, „ adjuncta etiam villa *Friſacenſi*, quæ „ tunc non, ſicut modo ſub caſtro, „ ſed contra caſtrum ex altera parte „ fluvii in medio decurrentis poſita „ erat, & quotidie trecentis fere loricis & clypeis inſtructos cives habebat. Coactus tandem tam diuturna & crudeli afflictione, Marchionem de Auſtria *Liupoldum*, „ Patrem Henrici, qui adhuc ſupereſt, & Ducis nomine pollet, pecunia conduxit, ſeſeque ab his, „ quibus diu circumdatus erat, preſſuris auxilio illius liberavit, deſtructis caſtris, quibus vallatus „ erat, & adverſariis omnibus longe „ diſperſis. „

filium, Leopoldum etiam Auſtriacum in armorum ſocie- A. C.
tatem pertraxerat. Jamque ad Iſaram fluvium caſtra caſtris objecta erant, cum Otto Wittelſpachius, Fridericum & Ottonem, reconciliandæ ſpe gratiæ, ad pacis conſilia inflexit. Sed Dux deditione nihil placatior, & ignes Wolfratshuſio caſtro ſubdidit, & Ottonem Comitem in cuſtodiam dedit: Ratisbonenſi interim Antiſtite, ut pacem redimeret, ad cedendam Duci, fiduciario nomine, quem ad Ænum habebat, Comitatus præfecturam adacto. (A)

Copiasne gemino hoc bello Leopoldus ipſe duxerit, an filiis ductandas commiſerit, pro certo non affirmem. Meminit quidem Leopoldus junior, Sancti filius, Patrem ſuum per Reicherſpergenſis juris agros exercitum deduxiſſe; an ad hanc tamen, vel ad ſuperiorem, quam bello inter Henricum Quartum, Quintumque geſto ſuſceperat, expeditionem pertineat, non meminit. (B) Illud ex Rikardo Neuburgenſi conſtat, Henricum, quarto inter fratres loco natum, equeſtrem jam honorem, quanquam adoleſcentem admodum, A. MCXXX. eſſe adeptum; (C) dilato Leopoldo fratre, tertium jam ac viceſimum ætatis annum agente, & anno primum ſequente, armis ſolenni more Neuburgi induto: (D) id quod conjecturam præbet, Leopoldum hunc juniorem aut morbo, aut bello fortaſſe ab equeſtris honoris communione, anno ſeculi triceſimo, fuiſſe impeditum.

Henricus & Leopoldus filii armis accincti.

Otto-

(A) Conradus Urſperg. edit. Baſil. pag. 290. „ Poſt hæc rediens in Bawariam, bella plurima peregit, videlicet contra Epiſcopum Ratisponenſem, *Henricum* nomine, unum de nobiliſſimis Bawariæ, patruum *Ottonis* Comitis de *Wolfratenhuſen*, & contra ſupradictum *Fridericum* Advocatum Ratisponenſem, & dictum *Ottonem* de *Wolfratehuſen*. Hi quoque in auxilium ſuum habuerunt *Luipoldum Marchionem Orientalem*: qui omnes, congregato copioſo exercitu, caſtra juxta *Iſaram* fluvium poſuerunt, ut attentarent Ducem (*Henricum*) de finibus illis expellere. - - Cumque pugnam inire debuiſſent, *Otto* Palatinus de *Witilinsbach*, - - - *Fridericum* Advocatum, Conſobrinum ſuum, & *Ottonem* Comitem, generum ſuum, ad hoc induxit, ut in poteſtatem Ducis ſe traderent, & caſtrum *Wolfratehuſen*, quod milites Ducis dudum obſederant. Dux itaque ipſum *Ottonem* Comitem cuſtodiæ militum deputatum abduxit, & caſtrum cum ædificiis incendit. Poſtmodum quoque Epiſcopus Ratisponenſis in gratiam Ducis rediit, & Comitatum, quem habet Epiſcopatus Ratisponenſis circa *Enum* fluvium, ei in beneficio conceſſit. „ Annum creati *Henrici Wolfratshuſii*, Ratisbon. Epiſcopi conſignat Chron. breve Ratisbon. Epp. apud Eccardum Tom. II. Script. German. „ Anno Domini MCXXXI. *Henricus*, Babenberg. Canon. Ratisponæ præficitur Epiſc. &c. „ Fuſe de his Aventinus Boic. l. 6. c. 3. n. 12. &c.

(B) Litt. Leopoldi Ducis in Chr. Reicherſperg. ad An. 1141. „ Dum exercitus, vel *Patre meo Luitpoldo*, vel me ipſo ducente, per terras eorum iret, ac rediret. „

(C) Rikard. Newburg. „ *Henricus* factus miles An. MCXXX. „

(D) Idem. „ *Lewpoldus* - factus miles An. MCXXXI. in *Newenburch*. „

A. C. Ottonem, quo ſtudioſius fugit, hoc citius honor reperit. Morimundi, ut noſtrates Scriptores volunt, Abbatis obitu, in nova hoc anno itum ſuffragia, ſtudiisque concordibus ad celeberrimi ejus Cœnobii præfecturam. Otto, quamvis duos tantum, ac viginti annos natus, & e Scholis recens, aſſumptus eſt. Fuerit ea in re datum aliquid excellenti ejus nobilitati; negari tamen non poteſt, eam in Ottone virtutem, doctrinam, prudentiam, moderationem jam tum fuiſſe, nullus ut honor præmaturus illi contingere potuiſſe videretur. (A) Privati agebant adhuc fratres ceteri, quorum natu maximus Adalbertus, maturus jam ævi, ſponſam ſibi depactus Hathwigem, Almi, Hungarorum Ducis filiam, & Belæ Regis ſororem, nu-
1132 ptialia fœdera An. MCXXXII. inivit. Ea affinitas non multo poſt maritum novum Hungarico bello miſcuit.

Otto fit Abbas Morimund.

Adalbertus conjugem ducit Belæ R. ſororem,

Hungarorum multi in Belam Regem, quem Colomannus patruus impia crudelitate dudum oculis orbarat, neſcio qua ſpe, aut odio conjurarant. Princeps nefariæ conſpirationis Boricius erat, eodem cum Stephano, qui vita nuper, Regnoque exceſſerat, patre, ſed matre diverſa, Ruthenici nempe generis; aut, ſi Scriptoribus Hungaris credimus, thoro haud legitimo (B) natus: qui cum a morte fratris Regno jam immineret, diſſimulata in præſens ambitione, in Græciam diſceſſit; unde accepta in matrimonium Calo-Joannis Imperatoris cognata, in Poloniam digreſſus, arma, ſocios, & auxilia ſibi ad bellum comparavit.

Nec difficilem ſe Dux Poloniæ ejus votis præbuit: cumque jam matura res videretur; Hungariæ Optimates quidam, quos in fœdus ſibi dudum adſtrinxerat, aditum

(A) Rikard. Newburg. „ *Otto* fit „ Abbas ibi (in Morimundenſi Cœ„ nobio) An. MCXXXI. „ Ortilo ad An. 1131. „ *Otto* ſtudiis altiori„ bus excellenter doctus, fit Abbas „ in ſuo Monaſterio *Morimundi*. „ Albericus, & ipſe Ciſtercienſis in Monaſterio Trium Fontium, diſſentire hic videtur, & Abbatis dignitatem in aliquot annos differre: ſic enim ad Annum 1141. de Ottone ſcribit: „ Fuit vir nobilis, & Monachus *Mo„ rimundi*, & *una die* electus in *Abba„ tem* ejusdem loci, *ſequenti die* fa„ ctus eſt in Bavaria *Epiſcopus Friſin„ genſis*. „ Mirum pariter eſt, quod S. *Leopoldus* in litteris Fund. *S. Crucis*, An. 1136. datis, cum *Ottonis* filii meminit, nullam de *Abbatis* munere mentionem faciat: ſic enim ſcribit: „ *Ottone*, dilecto filio meo, qui ſe „ apud *Morimundum* Ordini ſubjecit „ Ciſtercienſi, adhortante, fratres „ a præfato *Morimundenſi* Cœnobio „ evocavimus. „ Ubi locus ipſe admonere videbatur, ut miſſos ab *Ottone Abbate*, filio ſuo, ſcriberet.

(B) Bonfin. Dec. II. lib. 6. „ Uxorem deinde alteram duxit, Rute„ norum Regis filiam, qua parum „ proſpere uſus eſt (*Colomannus.*) „ Nam in adulterio deprehenſam re„ pudiavit. - - - Ex adulterio *Bori„ chium* illa genuit. „

quem contra Boricium armis tuetur.

illi, proditis Tranſylvaniæ clauſtris, in Regnum aperuere. A. C. Bela, cognitis Boricii conſiliis, ne cauſæ deeſſet ſuæ, Adalbertum, ſororis ſuæ maritum, ſuis cum copiis ex Auſtria evocavit. Nulla in hoc mora fuit; ſed infuſæ jam Polonorum in Hungariam copiæ Germani tamen militis adventum prævertere: inde tumultuaria inter partes certamina, alternis fere cladibus extitere. Sed ubi jam Regni vires, externaque auxilia convenere, animus Polonos defecit, fugaque ſe ultra montes abſtulerunt.

Adjunctum virtuti dolum, alii ferunt: alii Boricium jam in acie ſtantem diſſono Teutonicorum clamore, neſcio quas Germanorum vires adeſſe ſuſpicatum, fugæ & ſuis, & Polonis authorem fuiſſe: ſed ea admodum cruenta fuit, Ungaro, Germanoque milite in tergis hærente, & quantum dexteræ valuere, tantum cœdis, ſtragisque edente. Fuſo, fugatoque hoſte, ſupplicium ſimul de iis ſumptum, qui cum ſe tueri Belæ partes mentirentur, ſuos ipſi cives Polonis hoſtibus perfide prodidere. (A) Adalbertus approbata Regi, Patrique Marchioni, fideli eo in bello opera, ad quietem, & ſolita pietatis ſtudia in Auſtriam ſe recepit.

Conradus interea adoleverat, & Ottonis exemplo diverſam a fratribus viam, ſacræ & ipſe militiæ adſcribendus, inire cogitarat: Pater nihil territus repentino quondam

(A) Rikard. Newburgenſ. ad Annum 1133. iſta refert: „ Altero „ Anno (*nempe MCXXXIII. Adalbertus*) ſocerum ſuum Regem ſtrenue, & victorioſe juvit adverſus „ *Boricbium.* „ Albericus vero, & Chron. Admontenſe bellum hoc ad Annum 1135. differunt. Otto Friſingenſ. l. 7. c. 21. & ex eo Albericus, Monachus, Trium Fontium, A. 1135. „ Pannonia vero, mortuo Rege ſuo „ *Stephano Colomanni* filio - - multis „ ibidem incommodis oppreſſa eſt, „ ſubſtitutoque in Regno *Bela*, *Almi* filio, a *Colomanno* quondam pariter cum Patre *Almo* luminibus „ orbato, *Boricius*, qui & ipſe *Colomanni*, ſed ex alia, quam *Stephanus* matre, Ruthenorum, ſeu Chios (Kiowenſis) Regis filia, natus eſſe „ dicebatur, Regnum paternum requirit. Deinde in Græciam tranſiens, conſanguineam ſibi Imperatoris *Calojoannis* copulavit, ac poſt „ Poloniam ingrediens, Ducem terræ illius ad voluntatem ſuam inclinavit, ipſe cum exercitu adjutorio illius ex vocatione quorundam Ungarorum Comitum, ſylvam, quæ Polinios, & Ungaros „ ſejungit, tranſiens Pannoniam ingreditur. Verum *Bela* Rex, aſcito ſibi *Alberto*, *Leopaldi Marchionis* „ filio, qui ejus ſororem habebat, ac „ quibusdam de Regno noſtro Nobilibus, *Boricio* occurrunt. Ille vero audito ſtrepitu, ac adhortantium voce, ex linguæ idiomate, „ Teutonicorum multitudinem in „ acie fore cognoſcens, illorum potius, quam Ungarorum terrore „ perculſus, una cum Polonorum „ Duce, amiſſis in fuga multis, terga „ vertit. At in ipſo primo Ungarorum & Polonorum congreſſu, antequam Teutonici ſupervenirent, „ ex utraque parte cæſis plurimis, „ quidam ex illis, qui ex parte *Belæ* „ aderant, ſed hoſtibus ſuos perfide „ tradiderant, juſto judicio fraudis „ ſuæ pœnas perſolventes, occubuerunt. „ Chronic. Admont. Anno 1135. „ *Bela* cœcus Rex Ungarorum, de Bolaniis triumphavit, „ ſed in dolo. „

(A) Ri-

A.C. dam Ottonis in Monaſterium ſeceſſu, hunc quoque Pari-
1133 ſios ad condiſcenda doctrinarum ſtudia transmiſit. (A) Utque totus erat in religionis cultu promovendo, & augendo; ita nova pietatis conſilia animo agitabat. Diſplicebat pio Principi Neuburgenſium, qui ad id tempus erant, Canonicorum parum diligens in Divinis ſtudium, moresque ſanctitati loci, officiique pares requirebat. Tales, cum in Canonicis, qui e S. Auguſtini præſcripto vitam agerent, obſervaſſet alias; ejus inſtituti Sodales, de Regimari Paſſavienſis Antiſtitis conſilio, mutatis prioribus loci inquilinis, Neuburgi ſubſtituit. Id ad An. MCXXXIII. factum referunt Annales celeberrimi ejus Collegii, qui & Conradum Salisburgenſem Archiepiſcopum, & cum Regimaro Paſſavienſi, Romanum, Gurcenſem Epiſcopum, præſentes ei celebritati affuiſſe teſtantur. (B)

Clauſtro-Neoburgi Canonicis ſecularibus Regulares S. Auguſtini ſubſtituuntur.

Novello Canonicorum cœtui, quos ex vicinis religioſæ ejus familiæ Collegiis evocatos non dubitem, Hartmannus, qui tum Chiemenſem agebat Præpoſitum, Præſul datus eſt, magnarum vir laudum, & quem beatorum Cœlitum numero virtutis merito plerique accenſent. (C) Non parum erat certaminis Leopoldo, ut virum tantum, quem omnes certatim expetebant, a Conrado Archiepiſcopo impetraret. Sed ingens pii Principis authoritas, tantique operis molitio difficultates quaslibet evincebat. Hartman-

Hartmanno, primo loci Præpoſito deſignato.

(A) Rikard. Newburg. „ Chunradus - - mittitur Parrhiſios Anno MCXXXIII. „

(B) Chron. Clauſtro - Neoburg. ad A. 1114. „ Marchio pater ejus „ (*Ottonis*) cum jam videret locum „ filii vacare, & EccleſiamNiwenburgenſem, præter ſe, proviſorem „ non habere, ſicut vir providus, „ & DEO devotus, mittens invitavit in domum ſuam, Venerabiles „ Viros *Eberhardum* (imo *Conradum Primum*) Archiepiſc. Saltzburgenſem, *Regimarum* Epiſcopum Patavienſem, *Romanum* Gurcenſem, & „ alias complures religioſas perſonas. Horum ordinatiſſimum ad „ DEI voluntatem conſilium ſecutus, Canonicos ſæculares, qui ſibi „ videbantur divina negligenter, & „ nimis remiſſe agere, decentiſſime „ avertit, & Regularibus Beati *Auguſtini*, viam regiam, & optimam „ formam vitæ tenentibus, anno Incarnationis Domini MCXXXIII. „ eundem locum perpetuo tenendum poteſtativa manu tradidit. „ Conſentiunt his Chron. Ducum Auſtriæ. Zwetl. Chron. Auſtriac. Paltrami, & Chronicon Auſtral. ad Annum 1133. ſolus Anonym. Leobienſis refert eam mutationem ad Annum 1131. Summarium Canoniz. S. Leopoldi March. Auſtriæ Fundam. V. hæc de Clauſtro-Neob. habet. Dum „ ageret in humanis, ſolemne Mona- „ ſterium Beatæ MARIÆ Virginis „ ſub ordine Canonicorum Regula- „ rium B. Auguſtini (conſtituit) „ quod uſque in hodierna tempora „ *famoſum atque glorioſum* ſuper cuncta illius Patriæ Monaſteria in laudabili obſervantia perſeverat. „

(C) Chron. Clauſtro-Neoburg. ad A. 1114. „ (Canonicis) Regularibus Beati Auguſtini - - eundem „ locum perpetuo tenendum poteſtativa manu tradidit: Præpoſitum „ eis præponens, eorundem Venerabilium Virorum conſilio, Præpoſitum Chymenſem, *Hartmannum* „ nomine, Virum ſanctiſſimæ vitæ, „ Virum DEO & hominibus acceptum. „

mannus præfecturæ admotus, nihil prius, antiquiusque habuit, quam ut certam quandam, ſtabilemque formam, actionum, temporumque ordine definitam, præſcriberet, ac in mores induceret: id adeo feliciter ceſſit novo Præſuli, ut ſexcentis his, quibus nobiliſſimum id Collegium jam ſtetit, floruitque annis, inductæ ab eo religioſæ conſuetudines vim legum habuiſſe videantur. (A) A.C.

Clauſtro-Neoburgum in Roman. Pontificis tutelam ſuſceptũ.

Miſſus deinde ad Innocentium II. Romanum Pontificem, Piſis tum agentem, quo loco concilium ad III. Kal. Junii aliquanto poſt tempore cœptum eſt, Orator nobilis Wolframus de Bubenkirchen, qui Leopoldi Marchionis nomine Neuburgenſe Canonicorum Collegium, ſummo Chriſti in terris Vicario commendaret. Pontifex Leopoldi pietate, ac munificentia collaudata, novum Collegium ſuam in fidem, tutelamque ſuſcepit, præſentibus quinquaginta ſex Epiſcopis, rei teſtibus, ac laudatoribus, qui eam Synodum conflarant. (B)

Ottonis filii conſilio, Ciſtercienſes Morimundo in Auſtr. evocantur.

Nondum ſumma manus Neuburgenſi Canonicorum Collegio acceſſerat, cum jam novi rurſus Cœnobii conſilia pius Princeps agitaret. Otto filius cœleſtium rerum ſuavitate captus, e Morimundenſi Cœnobio literas ad Parentem dederat, quibus ſacrum id inſtitutum, quod ipſe amplexus eſſet, magnopere commendabat: nec diſſimularat animi ſui votum, ut annitente Patre, novus is ordo colonias in Auſtriam duceret, & vitali quodam ſpiritu totam provinciam in DEI laudes animaret. Leopoldus, qui divinis rationibus humanas omnes poſthabebat; & literis Ottonis filii, & Leopoldi forte, nuper Styriæ Marchionis, exemplo motus, Morimundo ſtatim ejus inſtituti ſectatores aliquot accerſit.

Affue-

(A) Idem ibid. „ Hic eſt ille *Hartmannus* primus in hac domo regularis vitæ *Præpoſitus*. Hic eſt ille, „ qui conſuetudinem noſtram, Religioni omnino congruam ſcripſit, „ & ſcriptam nobis legendam, & „ imitandam reliquit. Habet autem „ hoc initium: *Sub teſtimonio Chriſti* „ *& Eccleſiæ &c.* „ Pertinent huc verba paulo ante adducta ex actis Canonizat. S. Leopoldi de Neoburgenſi Cœnobio: „ quod uſque in „ hodierna tempora famoſum atque „ glorioſum ſuper cuncta illius Patriæ Monaſteria in laudabili obſervantia perſeverat. „

(B) De Anno Concilii *Piſani* diſſentiunt Scriptores: Baronius, & Labbeus id A. 1134. Pagius, Chapeavilleus ex anonymi Chronico Piſano, quod eſt inter Anecdota Ugheliana T. X. An. 1135. ponunt. Lit. S. Leopoldi March. fundat. Canoniæ Clauſtro-Neob. datæ Anno MCXXXVI. III. Kal. Oct. apud Bern. Pezium Cod. Dipl. Col. 316. „ Locum „ prædictum cum poſſeſſionibus ſuis „ Sancto Petro, & Beato *Innocentio*, „ Apoſtolico, ipſe obtuleram per „ manum *Volframi*, nobilis Viri de „ *Pubenkirchen*. Quo legato in *Piſenſem* Synodum veniente, & coram Epiſcopis quinquaginta ſex delegata delegante, Beatus Apoſtolicus in liberam defenſionem prædictam Eccleſiam ſuſcepit. „

A. C. 1134 Affuere ſub autumni principium Gottſchalcus Abbas, aliique Morimundenſis Cœnobii Sodales, locumque in Sattelbach accepere. (A) Nulla adhuc iis prædia, poſſeſſiones nullæ: ſed victum pauperem, qualem frugalis eorum menſa admitteret, ærarium Principis miniſtrabat. Moram deſtinato operi domeſticæ quædam curæ injicere viſæ, & lites quædam cum Salisburgenſi S. Petri Cœnobio, tum etiam cum Reginmaro, Paſſavienſi Antiſtite componendæ. Sighardus Comes, is ipſe, qui Leopoldi ſororem in matrimonio habebat, Salisburgenſi Monaſterio duo prædia ad Alſam rivum, prope Dornbergam donarat: ea cum juris incerti viderentur, Leopoldus ſibi vindicata, Salisburgenſis tamen Archiepiſcopi, ac Gurcenſis Antiſtitis arbitrio, non modo reſtituit; ſed montis etiam, ad quem ſita erant, dimidia adjecta parte auxit, Bavone Amarancio, ad aram S. Petri, ſolenni eorum temporum ritu, Leopoldi nomine donationem confirmante. (B)

Eorundem ſtatio in Satelbach, poſtea ad S. Crucem dicta.

Controverſiæ quædam cum Cœnobio S. Petri Salisburg.

Extant ea de re literæ, ab Adelberto, & Leopoldo filiis teſtibus approbatæ: Henrico fortaſſe, eorum fratre,

(A) Lit. Fundat. Monaſterii *S. Crucis* in Auſtria a S. Leopoldo datæ Anno 1136. „ Inde eſt, quod ego *Leopoldus*, *DEI gratia Marchio Auſtriæ*, „ in præſenti pagina exprimendum „ curavi, quemadmodum ipſo, a quo „ omne bonum eſt, inſpirante, atque „ *Ottone*, dilecto filio meo, qui ſe „ apud *Morimundum* ordini ſubjecit „ Ciſtercienſi, adhortante, fratres „ a præfato *Morimundenſi* Cœnobio „ evocavimus, & in loco, qui actenus „ *Satelbach* dicebatur, nunc vero „ ob victorioſiſſimum noſtræ ſalvationis ſignum *ad S. Crucem* vocatur, „ collocavimus. „ Extant apud Bernard. Pezium Cod. Diplom. Part. I. col. 318. Ortilo ad Annum 1134. „ *Liupoldus* Pius Marchio antea rogatus a filio *Ottone* in *Morimundo*, „ ut Ordinem Ciſtercienſem in Patria ſua inducere vellet, elegit locum *Sattelbach*. Ad quem *Otto* hoc „ anno ex *Morimundo* miſit *Gotſchalcum* Abbatem, & *Wilhalmum* Priorem cum XI. Monachis, quos Marchio aluit, & ſtatim Monaſterium „ conſtruere cœpit. „

(B) Literæ Monaſt. S. Petri Salisburgi. apud Bern. Pezium Cod. Diplom. Col. 312. „ Notum ſit &c. „ qualiter *Sigbardus* Comes de proprietate ſua ad *Alſam* ſita duas Huvas „ Nobili Viro tradidit, ad altare S. Petri ipſis Fratribus, qui ibi monaſtice viverent, perpetuo jure tenendum. - - Contigit autem poſt „ hæc, ut eadem poſſeſſio multis intervenientibus impedimentis, maxime propter remotionem loci, „ diſtracta & imminuta eſſet, donec „ hujus rei veritas, Divino & humano ventilata conſilio, amatoribus veritatis claruit, *Cuonrado* videlicet Ven. Salzburg. Eccleſiæ Archiepiſcopo, *Romano* Curcenſi Epiſcopo, & Marchioni *Liupoldo*, multisque aliis perſonis probabilibus. „ Ammonitus itaque prædictus Marchio Divino inſtinctu, & ſano conſilio Archiep. *Cuonradi*, aliorumque DEUM timentium, *ſicut miſericors, & totus DEO devotus*, non ſolum quæ diſtracta erant, - - verum etiam conſentiente Religioſa „ uxore ſua *Agnete*, & filiis ſuis de „ propria hæreditate ſua, montem „ ſcilicet, qui antiquæ poſſeſſioni „ B. Petri adhæreret, ab uno latere „ uſque ad aliud ex transverſo montis per medium cacumen - - per „ manum *Bavonis* de *Amarane* ad Altare ſæpe jam dictum (B. Petri Salisburgi) delegavit - - Hujus rei „ teſtes ſunt *Adelbertus*, & *Leopoldus* „ filii ejus. „

qui cum Adalberto Bambergenſi Conventui menſe Martio aderat, (A) nondum in Auſtriam reverſo. Major aliquanto cauſa fuit, quæ cum Reginmaro, Paſſavienſi Antiſtite, pio Principi interceſſit. Decimas nonnullas per utramque Auſtriam, non tam jure, quam conſuetudine, ſuas fecerat Leopoldus: eas cum Reginmarus ſemel, iterumque reſtitui ſibi poſtularet, ſuaſu, hortatuque Hartmanni Neuburgenſis Præpoſiti, accedente etiam filiorum Adelberti ac Leopoldi conſenſu, Paſſavienſi Eccleſiæ magna voluntate reſtituit. Reginmarus, ut Marchionis æquitati vicem redderet, Neuburgenſis Paroeciæ decimas ejus loci Canonicis conceſſit, quanquam viciſſim prædiorum aliquid ad Calmunciam, cum Droſſenſi vineto impetrarit. (B) A. C. 1135

& Reginmaro, Paſſavienſi Epiſcopo, compoſitæ.

Henrici filii Miniſteriales ſacris juribus infeſti.

Compoſitis his, alia reſtabat cauſa, quæ Henrico filio, ſui jam juris facto, cum Mellicenſibus intercedebat: is enim cum adminiſtris rerum ſuarum uteretur, navis quidem, ſed Religioſorum hominum juribus perquam infeſtis; factum eſt, ut Erchenfridus, Mellicenſium Præſul, ad Innocentium II. Pontificem Maximum, & horum, & Reginmari, Paſſavienſis Antiſtitis, injurias ſuo Cœnobio illatas deferret. His querelis irritatus Pontifex ad VII. Idus Februarias, ex Lateranenſi Palatio literas expedit, quibus prædia duo, quæ Reginmarus ſubtraxerat, & decimas, quarum in jura,

(A) Colligitur ex Lotharii Imp. Litteris Babenbergæ XVI. Kal. April. A. 1135. datis apud Hund. Metrop. Tom. II. pag. 319. ubi inter teſtes „ *Adalbertus* Marchio, *Hainricus* Marchio „ poſt *Diepoldum* Marchionem leguntur. Id quod *Friderici* Ducis Sueviæ, ibi cum *Lothario* Imp. reconciliati honoribus, cujus uterini fratres erant, datum videtur.

(B) Lit. Commutat. Decimarum: datæ *Griffinſteinæ* Anno 1135. Anno Regni Lotharii XI. apud Bern. Pezium Cod. Diplom. P. I. Col. 314. „ Chriſtianæ omnibus religionis amatoribus &c. notificamus, quod Venerabilis *Princeps Marchio Leopoldus*, „ iniquitatem de finibus ſuis volens „ expellere, invaſiones, & injurias „ mitigare, lites & rixas ſopire, & „ ante omnia Eccleſias DEI ſumma „ cautela & tutela munire, a Domino *Reginmaro*, ſanctæ Patavienſis „ Eccleſiæ Epiſcopo, ſæpe paterne „ admonitus, devote inſtructus, humiliter rogatus, decimas parochiarum *Niwenburch*, *Holarprunnen*, „ *Gars*, *Polan*, *Echindorff*, *Ruſpach*, „ *Miſtilpach*, *Valchinſteine*, *Liche*, *Mubliche*, *Wiederzelt*, *Major Pulca*, *Adalethe*, quas tam ipſe, quam generoſi Anteceſſores ſui ſæculari conſuetudine, non Canonico jure poſſederant, præſentibus filiis ſuis *Adelberto*, & *Luipaldo*: devoto conſenſu conſentientibus, & concordi „ voce factum patris eorum approbantibus, in manu præfati Epiſcopi - - præfatæ Eccleſiæ remiſit. „ - - Præfatus vero Pontifex - - „ precibus - & admonitionibus Præpoſiti *Hartmanni* Viri Religioſi, „ cujus ſane exhortatione, & doctrina, & conſilio fideli, *Marchio* „ decimas ſanctæ Eccleſiæ remiſit, - „ rogatus & admonitus - - decimationem Parochiæ *Niwenburch* „ Cœnobio S. MARIÆ - - per manum Domini *Adalberti* Advocati, „ potenti manu delegavit. Præpoſitus vero - - quatuor virorum „ beneficia, *Chalmunche* ſita, & vineam ad *Droſche* ſitam, pro Decimatione ſuperius memorata, per „ manum Marchionis & Advocati, „ in manu Epiſcopi delegavit. „

A. C. jura, Henrici in regendis Comitatus ſui finibus adminiſtri involarant, reſtitui quantocyus jubet: Udalricum vero Berenckirchium, qui Ædem ſacram, obnitente nequidquam Mellicenſi Præſule, ſacris ceremoniis inaugurari voluit, in jus vocat, & ad ſatisfaciendum compellit. (A) Ea res, quanquam haud ſcio, an Henrici voluntate acta, Leopoldi tamen animum, ſacris DEO hominibus mire addictum, haud leviter ſauciarit.

Nondum eæ literæ a Pontifice ſignatæ erant, cum Leopoldus, qui pietati ſuæ ſatisfacere nunquam poterat,
1136 literas & ipſe ad IV. Non. Februarias conſignat, quibus Cœnobio, cui Cella S. Mariæ nomen eſt, ab Henrico & Radbodo, Haidenrici, viri potentis, ac opulenti filiis dotato, Oratorium adjicit, ſibique ac poſteris *Advocati* nomen, dignitatemque aſſerit. Dudum pios hos fratres deſiderium inceſſerat, opes ſuas, facultatesque Matris DEI honoribus conſecrandi, jamque aviti juris oppidum, Schwarzenburgum cum Templo Heidrichsdorffenſi, & multis prædiis, fundisque, quos ad Pulckam, Dürrenbachium, Albrechtsdorffium, Puigenam, Cambum, Pottenbrunnam, Perendorffium, & Willerndorffium habebant, liberaliter obtulerant: (B) ſed cum de Oratorio,

Templum ad Cellas Marianas in Auſtria a Sancto Leopoldo conditur.

(A) Lit. Innocent. II. PP. datæ Monaſt. Mellicenſ. Laterani VII. Idus Februar. apud Philib. Huberum in Auſtr. ex Archiv. Mell. illuſtrata. L. 1. C. 1. „ Litteras & Nuncium „ veſtrum debita benignitate ſuſcepimus, & juxta petitionem veſtram fratri noſtro, Patavienſi Epiſcopo, præcipiendo mandavimus, „ ut villas duas cum ſuis decimationibus, quas vobis abſtulerat, reddat, & decimationes, quas *Otto de Mazaut*, & *Artuicbus*, miniſteriales *Henrici* Marchionis, ſimiliter vobis auferunt, reſtitui faciat. Præterea quoniam nobis ſignificaſtis, „ Eccleſiam, quam *Vdalricus de Berncbirch* vobis aufert, vobis interdicentibus, & Apoſtolicam Sedem „ appellantibus, conſecrare præſumpſit, proxima Beati Lucæ feſtivitate ipſum ad veſtram præſentiam „ evocavimus, de tanto contemptu reſpondere, & ſatisfacere paratum. „

(B) Diploma Fundationis Monaſterii Cellæ B. MARIÆ Virginis in Auſtria Ordin. S. Benedicti datum a S. Leopoldo Marchione, IV. Non. Februar. A. 1136. in Nova Civitate apud Bern. Pezium Cod. Diplom. P. 1. Num. XCVII. Col. 321. „ Noverint univerſi &c. quod ſcilicet *Heinricus* & *Rapoto* ejus germanus, filii cujusdam ingenui viri, „ nomine *Haderici*, urbem propriam „ ſuam, a parentibus ſibi traditam, „ *Svarzenburcb* vocatam, quæ pridem antiquitus, nomine alio *Nezta* vocatur, cum omnibus reditibus &c. libera poteſtate tradiderunt DEO, & Beatæ MARIÆ - - „ in Cœnobio, quod dicitur *Cella „ ſanctæ MARIÆ* poſt obitum ipſorum, vel ſi ipſi prius mutarent ſeculum, jure perenni cederent in „ uſus Fratrum ibidem DEO, & Sanctis ejus ſervientium. - - Videlicet duæ villæ apud *Pulcbauen*, *Durrenbach*, & *Adelprebtesdorf*, & ea, „ quæ apud *Puigen* eorum juris ſunt. „ Item apud *Chambe*, quæ Heinrici „ fuerunt cum Eccleſia *Heidericbſtorf*. „ Item, quæ apud *Potenbrunnen* poſſident. Item quæ apud *Willindorf* „ VII. manſus. Item quidquid pro-

„ prie-

eo loci exædificando deliberatio eſſet longior, prævertit A.C. pias molitiones Leopoldus, ſuoque ex ærario operis ſtructuram abſolvit. Ejus rei literæ cum Neuburgi, cujus ille novæ civitatis, ut iſtis in literis appellatur, parens ac conditor credi poteſt, præſente Conrado Salisburgenſi Archiepiſcopo, Reginmaro deinde Paſſavienſi, ac Romano Gurzenſi Antiſtitibus, conjuge demum, liberisque, ac magna optimatum frequentia ſcriptæ eſſent, ac ſubſcriptæ; traditio tamen, ut mos ejus temporis ferebat, iterum ac tertio facta Tulnenſi in urbe eſt, & ad S. Hippolyti promulgata, omniumque conſenſu Nobilium confirmata. (A)

Cœnobium S. Crucis conditur, & dotatur.

His beneficiis in D. Benedicti familiam collatis, ad Ciſtercienſem, quam ad ſanctæ Crucis prope Sattelbach ſuis ſumptibus alebat, munificentiam ſuam Leopoldus vertit. Termini dotati liberaliter Cœnobii, & ejus ordinis tota Auſtria antiquiſſimi, magna cura deſcripti, & rivis fere, montibusque clauſi: (B) adjectum a Reginmaro Paſſavienſi decimarum jus ex iis fundis, quos eo locorum Monaſterium ex-

„ prietatis apud *Perendorf* habent. „ Refert easdem Literas *S. Leopoldi* Marchionis Chronicon Clauſtro-Neoburgenſe ad A. 1136. Ortilo ad A. 1136. „ Cellam quoque Sanctæ MARIÆ „ pro Benedictinis extruxit. „

(A) Literæ Fundat. Cœnob. Cellæ S. MARIÆ. „ Cum autem iidem „ fratres de Oratorii conſtructione, „ jam dudum mente habita tractarent, ego *Leupoldus Marchio*, Divinæ mercedis intuitu, conſilio cum „ meis habito, hæſitantes præveni, „ idemque Oratorium in meo jure „ fundavi, eo pacto, ut ego quoad „ viverem, loci ipſius, & omnium, „ quæ ad eum pertinent, Advocatus „ exiſterem, ſine omni rerum exactione, & perſonarum gravamine: poſt me vero ſiquis de Filiis, „ ac Nepotibus meis inpoſterum „ *Principatum* obtineret. Hæc traditionis actio celebrata eſt in præſentia noſtra in *Nova Civitate* in Purificatione ſanctæ MARIÆ ſupra „ allatas prædicti loci Reliquias „ MCXXXVI. Dominicæ Incarnationis anno. XIV. Indict. IV. Non. „ Februarii præſente Domino Chunrado Salzburgenſi Archiepiſcopo, „ una cum Domino Romano, Suffraganeo ſuo & Coepiſcopo, & Domino Reginmaro Patavienſi Epiſcopo, & Domina *Agnete* Marchioniſſa, & tribus filiis ſuis, *Leopoldo*, „ *Adelberto*, *Erneſto*, magno optimatum circumſtante frequentia. - - „ Hæc eadem traditio nihilominus „ ſecundo & tertio apud *Tulnum* oppidum, & item apud *S. Ypolitum* „ promulgatur, & confirmatur, conſenſu omnium Nobilium. Cujus „ rei ſunt teſtes totius Provinciæ „ Principes. - - Anno ab Incarnatione Domini MCXXXVI. Indict. „ XIV. IV. Nonas Febr. „

(B) Lit. Fundat. Monaſt. *S. Crucis* Ord. Ciſterc. datæ a *S. Leopoldo* Marchione Auſtriæ An. MCXXXVI. Indict. XIV. anno Regni Domini Lotharii VIII. Imperii vero III. apud Bernard. Pezium Cod. Diplom. P. I. Num. XCV. „ Acta Principum &c. „ Inde eſt, quod ego *Luipoldus DEI* „ *gratia Marchio Auſtriæ* in præſenti pagina exprimendum curavi, quemadmodum ipſo, a quo omne bonum „ eſt, inſpirante, atque *Ottone* dilecto filio meo, qui ſe apud Morimundum ordini ſubjecit Ciſtercienſi, adhortante, fratres a præfato *Morimundenſi* Cœnobio evocavimus, & in loco, qui actenus *Satelbach* dicebatur, nunc vero „ ob victorioſiſſimum noſtræ ſalvationis ſignum *ad ſanctam Crucem* „ vocatur, collocavimus. Quorum „ congaudens religioni, & provi-

„ dens

A. C. excoleret, cujus in vicem beneficii fundorum ille aliquid ex Alethenſi & Murlingenſi agro a Leopoldo Marchione impetravit. (A)

Nihil jam deerat, quam ut magno tandem operi, quod Neuburgi inchoarat, ſuprema manus imponeretur. Datum hoc florentiſſimo Canonicorum huic Collegio, ut mortalium illi operum pene ſupremum eſſent literæ, quibus & factas a ſe in ſanctum hunc finem largitiones, & ſacrum D. Auguſtini eo in loco inſtitutum, III. Calendas Octobris Anni MCXXXVI. ſtabilivit. (B) His enim pro DEI, ejusque ſanctiſſimæ Matris gloria, pie munifi-

Clauſtro Neoburgum abſolvitur.

„ dens indigentiæ, manu poteſtativa, hoc idem annuente, & petente „ comparticipe thori noſtri *Agnete*, „ & filiis noſtris, *Alberto*, *Heinrico*, „ *Liupoldo*, *Ernesto*, tradidi DEO, & „ B. MARIÆ ſemper Virgini, & Fratribus, in jam dicto loco congregatis, ſeu congregandis terram circumjacentem, noſtroque juri pertinentem - - - cum terminis, „ quos ei circumlimitavimus, - - - „ ſunt autem hii: ab eo loco, ubi „ confluunt *Satelbach*, & *Swechant*, „ uſque *Murlingen*. Abinde ſicut dirigitur via, quæ dicitur via *molendini*, uſque ad *Priventan*, & per „ eandem viam, quæ girat *Priventan*, „ uſque ad locum, qui dicitur *Huſrueb*. Et abinde iterum per prædictam viam uſque in *Satelbach*. Et „ abhinc per directum uſque ad verticem, qui vulgo dicitur *Hochbeche*: „ & ab hinc trans rivulum, qui vocatur *Dormbach*, contra medietatem „ montis, qui dicitur *Keizeruche*. Et „ ab hinc per viam, quæ vadit ad ſilvam attinentem, ad villam, quæ „ dicitur *Sichendorf*. Ab hinc ad locum, ubi oritur rivulus, qui appellatur *Marchpach*: Ab hinc per „ viam ducentem & jungentem ſe „ vie, quæ ducit ad *Draſchirch*: Et „ ab hinc uſque ad fontem, qui oritur in loco, qui vocatur *Muochorsdorf*: Et ab hinc ad montem, cui „ vocabulum *Ebenberch*. Ab hinc per „ viam deſcendentem in *Satelbach*, „ & per deſcenſum ejusdem fluvioli „ ad locum, ubi conjungitur fluvio, „ qui appellatur *Swechant*. „ Ortilo ad An. 1136. „ Loco *Sattelbach*, qui „ erat in opere, fundationem largam aſſignavit. „

(A) Lit. Reginmari Paſſavienſis Epiſc. dat. An. 1136. Ind. XIV. apud eundem. Num. XCVI. „ Quia „ charitatis compaſſio &c. notifico „ qualiter - - - omnem decimationem culture, - - inſuper omnium „ novalium - - transmutatione facta, ſcilicet datis duobus manſis „ in concambio a prædicto Marchione in duobus pagis ſitis *Aleth*, & „ *Murlingen*, & a me cum omni devotione acceptis, - - potenti manu delegarim Cœnobio *S. Crucis*. „

(B) Literæ Fundat. *Clauſtro - Neoburg.* datæ a *S. Leopoldo* Marchione III. Kal. Octobr. Anni MCXXXVI. Ind. XV. apud Bern. Pezium Cod. Diplom. P. 1. Num. XCIV. & Arenpeck. in Chron. Auſtriaco. „ In „ nomine ſumme & Individue Trinitatis, *Leupoldus Nobilis Marchio* „ *Orientalis*, Fundator Eccleſiæ *Neuburgenſis*. Quoniam negotiis ſeculariibus impediti DEO per nos ad „ ſumma placere nequimus: eos, „ quos ipſi placitos, & maxime mundialibus ſtudiis exemptos probamus, diligere, congregare, confovere, ac modis omnibus eorum „ quieti providere debemus operam „ dare: hoc enim modo fit, ut & „ præſentis nobis vite incolumitas, „ temporum tranquillitas, pacis, ac „ omnimode ſalutis proſperitas arrideat nobis, & quæ ipſis in futuro „ ſunt in cœlis repoſita, non uſque „ quaque privabimur bonis. Igitur „ ego *Liupoldus* Marchio Orientalis, „ cum nobiliſſima conjuge *Agnete* „ cum unanimi omnium filiorum, „ & filiarum mearum conſenſione, „ omni quorumque mortalium ſo- „ pita contradictione, *Sigefridum*, &

„ *Prum-*

ceque actis, tanquam jam nihil agendum supereſſet inter mortales religioſiſſimo Principi, XVII. Cal. Decembres, ad immortales in cœlum abiit, clarum Germaniæ ſidus, Principum forma, Auſtriæ decus ſempiternum. (A) Hic ille eſt Leopoldus, Peculiaris D. Petri filius, ut eum Romanus Pontifex; (B) Sacerdotalis ordinis Patronus, egentium pater, vir Chriſtianiſſimus, ut Otto, Magnus ejusdem filius; (C) Pius, Largus, Benignus, (D) ut eum vox publica appellavit; & majoribus adhuc titulis digniſſimus, quem DEUS multis a morte prodigiis glorioſum; (E) Inno-

A. C.

S. Leopoldi mors.

Ingens de ejus virtute opinio.

„ *Prunricum*, qui tunc præſentes e-
„ rant, cum omni familia & poſſeſ-
„ ſionibus, quas vel ipſe, vel alii fi-
„ deles tradiderant, cum Davidica
„ devotione, in ſimplicitate cordis
„ mei letus univerſa DEO, & Eccle-
„ ſiæ *Niwenburgenſi* (quam ipſe in ho-
„ norem ſanctæ DEI Genitricis, ſem-
„ perque Virginis MARIÆ fundavi,)
„ obtuli, ut fratribus ſub regula *S.*
„ *Auguſtini* Chriſto ſervientibus in
„ perpetuum deſerviant. In qua
„ tradicione ſemel, bis, terque om-
„ nibus libera data facultas eſt re-
„ quirendi, ſiquid ſui quisque juris
„ recognoſceret, in omnibus his, quæ
„ oblata ſunt: ſed nec vir, nec mu-
„ lier, qui quid contradiceret, in-
„ veniri potuerunt. - - - Huic rei
„ teſtificantur Comites, & quique
„ nobiliores *Orientalis Regionis: Ottaka-*
„ *rus Marchio Stirienſis*, *Dietericus* de
„ *Grifanſtaine*, *Chunradus* de *Pilſteine*,
„ *Gebehardus* de *Piugen*, cum fratre
„ *Adalberto* & filio *Herimanno*, *Liu-*
„ *toldus* de *Plegen*, & filius ejus *Lui-*
„ *toldus*, *Eghebertus* de *Putenen*, *Sige-*
„ *hardus*, & *Gebehardus* de *Purchuſin*
„ *Comites*, *Adelramus* cum fratre *Adal-*
„ *berto* de *Pergen*, *Otto* de *Legenpach* &c.
„ - - Hanc Cartam proprio placuit
„ inſigniri ſigillo, anno ab Incarna-
„ tione Domini noſtri JESU Chriſti
„ MCXXXVI. Indict. XV. III. Kal.
„ Octobres in Chriſto feliciter acta
„ ſunt. „ Ortilo ad Annum 1136.
„ Pius Marchio *Luipoldus* Eccleſiam
„ ſuam in *Nůwenburch* abſolutam con-
„ ſecrari fecit, & ibi Canonicos Re-
„ gulares inſtituit. „

(A) Chron. Clauſtro-Neoburg. Salisburg. Zwetlenſe, Admontenſe, Auſtrale, Chronic. Auſtriac. incerti Authoris, Chron. Mellic. An. 1136. „ Inluſtris, Pius, & Nobilis Marchio „ *Liupaldus XVII.* Kal. Decemb. de „ hac vita migravit. „

(B) Bulla Canonizat. S. Leopoldi. „ Pontifices tanta veneratione proſecutus fuit, ut ab Innocentio Secundo, Romanorum Pontifice, „ Prædeceſſore noſtro, *peculiaris ſancti Petri filius* appellaretur. „

(C) Otto Friſingenſ. lib. 7. c. 21. „ *Leupaldus* Orientalis Marchio, *vir Chriſtianiſſimus*, ac *Clericorum*, & „ *Pauperum Pater*. „ Lit. Cœnob. S. Petri Salisb. ſupra relatæ: „ Miſericors, totus DEO devotus. „

(D) Chron. Mellic. & Auſtriac. incerti Authoris An. 1136. „ Illuſtris, *Pius*, & nobilis Marchio *Liupaldus*. „ Multa in hanc rem de „ cognomento *Pii* S. Leopoldo attributo affert Summarium Canonizat. „ ejus fundam. IV. Ennenkelius „ im Fürſtenbuch. „

„ Wan er der *guet Leupold* hiez,
„ Den ſelben Namen er niman liez. „

Chronic. Admontenſe Anno 1136. „ *Luipoldus* Marchio *Largus* obiit. „ Tabulæ Clauſtro-Neoburg. „ *Leupold* „ der *Milt*, Herr *Leupolds* des Schönen Marggraffen in Oeſterreich, „ erſt geborner Sun. „ Ex his *Pii* cognomentum conſtanter illi adhæſit, ut author eſt Haſelbachius, Bernard. Noricus, & Arenpeck. in Chr. Auſtriac. Cuſpinianus in ſua Auſtria, donec Pontificio Oraculo *ſanctus* appellaretur. Ortilo ad Annum 1136. „ Poſt hæc vero præclara opera, & „ merita, fine ſancto quievit, hoc „ eodem anno XVII. Kal. Decemb. „ & in *Nůwenburch* ſepultus eſt. „ DEUS fidelem ſervum ſuum ſtatim fecit *prodigiis clarum*. „

(E) Lewpold. de Newb. „ *Lewpoldus Pius*, Marchio - ſancte obiit „ An. MCXXXVI. XVII. Kal. Dec. „ in curia ſua. „

A. C. nocentius vero VIII. Pontifex Maximus, Sanctorum honoribus æquatum voluit magnis iis Principibus, quos ob ingentium virtutum merita, aris templisque colimus, & tanquam publicos ſalutis Præſtites invocamus. (A)

Quibus gradibus ad eam ſanctitatem pius Princeps aſcenderit, conjicere pronum eſt. Patre natus antiquæ probitatis viro, & multis pro DEI cauſa calamitatibus exercito; Matre pietate inſigni, & exitu meliore digna: educatus iis ſtudiis, quæ ornare Principem poſſent, mores corrumpere non poſſent. (B) Exempla in oculis erant domeſtica, & cum illuſtri gente nata, Leopoldus uterque, Henricus, Adalbertus, Erneſtus, non bello magis, quam pietate inſignes: neque parum incitamenti ad eximiam virtutem, Altmanni, & Hartmanni, quos ſanctiſſimos habuit id tempus Præſules, conſpecta ſanctitas contuliſſe videtur: quorum alteri & frequens erat in paterno caſtro hoſpitium, & amicitia cum Leopoldo parente, multis, & arctiſſimis neceſſitudinibus implicata; huic vero tam familiaris, ac domeſticus pene cum ſancto hoc Marchione uſus, ut ex ejus conſilio ſua ille omnia conſilia metiretur. (C)

Ortus S. Leopoldi.

Educatio.

Pueritia in parentum oculis caſtiſſime exacta, adoleſcentiam cognitione artium, divinique cultus, relictis ætatis ludicris, diligenter perpolivit: canum, equorumque moderatum erat ſtudium: nec dubitem, quam per omnem deinceps ætatem coluit, impenſam in miſeros, egentesque beneficentiam, jam iis ex incunabilis extitiſſe. (D)

Pa-

(A) Bulla Canonization. *S. Leopoldi* Marchionis Auſtriæ edita ab Innocentio VIII. PP. Romæ apud S. Petrum, An. Incar. Dom. MCCCCLXXXIV. VIII. Id. Jan. apud Hieron. Pez. T. I. Col. 673. „ Ad laudem igitur æterni „ DEI, & individuæ Trinitatis &c. „ - - de venerabilium fratrum noſtrorum conſilio, ſtatuimus, diffinimus & pronunciamus *Sanctum* „ *Leopoldum Auſtriæ Marchionem*, Sanctorum Catalogo adſcribendum, „ & publica veneratione pro *Sancto* „ obſervandum, ſicut & nos illum „ impræſentiarum, manifeſta voce „ *Sanctorum* Catalogo annectimus, ac „ minorum confeſſorum numero adjungimus, publice *Sanctum* diffinimus, profitemur, & veneramur. „

(B) Summarium Canonizat. S. Leopoldi Fundam. V. apud Hier. Pezium Tom. I. „ Illi pater extitit *Leopoldus II.* in quo ſingulari atque excellentiſſima corporis majeſtate, „ dignitas animi nulla ex parte inferior viſa eſt. Mater vero *Itha* nomine - - - mulier utique & religione & devotione plena: quæ „ - - - *Guelfone* Noricorum Duce, „ & aliis compluribus Baronibus pro „ tutela Chriſtianæ Religionis Jeroſolymam petitura, dum Græciæ „ fines permeat, *Alexii* Conſtantinopolitani fraude intercepta, cum „ omni comitatu periit. „

(C) Conſtare hæc ex ſupra narratis poſſunt in rebus geſtis horum Marchionum & Antiſtitum.

(D) Summarium Canonizat. ibid. „ Etſi pueriles annos ageret, meritis „ tamen ſenectutem ſemper gerere „ viſus eſt. Primisque litteris ex „ more imbutus, adoleſcens factus „ ſuæ pietatis, ac ſanctimoniæ ſem-

„ per

Marchionatus primordia. Patre humanis exempto, provinciam adiit plenam diſcriminis ob dominantem late Henrici IV. terrorem; uſus tamen ea ſeu prudentia, ſeu felicitate eſt Leopoldus, ut nec amicum nimis Cæſarem, nec hoſtem nimis infeſtum perſentiſceret. (A) Declinato ad extremum eo tot principum naufragiis infami ſcopulo; prætervectus etiam cum inſigni moderationis laude, quod ætatis eſt flagrantiſſimum, caſto ſibi connubii fœdere, Agnetem conjugem ſociavit, Henrici Quarti ſobolem, Quinti Sororem; ſed Patri tam diſſimilem, quam germana morum innocentia Marito parem. (B) A. C.

Illuſtre Connubium.

Conjugii fructus. Conjugii fructus is extitit, qui magnæ parti Germaniæ ſaluti fuit: nati ex fœcunda parente liberi undeviginti, quorum ſex virilis ſtirpis, quinque ſequioris, ad ætatem provectiorem, & dignos ſuo genere honores pervenere; reliqui in infantia extincti eo præceſſerunt, quo deſideriis votisque Parentes optimi aſpirabant. (C) Par fœcunditati cura fuit in inſtituendis ad omnem honeſtatem, pietatemque liberis: ut id unum ſpectaſſe videantur Parentes nobiliſſimi, quo vivi, mortuique utrique Reipublicæ prodeſſent: nec facile ex uno conjugio tot Eccleſiæ, tot Imperio parta decora, quot ex horum diſciplina

Liberorum ſancta educatio.

„ per publicum perhibuit teſtimo-
„ nium, carens vitiis, quibus illa
„ ætas maculari conſuevit. Verbum
„ malum de ore ejus nunquam audi-
„ tum eſt; mentiri atque jurare lin-
„ gua ejus prorſus ignoravit; ani-
„ mum adverſus vitia erectum nun-
„ quam ſuperbia extulit, avaritia in-
„ flexit, aut ira in furorem præcipi-
„ tavit: ſed in omni ejus opere &
„ ſermone quieta mens & placida
„ ſervata eſt, ita ut ſemper cogita-
„ tionibus ſuis DEI præſentia occur-
„ riſſe videatur. Erga pauperes mi-
„ ſericors - - peregrinis adjutoria
„ adminiſtrans, miſerabilibusque vi-
„ duis ac pupillis ſæpe aſſiſtens, nun-
„ quam requiſitus in adjutorium op-
„ preſſorum ſe retrahens, ita ut om-
„ nis populus illius bonitatem, vitæ
„ ſanctimoniam, moresque caſtiſſi-
„ mos admiraretur. „

(A) Bulla Canonizat. S. Leopoldi. „ Quadraginta annis Principatum Auſtriæ regens, & quod majus eſt, „ illis præcipue temporibus, quibus „ propter *Henrici* Patris & filii mu-
„ tuas concertationes - - - in Ger-
„ mania bellis, incendiis, & agro-
„ rum vaſtationibus tumultuatum
„ eſt, ſumma cum juſtitia, humili-
„ tate, & tranquilitate cuncta ad-
„ miniſtravit, & aliis cæde, & ſan-
„ guine madentibus, creditam ſibi
„ Auſtriæ Provinciam in diuturna
„ pace continuit. „

(B) Summarium Canoniz. S. Leopoldi Fundam. V. „ Virilibus de-
„ hinc annis ſubſecutis, - ad matri-
„ monii ſacramentum - - convola-
„ vit, *Agnetemque* mulierem caſtiſſi-
„ mam, & nobiliſſimam *Henrici IV.*
„ Romanorum Imperatoris, filiam
„ prænominatam, Divino nutu, ſibi
„ ſacro matrimonio copulavit. „

(C) Summar. Canonizat. S. Leopoldi Fundam. V. „ Duos de vi-
„ ginti liberos ſibi legitimos (*Agnes*
„ conjux) edidit. E quibus ad ma-
„ turam ætatem viri ſex, quinque ve-
„ ro fœminæ ſupervixerunt. „ Conſentit author Narrat. Genealog. apud Hieronymum Pezium T. 1. Col. 574. Sed Rikardus Newb. XIX. numerat.

(A) Th.

A. C. plina conjugum prodiere. Sed hæc alio deinceps loco oſtendemus. (A)

In regenda Provincia mira felicitas.

Leopoldum tamen non minor Patriæ, quam liberorum cura ſolicitum habebat. Cruda adhuc erant Auſtriacorum ingenia, & vel nuperis ſub Leopoldo patre cladibus, vel Regni, Sacerdotiique diſſidiis exaſperata: ſed ea ille manſuetudine, modeſtia, æquitate ac clementia ita flexit, ac mitigavit, ut obſequentiores nemo liberos, quam cives ille, nobiles, agreſtesque haberet. Patrem ſe credi maluit, quam Principem; ſed cum unum id ageret, utrumque impetravit. Amabant eum cives ſui, quod ſe in pretio, & charitate filiorum ab eo haberi non neſcirent: conſueta provincialibus onera eo ſubibant libentius, quo certius conſtabat, ea non ad luxum, & oſtentationem; ſed in neceſſitates Provinciæ, in publica religioſaque opera, in egentium ſubſidia expendi. (B)

Belli, pacisque ſtudia.

Quid pax, quid tranquillitas haberet boni, ſub hoc Principe experiendo didicere. Arma cum foris obſtreperent, in Auſtria fere quieſcebant. (C) Neque tamen imbellis illi ætas omnis fluxit: fuit cum illatas ab Hungaris injurias, ferro, armisque repelleret: (D) cum res Gurcenſis, ac Salisburgenſis Eccleſiæ ad Friſacum in Carinthia vindicaret. (E) Sed cum ad bella eſſet impiger, in pacem tamen pronior videbatur: id ad Reginum amnem,

(A) Thom. de Haſelbach. in Chron. Auſtr. Col. 705. Sex filios & quinque filias a DEO pro dote meruit obtinere, quod de aliquo Chriſtiano Principe uſque ad hæc tempora me legiſſe, uno dempto, vix memini. „ De ſingulis infra agetur. Ennenckel. im Furſtenbuch.

„ Und pracht ſi alle zu eren:
„ Er begunde ſi Tugend leren. „

(B) Bulla Canonizat. S. Leopoldi. „ Inter alia autem ſaluberrima ſanctitatis exempla, Divina miſericordia „ ſydus quoddam mundo fulgere „ dedit, beatum *Leopoldum*, Auſtriæ „ Principem, *Pium* Marchionem cognomento appellatum, innocentiæ, „ ſapientiæ, & juſtitiæ veſtimentis „ - - decorum; bonitate, manſuetudine, atque clementia conſpicuum, „ ſimplicitate, continentia, ac munificentia præclarum, cujus integritas, vitæ ſanctimonia, humilitas, pietas, fides adeo apud Chriſti „ fideles invaluerunt, ut una omnium „ Germanorum voce pro *ſancto* hactenus celebratus fuerit. „ Summar. Canonizat. addit Fundam. V. „ Qui ſicut cum cunctorum hominum, in partibus illis converſantium, gratia, & benevolentia admirabili ſemper vixerat; ita moriens cunctos mœſtos non mediocriter dereliquit. „ Huc pertinent, quæ ſuperiore pagina allata ſunt.

(C) Bulla Canonizat. S. Leopoldi. „ Quadraginta annis Principatum „ Auſtriæ regens, & quod majus eſt, „ illis præcipue temporibus, quibus „ - - in Germania bellis, incendiis, „ & agrorum vaſtationibus tumultuatum eſt, ſumma cum juſtitia, „ humilitate, & tranquillitate cuncta adminiſtravit, & aliis cæde & „ ſanguine madentibus, creditam ſibi „ Auſtriæ provinciam in diutina pace continuit. „

(D) De hoc ſupra dictum eſt.

(E) Vide ſupra dicta.

nem, quo tempore Henricus Pater, ac filius caſtris utrinque in adverſa ripa poſitis, hoſtiliter diſſidebant; (A) id ad Iſaram flumen apparebat, cum Henricus Wolfratshuſius, Ratisbonæ Epiſcopus, bello cum Henrico, Duce Bavariæ, colliſus, Leopoldum Marchionem in auxilium vocaſſet: utrobique enim, cum jam in acie ſtarent copiæ, illata tantum parcendi humano ſanguini mentione, ab armis diſceſſit. (B) A.C.

Juſtitia, & Clementia.

Domi, ut a triſtibus imperiis abhorrebat, ita quæ jus, æquitasque poſtularent, præſidia, nec cunctanter nec molliter expediebat: ubi culpa aberat, non clementem modo, ſed faventem judicem agebat. Sed quo parcior in pœnas, hoc liberalior erat in præmia; ut non ſibi, quas a DEO acceperat, opes, ſed aliis habere videretur. (C) Virtuti, ſi uſquam in orbe locus, aut pretium, apud Leopoldum erat: nulli adeo ut ſumptui parceret, quo viros, aut rebus gerendis idoneos, aut ſanctimonia ſpectatos in patriam evocaret. (D)

Pia munificentia.

Quantum ſacris DD. Auguſtini, Benedicti, ac Bernardi familiis tribuerit, ſupra oſtenſum eſt: capi vix ut poſſit, unde tanta opum affluentia Provinciæ non maximæ Domino ſuppeteret, quas in religioſas, aut egentes familias anniverſaria prope liberalitate diſpenſaret. Pauperum quanta illi cura eſſet, ex Ottone filio, ac Scriptore modeſtiſſimo diſcimus, qui ut in ceteras ejus laudes parcus, miſerorum tamen & egentium Patrem (voce una complexus omnia, quæ charitas, benignitas, ac miſericordia conferre in pauperes poteſt) prædicare non veretur. (E) Id non ſua magis, quam omnium, qui Leopoldum noſſent, ſententia ſcriptum, authores habeo Annales

(A) Supra jam relata ſunt.

(B) Conrad. Urſperg. Chron. p. 277. ut ſupra.

(C) Bulla Canonizat. S. Leopoldi. „ Hic vir DEI - - principatus regimine impeditus, ſedulo tamen pietatis & miſericordiæ munera ſubibat, laſſos roborans, vacillantes confirmans, oppreſſos ſublevans, inopes fovens, inter curas domus - - inter multiplices Principatus ſolicitudines, inter ſtudia tot laborum, immaculatum ſeſe ab hoc ſæculo cuſtodivit, & temporalia tractando æterna diſpoſuit. „

(D) De Comitibus, qui ſorores *S. Leopoldi* in matrimonio habebant, ſupra dictum eſt: uti & de *Hartmanno*, Clauſtro-Neoburgenſium Præpoſito: de Ciſtercienſibus ex Morimundenſi Cœnobio in Auſtriam deductis.

(E) Otto Friſingenſ. l. 7. c. 21. „ *Leopaldus* Orientalis Marchio, Vir *Chriſtianiſſimus*, ac Clericorum, & *Pauperum Pater*. „

(A) Sum-

A.C. les noſtros, & quotquot res ſancti hujus Principis Scriptores attigere. (A)

Animi modeſtia.

Animi modeſtia, & rerum humanarum deſpicientia, rarum in Principe decus, latuiſſet forſan, niſi caſus Leopoldo ipſi improviſus, eam quoque virtutem in conſcientiam orbis terrarum extuliſſet. Moguntinis in Comitiis inter quatuor Imperii candidatos fuiſſe Leopoldum, ſupra memini, (B) Regiique faſtigii majeſtatem precibus ac lachrimis a ſe amolitum: ſed nihil in tam illuſtri facto admirabilius, ac quod eam dignitatem deprecari verbo non contentus, gravis etiam ſacramenti religione obſtringere ſe paratus eſſet, obedire ſe malle, cuicunque Imperium juſtis ſuffragiis contigiſſet, quam in ſumma poteſtate ceteris præeſſe. (C)

Ornamenta virtutum cetera.

Magnum enimvero aliquid in Leopoldo vidiſſe Electores neceſſe eſt, qui Marchionem provinciæ non maximæ, qualis tum erat Auſtria, Anaſo, Leytha, Marchaque fluviis definita, potentiſſimis ejus ætatis Ducibus non æquare modo, ſed anteferre viderentur: & niſi me fallunt omnia, non privati tantum hominis virtutes, ſed magni etiam Principis dotes luculentas in eo deprehendiſſe, juſtitiæ cultum integerrimum, ſummam in rebus prudentiam, induſtriam, felicitatem; Religionis adhæc ingens ſtudium, firmam cum Eccleſiæ Principibus conſenſionem, pacis communis, ac boni publici amorem non vulgarem; partam denique ad ſummos æque, infimosque eximiam quandam a nobilitate generis, affinitatum claritudine, uſu rerum, ac conſiliorum præſtantia authoritatem: his enim rebus tum maxime opus erat Germaniæ, Henricorum violentis conſiliis,

(A) Summarium Canonizat. S. Leopoldi Fundam. V. „ Erga pauperes „ miſericors - - peregrinis adjutoria „ adminiſtrans, miſerabilibus viduis, „ ac pupillis ſæpe aſſiſtens. „ Haſelbach. in Chron. „ Pius *Leopoldus* „ Marchio migravit a ſæculo, & - - „ vivit in Chriſto, ex quo miſericordes miſericordiam conſequi, teſtatur Dominus. „ Arenpeckius in Chronic. Auſtriæ. Tab. Clauſtro-Neoburgenſ.

(B) Author. Narrat. de Electione Lotharii Ducis in Imperatorem apud Hier. Pezium. Tom. 1. col. 570. „ Reliqui duo (*Lotharius* & *Leopoldus*) oblatum ſibi regii nomen Imperii profuſis lacrimis, genibusque „ terræ defixis, humiliter renuebant. „ Hoc itaque magnum decus memorabile, nec prius auditum jam noſtro tempore Dominus ſuæ conceſſit Eccleſiæ. „

(C) Auth. anonym. de Elect. Lotharii Imper. „ Dux *Lotharius*, ſicut & pridie, ne ipſe ullatenus „ eligeretur, humiliter expetiit, & „ eligendo cuicunque ſe ut Domino „ & Imperatori Romano obedire „ promiſit. Idem de ſe Marchio *Luipoldus* publice profeſſus, & Regni „ ambitionem, & futuri Regis æmulationem ſacramento a ſe removere volebat. „

(A) Aren-

armisque per ſeculi dimidium, & amplius laceratæ. Hac fama rerum, hac nominis celebritate non modo non elatum, ſed tanta contentione ſummum honorem refugiſſe, id vero commemorabile modeſtiæ exemplum eſt, & ante id tempus in Principe inauditum. A.C.

Divini cultus impenſum ſtudium.

Jam quo minus ſibi tribuebat, eo impenſius ſtudium in augendo Divino cultu reponebat. Id in Templis, Cœnobiisque aut condendis, aut dotandis manifeſtum fit: neque alia illi res Pii cognomentum, quod per tria & amplius ſecula, Ordinum omnium conſenſu tulit, antequam auguſtius alterum Sancti nomen illi adſcriptum eſt, ad poſteros peperit; quam ardens religio, & tenera in DEUM, Cœlitesque pietas, quæ totam pene ætatem illi exemit. (A) Conſtat ſatis, adeo privata ipſum ſua pietate non acquieviſſe, ut pſallentium etiam choro Monachorum ſæpe ſe miſceret, & Divinas laudes concineret; quosque ex eo ardore pietatis ignes conceperat, luculento velut e foco in adſtantes ſpargeret. (B)

In DEum pietas.

Cum locis DEO dicatis donaſſet plurima; plus tamen in donantis animo, quam donis ipſis pietatis relucebat. Nemo literas Leopoldi legerit, quibus Neuburgenſem Baſilicam, & ſanctæ Crucis Cœnobium ſupremum ſtabilivit, (C) quin & miram animi demiſſionem, & parem in DEUM fiduciam, & alacritatem ſe ac ſua omnia ad Divinum obſequium devovendi maximam deprehendat: adeo

(A) Arenpeck. in Chron. Auſtr. „ *Leopoldus* Marchio Auſtriæ, *Leopoldi* Pulchri primogenitus - - pietate præditus ſuper omnes Principes, ita ut *Pius* pro cognomento ab omnibus vocaretur. „

(B) Lewpold. Campilil. in excerpto Rikardi Newburg. ad A. MCVII. „ *Lewpoldus* Marchio, ſæpe dum potuit, *Melikh* viſitavit, & cum Monachis pſallebat, eorum devotione gaudens, & ipſos devotiores reddens. „

(C) Literæ Fundat. Monaſter. *S. Crucis* in Auſtria. „ Hanc autem noſtram donationem, atque ejusdem Monaſterii conſtitutionem, non ſolum noſtræ incolumitati, paci, & tranquillitati, ſed etiam Parentum noſtrorum in Chriſto dormientium ſaluti proficere optamus & quieti, ſperantes apud Divinam clementiam noſtræ fragilitati aliquatenus profuturum; ſi cum ipſi fructum boni operis non facimus, eos ſaltem, qui vere Domino fructificant, ut vitem ulmus de noſtra facultate ſuſtentemus. „ Lit. Fundat. *Clauſtro - Neoburg.* „ Quoniam negotiis ſecularibus impediti, DEO per nos ad ſumma placere nequimus, eos quos ipſi placitos, & maxime mundialibus ſtudiis exemptos probamus, diligere, congregare, confovere - - debemus operam dare. - - - Et quæ ipſis in futuro ſunt in cœlis repoſita, non uſquequaque privabimur bonis. Igitur ego *Liupoldus* - - cum Davidica devotione, in ſimplicitate cordis mei letus univerſa DEO & Eccleſiæ *Nivvenburgenſi* - - obtuli. „

(A) Hæc

A. C. adeo illud aſſecutus ſanctus Princeps eſt, quod in virtute ſummum eſſe ſolet, ut non libente modo animo, ſed redundante in vultum gaudio, quæ ad cultus Divini majus incrementum faciunt, exerceret.

Religioſæ Munificentiæ præmia a DEO reddita.

Hac mente in DEUM, hoc ardore pietatis non poterat non maxima a DEO beneficia expectare. Et reddidiſſe Numen pio Principi gratiam, res eorum temporum arbitranti, liquido apparet: nam ut illa præteream, magni & ipſa momenti, tranquillum Provinciæ ſtatum, vegetam ætatem, numeroſam, præclaramque ſobolem; quis non videt, pro pauculis, quæ in uſus Cœnobiorum dicavit, prædiis, filiorum alteri Bavariam; alteri, quæ ſupra Anaſum eſt, Auſtriam; Nepoti Styriam; Abnepoti Carnioliam; poſteris in Auſtria ſucceſſoribus, quidquid Auſtriacæ terrarum uſquam ditionis eſt, multiplicato immenſum fœnore divinitus contributa: pro neglecta Germaniæ corona, Imperii poſtea ſummam per annos amplius trecentos in Auſtria propagatam. (A) In ea ſanctitate morum dignitati tamen ſuæ nuſquam defuit Leopoldus: erant in ejus comitatu, quoties publicæ rei quidquam ageret, multi majorum minorumque gentium Nobiles: (B) quos inter aliquando Ottocarus, Styrorum Marchio, honoribus agnati ſibi Principis tantum tribuit, ſuum ut nomen inter teſtes adſcriberet. (C)

Dignitati ſuæ non deeſt Sanctus Leopoldus.

Erat Leopoldo ſpecies plena dignitatis, nec animi modeſtia, perſonæ, quam gerebat, gravitatem minuebat. Nobilis Marchionis titulum haud facile aliis uſitatum, quanquam raro, adhibuit aliquando tamen, frontique litera-

(A) Hæc ex infra dicendis patebunt.

(B) Patet ex ſubſcriptione Teſtium in literis publicis S. Leopoldi: In Liter. Fundat. Cœnob. *Cellæ B. M. V.* in Auſtria. „ Comes *Chunradus* de Pilſteine, Comes *Leutoldus* de Pleyen, „ *Adelramus* de Berge - - *Otto* de „ Machland - - *Otto* de Lenginbach „ - *Wernhardus* de Ivelbach, *Dietmarus* de Engilſchalchisvelde, *Chunradus* de Sunnelburch, *Hademar* de „ Chuofarne, *Waltherus* de Traiſme „ -- *Udalrich* de Valchenſteine &c. „ In Lit. Fund. Monaſter. S. Crucis in Auſtria, præter alios jam dictos. „ *Rapoto* de Nezta (alias *Swartzenburch*) „ - *Ulricus* de Sigenvelde, *Ruodegerus* „ - - de Sigehendorff, *Anshalmus* de „ Sparwarspach - - - *Hartungus* de „ Ruhenecke, *Lubort* de Triwanswinchele - - *Otfridus* de Murlingen. „

(C) In Lit. Fundat. *Clauſtro-Neoburg.* „ Huic rei teſtificantur Comites, & „ quique Nobiliores Orientalis Regionis: *Ottakarus* Marchio Stirienſis, „ *Dietricus* de Grifanſteine, *Chunradus* de Pilſteine, *Gebehardus* de Buigen - - *Liutoldus* de Pleigen, - - „ *Egkebertus* de Butenen, *Sigehardus* & „ *Gebehardus* de Purchuſin Comites. „ *Adelramus* cum fratre *Adalberto* de „ Bergen &c. „

(A) Lit.

Incrementa publicæ rei ſub hoc Principe.

rum præfixit: (A) opes, quas a parente luculentas acceperat, non avaritia, aut parſimonia, ſed prudenti rerum uſu, ac moderatiſſima vitæ ratione, multis acceſſionibus auxit: Cetii montis caſtrum, quam ſedem habuiſſe fertur ſtabilem, (B) Neuburgumque urbem Leopoldi fuiſſe, opera credibile videtur: neque enim alteri, novæ civitatis vocabulum, quo ſuis in literis primus utitur, convenire aptius poteſt; (C) niſi Neuſtadium hodiernum, ad Leytham ſitum, refragante licet antiquorum fide, qui Leopoldum, ejus Pronepotem, authorem præclaræ urbis ſtatuunt, (D) extitiſſe jam tunc fateamur. Auſtria certe per id tempus tam lætam jam faciem induerat, ut Scriptor perantiquus, qui res Chunradi I. Salisburgenſium Archiepiſcopi in literas miſit, ſatis ſe ad Styriæ, quæ caſtris itidem, oppidisque per eos annos, ornata, ac munita fuit, commendationem dixiſſe putarit, quod ea Provincia ab Auſtriæ felici ſtatu haud longe abeſſet. (E) A. C.

Sic cum omnia ad DEI cultum, ac Patriæ commoda referret Leopoldus, animusque cœleſtibus intentus, nec in iram præceps, nec ambitione tumidus, nec ulla voluptatis illecebra capiendus, in pacata provincia, tranquillitate frueretur ſua; anno demum geſtæ cum ſumma moderationis laude provinciæ quadrageſimo exacto, mortem oppetiit, qualis vita erat, ſanctam, & bonis omnibus exoptandam. (F) Funeris honores, quod triduo ad accurren-

tis

(A) Lit. Fundat. Clauſtro-Neoburg. „ In nomine ſumme & indi-„ vidue Trinitatis, *Leupoldus nobilis* „ *Marchio* Orientalis, Fundator Ec-„ cleſiæ *Neuburgenſis*. „

(B) Suntheimii Tabula Clauſtro-Neoburg. „ Der bemelt ſanct *Lew-„ pold* hielt ſein Furſtlichs geſeſs auf „ den *Kalnperg*. „ Cuſpinian. in ſua Auſtria.

(C) Hæc per conjecturam ſcripta ſunt: quod *Neuburgenſis* urbis nulla ante S. Leopoldum occurrat mentio: & *Viennæ* ortus *Henrico* ejus filio tribuatur. De Caſtro montis *Cetii* Rikard. Newburg. „ Ipſe vero (Lew-„ poldus) conſtruxit ſibi curiam in „ *Monte Cecio*. „

(D) Ennenckel. im Fürſtenbuch. „ Der Herzog *Leupolt* paut di *Neu-„ ſtat*. „ Cuſpinian. in Auſtria, de Leopoldo Glorioſo Duce Auſtriæ.

(E) Author vitæ Chunradi I. Salisburg. Archiep. c. 14. apud Bern. Pezium Anecdot. T. II. „ Sciendum „ quoque - - - non ſolum Epiſcopi „ terram antiquo cultui redditam; „ verum etiam *Marchiam* (Styrorum) „ villis, caſtris, & cultoribus ita re-„ pletam, ſicut in præſentiarum cerni-„ tur, ut melior longe modo eſſe „ credatur, quam antiquis tempori-„ bus fuerit: cum fertilitate, & om-„ ni ſpecie utilitatis non multum di-„ ſtare videatur ab *Auſtria*. „

(F) Arenpeckius in Chron. Auſtriaco. Sunthem. in Tab. Clauſtro-Neoburg. Summarium Canonizat. S. Leopoldi. „ Perſeverantes enim „ in eadem fide, & caſtimonia uſque „ ad extremum vitæ exitum, & ſi-„ cut in vita unus ſpiritus, & una „ caro fuiſſe noſcuntur, ita & mo-„ rientes alter ad latus alterius con-

„ ſepe-

A.C. tis multitudinis ſupremum ſolatium differri debuit, a Reginmaro, Paſſavienſi Antiſtite Neuburgenſi Baſilicæ illati, non publicus tantum omnium ordinum luctus, ſed creberrima, quæ ad ſacrum ejus tumulum jam tum conſecuta ſunt, prodigia illuſtrarunt. (A)

Funeris honores, & conſecuta ad ejus tumulum prodigia.

Ducenta & amplius Romæ diſcuſſa Innocentii VI. Pauli II. & Sixti IV. Pontificum voluntate, Innocentium tandem ejus nominis VIII. permovere, ut ad multiplices Friderici IV. Imperatoris, Matthiæ Corvini Hungariæ Regis, Auſtriæque Ordinum preces ſolenni Eccleſiæ inſtituto Leopoldum inter Sanctos referret. (B) Sacrum ejus corpus, quod

In Sanctorum numerum adſcribitur.

„ ſepeliri voluit, prius tamen ſolemni præmiſſa pœnitentia cum vera cordis contritione, oris confeſſione, & operis ſatisfactione, & omnibus ſignis veræ pœnitentiæ in illis (*Leopoldo* & *Agnete*) concurrentibus, pectoris ſcilicet contuſione, lacrimarum emiſſione, & Chriſti nominis aſſidua invocatione, extremam pariter ſacram unctionem, & animæ commendationem ſalubriter, ac devote conſecuti, more non ſolum Chriſtianiſſimi, atque fideliſſimi ſervi DEI, ſed etiam cujusque utique ſanctiſſimi, atque beatiſſimi. „ Bulla Canonizat. ejusdem Sancti. „ Quadraginta annis Principatum Auſtriæ regens - - cum juſtitia, humilitate, & tranquillitate cuncta adminiſtravit. „ De genere mortis nemo, quod ſciam, Scriptorum noſtrorum e veteribus quidquam prodidit: Annales quidem Boſovienſes ab Anno 1125. ad An. 1198. continuati. apud Eccardum T. I. Script. Germ. col. 1012. ſcribunt ad Annum 1136. „ *Lupoldus* Marchio in venatione occiditur. „ Id num de noſtro, an alio quopiam, mihi ignoto, Marchione intelligendum ſit, aliorum eſto judicium: noſtris in Annalibus nec ſuſpicio ulla cædis, nec veroſimilis ratio apparet: cum & in omnium eſſet amoribus, & nulla uſquam in authorem cædis quæſtio inſtituta legatur: *Ottoque* filius, Friſing. Epiſcopus communi cum reliquis, quos plures l. 7. c. 21. enumerat, fato „ vivendi finem feciſſe „ *Leopoldum* ſcribat. Clarius vero Rikardus de Newburga. „ *Lewpoldus Pius*, Marchio - - ſancte obiit A.MCXXXVI. XVII. Kal. Decembr. in curia ſua, & accurrentibus ſumis, & imis, per triduum expoſitus, deinde in *Newnburch* XIII. Kal. a Domino *Reginmaro*, Epiſcopo Patavienſi, ſepultus, ac ſtatim a DEO prodigiis, primis diebus honoratus fuit. „ Et ſane Chron. S. Petri Erfurtenſe *Rupoldum*, non Lupoldum ſcribit apud Menckenium T. III. „ *Rupoldus* Marchio in venatione occiditur. „

(A) Arenpeck. in Chron. Auſtr. Suntheimius in Tabul. Clauſtro-Neoburg. Summarium Canonizat. „ Qui ſicut cum cunctorum hominum in partibus illis converſantium gratia & benevolentia admirabili ſemper vixerat, ita moriens cunctos mœſtos non mediocriter dereliquit, per ampliusque dolore non vulgari plurimoque luctu patria illa ſe deſolatam prorſus putaſſet, niſi miraculorum coruſcatio - - - ſuceeſſiſſet. „

(B) Id Summarium Canonizationis S. Leopoldi fuſe exequitur, quo lectorem remittimus. Bulla Canoniz. ejusdem Sancti. „ Quis enim non miretur, cum audiat per DEI æterni miſericordiam, implorato *Leopoldi* auxilio, paralyticos, arthriticos, febricitantes, podagra laborantes priſtinæ valetudini illico reſtitutos? Quis non magnalia DEI in hoc ſancto agnoſcat, cum videat interceſſionibus ejus claudos recte ambulaſſe, apoſtematibus mortiferis infectos liberatos, in carceribus conſtitutum, pedicis, manicisque vinctum per foramen, unde hominis impoſſibilis exitus erat,

quod ad eum diem in crypta Templi una cum Agnete, A.C.
conſimilis fere ſanctimoniæ conjuge, ſepultum erat, Anno demum MDVI. Maximiliani I. Auguſti ſtudio, magna Principum, Antiſtitumque frequentia elatum, & peculiaris ſacelli aræ ad piorum ſolatium, ac refugium eſt impoſitum. Extat eo loci Sambucus, de qua ſupra, ad perennem prodigii memoriam ferro decenter incluſa, piisque advenis ad venerationem oſtenditur. (A) Anniverſaria vero obitus dies, quæ larga panis, vini, carnisque in egentes diſtributione miram populi frequentiam accire conſuevit, adventu nunc Auſtriacorum Principum, & Divinorum Officiorum ſplendidiſſima majeſtate celebratur. (B)

Feſtus ejus honoribus dies.

Neque vero Neuburgenſi Baſilica is ſancti Auſtriæ Patroni cultus continetur: extant ejus honoribus tota paſſim provincia aræ, & ſacella, quorum illud ante alia inſigne, quod in ſummo montis Cetii jugo ab Eleonora Auguſta Leopoldi M. vidua, præſtanti picturæ & architecturæ ſpecie eſt donatum. Templa ſub ejus nomine conſecrata Neuſtadii, & Viennæ eo in ſuburbio, quod a Leopoldo nomen habet, viſuntur. Feſta ejus diei memoria pu-

Templa, & ſacella ſub ejus nomine DEO dicata.

„ erat, eductum evaſiſſe, in variis „ vitæ periculis poſitos illæſos, ſervatos eſſe. Quis non merito obſtupeſcat - - meritis ac precibus „ ſancti viri mortuos ſuſcitatos, mutos loquendi facultatem adeptos, „ cæcos illuminatos, ſurdis auditum „ reſtitutum eſſe? „ Videri ea de re poteſt Summar. Canoniz. apud Hier. Pezium T. 1. Fundam. X.

(A) Cuſpinian. in Auſtria de S. Leopoldo. „ Vidi, quantum annixus „ eſt pius Cæſar (*Maximilianus I.*) in „ ejus translatione, cum hic *S. Leopoldus*, de tumba transferretur anno Chriſti M. D. VI. die 15. Februarii, qui quidem dies dicatus „ eſt translationi Divi *Leopoldi*, qui „ hodie adhuc concelebratur. Hic „ namque dies in præſentia Principum & Epiſcoporum celebratus „ eſt, Reverendiſſimi *Leonardi* Epiſcopi Saltzburgenſis, Reverendiſſimi Epiſcopi *Wigilei* Patavienſis, „ Reverendiſſimi *Mathæi* Epiſcopi „ Gurcenſis, hodie Cardinalis, & „ Archiepiſcopi Saltzburgenſis, multorumque Prælatorum, & Abbatum, Illuſtriſſimi Principis & Du- „ cis *Juliacenſis*, & *Clevenſis*, multorumque Baronum, & nobilium „ Archiducatus Auſtriæ, comitantibus Cæſarem *Maximilianum*: qui „ *habitu Archiducis*, *S. Leopoldum* in „ argentea fabrefacta capſa bene ornata compoſitis oſſibus ſuis, ſequebatur, omnes in fletum aſtantes „ commovens ob D. *Leopoldi* memoriam. Non enim ut Cæſar coronatus ambulavit, ſed in pallio Ducali cum corona roſtrata: quem „ quidem habitum dehinc monaſterio novo S. Trinitatis in *Nova Civitate* obtulit.

(B) Summar. Canonizat. S. Leopoldi Fund. V. „ In quorum (*Leopoldi* & *Agnetis*) cujuslibet obitus „ die eorum ſepulchra a circumvicinis populis, ſingulis annis, viſitari „ conſuevere, illisque per manus Canonicorum Regularium ejus Monaſterii *Neuburgenſis*, in quo ſepulti jacent, magnæ, & laudabiles „ elemoſynæ ſingulis advenientibus „ diſtribui hilariter conſuevere, panis utique atque vini, nec non & „ carnium, ſi dies illa in diem, quo „ carnibus veſcimur, incidit. „

(A) De

A. C. publico, ſolennique ritu, præcipuo cultus genere tota Auſtria agitur. (A) Ac ne nomen quidem Leopoldi ſine honore eſt: quippe quod non frequens modo, ſed auſpicatiſſimum quoque in Auſtriæ Principibus habetur: ſive id Sancti hujus patrocinio, ſive Ducum, ac Principum piæ æmulationi, & ſalutaribus pro patria ſtudiis adſcribendum. Omen non Leopoldi modo nepos, ac pronepos, magna noſtris in Annalibus nomina; ſed multo etiam magis Imperator ejus nominis Primus factis ingentibus, & virtutum quadam ſimilitudine approbavit.

Innoc. II. PP. Agnetem viduam, liberosque ſolatur.

Agnetis Nobiliſſimæ Conjugis, Filiorumque ex morte Leopoldi luctum Innocentius II. Pontifex Maximus, literis ipſe pietatis, officiique plenis ſolatus eſt, quibus dolori inprimis ſibi fuiſſe Leopoldi obitum oſtendit, viri B. Petro, Apoſtolorum Principi, totique Eccleſiæ tam devoti, & quem ipſe paterna ſemper charitate viventem proſecutus ſit: relaxat deinde authoritate ſibi divinitus tradita, ſi quibus conſtrictus eſſet, cenſurarum vincula, piamque inter Divina officia ejus memoriam pollicetur: monet deinde, rogatque orbatam tanto vitæ ſolatio viduam, ne viri tam probi mortem immodico luctu proſequatur: hortatur poſtremo, ut mutuam charitatem, ac concordiam mater, liberique omnibus amoris, obſervantiæque officiis alant, conſerventque, quo cœleſtibus, quas ipſe precaretur, gratiis, præſidiisque protecti, ætatem exigant, omnium cœleſtium munerum affluentia beatam. (B)

Adalberti filii mors.

Hæ literæ, VI. Idus Januarii datæ, ſuperſtites adhuc omnes reperere liberos, Adalberto, filiorum natu maximo, menſe a Patris obitu duodecimo, ad VI. Idus No-

(A) De his vide Hier. Pezium in Hiſt. S. Leopoldi cap. 53. & Hanſizium Germ. Sac. T. 1. p. 728.

(B) Lit. Innocentii II. PP. in Summario Canonizat. S. Leopoldi Fund. V. „ *Innocentius* Epiſcopus &c. „ Dilectæ in Chriſto filiæ *Agneti* uxori quondam *Leopoldi* Marchionis „ & filiis ejus ſalutem &c. Audita „ morte nobilis viri *Leopoldi*, mariti „ tui, humanitatis ratione tanto amplius condoluimus, quanto ipſum „ utpote B. Petro nobisque devotum „ in vita ſua affectione paterna dileximus. De cujus nimirum obitu „ certitudine habita, eidem authoritate Apoſtolica abſolutionem fecimus, & pro animæ ſuæ remedio „ in noſtris orationibus Dominum „ deprecamur. Proinde Nobilitatem veſtram Apoſtolicis literis viſitantes, rogando mandamus, ut „ pro eo, quod *tam de probo viro* Divina providentia factum eſt, dolorem ſuper dolorem, triſtitiam ſuper triſtitiam non addatis; ſed potius tam mater erga filios, quam „ filii erga matrem omnimodam dilectionem atque reverentiam ſtudeant adhibere, & in pace & concordia vivere, &c. „

(A) Ri-

vembres extincto. (A) Virum Patri pietate ſimillimum, atque ob ardens religionis ſtudium DEO devotum appellant Annales noſtri. (B) Cœnobiorum per Auſtriam tutelam, *Advocati* nomine, a Patre ſibi demandatam, aliquanto jam tempore geſſerat: nec dubium, quin ſi vita, ac valetudo piis Leopoldi Parentis conſiliis reſpondiſſet, haud alium ab Adalberto habitura fuiſſet Auſtria in principatu ſucceſſorem. (C) Præter natalium enim prærogativam, (D) & virtutem excellentem, conjux Hathwigis, Belæ Hungariæ Regis Soror, famaque nupero adverſus Boricium bello parta, (E) nihil non proſperum polliceri videbantur; ſed fracta ejus valetudo, & immaturus ſine prole obitus, Marchionis inſignia in Leopoldum fratrem, ætate illi proximum, transmovere. (F)

A. C.

Ejus conjux.

Leopoldus Sancti filius.

Abe-

(A) Rikardus Newburg. in Geneal. Liberorum S. Leopoldi apud Hanthalerum Faſt. Campil. T. II. „ *Adalbertus* naſcitur Id. Febr. A. MCVII. „ vir devotus, & fortis in bello, „ Advocatus Eccleſiarum: qui rexiſſet poſt Patrem, niſi graviter infirmus, quaſi per annum reſponſum mortis habuiſſet in ſe, uſque „ dum obiit VI. Idus Novembr. Anno M. C. XXXVII. „ Ortilo „ M. C. XXXVII. *Adalbertus*, Senior filius *Leupoldi Pii* obiit. „ Necrologium Mellic. & Scotenſe eundem ponit diem obitus: ſed Clauſtro-Neoburgenſe, & Epitaphium ad S. Crucem V. Id. Novembris. Haſelbachius, Arenpeckius, Sunthemius obiiſſe *Adalbertum* A. 1136. ſcribunt: quod ſi verum eſſet, *Adalbertus* ante Patrem obiiſſet. De *Adalberti* ſepultura lis eſt inter Clauſtro-Neoburgenſes, & San-Crucenſes. Inſcriptio ſepulchralis *Neuburgi*, ſed recentior, ſic habet: „ Hic eſt ſepultus primogenitus S. Leopoldi, nomine *Adalbertus*, Dux Auſtriæ &c. „ San-Crucenſis vero, literis antiquioribus. „ V. Id. Novemb. *Albertus*. „

(B) Patet ex mox allato Rikardi Newburgenſis loco, & confirmat Haſelbach in Chron. Auſtr. „ Major „ natu filius, *Albertus* nomine, timoratus, devotus, religionis amator, omnium Eccleſiarum Patronus, ſepultus eſt cum Patre Neuburgæ. - - Deceſſit anno Domini „ 1136. „

(C) Patet itidem ex modo allatis Rikardi, & Haſelbachii locis: & confirmat Chron. Clauſtro-Neoburg. „ Primogenitus enim, *Adalbertus* nomine, Advocatus *Nivvenburgenſis* „ Eccleſiæ factus eſt, & omnium „ Clauſtrorum ad Advocatiam Marchionis pertinentium. „

(D) De hoc ex modo allatis conſtat.

(E) Rikard. Newburg. de *Adalberto*. „ Uxorem habuit *Hatwigem*, „ filiam *Almi* Hungarorum Ducis, „ Sororem *Belæ Cæci* Regis, quam „ duxit An. MCXXXII. Altero Anno ſocerum ſuum Regem ſtrenue, „ & victorioſe juvit adverſus *Borichium*. - - Non habuit prolem. „ Conſentit Otto Friſing. L. 7. C. 21. „ Bela Rex mox aſcito ſibi *Alberto*, „ *Leopaldi* Marchionis filio, qui ejus „ Sororem habuerat &c. „ Hanc Fuggerus etiam L. 2. c. 2. *Hedwigem* appellat.

(F) Chron. Clauſtro-Neoburg. ad A. 1136. „ *Liupoldus* Marchio Auſtriæ - - ex hoc mundo migravit: „ cui filius ejus *Liupoldus* ſucceſſit. „ Leopoldum Adalberto ætate proximum ſcribit Rikardus Newburg. „ *Lewpoldus* natus Kal. Januarii Anno MCVIII. - - ſucceſſit Patri „ An. MCXXXVII. „ Ceteri Scriptores noſtri *Leopoldum Henrico* juniorem fuiſſe volunt. In Literis *Henricus Leopoldo* nunc præponitur, nunc poſtponitur. Sic in Fund. S. Crucis hoc ordine recenſentur filii, „ *Albertus*, „ *Hen-*

A.C. Aberat Morimundi in Gallia Otto, ex Abbate futurus brevi Epiſcopus. (A) Henricus natu quartus, privati Marchionis titulos, juraque jam tenebat. (B) Conradus huic proximus Pariſiis adhuc bonas inter artes ad ejus, quam eodem adhuc anno, in Cœnobio S. Crucis amplexus erat, vitæ ſanctitatem adoleverat. (C) At Erneſtus, poſtremo inter ſuperſtites fratres loco natus, ætatis florentis annos, dum ſe rerum majorum ſpes offerret aliqua, inter venationes, & militiæ præludia exigebat. Sed ſpes ingentes mors intempeſtiva, anno poſt hunc ſexto, X. Calendas Februarii tumulo intulit. (D)

Otto filius.

Conradus.

Erneſtus.

Reſtabant, ex numeroſo liberorum agmine, quinque filiæ: nam quod reliquum erat Sobolis, jam dudum

Liberi reliqui ſancti Leopoldi.

„ *Heinricus, Liupoldus, Erneſtus.* „ Contra vero in Literis *Regenmari* Patav. Epiſc. de decimis Cœnobii S. Crucis ita collocantur: „ *Albertus, Liupoldus,* „ *Henricus, Erneſtus.* „ In Lit. Fund. Cellæ S. MARIÆ, omiſſo *Henrico* nominantur hoc ordine: „ *Leopoldus,* „ *Adelbertus, Erneſtus.* „ Apud Bern. Pezium Cod. Dipl. P. I.

(A) Rikard. Newb. „ *Otto* natus „ An. MCIX. Non. Decembr. - - „ Fit Monachus griſeus in Morimundo An. MCXXVI. Abbas ibi „ An. MCXXXI. „ Et confirmat Ortilo ad An. MCXXXI.

(B) Rikardus Newb. „ *Henricus* „ naſcitur - - - IV. Non. April. „ An. MCXIV. „ Sed Chronic. Clauſtro-Neoburg. non quartum, ſed ſecundum inter fratres locum illi tribuit. „ Secundus *Heinricus*, qui „ & diutius omnibus vixit, & a Patre minus diligebatur. „ Nec diſſentiunt Scriptores ceteri. Quod qua ratione factum ſit, Lewpoldus Campililienſis ex Rikardo Newburgenſi indicat. „ Sed quia ibi filii „ ejus ponuntur (inquit) ſecundum „ dignitatem, ſeculares primum, „ deinde Eccleſiaſtici: hic ponuntur „ ſecundum Nativitatem. „ Jam de *Marchionis* titulo, vivente Patre, ab *Henrico* jam geſto, patet ex litteris Innoc. II. PP. Mell. Cœnobio datis, VII. Idus Februarii, & ſupra relatis, ubi „ Otto, & Artuicus Miniſteriales *Henrici Marchionis* „ nominantur.

(C) Rikard. Newburg. „ *Chunradus* natus Non. Junii, Anno „ MCXVIII. - mittitur *Parrhiſios* „ Anno MCXXXIII. fit Monachus „ griſeus ad *S. Crucem* in *Sattelbach* „ An. MCXXXVII. „ Confirmat Ortilo ad An. 1137. „ *Chunradus* „ junior frater in *Sattelbach* induit habitum monaſticum. „

(D) Rikard. Newb. „ *Erneſtus* „ adoleſcens naſcitur XVIII. Kal. „ Septembr. An. MCXXIV. obiit in „ flore, X. Kal. Febr. A. MCXLII. „ Conſentit Epitaphium ad S. Crucem, & Necrolog. Mellicenſ. ac Clauſtro-Neoburg. „ X. Kal. (Febr.) *Erneſtus*, filius Marchionis Auſtriæ *Liupoldi.* „ *Erneſtus* hic inter teſtes ſubſcriptos legitur in literis *Henrici* Ratisbon. Epiſc. Cœnobio Schamhauptenſi datis An. 1137. IV. Kal. Maji, apud Hundium in Metrop. Tom. III. p. 196. „ *Erneſtus*, filius „ Marchionis *Leopoldi.* „ Arenpeckius in Chron. Auſtr. „ *Erneſtus*, „ dictus *Adoleſcens*, - - pulcher, & „ ſpecioſus adoleſcens 18. annorum, „ cujus fama ad Rhenum uſque volavit, omni venatione delectabatur. In florida juventute mortem „ cum vita commutavit, ſine uxore, & liberis, ſepultus in Capitulo „ S. Crucis, apud fratrem *Leopoldum* „ Ducem. „ Rectius apud *Adalbertum* fratrem, cujus nomen ibi cum *Erneſti* nomine eodem in lapide inſculptum legitur.

(A) Li-

Bertha, Cœlum ſibi vindicarat. (A) Harum prima, cui Berthæ nomen, Henrico II. Ratisbonenſium Burggravio in manus convenit. (B) Altera, Agnes Wladislao Sileſiæ; (C) Gertrudis tertia Wladislao, Bohemiæ Duci, qui ad Regiæ dignitatis faſtigium poſt evectus eſt, conjuges datæ. (D) Eliſabetha Hermannum Winzeburgicum, Thuringiæ Landgravium, (E) Jutha demum Wilhelmum Montis Ferra- A.C.

Agnes, *Gertrudis*. *Eliſabetha*. *Jutha*.

(A) Liberos univerſim XVIII. numerant Scriptores noſtrates: ſed Rikardus Newburgenſis recenſet plane XIX. Ex his bini intra annum 1110. & 1114. totidem intra annum 1115. & 1118. bini rurſus Anno 1120, & 1121. totidem denique An. 1128, & 1129. nati, mortuique notantur in Excerpto ejusdem de Poſteritate *Lewpoldi* Pii Marchionis.

(B) Rikard. Newburg. „ *Bertha* „ nata A. MCX. nupſit *Heinrico* Burg„ gravio Ratispon. A. MCXXXIII. „ Confirmat Haſelbach p. 706. „ Pri„ mogenita *Bertha*, Burggravio, no„ mine *Henrico* - - - Ratisbonenſi, „ conjugio traditur. „ Arenpeck. item, & Sundheimius, nec non Narrat. Genealog. poſter. S. Leopoldi, & Codex MS. ex Tabular. Stahrenberg. Sed Chron. MS. Coll. Vien. S. J. addit: conſtare ex Annalibus Ratisponenſ. MS. *Berchtam* An. 1141. mortuam eſſe ibi, & ſepultam apud Scotos, quorum Fundatores ſunt Comites de *Rietteńburg*: quod confirmat Falckenſteinius in Antiq. Nordgav. Tom. II. p. 370. quoad locum ſepulturæ, & maritum. Sed difficultatem nonnullam parit arctus ſanguinis nexus: nam ſi cum eodem Falckenſteinio *Henrico I.* Comiti de *Stephaning*, & *Kiettenburg* tribuamus *Richardam* conjugem, *Leopoldi Pulchri* Auſtr. filiam; horum autem ex *Ottone* filio nepotem, *Henricum II.* maritum *Berthæ*, S. Leopoldi filiæ, conſtituamus; filia ſancti Marchionis, cum nepote Sororis ejus (quod ſine legis venia fieri non potuit) conjungetur. Eadem tamen difficultas per ſe deſineret, ſi oſtendi poſſet, *Ottonem*, *Henrici II.* patrem, ex alia, quam *Richarda*, conjuge, priori ex matrimonio fuiſſe natum.

(C) Rikardus Newburgenſis. „ *Agnes* nata Anno MCXV. nupta „ *Wlaslao* Polono, Duci *Zlezorum*, „ Anno MCXXXIV. obiit Anno „ MCXXXIX. „ Haſelbachius mendoſe eum *Boleslaum*, Ducem Poloniæ, nominat. Sed *Wladislaum* Chronographus Saxo ad An. 1146. & Dlugoſſus Hiſt. Polon. l. 5. recte appellant. Diem mortis *Agnetis* Necrologium aſſignat apud Cl. Hanthalerum: „ VI. Calend. Octob. *Agnes* „ uxor *Wlaslai*, Ducis Zlezorum, fi„ lia Fundatoris S. †. „

(D) Rikard. Newburg. „ *Gertrudis* naſcitur VII. Kal. Mart. An„ no MCXIX. nupta *Wladislao* Du„ ci Bohemiæ, deinde Regi, Anno „ MCXL. „ Conſentit Haſelbachius: „ Tertia *Gertbrudis* Wla„ dislao Bohemiæ Duci jungitur, „ cui peperit tres filios, *Fridericum* „ Ducem Bohemiæ, *Primislaum* „ Regem Bohemiæ, & *Albertum* „ Archi-Epiſcopum Salisburgenſem. „ *Gertrudis*, & ejus maritus ſepulti „ ſunt in Bohemia, in Monaſterio „ *Syon* dicto, eorum fundatione. „ Aliter appellat Balbinus locum ſepulturæ *Gertrudis* Dec. I. L. VII. in Not. ad Tab. V. Geneal. cap. 34. pag. 139. „ *Gertrudis* (S. Leopoldi „ Auſtr. March. filia) Virgineum Cœ„ nobium *Doxanæ* fundavit, ibidem„ que eſt ſepulta An. 1151. V. Au„ guſti, ut habet Mortuarium MS. „ Doxanenſe his verbis: *Obiit piæ re„ cordationis* Gertrudis *Fundatrix no„ ſtra, quæ primitias Ordinis noſtri* (Præ„ monſtratenſis) *in terram hanc in„ troduxit.* „ Idem L. VII. cap. 26. *Teplicenſem* etiam Parthenonem Ordinis S. Benedicti fundatum a *Gertrude* ſcribit.

(E) Rikard. Newburg. „ *Elizabet* nata Kal. Sept. An. MCXXIII. „ nupta *Hermanno* de *Winzeburg*, Thu„ ringiæ Landgravio, An. MCXLII. „ in primo partu cum prole obiit. „ Landgravio Saxoniæ nuptam, *Her-*

man-

A. C. Ferrati Marchionem, Regingeri filium, juſtis ſibi nuptiis ſociarunt. (A)

Agnes vidua, quemadmodum conjugii fœdere Leopoldo conjunctiſſima; ita fide, charitate, morumque, ac virtutum ſimilitudine pene gemella, ſero admodum, & octogenaria major, ſanctum Conjugem ad vitam meliorem ſecuta eſt anno, ut externi Scriptores volunt, MCXLIII.; (B) ut Rikardus Neuburgenſis, *Agnes vidua Sancti Leopoldi.*

manno conſentiunt Scriptores noſtri: Author Narrat. Genealog. Chronic. Clauſtro-Neoburg. Haſelbach, Arenpeckius Sundhemius; utri duorum, qui ſub id tempus vixerant, *Hermannorum*, in incerto relinquunt. De *Hermanno* ſeniore Eccardus in Orig. Princ. Saxon. Sup. Col. 376. ex Annal. Landgrav. Thuring. ope MS. auctis hæc affert: „ Anno Domini „ MCXXX. *Burckardus* Comes Lu„ chemenſis de Saxonia, dolo Do„ mini ſui *Hermanni*, principalis Co„ mitis Thuringiæ, dictus de *Wint„ zinburgk*, occiditur. Ob quod „ idem *Hermannus* reus Majeſtatis ef„ fectus, Regis Lotharii gratia ca„ ruit. - - Mox etiam *Wintzinburgk* „ caſtrum ab exercitu Regis obſide„ tur, expugnatur, capitur. Anno „ Domini MCXXXI. *Hermannus* „ Comes de *Wintzinburgk*, Regi Lo„ thario ſe, ſuaque omnia dedit, „ captivus abducitur, & in caſtro „ *Blanckinbergk* cuſtodiæ mancipatur. „ *Wintzinburgk* vero ad ſolum uſque „ deſtruitur. „ De juniore *Hermanno Wintzenburgico* narrant Annales Boſovienſes ad An. 1152. „ Co„ mes *Hermannus* de *Wincenburc*, cum „ *Lukarda* conjuge ſua, IV. Febr. - - „ ſuorum inſidiis in propria domo in„ terficitur. „ Meminit etiam Helmoldus in Chron. Slav. lib. 1. c. 73. „ Occiſus eſt (inquit, An. 1152.) „ *Hermannus* Comes in Caſtro *Wint„ zeburg*, vir potens, & magnarum „ pecuniarum. „ Juniori huic tribuunt *Eliſabetham* Auſtriacam priorem conjugem Hoffmannus, & Hanthalerus, quibus aſſentiendum videtur.

(A) Rikard. Newburg. „ *Jutha* „ nata pridie Id. Jul. An. MCXXVI. „ nupta *Wilhelmo* Marchioni de *Mon„ teferat*, Anno MCXLVI. „ Et certum fit ex litteris *Wilhelmi*, & ejus Conjugis, apud Ughellum Tom. IV. in Vercellenſ. Epp. pag. 781., quas Antonii Socheri noſtri indicio, cum M. Hanſizio An. 1729. in colligenda Germania ſacra navaret operam, inſpexi. Datæ eæ erant IV. Maji, Anno 1156. Ind. IV. & ſic habent: „ Nos *Guillelmus* Marchio, filius q. „ *Raynerii*, item Marchionis, & *Ju„ lita* jugales, filia q. Marchionis „ *Lepoldi de Auſtria*, - - qui profeſſi „ ſumus ex natione noſtra, ex lege „ vivere *Salica*, ſed ego *Julita* ex na„ tione mea vivere videor *Aleman„ norum*, - - donationem facimus „ Monaſterio conſtructo in caſtro, „ quod vocatur *Granarcim*, &c. „ Ubi *Julita* pro *Juditha*, vel *Jutha*, mendoſe, vel Italorum more ſcriptum eſt: nam & Wilhelmus Tyrius lib. 17. cap. 1. *Wilhelmum* de Monte Ferrato *Sororium Conradi Regis* appellat, qui frater erat uterinus *Jutha*, ex eadem matre *Agnete* natus; & Author Tabul. Geneal. Tom. XVII. Hiſt. Byzant. pag. 154. inſertæ, *Jutham Wilhelmi* Conjugem, & *S. Leopoldi* filiam diſerte nominat. Unde corrigas licet, Haſelbachium, Arenpeckium, & Sunthemium, qui *Raynerium*, ſeu *Regingerum* Socerum, *Jutha* pro marito tribuunt. *Guillielmi* porro filius erat *Bonifacius*, Montisferrati Marchio, ut conſtat ex lit. Monaſter. de Lucedio 26. Novembr. Anno 1183. datis apud Muratorium Antiq. Italiæ. Tom. I. Diſſert. VI. pag. 340., ubi *Bonifacius Rainerum avum ſuum*, *Guilliermum Genitorem ſuum* appellat.

(B) Chronographus Saxo. „ An„ no MCXLIII. obiit *Gertrudis* Duc„ trix, & *Agnes* Marchioniſſa, ma„ ter *Cunradi* Regis. „ Chronic. Montis Sereni: „ An. MCXLIII. „ *Agnes* Marchioniſſa, mater *Conradi* „ Re-

An. MCLVII. VIII. Calendas Octobres: (A) poſtquam A. C.
Conradum III. ex priore matrimonio filium, & Fridericum I. nepotem ſuum, Germaniæ Reges, Cæſaresque; Leopoldum ex altero, & Henricum Duces; Ottonem, & Conradum Epiſcopos, rebus geſtis celeberrimos, filios ſuos, rara felicitate vidiſſet. (B) Corpus defunctæ Neuburgi, ne quos amor in vita ſociarat, mors divelleret, ad latus ſancti Conjugis ſui eſt ſepultum. Viget etiamnum pia ejus memoria, ac tanquam conſors meritorum, honorem e ſancti Mariti gloria mutuatur. (C)

LIBER

„ Regis obiit. „ Et favere videnter litteræ *Heinrici*, Ducis filii, Cœnobio S. Petri Salzeburgenſi datæ, Anno 1150. apud Bern. Pez. Codic. Dipl. Num. 121. pag. 353. ubi ſine ullo diſcrimine vitæ, ac mortis, parentum ſuorum meminit, *Leopoldo* Patre dudum defuncto: „ Anime, „ *inquit*, dulciſſime Conjugis noſtre Dorothee, & *Parentum noſtrorum remedium* conquirentes, &c. „ Sed hæc referri ad ſtili brevitatem poſſunt.

(A) Lewpold. Campil. in Excerpto Rikardi Newburg. „ Domina *Agnes*, „ Lewpoldi Pii pia Conjux, & fœcunda mater, beato fine vitam longævam clauſit VIII. Kal. Octobr. „ An. MCLVII. ætatis LXXXI. „ Similiter Ortilo: „ MCLVII. *Agnes* „ piiſſima Mater *Hainrici* novi Ducis, *Liupoldi* Pii Marchionis relicta, pio fine quievit. „ De die mortis conſentiunt Necrologia Mellic. & Clauſtro-Neoburg. „ VIII. „ Kal. Octobr. *Agnes* Marchioniſſa, „ Fundatrix hujus Eccleſiæ. „

(B) De his alias.

(C) Arenpeckius in Chron. Auſtr. „ Pius itaque Marchio, *S. Leopoldus*, „ & ejus devotiſſima uxor, poſt eum „ conſepeliri ſimul volebant. - - - „ In quorum cujuslibet obitus die, „ eorum ſepulchra a circum vicinis „ populis, ſingulis annis, viſitari „ conſuevere. „

LIBER NONUS.

A. C.

Ubducto terris tam illuſtri Auſtriæ ſidere, nonnulla de ſucceſſuro inter plures filios Principe cura erat; Cæſare præſertim, cujus ab aſſenſu pendebant iſta, longius in Italia abſente. (A) Adalberto fratrum natu maximo, & jam tum diuturno morbo, quo paucis poſt menſibus extinctus eſt, fortaſſe implicito, ambitio eſſe non poterat: Erneſtum natu minimum ætas ſua; Ottonem, & Conradum, qui Monaſticam hoc ipſo anno vitam, Ottonis exemplo, ad S. Crucem amplexus eſt, (B) ſanctiora conſilia a principatus negotiis abſtinebant. Duo igitur reſtabant ſoli, inter quos Cæſari de ſucceſſione deliberatio eſſe poterat, Leopoldus & Henricus. Ex his priorem Cæſar, & ætatis prærogativa, & occulta fortaſſe Parentum deſignatione, Marchionem Auſtriæ eſſe juſſit: (C) quem cum ceteris fratribus, nequid jurium ſuorum detrimenti acciperent, Innocentius ipſe Pontifex, interpoſita apud Cæſarem authoritate ſua, curæ ſibi eſſe voluit. (D)

Leopoldus filiorum ſecundus, Auſtriæ Marchio VII.

Et

(A) Dodechinus ad Annum 1136. „ Imperator (*Lotharius*) ſecundo revertitur in Italiam cum exercitu. „ Tempus conſignat Chronic. Hildesheim. ad An. 1136. „ circa Aſſumtionem S. Mariæ expeditio Imperatoris in Italiam facta eſt. „

(B) Rikard. Newburg. „ *Chunradus* fit Monachus griſeus in Sattelbach ad Sanctam Crucem Anno „ MCXXXVII. „ Cetera ex dictis conſtant.

(C) Chronic. Auſtr. & Clauſtro-Neoburg. An. 1136. „ Eodem anno *Leutpoldus* Marchio Auſtriæ - - „ ex hoc mundo migravit. Cui filius *Leupoldus* Marchio ſucceſſit. „ Ortilo ad An. 1136. „ Succeſſit ei „ (*S. Leopoldo*) filius *Leupoldus V.* licet „ fratrum ſuorum ſenior non eſſet. „

(D) Lit. Innoc. II. PP. apud Hier. Pez. in Hiſt. S. Leopoldi c. 43. datæ, *Agneti* & filiis ejus Piſis VI. Id. Januarii: quarum initium: „ Audita morte Nobilis Viri *Leopoldi*, - - juxta „ petitiones veſtras chariſſimum filium Imperatorem *Lotharium*, cum „ ipſum nos videre contigerit, ut „ veſtram vobis juſtitiam conſervet, „ libenter & affectuoſe rogabimus. „ Atque in hoc, & in aliis vos exaudire, & honorare parati ſumus. „

Lotharii II. Imp. mors.

Et principio quidem ſuſceptæ provinciæ, tranquillæ Leopoldo res erant, Lothario Auguſto ſuperſtite: verum mors ejus Imperatoris ad III. Non. Dec. A. MCXXXVII. conſecuta, (A) totam brevi Germaniam novis turbis involvit; ne Auſtria quidem, utut pacata, novi Principis cauſa, ſine anxia cura, ac ſolicitudine relicta. Is enim cum ex Italia redux, haud procul Tridento, mortalitatem exuiſſet, Imperii inſignia in manibus Henrici, Bavariæ Ducis, reliquit: (B) ea cum ille, tanquam arrham deſponſi ſibi Imperii, Germaniæ Principibus reddere cunctaretur; indicta primum ad Pentecoſten anni ſequentis Moguntiam ſunt Comitia: ſed quod in mora periculum videretur, mutato conſilio, ſub verni jejunii medium Confluentiam Principes convenere, electoque Conrado Rege, Henrici Bavari ſpes ac fortunas evertere. (C) A. C. 1137 1138

Conradus III. Rex German. Leopoldi Marcb. frater uterinus.

Erat Conradus Agnetis, quæ ſancto poſt Auſtriæ Marchioni Leopoldo nupſerat, ex priore marito, Friderico Hohenſtauffio, Sueviæ Duce, filius, Dux Franconiæ, & Lotharii quondam adverſarius. Tam arcto ſibi conjunctum ſanguinis vinculo Conradum Regem non poterant non faventem habere fratres Auſtriaci. (D) Primus novi

(A) Rikardus Newburg. „ *Lewpoldus* - - - ſucceſſit Patri Anno „ MCXXXVII. „ Et patet ex ſecundis literis Innocent. II. PP. apud „ Hier. Pez. l. c. quæ datæ leguntur, „ Laterani III. Id. Aprilis. „ Et inſcriptæ ſunt: „ *Agneti* Marchioniſſæ, „ & Illuſtribus viris, & filiis, *Leopoldo* Marchioni - - cæterisque fratribus. „ Chronica Regia S. Pantaleonis. Annal. Saxo A. 1137. „ *Lotharius* Imperator Tridentinam veniens - infirmari cœpit, - - tandem apud *Bradevam* villam in faucibus alpium conſtitutam, - - - III. Non. Decembris a ſæculo migravit. „ Chron. Regia ſcribunt. „ II. Non. Decembr. „ Videatur „ Pagius de anno & die mortis *Lotharii* ad An. 1138.

(B) Chron. Hirſaugienſe Trithemii An. 1137. „ *Henricus* Bavariæ Dux, „ qui ſocero morienti aſtabat, inſignia Imperialia, hoc eſt, coronam, „ ſceptrum, gladium, & crucem, „ quæ *Caroli* Imperatoris Magni fuiſſe traduntur, ſibi cum Imperio „ uſurpare nitebatur.

(C) Otto Friſing. lib. 7. cap. 22. „ Defuncto in autumno ſine filiis Imperatore *Lothario*, Conventus Generalis Principum *Moguntiæ* in proxima Pentecoſte indicitur. Quidam autem ex Principibus timentes, ne forte in Generali Curia „ *Henricus* Dux Noricorum (*Bavariæ*,) „ qui tunc præcipui & nominis, & „ dignitatis in regno fuit, per potentiam prævaleret, circa mediam „ quadrageſimam conſilio habito, „ in oppido Galliæ *Confluentiæ* conventum celebrant; ibique *Conradum* Imperatoris *Henrici* Sororium „ - - præſente *Theoduino* Epiſcopo „ Cardinali, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Legato, ſummi Pontificis, ac „ totius Romani populi, urbiumque „ Italiæ aſſenſum promittente, - - „ Regem creant. Qui mox ad palatium *Aquis* veniens, a prædicto Cardinali (nam *Colonienſis*, qui id facere jure debuerat, noviter intronizatus pallio carebat,) cooperantibus *Colonienſi*, & *Trevirenſi* Archiepiſcopis, cum cæteris Epiſcopis in „ Regem ungitur. „

(D) Otto Friſing. lib. 1. de Geſtis Friderici I. cap. 9. „ Suſcepit vero „ (*Fridericus* Senior de *Hohenſtauffen*) „ ex nobiliſſima compare ſua *Agnete* „ duos

A. C. novi Regis favorem expertus eſt Otto, ex Morimundenſis Cœnobii Abbate Friſingenſis Epiſcopus, anno quidem jam ſuperiore electus; ſed iſto demum, in quem viri ingens modeſtia conſenſum extraxerat, ejus Eccleſiæ gubernacula auſpicatus. (A) Friſingenſium exemplum imitati Paſſavienſes, Reginmaro Antiſtiti defuncto, Reinbertum Hagenavium, ortu item Auſtriacum ſuffecere. Genus maternum ex Helena Comitum de Stilla, & Heffte filia duxit; ætatem inter Canonicos ad S. Hippolyti, quorum Præpoſitus erat, ea laude decurrit, ut ea illi dignitas gradus fuerit, ad Eccleſiæ Paſſavienſis Cathedram conſcendendam. (B)

Otto ex Abbate Morim. fit Epiſc. Friſing.

Reinbert. de Hagenau fit Epiſcopus Paſſav.

Hæc dum maxime agerentur, Leopoldus Marchio, conjugem ſibi e Bohemia, Sobieslai Ducis filiam, Mariam nomine, feſtis nuptiis Octobri menſe Olomucii ſociavit: (C) quoque firmior eſſet Bohemos inter, Auſtriosque affinitatum nexus, Gertrudem, Leopoldi ſororem, Wladislao fra-

Leopoldi Auſtrii, & Wladiſlai Bohemi nuptiæ.

„ duos filios, *Fridericum* & *Conra-*
„ *dum.* „ Conrad. Urſpergenſ. in Chron. ad An. 1116. „ Imperator „ (*Henricus V.*) ducatum Orien-„ talis Franciæ, qui Wirciburgenſi „ Epiſcopio, antiqua regum ſucceſ-„ ſione competebat, *Chunrado* ſororis „ ſuæ filio commiſit. „

(A) Radevicus de Geſt. Friderici I. lib. 2. cap. 11. agens de Ottone Friſingenſ. „ In Morimundenſi Mo-„ naſterio primo Abbas, eo uſque „ probatus & electus inventus eſt, „ ut merito ſibi diceretur: *Amice* „ *aſcende ſuperius.* Epiſcopus factus „ (Friſingæ) transmiſſo juventutis „ fervore &c. „ Meichelpeckius Friſing. Tom. I. de Ottone I. ex Calend. Weihenſtephan. notat, *Ottonem* anno primum 1138. in Epiſcopatum ſuiſſe introductum. Chron. Clauſtro-Neoburg. ad Annum 1114. „ Otto de Morimundenſi Cœnobio „ ad Epiſcopatum Friſingenſem evo-„ catus eſt. „ Albericus in Chron. ad An. 1146. hæc habet de *Ottone* Friſing. „ Huc uſque pertingit nar-„ ratio Epiſcopi *Ottonis*, qui fuit vir „ nobilis, & Monachus Morimundi, „ & *una die* electus in *Abbatem* ejus-„ dem loci, *ſequenti die* factus eſt in „ Bavaria *Epiſcopus* Friſingenſis; cum „ eſſet frater Imperatoris ex Matre, „ filius videlicet *Leopoldi* Ducis (Mar-„ chionis rectius) Auſtriæ. „ Ortilo, qui eum Anno 1131. creatum Morimundi Abbatem ſcribit ad Annum 1137. hæc habet: „ *Otto* Mo-„ rimundenſis fit Epiſcopus Friſin-„ genſis. „ Rikardus Newburgenſ. „ *Otto* - - fit Epiſcopus Friſingenſis „ An. MCXXXVII. „

(B) Hiſtoria Fundat. Seittenſtettenſis apud Hieron. Pezium, Tom. II. col. 507. „ *Reinbertus* vir Nobilis, „ Comes de *Hagnowe*, & de *Hayde*, „ duxit in uxorem (*Helenam*, ſoro-„ rem *Udalſcalchi*, Domini de *Stille* & „ *Heffte*) & ex ea liberos, ſcilicet „ Dominum *Reinbertum*, poſtea Pata-„ vienſem Epiſcopum, & *Hartwicum*, „ & *S. Richkardim* procreavit. *Rein-*„ *bertus* vero filius, - - in liberali-„ bus vero ſcientiis ſufficienter eru-„ ditus, factus eſt Præpoſitus in *S.* „ *Ypolito*, & deinde in Epiſcopum „ Patavienſem eſt aſſumptus. „ Chr. Zwetlenſe Vetuſtius ad An. 1138. „ *Reinmarus* Epiſcopus obiit, *Reiber-*„ *tus* Epiſcopus eligitur. „

(C) Chron. Bohem. Anonym. apud Menkenium Tom. III. ad An. 1138. „ Eodem anno Sobieslaus filiam ſuam „ nomine *Mariam Lupoldo*, Auſtriæ „ Marchioni, legitimo conjugio jun-„ xit in uxorem, & in civitate *Ol-*„ *mucenſi* nuptias celebravit. „ Rikard. Newburg. „ *Leupoldus* - - uxo-„ rem accepit *Mariam*, Sobieslai Bohe-„ miæ Ducis filiam An. MCXXXVIII. „ Conſentit Chron. Auſtrale, Clauſtro-Neob. Haſelbachius, Arenp. &c.

fratris ſui filio ſponſam petiit Sobieslaus, ac quamvis dilato in biennium matrimonio, impetravit. (A) Hæc Conradi III. favore acta. Sed luculentius Regis ejusdem in Leopoldum Auſtrium benevolentiæ genus erat, quo eundem, exauthorato Goslariæ per natales Chriſti ferias Henrico ſuperbo, Bojorum Duce, Bavariæ Ducatu non multo poſt auxit; Saxonia, quæ altera erat Henrici Provincia, in Albertum Urſum Brandenburgicum translata. (B) A. C.

Leopoldus Auſtriæ Dux Bavariæ renunciatur.

Ejus rei cauſæ.

Cauſas tantæ rerum converſionis, pugnantibus nationum ſtudiis, arduum eſt referre. Saxones Scriptores, Boicique, quorum Henricus Princeps erat, odium fere Guelphicæ gentis, aut invidentiam in Conrado Rege criminantur: (C) alii facti narratione contenti, cauſam ſilentio prætervehuntur: (D) medius hos inter Otto Friſingenſis, vir ad ceteras virtutis laudes, a partium ſtudiis mire

(A) Chronic. Bohem. ſupra laudatum, c. 63. „ *Wladislaus* ſororem „ dicti *Cunradi* Rom. Regis nomine „ *Gertrudam* uxorem habuit. Eodem „ anno *Wladislaus* eandem conjunxit „ ei. „ Conſentit Haſelbach. Arenpeck. Sundheim. &c. Contractæ tamen nuptiæ ante An. 1140. non videntur, poſt mortem nempe Sobieslai, A. 1140. XVI. Cal. Mart. defuncti, ut habet idem Chron. cap. 62.

(B) Monachus Weingartenſ. de Guelfis cap. 13. apud Leibnit. T. I. & Henric. Caniſium Tom. III. Ortilo ad An. 1138. „ *Liupoldus*, Marchio „ Auſtriæ fit Dux *Bavariæ*. „ Conradus Urſperg. in Chron. ad A. 1139. „ Huic (*Conrado III.*) primum Saxones & Dux *Heinricus*, aliique, qui „ ejus electioni non interfuerunt, „ reſiſtunt, calumniantes eum non „ legitime, ſed per ſurreptionem „ electum eſſe. Quibus omnibus in „ proxima Pentecoſte Generalis Curia *Babenberg* indicitur. Quo Saxones omnes ſimul cum viduata „ Imperatrice *Richinza* venientes, ultro ſe *Chunrado* Regi ſubdidere. „ *Heinricus* Dux regalia ſervans aberat, ad quæ reddenda in feſtum „ Apoſtolorum Petri & Pauli dies ei „ *Ratiſponæ* præfigitur. Quo veniens, „ regalia quidem multis illectus promiſſis reddidit: ſed ad ea, quæ ulterius inter eos tractanda erant, „ dies ei in brevi poſt *Auguſtæ* præſcribitur. Quo ex condicto aſſumptis fidelibus ſuis, & milite non „ modico venit, ac ſuper *Licum* ex „ oppoſito civitatis, Rege civitatem „ tenente, caſtra poſuit. Internuncii autem, ac mediatores ad hanc „ cauſam prænominati, per triduum „ huc ac illuc ſæpius transmeantes, „ nihil profecerunt: Rex enim non „ aliter compoſitionem fieri voluit, „ niſi Dux quædam de iis, quæ a *Lothario* Imperatore ſuſceperat, ac poſſederat, reſignaret. Quod cum „ Dux renuiſſet; - - Colloquium infecto pacis negotio diſſolutum eſt. „ Rex ergo metuens aliquid in ſe „ machinari, dum peracta cœna cubitum ſe ire ſimularet, adductis „ clam equitaturis, cum paucis civitatem - exivit, ac - - *Herbipolim* „ pervenit. Ubi Judicio quorundam Principum Dux proſcribitur, „ ac in proxima Nativitate Domini in „ palatio *Goslarienſi* ducatus ei abjudicatur. - - Rex ducatum *Saxoniæ* „ *Alberto* Marchioni conſobrino ejusdem Ducis, *Noricum* vero, poſt in „ Bavariam veniens, *Luipoldo* filio *Luipoldi* Marchionis, fratri ſuo ex parte Matris, tradidit. „ Eadem pene Otto Friſing. l. 7. c. 23. Godefridus Viterb. in Chron. aliique narrant. Rikard. Newburg. „ *Lewpoldus* - - „ fit Bavariæ Dux An. MCXXXIX. „

(C) Frider. Hahnius in Conrado III. P. III. p. 209. in Notis. Struvius in Corp. Hiſt. Germ. in Conrado III. pag. 369. in Not. num. (14.) Adlzreiterus Boic. P. 1. lib. XX. cap. XXXII.

(D) Dodechinus ad An. 1139. Annal. Boſovienſ. An. 1139. Chronic. Mellic. Anno 1139. Anonym. Leob. An. 1138. Chron. Zwetl. Vetuſtius An. 1138.

A. C. re alienus, perſtricta leviter Henrici Superbi ambitione, ac contumacia, cauſam ad Divini Judicii æquitatem refert, arrogantibus ſemper infeſti. (A) Neque tamen negaverim alte Conradi animo inſediſſe, odiorum quasdam reliquias, quæ ſeu ob illata ſibi bello ſuperiore damna, (B) ſeu ob ſtructas Friderico fratri ſuo per improbam amicitiæ ſimulationem fraudes, (C) Suevicam nuper, Boicamque gentem commiſerant. Sed enim retenta tamdiu, invitis Regni Principibus Imperii inſignia; alienati deinde, atque a fide ac obſequio Regis abſtracti per Henricum Germaniæ Proceres, ac, ut videri poterat, vis pene, concluſo intra Auguſtæ mœnia Regi, ni poſtulatis decederet, ad-

(A) Otto Friſing. de Geſt. Friderici I. lib. 1. c. 22. „ *Henricus* Noricorum Dux, pro nota ſuperbiæ, „ pene omnium, qui in expeditione Italica cum *Lothario* Imperatore „ fuerant, odium contraxerat. „ Idem in Chron. lib. 7. c. 24. „ *Henrico (V.)* Imperatore mortuo conſanguinei ejus, qui tunc in Regno „ præcipui nominis, & quaſi Regii „ culminis per hoc ſecuri erant, non „ ſolum ad regnum non eliguntur, „ ſed & appoſito ſuper ſe Rege plurimum affliguntur, & conculcantur. His ergo in ſumma tenuitate „ poſitis, cum Dux *Henricus* authoritate ſoceri ſui Imperatoris, propriisque viribus in tantum excreviſſet, ut omnes deſpiciens, nulli „ pro Regno ſupplicare dignaretur; „ Dominus, qui humilia reſpicit, „ & alta a longe cognoſcit; deponit „ potentes, & exaltat humiles; illum „ humiliatum, & pene deſperatum „ ad faſtigium Regni provexit; hunc „ de alto in gloria & potentia ſua „ gloriantem dejecit. Quid hic aliud „ dicere poſſumus, niſi quod prius „ *Conradum* magnum in oculis ſuis „ humiliavit, humiliatum reſpectu „ pietatis ſuæ exaltavit. „

(B) Conrad. Urſperg. in Chronic. p. 276. *Henricus* Dux Bavariæ, „ venit ad Imperatorem *Lotharium* ſocerum ſuum, apud civitatem *Nürenberg*, & ibi Ducatum Saxoniæ, „ - - ſuſcepit: & ibidem pollicetur „ eidem Imperatori auxilium contra „ præfatum *Fridericum* & *Chunradum* „ fratrem ejus. - - - ſequenti vero „ æſtate *Heinricus* Dux cum exercitu „ copioſo fines *Friderici* Ducis ingreſſus a villa *Tuogendorff*, quæ eſt in „ ripa Danubii incipiens, & ultra „ *Stouphen* perveniens, omnia circum „ quaque in tranſitu, & in reditu incendio & præda devaſtat. „

(C) Otto Friſingenſ. de Geſt. Friderici I. lib. 1. cap. 19. „ Dux *Henricus* Alemanniam ingreſſus, - - - „ miſſis - legatis ad *Fridericum* Ducem Suevorum, eum amice, tanquam ſororis ſuæ maritum monet, „ ut ad gratiam redeat. - - Addit „ etiam, hujus negocii ſe - - fidum „ fore mediatorem. Ubi ergo ut „ qua die ſimul conveniant, - - Monaſterium quoddam *Zuifalten* dictum conſtituitur. Dux *Fridericus* „ nil perperam exſpectans ad prædictum locum cum paucis venit. Ille „ vero non ſimpliciter ambulans, quo „ loco nocte cubare vellet, latenter „ exploravit. Itaque - cubiculum, in „ quo Dux (*Fridericus*) jacebat, circumdatur. - - Dolum itaque cognoſcens „ ad Divinæ tantum gratiæ ſe vertit „ adjutorium. Quo opitulante, per „ abdita quædam cubiculi penetralia, „ tum ſibi primo quaſi cælitus oſtenſa, Eccleſiam introivit, turrim, „ quæ Eccleſiæ contigua erat, aſcendit. Hoſtes cubiculum irrumpunt, „ & non invento Duce, Clauſtra „ etiam Monachorum ingrediuntur, „ cunctas officinas ipſorum ferro perſcrutantur. Phœbo ab inferis redeunte, - - vicini quique fideles „ Ducis teterrimo cognito facto, aggregatim in adjutorium ejus advolant, &c. „

(A) Gott-

mota, conciliandæ ſpem concordiæ penitus abrupere. (A) A.C.
Itaque Wurzburgi, Principum quorundam judicio, jam proſcripto Duci, Goslariæ Bavaria una, ac Saxonia adimitur, inter Brandeburgicum mox, & Auſtriacum dividenda. (B) Sed ea Conradi liberalitas Leopoldo Auſtriæ Marchioni, ac Bavariæ jam Duci, caro ſtetit, ſuo ut loco oſtendetur.

Cœnobii Zwetlenſis origo.

Anni interim exeuntis finem nova Zwetlenſis Cœnobii auſpicia conſecrarunt. Hadmarus de Cuopharn, Azonis Gobatsburgici ex Nizone nepos, magnæ vir per Auſtriam nobilitatis, ac potentiæ, cum liberos ex Gertrude conjuge haberet nullos, amplarum opum, ac facultatum hæredem DEUM, DEIque Parentem Virginem ſcribere cogitabat. Hærebat adhuc animus, qua id via, modoque potiſſimum exequeretur: ſed ingens Bernardi fama, & inſtituti, cujus Princeps quodammodo, caputque erat, ſanctitas, vix nuper ad S. Crucis delibari cœpta, virum pium, exemplo Leopoldi nuper cœlo recepti, tam potenter

(A) Gottfrid. Viterb. in Chronic. „ In gratiam & pacem Regis fuere „ omnes recepti, excepto ſolo Duce „ Bavarorum *Henrico*, apud quem „ etiam inſignia regalia contumaciter „ detinebantur. Erat enim gener „ defuncti Imperatoris *Lotharii*; & „ ex hoc tenens regalia ad Regnum, „ quantum poterat, aſpirabat. „ Albericus in Chr. „ Dux Bojariorum „ *Henricus*, quia filia *Lotharii* Regis ei „ nupſerat, & jam liberos ex ea ſuſceperat, *Conradum* Regno ſublimatum, „ & ſe alienatum graviter ferebat, & „ quoscunque poterat, ab ejus amicitia & fidelitate avertebat. „ Urſpergenſis ſupra laud. Avent. l. 6. c. 3. „ *Henricus* cum amicis, atque magna „ Equitum vi venit, caſtra ante mœnia urbis (*Auguſtæ*) fecit. Cæſar „ in urbe erat, fruſtra ultro citro, „ conciliandæ pacis gratia, amici commearunt. - - - Cæſar poſteaquam „ cœnavit, abire ſe cubitum ſimulat, „ at cum paucis, nemine ſalutato, „ noctu urbe egreditur, *Wirzeburgium* in Franciam ſe confert, &c. „

(B) Otto Friſingenſ. lib. 7. cap. 23. „ Solus ex Principibus Dux *Henricus*, „ regalia ſervans, (*Babenbergenſi* a „ Conventu) aberat, ad quæ reddenda in feſtivitate Apoſtolorum „ Petri & Pauli, dies ei præfigitur „ *Ratiſponæ*. Quo veniens, regalia „ quidem multis illectus promiſſis „ reddidit, ſed tamen ea minime conſecutus, infecto pacis negotio, ſine „ gratia ejus receſſit. Cumque multis modis homo præpotens & animoſus, ſed nutu DEI humiliatus „ miſericordiam peteret, tandem judicio quorundam Principum apud „ *Herbipolim* proſcribitur, ac proxima Nativitate Domini in palatio „ *Goslarienſi* ducatus ei abjudicatur. „ Et mirum dictu, Princeps ante „ potentiſſimus, & cujus authoritas, „ ut ipſe gloriabatur a mari uſque „ ad mare, id eſt a *Dania* uſque in „ *Siciliam* extendebatur, in tantam „ brevi humilitatem venit, ut pene „ omnibus fidelibus & amicis ſuis in „ *Bajoaria* a ſe deficientibus, clam inde egreſſus, quatuor tantum comitatus ſociis in *Saxoniam* veniret. „ - - - *Conradus* Rex Bajoariam ingreſſus, ducatum *Leopoldo juniori*, „ *Leopoldi* Marchionis filio, fratri ſuo „ ex parte Matris tradidit, & ex hinc „ provincia noſtra multis malis ſubjacere cœpit. „ De Saxonia *Alberto Urſo* tradita, vide dicta pag. præcedente lit. (B) ex Urſpergenſi. Agunt de ea re Annal. Saxo, & Chron. S. Pantaleon. &c. fuſe Monach. Weingartenſ. de Guelf. cap. 13. Chronic. Rhytm. MS. Bibl. Univ. Vien. uſque ad An. 1146.

„ Daz Land ze Beieren er im nam,
„ Von der Fürſten rat daz quam. „

A. C. ter rapiebat, ut continuo de ſuis hominem, ad ejus Cœnobii Abbatem allegaret, qui & conſilii rationem edoceret; & idoneum ejus Sodalium manipulum, ad ducendam in Auſtriam ulteriorem coloniam flagitaret. Tam piæ illuſtrium Conjugum voluntati nihil negandum videbatur. Miſſi igitur e familia non maxima, duodecim ejus Inſtituti Monachi, iisque regendis Hermannus Abbas additus, ante natales Chriſti ferias Zwetlenſe in caſtrum pervenerunt. Accepti ab Hadmaro Religioſi hoſpites paterno plusquam animo: ſed quod Cœnobium adhuc deerat, in ædibus interim, ut præſens ferebat neceſſitas, rudi e ligno adverſus vim frigoris contabulatis, collecti ſunt, dum locum extruendo Cœnobio opportunum reperirent. Id pridie
1139 Kal. Januarii factum, unde religioſiſſimi Zwetlenſis Monaſterii exordia numerantur. (A)

Rem miram ſubjicit Ebro, clarus poſtea ejus Cœnobii Abbas, & prodigio haud abſimilem. Ea ipſa nocte, dum anxiis de capiendo Cœnobii loco curis indormiſceret Hadmarus, objectam Divinæ Matris ſpeciem mortali auguſtiorem, locumque, in quo hodiedum ſitum eſt id Cœnobium, indice digito demonſtratum: aræ etiam Principi deſignatam ſtationem, quo loco virentem arborem, & crucis in modum brachiis extentam conſpiceret. Eadem plane ſpecies Hermanno Abbati poſt ſacras Vigilias cœleſtium rerum meditationi intento, eſt repræſentata: ut proinde collata ſomnii divini ſpecie non dubitarent, ipſis Januarii Calendis deſignatum Cœnobio, Temploque locum nives

Locus Cœnobio deſignatus.

(A) Abbas Ebro in lib. Fundat. Zwetl. apud Reverendiſſimum Dominum Bern. Linckium ejusdem Monaſterii itidem Abbatem in Annal. Zwetlenſ. ad An. 1138. „ Cum „ propoſitum ſuum de fundanda Abbatia aliqualiter perduceret ad effectum, ad petitionem ſuam miſſi „ ſunt ei 12. Monachi de *S. Cruce*, „ cum Abbate decimo tertio, nomine *Hermanno*. Quod factum eſt „ ante Nativitatem Domini, videlicet „ Anno Domini MCXXXVIII. ſed „ cum ligneum Monaſteriolum, ſicut „ in novellis plantationibus fieri ſolet, in loco, qui dicitur *Obernhof*, „ conſtruxiſſet juxta prædium *Zwetel*, „ & prædictos fratres in die S. Silveſtri, videlicet II. Kal. Januarii ibidem locaſſet, &c. „ Abb. Ebro in Expoſitione Verſuum antiqu. Cœnobii Zwetlenſ. „ *Azo* genuit tres „ filios, quorum unus *Anſelmus* vocabatur, - - alter dicebatur *Nizo*, „ & iſte eſt Pater *Hadmari*, primi fundatoris Zwetlenſis Monaſterii. - - „ *Hadmarus* - - iſte caſtus, & continens erat, & quia ex uxore bona „ & devota *Gertrude* prolem non habebat; Chriſtum, & B. V. Mariam, quam valde diligebat, hæredes ſui patrimonii fecit. Conventum namque Monachorum Ciſtercienſis Ordinis, ad locum *Clarum*, qui *Zwetla* dicitur, congregavit. „ Reliqua fuſe exequitur Linck. laud. Ortilo ad annum 1138. „ *Zwetla*, prima filia de Clauſtro „ *Sattelbach* fundatur ab *Hadmaro* de „ *Cuepharn*, cujus poſteri nunc *Chunring* dicuntur. „

(A) Ab-

inter inveſtigare. Deprehenſa ibidem arbor, media hyeme foliis veſtita, expanſisque in crucis formam ramis virentibus ſomnii fidem teſtata. Communis lætitia celeritatem exacuit. Convecta in novi operis fabricam materies, omnia tanto ardore feſtinata, ut ſurgentis ædificii finem eodem adhuc anno lætus conditor videret. (A) Nondum jactus erat in fundamenta primus lapis, cum Januario adhuc menſe amplam dotem Hadmarus adjiceret, & agri modum ampliſſimum in Nortica ipſe Silva deſignaret. (B) A.C.

Leopoldus Auſtrius Conradum Regem in Saxoniam comitatur.

His ad Zwetlam pie, ſancteque conſtitutis, Leopoldus Marchio, idemque Dux Bavariæ jam deſignatus, Conradum Regem fratremque in bellum Saxonicum eſt ſecutus. (C) Id exeunte Quintili menſe cœptum, interventu deinde Pontificum tantiſper conſopitum, morte denique Henrici Superbi, Octobri adhuc menſe reſtinctum eſt. (D) Leopoldus, cujus ſororem Agnetem Wladislao, infelici Sileſiorum Duci, nuptam, obiiſſe hoc anno Rikardus Neubur-

(A) Abbas Ebro, in lib. Fundat. Zwetl. „ Fertur, quod B. V. Maria eidem piiſſimo Hadmaro in ſomnis apparuit, locumque Monaſterii, locum etiam ſummi Altaris, ubi hodie cernitur, diligentiſſime præoſtendit; certisque indiciis, quomodo hæc agnoſcerentur, edocuit. Expergefactus ergo locum diligenter inquirit, & in loco ſummi Altaris arborem in modum crucis jam florentem invenit. - - Beata autem Virgo Maria dicitur utrisque, tam Fundatori, quam Venerabili Abbati in ſomnis apparuiſſe, & locum Monaſterii deſignaſſe. „ Rem fuſe exequitur Abbas Linck in Annal. Zwetl. ad An. 1139.

(B) Idem ibidem affert verba Diplom. Conradi III. confirmatorii Fundat. Zwetlenſ. dati apud Salſam Anno 1139. Indict. III. Anno Regni ejus II. „ Tradidimus prædium „ *Zwetel*, dictum in *Nortica* Sylva ſitum cum his villis: *Geizruch*, *Racenſruta*, *Zembeceleins*, *Gerates*, *Gradenze*, *Rudmares*, *Scelebaïs*, &c. „ Additque id datum: „ Duce *Liupoldo* conſentiente, adjuvante, rogante, „ quæ videri poſſunt apud Abb. Linck in Annal. Zwetl. ad annum 1139. ſed Indict. III. An. 1140. rectius convenit.

(C) Conſtat ex Diplom. Conradi III. quod affert Fellerus inter Monument. varia inedita pag. 394. dato *Volckerodenſi* Cœnobio in expeditione, quam, habuit Rex adverſus Saxones An. 1139. Indict. II. & anno Regni II. ubi inter teſtes ſubſcriptus primo loco eſt „ *Lupoldus* Dux Bavariæ, „ & confirmat Bern. Noric. in Chron. Auſtr. & Haſelbachius: uterque tamen annum expeditionis perperam 1142. ponit.

(D) Annal. Saxo. Chronic. Reg. S. Pantaleon. Chronogr. Saxo ad annum 1139. „ Appropinquante vero „ feſtivitate Aſſumptionis ſanctæ Mariæ, idem Archiepiſcopus (*Cunradus* Magdeburg.) cum Duce, & prædictis Principibus apud *Cruciburch*, „ contra Regem convenit. - - Ibi „ facta per internuncios conventione pax firmata eſt uſque ad condictum tempus, deinde facto colloquio in *Quidilingeburch*, *Heinricus* „ Nobiliſſimus, atque probiſſimus „ Dux Bawariorum atque Saxonum „ veneficio ibidem infectus, XIII. „ Kal. Novemb. vitam finivit. „ Albericus in Chron. An. 1139. „ *Henricus* Dux Bajoariorum adhuc contrarius exiſtens, *Conrado* Regi - - „ irremediabili morbo triſtitiæ pervenit ad extrema vitæ. „ Otto Friſing. lib. 7. c. 25. „ *Henricus* Dux „ dum - - jam in Bajoariam ire propoſuiſſet, morbo correptus, diem „ clauſit extremum. „

(A) Ri-

burgenſis memorat, (A) ut firmaret res ſuas, data in matrimonium, Wladislao, Bohemiæ Duci, ſorore altera, Gertrude, (B) in Bavariam tetendit. Sed eo novam provinciam vix ingreſſo, turbari cœpta ſunt omnia. Diſceſſerat inde nuper Henricus exul, Bavaris, ut videbatur, non admodum invitis, neque enim ex tanto clientum numero, præter quatuor itineris comites, inventus eſt quisquam, qui in Saxoniam profugum ſua e patria ſequeretur. (C)

Turbæ eidem in Bavaria enatæ.

Sed ubi capta Ratisbona, Provinciaque, ſolenni de more, ſacramento in fidem accepta, caſtra ad Licum promovet Leopoldus, bellum repente a tergo naſcitur, a fratribus Phalejæ, & Dachavii Dominis exortum. Otto & Conradus Comites erant, ambo ex Illuſtri Schyrenſium familia oriundi, & Henrici Superbi, quoad in vivis erat, partes cum fide ſecuti: hoc aut fato ſuo, aut venenata potione extincto, ad Guelphicas ſe partes applicabant, ceteris paſſim nobilibus, ſeu amore, ſeu terrore ad Leopoldum confluentibus. Supererat Henrico filiolus, ætate quidem tener, ſed ea jam indole, quæ magnarum ſpem rerum in futurum promitteret. Haud deſtituendum ratus puerum Welfo patruus, cujus tutelæ ac fidei illuſtris pupilli ætatula a Patre moriente erat commendata. Stabant ab ejus partibus aperte Saxones, ſtudiumque ad tuendam Henrici Leonis (id enim puero nomen) cauſam fratres duo, Phalejæ Comites e Bavaria conferebant.

Leopoldus Auſtrius Phalejam obſidet:

Leopoldus Auſtrius nondum gnarus, quot cum hoſtibus ſibi res eſſet, Ottonem interim & Conradum fratres Phalejæ, quo ſe cum juſto armatorum præſidio injecerant, obſidet, expugnata ea arce totam Bavariam obſequentem habiturus. Lenta erat obſidio, & tum loci ingenio, tum propugnatorum virtute impedita: Mangoldo enim amne, qui caſtrum præterfluit, latus tutante, vallati Romani rudera, quæ arcem eam, Ahamſteinii nomine hodie notiorem coronant, acceſſus haud faciles armato militi reddebant: copiæ, ut in pacata eatenus provincia, nec magnæ ad

(A) Rikardus Newb. „ *Agnes* - - „ obiit An. MCXXXIX. „ Sed refragari videntur Radevicus, & Chr. Luneb. Eckard. col. 1379. ut infra videbitur ad An. 1157.

(B) Rikard. Newburg. „ *Gertrudis* - - nupſit *Wladislao*, Duci Bohemiæ, deinde Regi, An. MCXL. „

(C) Otto Friſing. lib. 7. cap. 23. „ Princeps ante potentiſſimus, - - - „ in tantam brevi humilitatem venit, „ ut pene omnibus fidelibus & amicis „ ſuis in Bajoaria a ſe deficientibus, „ clam inde egreſſus, quatuor tantum „ comitatus ſociis, in Saxoniam veniret. „ Monachus Weingart. de Guelfis c. 13. „ Dux ergo - - non „ multis comitatus in Saxoniam properat. „ Addit tamen plures fuiſſe „ ſuorum, „ qui de Bavaria & Suevia eum inſecuti ſub ſpecie peregrinationis, terram intraverant. „

ad manum erant, & faciendo opere ut plurimum diſtentæ. A. C.
Nihil non exploratum Welfoni, qui occaſioni bene gerendæ rei jam dudum imminebat.

Sed adventu Welfonis cum clade rejicitur.

Ergo raptis propere trans Licum copiis, Leopoldi nihil tale opinantis caſtra opprimit, factoque in obſtinantes impetu, cruenti prælii ſignum tollit. Coortæ in pugnam utrinque acies, telis, gladiisque diu rem agebant, alterna in partibus ſtrage: ſed cum ex Auſtrii Ducis exercitu Albertus Comes Bogenius, & Heinricus Rainingius, quorum ſpectata erat eo prælio virtus, vitam in vulnere poſuiſſent, multique Nobiles aut cœſi, aut capti terrorem in caſtris geminarent, cedendum virtuti ratus Dux Leopoldus, ex acie ſe cum copiis recepit. (A) Pugnatum eſt Idibus Auguſti: An. MCXL. cruentam fuiſſe Welfonis victoriam, nec Boici Scriptores diffitentur. (B)

Atque ne diu ſibi Welfo de ejus diei fortuna plauderet, ſua illum temeritas, ſi Fabro Ulmenſi fides, gemina brevi clade mulctavit. Prior ad Neresheimium a Friderico Duce, cum quo ſigna conferre auſus eſt, inflicta: alteram a Conrado Rege, ad Elenhofium accepit priore gra-

(A) Otto Friſing. l. 7. c. 25. „ *Leopaldus* Marchio ſuſcepto a Rege Ducatu *Norico*, omnibus pene Baronibus ad eum pertinentibus, amoreque ſeu terrore ultro ad eum confluentibus, primo metropolim, ac ſedem ducatus *Ratiſponam* ditioni ſuæ ſubdidit: poſt collecto milite copioſo totam Bajoariam pertranſiens, in ipſo ejus termino, juxta *Licum* fluvium contra urbem *Auguſtenſem* negotia terræ per triduum tractans, ſtrenui Judicis officium exercuit. - - *Leopaldus* vero ducatum ex hinc Noricum potenter ſe habere confidens, dum in obſidione caſtri *Phaleja* duorum fratrum, qui ſoli ex Noricis Baronibus in parte Ducis *Henrici* ſteterant, incaute moraretur, *Guelfo* Ducis *Henrici* frater, ex improviſo collecto milite ſuperveniens, fortiſſime pugnando, cæſis ex utraque parte pluribus, multis captivatis Ducem cedere coegit. „ Eadem refert Albricus ad Annum 1140. Monachus Weingartenſ. de Guelfis cap. 13. paucula mutat ſic: „ *Leopaldus* Marchio &c. collecto milite ſuperiores partes Bavariæ uſque ad Licum pertranſiens, amiſſis aliquot de ſuis feſtinanter revertitur, &c. „ *Ottonem* & *Conradum* Comites ex Schyrorum, gente ortos Lazius ſcribit lib. 7. de Migrat. gentium, & confirmat Adlzreit. Boicor. P. I. lib. 21. ex quo cetera etiam accepta ſunt, Aventinum l. 6. ſecuto.

(B) Monachus Weingartenſis in Chron. ad An. 1140. „ *Welfo* Dux, „ *Leopaldum* Ducem Bavariæ in Idibus Auguſti pugna juxta caſtrum „ *Valejum* aggreſſus vicit. „ Idem de pugna loquens ſic habet: „ Cæſis „ ex utraque parte pluribus, multis „ captis *Leopaldum* ignominioſe fugere coegit. „ Nec diſſentit Adlzreiterus loco laud. Chron. Rhytm. MS. Vienn. ſæpe laud.

„ *Welfe* vermaz ſich tægliche
„ Mit Worten wider das Riche,
„ Das was dem Herzogen *Liupold* Leit,
„ Ze *Valey* er da mit her reit,
„ *Welfe* da mit im vaht,
„ *Leupolt* ward da Schadhaft.
„ Im wurden erſlagen ſin man.
„ Vil chovme ſelbe entran.
„ *Leupolt* der gute
„ Vil harte in das mute,
„ Das ſtunt unlange ſider,
„ Mit Rittern hup er ſih darwider. „

A. C. graviorem. (A) Caſtrum Elenhofio vicinum, Weinſpergam, oppidumque Conradus Rex obſidione cinxerat: Welfo, quem nuperus ad Phalejam ſucceſſus audentiorem fecerat, caſtra iterum obſidentium aggreditur, ſed eventu tam improſpero, ut victus, fugatusque cum ingenti ſuorum clade, Weinſpergam victoris miſericordiæ relinquere cogeretur. Profuit civibus conjugalis uxorum pietas, quæ, quod nihil in rebus humanis charius maritis ſuis haberent, elatos ſuis humeris a communi exitio vindicarunt. Hæc ad extremum anni menſem acta in Suevia. (B)

Welfonis ad Weinſpergam clades.

Welfone tot cladibus attrito, pacatiorem nactus Provinciam Leopoldus, Ratisbonam ſe retulit ad compo-
1141 nendum rerum civilium ſtatum; forumque nobilium cauſis de more aperuit: verum ut in novo principatu ægri hominum animi facile recrudeſcunt, ita a ſummo diſcrimine parum abfuit. Tumultuum cauſam nemo prodidit, tur-

Novum Leopoldi Auſtrii Ratisbonæ periculum.

(A) Felix Faber Ulmenſis Hiſt. Sueworum l. 1. c. 11. „ Congreſſi ergo „ ad præliandum *Fridericus* Dux Sueviæ ex parte *Conradi* Imperatoris, „ & *Gwelfo* ex parte Ducis Bavariæ „ *Henrici*, congreſſum fecerunt in „ campo juxta oppidum *Nerusheim*. -- „ Arriſit autem divina clementia Sue- „ vis audacibus, - - - *Guelfus* vero, „ ceteris interfectis, cum paucis con- „ fuſus in Bavariam rediit. „ Ac paulo poſt ſubjungit: „ *Gwelfo* Ba- „ varus paratus contra Suevos pro- „ cedit in prælium, in campum juxta „ villam *Elenhofen* prope *Winſperg*: -- „ Hora ergo ſtatuta Gwelfi & Gibli- „ ni, (ſeu *Conradi* Regis milites) con- „ greſſi, iterum vicerunt Suevi, & „ Ducem Bavarum *Gwelfum* interfe- „ cerunt, & multum populum cum „ eo. Ceteri fugæ præſidio ſalvati „ evaſerunt. „ Sed *Gwelfum* tunc cæſum manifeſtus error eſt. Verius Otto Friſing. l. 7. c. 25. „ His ela- „ tus ſucceſſibus (*Guelfus*) dum Re- „ gem quoque non multo poſt in ob- „ ſidione caſtri *Winſperg* morantem „ pugna aggredi attentat, amiſſis mul- „ tis, cum paucis fugit e prælio. „

(B) Excerpta Chron. antiqui Colonienſis ad An. 1140. apud Joach. Fellerum, pag. 10. „ Rex urbem „ *Welphonis* Ducis Bavariorum *Win-* „ *ſperg* dictam obſedit, & in deditio- „ nem accepit, matronis & feminis „ ibi repertis hac regali liberalitate „ licentia conceſſa, ut quæque hu- „ meris valerent, deportarentur. Quæ „ tam fidei maritorum, quam ſoſpi- „ tati ceterorum conſulentes, omiſ- „ ſa ſupellectili deſcendebant, hu- „ meris viros portantes. Duce ve- „ ro *Friderico* ne talia fierent, con- „ tradicente, Rex favens ſubdoloſi- „ tati mulierum dixit: Regium ver- „ bum non decere immutari. „ Mo- nach. Weingart. de Guelfis cap. 13. „ *Gwelfo* privatum Ducatum jure hæ- „ reditatis ad ſe ſpectare perclamans, „ - - ad rebellionem ſe parat. Ob „ hoc Rex circa idem tempus caſtrum „ ejus *Winſperg* obſedit. Quem *Gwel-* „ *fo* collecto milite, in proxima heb- „ domada Nativitatis Domini, dum „ incaute pugna aggredi tentat, amiſ- „ ſis aliquot, multis captis, cum pau- „ cis fugit e prælio. „ Conradus Urſperg. Anno 1140. „ *Welfo* Dux „ *Luipoldum* Ducem Bavariæ, in Idi- „ bus Auguſti pugna juxta caſtrum „ *Valejum* aggreſſus vicit. Ipſe vero „ in eodem anno in feſto S. Thomæ „ a Rege *Chunrado* apud *Winiſperg* de- „ victus eſt. „ Conſentiunt Chron. Reg. S. Pantal. & Monach. Weingart. in Chron. ad A. 1140. Chr. Rhytm. MS. Vienn.

„ Der Kunich *Winſperch* beſaz,
„ *Welfe* beſunde ſin maz,
„ Zwei tuſent Ritter er gewan.
„ Mit dem Kunige er da vaht.
„ Das mus er werden Schadhaft.
„ Mit Frwunden und mit Mannen
„ Mus er entrinnen dannen. „

bas tamen eas Ottonis Witelſpachii Palatini Comitis importunitate conflatas, populumque in ſeditionem verſum Otto, Leopoldi frater, breviter pro more, modeſteque indicat. In tanta furentis populi concurſatione, Caji Cæſaris, Alexandriæ obſeſſi, artibus utendum ratus Leopoldus, ſparſis per urbem facibus, cum populum ad reſtinguendum incendium avertiſſet, ſpatium evadendi nactus, circumjectum urbi agrum dira populatione evaſtavit. A. C.

Urbs ea armis ad officium revocata.

Mox ubi juſtas contraxit copias, caſtra iterum ad urbem admovet, civesque extrema omnia metuentes, ad deditionem cogit. Compreſſa popularium ſeditione, auriique ſumma multatis civibus, iratum agmen ad Licum rapit, acceptum nuper ad Phalejam dedecus præſenti vindicta deleturus: vaſtati omnes circum agri, caſtella Guelfico nomini addicta ſolo æquata, abſtracta pecora, homines aut ferro enecti, aut in vincula conjecti: cumque eam populationem late per Bavariam circumferret, miles prædæ intentus, & ira excæcatus, Friſingenſis quoque Eccleſiæ fines, quanquam ſub ditione Ottonis Auſtriaci eſſent, nihilo mitius accepit. (A) Quod ne Leopoldi imperio factum exiſtimem, tum Ottonis ſilentio, tum Leopoldi germanitate inductus, perſuaſum habeo. Vindicta hoc modo de perduellibus ſumpta, Ratisbonam rediit. Sed malum, quod ex tanta bellorum contentione contraxerat, gravi morbo Ducem implicuit. Spes erat, patrii cœli benignitate, valetudinem propediem recuperandi; jamque iter in Auſtriam ſua voluntate ſuſceperat: ſed enim mors intempeſtiva florentis ætatis Principem, cum vix Altachium inferius attigiſſet, ad XV. Calendas Novembres, Anno MCCXLI. extinxit. (B)

Leopoldi Auſtrii, Ducis Bavariæ morbus,

& mors Altachii conſecuta.

Quin-

(A) Otto Friſing. lib. 7. cap. 25. „ Non multo poſt, Duce *Leopaldo* in „ urbe Ratispona civilia jura diſponente, ex Palatini Comitis *Ottonis* „ importunitate ſeditio oritur. Dux „ cum ſuis, populo circumquaque „ concurrente, arma arripuit, ſuccenſisque aliquibus urbis vicis, civibus tam armorum, quam incendii metu diſcurrentibus, periculum evadens, urbe receſſit, ac vaſtatis in circuitu agris, ad tempus „ inde divertens, collecto milite non „ longe a civitate caſtra poſuit; tandemque terrore perculſos, pecuniæ pactione in deditionem accepit. Dehinc dedecus a *Guelfone* ſibi „ apud *Phaleja* illatum ulciſci ſtatuens, armata manu ad Licum uſque progreditur: ibique deſtructis „ quorundam inimicorum ſuorum „ munitionibus, cunctisque circumquaque vaſtatis, per fines noſtros „ cum multo Eccleſiæ noſtræ detrimento revertitur. Ipſe vero non „ multo poſt *Ratisponæ* infirmatus, „ in territorio Patavienſi diem obiit, „ & in Monaſterio *S. Crucis*, quod a „ Patre ſuo fundatum, ipſe plurimum „ ditaverat, humatur, eique in *Marchia* ſucceſſit frater ſuus *Henricus*. „

(B) Chronic. Mellic. Anno 1141. „ *Liupaldus* Dux Bavariæ, & Marchio „ Auſtriæ, XV. Kal. Nov. obiit. „

Et

A.C. Quinquennii hujus brevitas, quo rem publicam geſſit, plura Leopoldo non permiſit: quæ tamen pauculis hiſce annis, in tanta perturbatione rerum, ab eo geſta ſunt, indicio eſſe poſſunt, quantum habituræ fuiſſent Principem ſubjectæ eidem Provinciæ, ſi vita ei longior, uſusque diuturnior contigiſſet. *Ejus laudes.* *Largi* cognomentum, quo Faſti eum Auſtriaci cohoneſtant (A) a munificentia, haud dubium, in DEO dicata Monaſteria traxit: nam & Neuburgenſe Pirchenwartenſi villa; & S. Crucis nobile in Auſtria Cœnobium, cui hoc ipſo anno Conradus, frater ejus, Abbas datus eſt, (B) Drumavienſibus & Talernenſibus prædiis vineisque auxit; (C) & Zwetlenſium res, & Gottwicenſium, neſcio quam bonorum diminutionem paſſas, in integrum reſtituit. (D)

Strenuum bello, & artium, quibus frangi contumacia popularium ingenia debent, non ignarum, res triennio non integro in Bavaria geſtæ ſatis indicant: & quanquam fortuna nonnunquam cœptis deerat, conſilium tamen ſuperabat. Nec juſtitiæ defuiſſe, quamdiu foro ſeditioſorum armis juſtitium indictum non eſt, & Otto germanus prædicat, nec Boici Scriptores inficiantur. (E) Nulla

Et conſentit Chron. Salisburg. Reicherſperg. & Zwetl. vetuſtius: unde corrigenda ſunt Chronic. Auſtrale Bern. Norici. Anonym. Leob. Haſelbach. Arenpeck. Sundhemii Tabul. Clauſtro-Neoburg., quæ mortem *Leopoldi* in An. 1142. vel 1143. rejiciunt. Ortilo ad An. 1141. „ *Liupoldus* novus Dux, & Marchio, „ poſt multa bella moritur ex ſubito „ morbo in Bawaria apud *Altaham* „ in Clauſtro. „ Rikardus Newb. „ *Lewpoldus* - - obiit An. MCXLI. „ XV. Kal. Novembr. non reliquit „ prolem. „

(A) Thom. Haſelbach. in Chron. „ Tertius filius *Leopoldus* junior, dictus *Largus*, fuit Dux Bavariæ, & „ Marchio Auſtriæ, &c. „ Confirmat Sundh. in Tabul. Clauſtro-Neoburg. Cuſpinianus in Auſtria, aliique.

(B) Rikard. Newburg. „ *Chunradus* - - - fit Abbas ibidem Anno MCXLI. „

(C) Necrolog. S. Crucis apud Abbat. Linck. in Annal. Zwetl. ad Annum 1142. „ XV. Cal. Novembr. „ obiit *Leopoldus* Dux Bavariæ. Iſte „ *Leopoldus* - - dedit nobis *Drumaren*, *Talern*, pluresque vineas. „ Necrolog. Clauſtro-Neoburg. apud Hier. Pezium. T. I. „ XV. Kalend. „ Novemb. *Lwpoldus*, *Lwpoldi* Marchionis filius, Dux Bavariæ. Tradidit *Pirchenwarth.* „

(D) Abb. Ebro apud laud. Linck. ad An. 1142. „ Ipſe autem Dux, „ cum - - - in extremis ſuis jaceret „ apud Clauſtrum *Altha* nomine, pro „ remedio animæ ſuæ tradidit Beatiſſimæ DEI Genitrici MARIÆ „ in *Zwetel* prædium, quod dicitur „ *Chrumpnawe*, cum omnibus pertinentiis, - - - ſicut ei ab *Anſelmo* „ patruo videlicet *Hadmari*, Fundatoris noſtri datum fuerat, &c. „ Arenpeckius in Chronic. Auſtriaco. „ Dux *Leopoldus* Monaſterium *Gottwicenſe* ſuis bonis locupletavit. Cœnobio S. Crucis *Drumaw*, & *Tallern*, „ cum vineis, pratis, ſilvis & piſcationibus donavit. „ Cui conſentit Cuſpinianus in ſua Auſtria.

(E) Otto Friſing. l. 7. c. 25. „ Negotia terræ per triduum tractans, „ ſtrenui judicis officium exercuit. „ Et infra „ Duce *Leopoldo* in urbe Ratispona civilia jura diſponente. „

Juſti-

itaque res Leopoldo ad conciliandam populi gratiam, præterquam peregrinitas, obfuit: quæ ſi vitium eſt, nemo aliena in patria innocens culpæ eſſe poteſt. A. C.

Maria, Leopoldi Vidua, Hermanno poſtea Carinthiæ nupta.

Liberos ex Maria Sobieslai, Bohemiæ Ducis, filia nullos ſuſtulit: ipſa vero, elato immaturo conjugis funere, in manus deinde Hermanni, Carinthiæ Ducis, ut opinio eſt, ſecundis nuptiis convenit. (A) Verum hæc poſtea. Interea corpus exanime Leopoldi Ducis in Auſtriam mœſta pompa delatum, & ad ſanctæ Crucis, quod Cœnobium multas familiaris rei acceſſiones illi debet, humatum eſt. (B)

Status rerum in Auſtria hoc Principe.

Status rerum in Auſtria, propter exigui brevitatem temporis, quo Provinciæ præfuit, nihil diverſum a ſuperioribus annis habet. Arma Moraviæ illata, primo ſtatim Principatus ſui anno, Annales quidam Bohemici referunt; ſed coortis ad defenſionem patriæ Moravis, Leopoldum in Auſtriam rejectum. (C) Verum quod hujus belli nec cauſa conſtet; nec ulla apud Scriptores vel Auſtriacos, vel Moravos, ac Bohemos ceteros extet mentio: ac Leopoldus præterea jam non Marchio, qualis tum erat, ſed Dux, ab Annalium authore ignoto appelletur, fidem rei haud addam facile, vel demam.

Nobilitas Auſtriaca.

Bello Bavarico, qui ſecuti ſint Ducem ex Auſtria Proceres, ex piæ largitionis tabulis, quas Reicherſpergenſi Bavariæ Cœnobio, plenas æquitatis ac pietatis, paulo ante mor-

Juſtitiæ & illud præclarum ſpecimen eſt, quo Reicherſpergenſibus de damno per milites facto cavit, ut conſtat ex litteris *Leopoldi* Ducis in Chronico Reicherſperg. ad An. 1141. allatis: „ Ego *Luitpoldus* Dux Bawariorum, „ DEI gratia cupiens hæreditare beatitudinem, - - pauperum Chriſti, „ in Cœnobio *Reicherſpergenſi* DEO „ militantium, intellexi paupertatem, ſimulque animadverti, quædam eorum prædia vaſtata, dum „ exercitus, vel patre meo *Luitpoldo*, „ vel me ipſo ducente, per terras eorum iret, ac rediret. Unde commonitus - - ex nunc impoſterum „ tradidi duo beneficia in villa, quæ „ dicitur *Laubes*, cum omni utilitate „ ad illa pertinentia, &c. „

(A) Rikard. Newburg. „ *Lewpoldus* - - - non reliquit prolem. „ Haſelbach. in Chron. „ *Maria*, ejus „ (*Leopoldi Largi*) uxor, filia *Sobeslai* „ Ducis Bohemiæ, ex qua non habuit proſem. „ Cuſpinian. in Auſtria de *Maria Leopoldi* Largi conjuge. „ Nupta eſt dehinc *Hermanno* Duci „ Carinthiæ. „ Et confirmat Megiſer. l. 8. c. 1.

(B) Otto Friſing. l. 7. c. 25. „ Ipſe „ vero (*Leopoldus* Dux) - - in Monaſterio *Sanctæ Crucis*, quod a Patre ſuo fundatum ipſe plurimum „ ditaverat, humatur. „ Epitaphium ad S. Crucem: „ XV. Kal. Nov. o „ *Liupoldus* Dux Bavariæ. „

(C) Supplement. Anonymi ad Coſmam Pragenſ. apud Menken. T. III. „ An. Dom. Incar. MCXXXVII. - - „ *Leopoldus* Dux pulſus eſt de *Moravia*. „ Id ſi de *Leopoldo* Auſtriaco intelligendum eſt, *Ducem* non niſi per *prolepſim* nuncupare potuit: cujus titulum nonniſi Anno 1139. *Leopoldus* accepit.

(A) Li-

A.C. mortem dedit, colligi videtur: (A) his enim præter Ottocarum Styriæ Marchionem, & Comitem Eckbertum, Luitoldus Comes de Bleien, Otto de Machlant, Hadmarus de Choufarn, Chadelhochus de Rore, Hartnidus de Orte, Richerus de Seebach, Walterus de Tobel, nota in provincialibus Auſtriæ monumentis nomina, recenſentur: his cognatum, Albertum de Berge adjungere licet. Cui moriens Leopoldus negotium dedit, Crumpenavienſe prædium Zwetlenſi Cœnobio tranſcribendi. (B)

Munia Provinc.

Prætorum, Quæſtorum Provinciæ, ad quos judiciorum ac vectigalium cura pertinebat, & ſylvæ, quæ Cambum, Crembſamque fluvios interjacebat, Procuratorum rude velut veſtigium extat in iisdem, quas Reicherſpergæ dedit, literis: quanquam nomina, quorum ea fuerint in Provincia munera, non ſint expreſſa. (C) Religioſæ res in Auſtria, Neuburgi, unde Hartmannus Præpoſitus ad

(A) Literæ *Leopoldi* Ducis Bavariæ, Anno 1141. Reicherſpergæ datæ in Chronico Reicherſpergenſi ad hunc annum, in quarum fine ſic legitur: „ Hæc autem traditio ad altare S. Michaelis in *Richerſperg*, me præſente „ (*Leopoldo* ſcilicet Duce) ac petente facta eſt per manum Comitis „ *Luitoldi* de *Bleien*, - - - Hujus rei teſtes per aurem attracti ſunt hi, „ quorum nomina ſubnotata leguntur: *Otaker* Marchio, Comes *Ekkebertus*, *Otto* de Machlant, *Werinhart* „ de Jugelbach, & filius ejus *Werinhart*, *Wolfhere* de Regernwag, *Albuvinus* de Petra, *Hademar* de Chuofarn, *Gebehart* de Abbatesdorf, „ *Chadelhohus* longus de Rora, *Eberhart* de Brundewa, & *Udalricus* frater ejus, *Harnit* de Orte, *Richere* de „ Sebach, *Walter* de Tobele, &c. „

(B) Abbas Ebro in lib. Fundat. Zwetlenſ. apud Linckium in Annal. Zwetlenſ. ad An. 1142. & rurſus ad An. 1156. „ *Anſelmus* prædictum „ prædium *Chrumpnawe* ea cauſa Duci Auſtriæ, (*Leopoldo* Duci Bavariæ, & Auſtriæ Marchioni) contradidit, ut quandoque Abbatiam „ ibi conſtrueret, aut poſt obitum „ ſuum pro remedio utrorumque „ animarum alicui clauſtro daret. „ Quod & Dux devote complevit, „ delegavitque in manus *Alberti cognati ejus de Berg*, absque omni contradictione & conditione ad delegandum ſuper Altare ſanctæ MA- „ RIÆ Virginis in Zwetel. „ Eam traditionem & delegationem factam eſſe a Duce *Leopoldo*. „ Cum eſſet „ in Bavaria, & in extremis ſuis jaceret apud Clauſtrum *Altha* nomine, „ ibidem teſtatur Abbas id.

(C) Lit. *Leopoldi* Ducis Reicherſp. datæ An. 1141. „ Decernimus, non „ ſolum ad prædicta beneficia excolenda, verum & ad alias, qualescunque utilitates fratrum *Richerſperg.* duobus plauſtris, aut vehiculis eorum, amodo ſemper in poſterum patere ſylvam, quæ vulgo „ dicitur *Vorſt*, ſitam inter duos fluvios *Campam*, & *Chremeſam*, ita videlicet, ut nullus ejusdem *ſylvæ* „ *Procuratorum*, ab eis exigat ullum „ precium, ſeu qualiscunque angariæ gravamen illis faciat. - - Ipſa „ quoque duo beneficia præſignata, „ ita decernimus permanere libera in „ Fratrum propria poteſtate, ſicut „ erant in noſtra: ne vel *Camerarii* „ vel *Marſcalci*, ſeu alii ſervitores „ noſtri, ac poſterorum noſtrorum, „ in ullo ſint moleſti cultoribus eorum, vel de rebus curiæ traducendis, vel de annona equorum perſolvenda, vel de aliis miniſtris, „ (*forte* miniſteriis) hujusmodi exequendis. „ Sermonem hic eſſe de penſione avenæ, ſeu *Marchfutter*, ſeu *Fodro*: & de iis, quæ ad coquinam Ducis pendi debebant, de quibus in literis Fundat. Scotor. Viennenſium mentio fit, mihi dubium non eſt.

Res religioſæ.

Brixinenſis Eccleſiæ pontificatum eſt traductus; (A) Zwetlæ item, ac ad ſanctam Crucem, firmis, hoc Principe, literis ab Romano Pontifice, Antiſtite Paſſavienſi, Rege Conrado, aut Leopoldo ipſo Marchione ſunt communitæ. (B) Quo loco conſederit Princeps, antequam Bavaria potiretur, parum liquet: veroſimile eſt, ſedem, quæ Parenti in monte Cetio erat, Leopoldo quoque filio placuiſſe: plura, quæ in rem præſentem eſſent, noſtram notitiam effugerunt. A. C.

Henricus, Auſtriæ Marchio VIII, & ultimus.

Leopoldo immatura morte e vivis erepto, Henricus frater in ejus locum ſucceſſit. (C) Marchionis nomen, vivente adhuc Leopoldo Patre, geſſiſſe Henricum, ex Pontificiis quidem literis conſtat: ſed quibus finibus ditionis ejus jura circumſcripta ſint, quove in loco ſedem conſtituerit ſuam, haud ſatis liquido apparet. (D) Conjectura eſt, haud procul Vienna, & forte Medlingæ, quæ deinceps reliquorum Auſtriæ Principum natu minorum ſedes fuit, conſtitiſſe. Inde credibile eſt, vexata fuiſſe ab adminiſtris bonorum ejus, Mellicenſium jura, quæ ad Draiskirchium & Medlingam Cœnobio illi conceſſa erant: (E) inde

Quæ hæreditatis portio Henrico antehac fuerit aſſignata.

(A) Chron. Salisburg. An. 1140. „ *Reinbertus* Brixin. Epiſcopus obiit. „ *Hartmannus* ſuccedit. „ Biographus B. Hartmanni, c. 9. apud Hieron. Pezium T. I.

(B) Innocentii II. PP. literæ, quibus confirmat Canoniam *Clauſtro-Neoburgenſem*, ipſamque Canoniam in tutelam Sedis Apoſtolicæ ſuſcipit, dat. pridie Kal. Decembr. An. 1137. Indict. I. incepta a Septembri præcedenti: quæ extant apud Bern. Pezium Cod. Diplom. Num. 98. Part. I. Literæ *Reginberti* Epiſcopi Patavienſis, quibus privilegia, & jura Canoniæ *Clauſtro-Neoburg.* confirmat, datæ Anno 1139. apud eundem Pezium ibid. Num. 103. Innocentii II. lit. quibus confirmat, & privilegio novo auget fundationem *Zwetlenſem* dat. Laterani IV. Cal. Mart. An. 1139. Ind. III. Sed mendum eſt in Indictione: nam Martio menſi, Anno 1139. convenit Indictio II. Harum initium affert Abbas Linckius in Annal. Zwetl. ad An. 1139. Similiter literarum *Conradi III.* Regis initium, teſtesq; ſubſcriptos recitat idem eodem loco, quas itidem datas eſſe ſcribit Indict. III. An. 1139. ex Ebrone Abbate. Literas Cœnobio S. Crucis a *Leopoldo* datas, nemo ambigit, cum *Drummarenſe*, & *Tallernenſe* prædium vineasque illi tranſcripſit, ut conſtat ex Necrologio, ejus Cœnobii ſupra laudato.

(C) Otto Friſing. l. 7. c. 25. *Leopoldo* „ in Marchia ſucceſſit frater ſuus „ *Henricus*. „ Ortilo ad An. 1141. „ ſuccedit (*Luipoldo* Duci) *Heinricus* „ frater, Avus noſtri Fundatoris. „ Rikard. Newburg. „ *Henricus* - - „ ſucceſſit fratri *Lewpoldo* in Marchia, „ & Ducatu Bawariæ. „

(D) Innocentii II. PP. literæ Mellicenſibus VII. Id. Febr. Anno 1136. datæ apud Philib. Huberum in Auſtria ex Archiv. Mellic. Illuſtr. „ Decimationes, quas *Otto* de *Mazaut*, „ & *Artwichus*, Miniſteriales *Henrici* „ *Marchionis*, ſimiliter vobis auferunt, „ reſtitui faciat. „

(E) Hiſtor. Fundat. Monaſt. Mellic. apud Hieron. Pezium, T. I. „ Anno igitur verbi caro facti MCXIII. „ Ordinatione piiſſimi Marchionis „ *Leopoldi IV.* Monaſterium hoc *Medlicenſe* dedicatum eſt. - - III. Id. „ Octobr. - - eodemque die ab ipſo glorioſiſſimo Principe *Leopoldo* „ præmemorato, nobili dote dotatum eſt, videlicet ſex Eccleſiis plebejanis: ſcilicet *Medling*, *Draſchirchen*, „

A. C. inde naſcituræ propediem Viennæ urbi locum captum: inde conſtitutam poſtea filio, ſecundo poſt Leopoldum loco nato, regiam, quæ res deinceps in exemplum poſterorum tranſiit. Neque tamen ſemper Marchionis titulo, quamdiu Leopoldus frater in vivis erat, uſum eſſe exiſtimo, publicis præſertim in literis: nam quo tempore Straſſwalchenſi Nobilium conventui intererat, qui in cauſa Admontenſis Cœnobii a Conrado I. Salisburgenſi Archiepiſcopo coactus eſt, omiſſo eo honoris vocabulo, primo poſt Epiſcopos loco, inter teſtes ſubſcriptus reperitur: Henricus Conradi Regis, ac Leopoldi Ducis frater. (A)

Bavaria interim Duce orbata ſuo, in incerta ſpe erat veteres ad Dominos redeundi. Ut enim Welfo tentaret omnia; Conradus tamen Rex ſupererat, qui ſe vivo, nunquam paſſurus erat, ut erepta nuper Guelficæ genti provincia, priſtinum ad dominatum revocaretur. Quærere tamen viam placuit, qua Henricum Auſtrium, fratrem itidem ſuum, minore, quam Leopoldum nuper, invidia in fratris hæreditatem mitteret. Ea nec anceps erat, nec dif-
1142 ficilis. Superſtes adhuc in Saxonia agebat Henrici Superbi vidua, Lotharii quondam Auguſti filia: eam Henrico Auſtrio deſpondet Cæſar, dotemque adjicit Bavariam. (B)

Henricus Auſtriæ Gertrudem, Henrici Superbi viduam, ducit uxorem.

Gertrudis (id enim ſponſæ nomen) conjux melior, quam mater, Henrico Leoni filio facile perſuadet, ut tranquilla Saxoniæ poſſeſſione contentus, Bavariam Vitrico permitteret: mutari tantum jura, non amitti: quæ Patris quondam erant, ſibi remitteret; ſe, quæ a Lothario Auguſto ſibi in Saxonia obtigiſſent, poſſidenda deinceps filio tran-

„ *chen*, &c. „ De decimis earum Paroeciarum controverſis cauſam poſtea tractavit *Leopoldus* Dux Auſtriæ, An. 1178. Calend. Julii, ut videre eſt, in ejus literis apud Philib. Huberum lib. 1. cap. 1. pag. 10. Secundo genitorum vero Auſtriæ deinceps Principum ſedem fuiſſe *Medlingæ* infra ſuis locis oſtendetur.

(A) Codex Diplomat. Admontenſ. apud Bern. Pezium Tom. III. anecdot. affert literas Conradi I. Archiep. Salisburg. quibus Admontenſium bona confirmat, augetque Num. XI. ubi inter alia hæc habentur: „ Decimas in *Longowe*, - - *Ottonem* Nobilem de *Machlant*, qui eas injuſte uſurpaverat, ipſas apud *Strazzwalben* abdicare fecimus. Teſtes ejusdem abdicationis fuerunt *Heinricus* „ Ratisponenſis Epiſcopus, *Reimbertus* Patavienſis Epiſcopus. *Heinricus frater Conradi Regis, & Luipoldi Ducis Bavariæ*, *Heinricus* Præfectus „ Ratisponenſis. „

(B) Otto Friſing. lib. 7. cap. 26. „ Non multo poſt Saxoniam ingreſſus, data in uxorem *Vidua Ducis Henrici*, *Lotharii* Imperatoris filia, „ fratri ſuo *Henrico Marchioni*, pacem „ cum Saxonibus fecit, eidemque „ Marchioni *Noricum* ducatum (*Bavariam*) quem conſilio matris, Ducis *Henrici* filius jam abdicaverat, „ conceſſit. „ Dodechin. An. 1142. „ Filius *Heinrici* Ducis Ducatum Saxoniæ ſuſcepit, cujus matrem Rex „ fratri ſuo *Henrico Marchioni* ibidem „ (*Francofurti*) copulavit, ac *Ducatum Boariæ* tradidit. „

Dux Bavariæ renunciatur.

transcribere. Id cum ratum haberet puer, Henricus Auſtrius in Bavariæ poſſeſſionem mittitur. A. C.

Id conſilium, miro Principum conſenſu approbatum, eo potiſſimum valuit, ut Saxoniæ Ordines, qui a Regiis eatenus partibus ſe abruperant, in gratiam cum Conrado Cæſare, ac concordiam redirent. Delectatus ſucceſſu Rex, nuptialem apparatum regia ipſe munificentia Anno MCXLII. inſtruxit, Francofurti haud dubie, qua in urbe dies ipſos quatuordecim publica lætitia inter ludos, ac ſpectacula tenuit. (A)

Eliſabetha ſoror nubit Landgravio Thuring. Hermanno.

Haud ſcio, an non eadem occaſione contractum ſit matrimonium inter Hermannum de Winzeburg, Thuringiæ Landgravium, & Eliſabetham Henrici Auſtrii ſororem: eam certe hoc anno nuptialibus pactis elocatam, Annales noſtrates memorant; (B) breviſſimoque uſam conjugio, primo in partu extinctam: felicem tamen, quod mariti funeſtiſſimi caſus, qui aliquanto poſt tempore eum perdidit, nec particeps fuerit, nec ſocia. (C)

Novæ in Bavaria a Welfone turbæ.

At Welfo, cum everſa ſua conſilia, amplamque Bavariæ hæreditatem, quam ſpe jam devorarat, ereptam ſibi ſuisque videret; majoribus, quam unquam, furiis inſtinctus, arma repetit, & Bavariam adortus, inſpectante prope Auſtrio, omni hoſtilitatis genere rapit, trahit, & exurit. Henricus, qui ex fumo, ac incendio villarum, quo cum hoſte ſibi res futura eſſet, ſatis providebat, copias undique con-

(A) Chron. Regium S. Pantaleon. apud Eccard. Tom. I. Script. Germ. „ An. Dom. MCXLII. Rex Pentecoſten *Frankenefurt* celebrat, coadunata Principum, tam Bavariæ, quam Saxoniæ, univerſitate. Ibi quorundam familiarium ſuorum Principum fretus auxilio, dominam *Gertrud*, famoſiſſimam Saxoniæ matronam, filiam videlicet *Lotharii* Imperatoris, & prædicti *Heinrici Ducis viduam*, uni e fratribus ſuis conjunxit, ſciens hac conjunctione multos confœderari, quod & factum eſt. Nam Principes hactenus diſcordantes, hac occaſione Regi reconciliantur. Celebrantur ergo nuptiæ regali apparatu per XIV. dies, quas ipſe Rex per ſe amminiſtravit. „ Annales Boſovienſes apud Eccard. Tom. I. Script. Germ. „ An. 1142. VI. Idus Maji ad Curiam in *Frankenfurt*, Rex & Saxones, qui hactenus quorumdam factionibus, non minimum diſcordaverunt, in concordiam redierunt. „ Conſentit Dodechinus ad Annum 1142. Rex - - *Francenfort* venit in Dominica *Miſericordia*: (quæ II. poſt Paſcha, eo anno in V. Nonas Majas incidit,) & ibi curiam habuit, ubi convenerunt omnes pene Principes Teutonici Regni, ubi & Saxones in gratiam redierunt. „

(B) Rikard. Newburg. „ *Elizabet*, - - nupta *Hermanno* de Winzeburg, Thuringiæ Landgravio, An. MCXLII. in primo partu cum prole obiit. „

(C) De hoc ſupra actum in fine Lib. VIII. Breviter rem enarrat Chronic. Luneburg. apud Eccardum T. I. Script. Germ. col. 1382. „ In den Tiden ward geſlagen Greve *Herman* van *Winzenburch* mit ſineme Wive, dio mit Kinde was, (*Ludgarde* videlicet, poſteriore ejus conjuge) van den dieneſtmannen van Hildenſim eines nachtes uppe derſelven burch III. Kal. Se nemen oc ſinen ſchat ſes duſent punt. „

A. C. contrahit, maximoque Auſtriorum ac Bavarorum cum exercitu mediam Provinciam irrumpit. Friſingenſis ager vicinus erat, Ottoni fratri utroque jure ſubjectus: contineri non poterat militis effrenis ardor, quin perſequendæ injuriæ ſtudio injuriam afferret.

Henricus Auſtriæ Friſingā mœnibus nudat:

Cum enim civium nonnulli, Welfoni æquiores, hoſtem tectis recepiſſe dicerentur, verſa in ipſam urbem vis eſt, æquata ſolo urbis munitio, civesque nullo ſontium, inſontiumque diſcrimine, omni maleficiorum genere hoſtiliter divexati. Welfonem ea clades non mediocriter urebat; ſed quod Regis Conradi copias magnis jam itineribus adventare fama eſſet, metueretque, ne gemino concluſus hoſte, & prælio ſimul, & bello vinceretur, offerre ſe in pugnæ caſum non audebat. Hoſte remoto, arduum haud erat Henrico, qui ſuas interim cum Regiis conjunxit copiis, totam provinciam ad obſequium revocare. Obſtabat unum Dachavii caſtrum, Conradi, de quo alias, Comitis receptaculum: ſed quod gemini exercitus vires eludere diu non poſſet, facta deditione, flammis corruptum, & ad ſolum detractum eſt. (A) Hæc in Bavaria.

Dachavii Caſtrum diruit.

In Auſtria, quanquam pacata, multarum tamen rerum facta eſt converſio. Theobaldus, Vohburgicus ut reor, Marchio, Petronellam, Auſtriæ vicum, veteris Carnunti nomine, antiquis notiorem, in manus Conradi Regis Norinbergæ conſignarat: is cum amplo, qui Danubium inter Leythamque patet, agro Hugoni Granichbergico, qui beneficiario ad eum diem jure eum poſſederat, conceſſu Conradi Regis in perpetuum tranſcriptus eſt. (B) Res ſacræ, ubi religioſæ ſemel vitæ amor incaluit, non uno

(A) Otto Friſing. lib. 7. cap. 26. „ *Guelfo* - Princeps præfatum Ducatum ſe jure hæreditario contigiſſe calumnians, armata manu in „ præſentia Ducis Bajoariam ingreditur, parteque Provinciæ vaſtata „ regreditur. Ob ea Dux inflammatus, immenſo coadunato milite, „ fines noſtros ingreditur: multisque Eccleſiarum reditibus direptis, „ tandem etiam ipſius noſtræ civitatis munitiones, propter quosdam ex ipſa, qui fautores *Guelfonis* dicebantur, deſtruxit. Cui „ dum *Guelfo* cum copiis occurrere „ parat, audito quod Rex ſuperventurus eſſet, ceſſit. Porro Dux ſimul cum Rege caſtrum Comitis „ *Conradi*, qui ex parte *Guelfonis* erat, „ obſidione clauſit, vaſtatisque in „ circuitu univerſis, adjutorio Regis in deditionem accepit, ac igne „ ſuccendit. „ Eadem refert Monach. Weingartenſis in Hiſtor. de Guelfis apud Leibnit. T. I.

(B) Literæ Conradi III. Regis *Hugoni de Chranichberg*, datæ Norimbergæ. An. 1142. Indict. V. apud Ludewigium T. IV. Reliqu. Manuſcr. Lib. 5. Num. 2. „ Notum eſſe volumus, qualiter Marchio *Theobaldus* „ beneficium, quod *Hugo* de *Chranichperg*, fidelis noſter, ab eo jure „ homagii poſſidebat, nobis libere „ reſignavit, ſuaque petitione prædictum beneficium eidem *Hugoni* „ de

Montis Pomerii, & Erlachenſis Virginũ Cœnobii exordia.

Cœnobio auctæ ſunt, & amplificatæ. Paumgartenbergæ in Auſtria ſuperiore Ciſtercienſis Inſtituti Monaſterium, Otto de Machlant, & Gutha Peilſteinia, conjuges, ſub id tempus condidere. (A) Huic Erlahenſe Virginum Cœnobium idem Otto eodem anno adjecit, plane ut ſatisfacere pietati ſuæ, niſi expenſis in DEI cauſa facultatibus omnibus, haud poſſe videretur. Sacris ejus loci Virginibus Giſela, ſoror ejus, Antiſtita eſt data; *Advocati* honos Ottonis poſteritati eſt ſervatus. (B) Manſeenſe prætera, A.C.

„ de *Cbranicberg*, regia authoritate in „ proprium tradidimus, videlicet villam *Petronellæ*, cum omnibus utilitatibus, ad idem prædium pertinentibus, libertatibus, judicio, „ vinculo, patibulo, e medio Danubii uſque ad medietatem fluminis „ *Litabæ*, id eſt, cum inſulis, agris, „ pratis, paſcuis, piſcationibus, venationibus, molendinis. - - - Inſuper petitione dilecti fratris noſtri „ *Henrici*, ejusdem terræ Marchionis, annale forum in prænominata „ villa, cum omni juris, & Dominicæ authoritatis noſtræ poteſtate „ ſtatuimus. - - - Et qui præſentes „ aderant, Teſtes infra notari fecimus, quorum nomina hæc ſunt: „ *Ludovicus*, ſanctæ Ruffinæ Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus; „ *Engelbertus*, Bambergenſis Epiſcopus, *Embrico*, Wirziburgenſis Epiſcopus, *Seito*, Mauienſis Epiſcopus, „ *Ladislaus*, Dux Bohemiæ, *Haynricus*, Marchio Orientalis, &c. „

(A) Chron. Zwetlenſe recentius An. 1142. „ Domus S. MARIÆ in „ *Paumgartenberg*, conſtruitur. „ Id haud dubie acceptum eſt ex Codice Membran. perantiquo, cujus meminit Hieron. Pezius in obſervat. præviis ad Chron. Zwetlenſ. ubi ſic legitur: „ Anno Domini MXCVIII. „ XII. April. fundatum eſt Ciſtercium. MCXXXV. III. Idus Sept. „ *Domus Sanctæ Crucis.* MCXXXVIII. „ II. Kalend. Jan. *Zwetel*, Monaſterium vero dedicatum eſt MCLIX. „ MCXLII. *Poungartenberge.* „ Ortilo ad An. 1142. „ Fundari incipiunt *Mons Pomerius* in Auſtria, „ ſecunda filia clauſtri in *Sattelbach*, „ & tertia filia Beata Maria de *Zikador* in Ungaria. „ Author Topograph. Auſtr. Prov. P. Sebaſt. Inſprugger in ſua Auſtria Mappis Geograph. illuſtrata. Marcus Hanſizius T. I. pag. 306.

(B) Literæ Fundat. Parthenonis *Erlachenſis*, Ord. S. Benedicti, datæ ab *Ottone*, viro illuſtri, Anno ut Bern. Pezius exiſtimat, 1142. extantque apud eundem Cod. Diplomat. Num. CV. Part. I. pag. 333. „ Ego *Otto*, conſenſu fratris mei, & „ conſenſu conſanguineorum meorum, *Podalſchalci*, & *Diatrici*, Monaſterium *Herlahenſe* in honore ſanctæ Mariæ, ſancti Petri, & S. Joannis Baptiſtæ conſtruximus, ſororemque meam *Giſilam*, inibi DEO „ militaturam ſub ordine *Sancti Benedicti*, Abbatiſſam ordinari elaboravimus: ita quidem, quod & „ liberam electionem Abbatiſſæ ſanctimonialibus perpetualiter inſtituimus, & mihi nobisque ſuccedentibus *Advocatiæ* dignitatem, ſecundum petitionem Abbatiſſe, ſine „ aliquo prorſus ſub-advocato, ad honorem DEI, & conſervationem „ familiæ cenſuimus, hujusmodi libertatis authoritatem legitime & „ religioſe inchoatam, liberaliter, „ & honeſte obſervandam. - - In fundationem igitur ejusdem Eccleſiæ, „ tradidimus ſanctæ Mariæ, & prænominatis Sanctis, prædia noſtra „ ſcilicet *Herla*, & omnes hæreditarias poſſeſſiones circa hunc locum „ ſitas, *Steine*, *Waldern*, *Grovbe*, *Hengeberge*, *Wengelbach*, *Gottbinhofen*, *Palſenze*, *Aſſcha*, *Flinsbach*, *Wernchersdorf*, *Scavervelt*, *Imeinesdorf*, &c. „ Sed quod *Otto* eam fundationem *Eigilberto*, Paſſavienſi Epiſcopo commendet, quodque idem *Eigilbertus* Epiſcopus, prædium & Decimas ad *Wolfesbach*, & in *Ardacker* attribuat, qui ab An. 1045. ad An. 1065. Eccleſiæ Paſſavienſi præfuit, Cœnobii hujus fundatio integro pene ſeculo præceſſiſſe debuit: niſi forte mendoſe pro *Reimberto*, qui hoc tempore Paſſavienſis erat Epiſcopus, *Eigelbertus* ſit poſitus. Quod annotaſſe hoc loco ſufficiat.

A.C. rea, antiquiſſimum ſuperioris Auſtriæ Monaſterium Innocentius II. Pontifex Maximus, hoc etiam anno in tutelam Pontificiam ſuſcepit, ejusque jura publicis literis confirmavit (A)

Hæc inter læta Religionis incrementa, ſua etiam funera Auſtriæ non defuere. Primus, qui naturæ debitum ſolvit, Erneſtus erat, filiorum S. Leopoldi natu minimus, qui in ipſo flore ætatis, duos tantum ac viginti annos natus, X. Cal. Febr. deceſſit. (B) Secutus hunc proxime eſt ad XII. Calendas Maji, Sigehardus Comes de Scala, Leopoldi Pulchri gener, cujus filiam, Sophiam, in matrimonio habuit, vir utique pius, ac DEO devotus, uti quem fraternam in communionem Mellicenſes cooptarunt. (C) Hunc ad vitam beatiorem Gerbirgis Borivoji, Bohemiæ Ducis, conjux, ſororque Leopoldi ſancti, comitata eſt. (D) Commemorabili Princeps pietate, ac conſtantia, ut quæ inter fortunæ variantis vices, pio, ſed infelici conjugi, omnium conſors calamitatum, duodeviginti deinde annos ſuperſtes fuit. (E) Quæ illius fata fuerint, poſt maritum in Hungaria extinctum; ubi defuncta, ac ſepulta ſit, tacentibus noſtris, ac Bohemiæ annalibus,

Mortes illuſtres:

Erneſti fil. S. Leopoldi.

Sighardi Com. de Scala, & Gerbirgis Auſtr.

(A) Lit. Innocentii II. PP. datæ *Manſeenſi* Cœnobio VI. Id. Decemb. Indict. VI. An. 1142. apud Bern. Pezium Codic. Diplomat. Num. CVI. „ *B. Michaelis* Archangeli Monaſte„ rium, in quo divino mancipati „ eſtis obſequio, ſub B. Petri & no„ ſtra protectione ſuſcipimus: „ confirmat deinde poſſeſſiones ejus Cœnobii, „ Eccleſiam *Manſee:* Eccleſiam „ *Steinenkirchen*, Eccleſiam *Wiſilburg*, „ Eccleſiam *Schönau*, Eccleſiam *Straſ„ walchen*: Eccleſiam *Abſtorff*, &c. „

(B) Rikard. Newburg. „ *Erneſtus* obiit in flore X. Kalend. Febr. Anno MCXLII. „ Sepultus eſt ad Sanctam Crucem, ut ſupra indicatum lib. VIII. in fine.

(C) Chronic. Mellic. An. 1142. „ *Sigehardus* Comes de Scala, frater „ noſter obiit. „ Necrol. Mellic. „ XIII. Kal. (Maji) *Sigehardus* Co„ mes. „ *Sophiam* illi conjugem fuiſſe, *Leopoldi Pulchri* filiam, & *Henrici* Carinthiorum Ducis viduam, ſupra lib. VII. pag. 427. ex Necrol. Campilil. & Chronico Gloggnizenſi oſtendimus. Aventinus lib. 6. Boic. c. 5. Num. 31. *Sophiam*, nuptam prius *Henrico*, Duci *Chariniano*, *Sigehardo de Scala*, Ratisbonæ An. MCIV. interempto tribuit, errore manifeſto: cum enim toto ſæculo XI. *Henricus* alius Dux Carinthiæ non fuerit, niſi is, quem An. 1127. extinctum ſcripſimus; *Sigehardus* autem is jam Anno 1104. occiſus ſit; ſequeretur, *Sophiam* vivente marito priore, *Henrico* Duce, nupſiſſe poſteriori, *Sigehardo*, XXIII. annis ante *Henricum* Ducem extincto: quod nemo admittet. Adde, quod Literæ a *Sigehardo*, & *Sophia* datæ Formbacenſibus ſint ſub Abbate *Dietrico*, qui ut e Gloggniz. Chronic. conſtat, XX. & aliquot annis poſt mortem *Sighardi* An. 1104. interempti, primo electus eſt.

(D) Supplement. Anonymi ad Coſmam Pragenſ. An. 1142. „ Eodem „ anno, III. Idus Julii obiit, *Kerberck*, „ conjux *Boriwoy*. „ Sed Necrol. Campil. diem obitus notat VI. Idus Junii.

(E) Anonymi Chron. Bohemicum cap. 59. apud Menkenium Tom. III. „ An. 1124. *Borziwoy* in Ungaria mo„ ritur. „ Res *Boriwoy* idem author a cap. 51. ad cap. 59. fuſe perſequitur, & a me ſupra compendio allatæ ſunt in Notis. pag. 426.

haud facile dixero: vitam tamen Gottwici in Auſtria poſuiſſe, authorem habeo domeſticum Annalium Auſtriacorum conditorem, qui ſe ex Gottwicenſibus id monumentis hauſiſſe memorat: iſtis ſi credimus, a mariti obitu in Auſtriam ſe retulit, & Gottwici ſacras inter Virgines adſcripta, ſub Abbatis obedientia reliquum ætatis egit: donec conſimili piæ vitæ morte Anno demum MCXLII. ad ſuperos migravit. (A) A. C.

Wladislaus Bohemiæ Dux, & Gertrudis Auſtriaca à ſuis exagitati.

A Gerbirge Gertrudis D. Leopoldi fratris filia non longe abiit: nam quæ Wladislaum hoc, aut ſuperiore jam anno calamitas oppreſſit, eadem Gertrudi quoque, religioſiſſimæ Duci, prope funeſta fuit. Sobeſlao in Bohemia Wladiſlaus Dux nuper ſuffectus erat: quod cum ægre ferrent optimates quidam, ac Conradum Moraviæ Marchionem, ad Principatum vocarent, infeſtis armis tota Bohemia concurſum eſt: & quanquam Wladislai potior cauſa eſſet, viribus tamen adverſa factio ſine dubio præſtabat. Wladislaus igitur, cui jam exigua in popularium armis ſpes erat, ad Conradum Germaniæ Regem, ac affinem ſuum trepidus advolat, opemque tempeſtivam, interventu Gertrudis conjugis, quæ ſoror Conradi erat, adverſus æmulum exorat. (B) Nulla in Rege mora fuit, copiisque raptim contractis in Bohemiam itum, ubi poſt diram Templorum ac Cœnobiorum per Moravos ſtragem, Praga ipſa, urbs Regni caput, a ſummo diſcrimine haud longe aberat.

A Conrado Rege Rom. in principatum reſtituti.

Sed adventu Conradi Cæſaris periculum non modo diſcuſſum eſt; ſed retruſus ſuam in Moraviam hoſtis, Wladislaus Principatui reſtitutus, firmisque pacis legibus cognati Bohemiæ, Moraviæque Principes, ad ſtabilem deinceps con-

(A) Chron. MS. Authoris incerti, ſed recentioris, quod in Collegio Academico Viennenſi aſſervatur, affert ex libro *Donationum Gottwicenſium* de *Herbirge*, ſeu *Gerbirge* ſequentia. „ *Gerwirgis*, ſive *Gerwich*, Ductrix Boemorum, interventu *Leopoldi* Marchionis, fratris ſui, accepit prædium cujusdam nobilis, *Waldo* dicti de *Raina*, & illud ipſum per manum *Gebhardi*, Comitis de *Pewgen*, delegavit ſuper altare B. Virginis in Monte *Gottwico*, quæ duciſſa deinde ſanctimoniæ habitum induta, vixit ibidem ſub obedientia Abbatis Gottwicenſis circa annos 1123. & 1125. „

(B) Anonym. Chron. Bohemic. cap. 63. „ Anno Domini 1141. in „ Bohemia facta eſt magna diſſenſio, „ ita quod nobiliores & potentiores „ *Conradum* Marchionem Moraviæ, - „ exaltaverunt in Principem Regni „ Boem. parte alia cum *Wladislao* manente. Unde factum eſt, quod - „ per *Conradum*, & ſuos *Wladislai* „ fugatur exercitus, & potentiores „ utraque parte pereunt. Videns „ autem *Wladislaus* invaleſcere *Conradum*, & ejus potentiam, *Pragam* „ ſe transfert, & - - urbi & caſtro „ ad defenſionem diſpoſito, ad Regem Rom. *Conradum*, ſubſidii cauſa progreditur. Interea *Conradus* „ Marchio Morav. prædictus, cum „ ſuis civitatem *Pragenſem* obſedit, - - „ Eccleſias & Monaſteria deſtruxit, „ & fregit, &c. „

A. C. concordiam ſunt revocati. (A) Has Bohemiæ procellas, Gerbirgis, iisdem ſæpe fluctibus ante jactata, ſecura jam ſui, ac velut ex portu aſpexerit, nec diu poſt oculos in mortem clauſit.

Principem feminam, ſed jam religioſis D. Benedicti legibus adſtrictam, altero mox menſe in cœlum ſecutus eſt Bertholdus, Garſtenſis Abbas primus, cujus mors beata in VI. Cal. Sextiles incidit. (B) Nota erat viri ſanctitas, & multis magnisque ſupra naturæ vires operibus divinitus nobilitata. Salutaris ejus opera, quanquam Cœnobii unius parietibus incluſa, ad multos tamen Auſtriæ proceres, a vitiis ad bonam frugem revocandos, pertinebat. In pretio erat, non Auſtriæ duntaxat, Styriæque Marchionibus; ſed Conrado etiam Cæſari, qui ad componendas conſcientiæ rationes Bertholdum nonnunquam arbitrum dele-

B. Bertholdi Gärſt. Abbat. I. obitus.

(A) Anonym. Chronic. Bohem. cap. 63. „ *Conradus* itaque Rex, di„ cti Principis uxoris, *Sororis ſuæ*, „ permotus rogatu, cum exercitu „ potenti Boemiam intrat, & abin„ de *Conrado* Marchione Moraviæ ſu„ pradicto depulſo, *Wladislaum* ſolio „ Principatus reſtituit. „ Supplement. Anonym. ad Coſm. Pragenſ. ſic habet: „ Anno Dom. Incarnat. „ MCXLII. *Nacerat* Comes, & alii „ Primates Boemiæ adverſus *Wladis„ laum* conſpiraverunt, & uniti Mo„ ravenſibus Boemiam magna manu „ hoſtiliter intraverunt. Deinde bel„ lo congreſſi, Boemis cedentibus, „ Pragam obſederunt, & Monaſteria „ S. Viti, Wenceſlai, atque Adal„ berti, Sanctique Georgii incendio „ vaſtaverunt. Tandem ſuperve„ niente Rege Romanorum *Conrado* „ depulſi, ab obſidione urbis receſ„ ſerunt, & Moraviam redierunt, „ & interventu Cardinalis *Widonis*, „ & Epiſcoporum *Ottonis*, *Heinrici*, „ atque Abbatum digna ſatisfactione „ in pacis fœdus convenerunt. „ *Otto* Friſingenſ. lib. 7. c. 26. „ Eo tem„ pore *Conradus*, Moravienſis Comes, „ conſpiratione facta cum Boemis, „ ducatum terræ illius affectans, de „ Moravia in Bohemiam exercitum „ duxit. Cui cum Dux *Ladislaus* „ cum copiis occurrere parat, a ſuis „ proditus, fugæ præſidio vix peri„ culum mortis evaſit; ſicque pro„ fugus ad Regem veniens, caſum „ ſuum deplorat. Quem Rex miſe„ ricordia motus cum exercitu in „ Boemiam reduxit, ac Pentecoſte in „ urbe *Praga*, Provinciæ illius metro„ poli, celebrata, *Conrado* fugato, in „ ducatum reſtituit. Non multo „ poſt Saxoniam ingreſſus, data in „ uxorem *Vidua Ducis Henrici*, - - - „ fratri ſuo *Henrico Marchioni*, pacem „ cum Saxonibus fecit, &c. „ Annum controverſum reddunt Scriptorum diſſidia, quorum *Otto* Pentecoſten *Pragæ*: Author Chronic. Reg. S. Pantaleonis *Francofurti* celebratam, a Rege ſcribit An. 1142. Cum idem feſtum, teſte eodem An. 1141. *Wirzburgi* egiſſet. Præterea Anonymi Chr. Bohem. ſupra laudatum hæc ad Annum 1141. Supplement. vero Coſmæ Pragenſis ad An. 1142. refert. In hunc tamen An. 1142. videtur hæc expeditio conjicienda, quod eodem anno Indict. V. *Wladislaus*, Dux Boemiæ, & *Henricus*, Marchio adhuc Auſtriæ, Norimbergæ inter teſtes comparuerint literarum, quas ex Ludewigii T. IV. L. 5. N. 2. *Hugoni Chranichbergio* a *Conrado* Rege datas ſupra attuli, quæ *Wladislao* in Germaniam profugo recte conveniunt.

(B) Chron. Mellic. ad An. 1142. „ Piæ memoriæ *Perchtoldus* Abbas „ Garſtenſis requievit in Domino. „ Conſentit Chron. Garſtenſe, & Biographus B. Bertholdi c. 17. ſed Admunt. Chr. annum prævertit. Dies obitus, a Garſtenſibus ſolenni ritu agitur ad VI. Cal. Auguſti, quem etiam Necrol. Admontenſe aſſignat, ſed Mellic. V. Cal. Auguſti, Bertholdo ſupremum ſtatuit.

Ejus viri ortus.

git. (A) De viri ortu, ac natalibus Auſtria, Sueviaque certant, quarum iſta Wirtenbergenſium Comitum familiæ; illa Retzenſium, ſeu Rachezenſium in Auſtria Comitum genti Bertholdum vindicat: illud minime dubium, cognatum Bertholdo fuiſſe Retzii in Auſtria, virum nobilem, ad quem multis ſolicitatus precibus, tandem vir ſanctus inviſit. Sed enim ab ejus temporis conſuetudine non abhorret, cum ipſum Bertholdi propinquum, ut multos alios, mutato natali Sueviæ ſolo, novas in Auſtria ſedes quæſiviſſe: neque etiam, ſi e nobilitate Auſtriaca is fuerit, Comitem Rachezenſem fuiſſe neceſſe eſt: id enim honoris vocabulum Scriptor vitæ omiſſurus non erat: præterquam quod credibile parum ſit, Bertholdum, qui Gottwici & Garſtenæ annos amplius triginta exegerit, adoleſcentem admodum ex Auſtria in Sylvam Herciniam, ubi religioſæ vitæ fundamenta jecit, parente Comite vel invito, vel etiam annuente abiiſſe. (B) A. C.

In Auſtriam adventus.

Verum hæc utcunque ſint: Auſtriæ certe brevi ex Cœnobio S. Blaſii, ubi D. Benedicti inſtituta profeſſus eſt, vir tantus contigit. Coloniam inde Gottwicenſe ad Monaſterium anno ſuperioris ſæculi quarto, ac nonageſimo deductam, ſupra meminimus; eam præter Hartmannum ceteris præfectum, Wirnto maxime, eximiæ vir ſanctimoniæ, ac Bertholdus, qui Wirntonis in locum, munusque ſubinde ſucceſſerat, inſignem effecere. (C) Wirntonem Ottocarus, Styriæ Marchio, & Garſtenſis Cœnobii Parens, Pro-Præfectum novæ familiæ a Gottwicenſibus impetrarat: ſed quod is Formbachium brevi ad regendam ejus Cœnobii familiam translatus eſſet; Bertholdus tum ſodalium precibus, tum Ottocari voluntate Garſtenſe Cœnobium gubernandum ſuſcepit. (D) Quæ regendi exempla reli-

Garſtenſis Cœnobii Præfectura.

(A) Biograph. vitæ B. Bertholdi poſterior. apud Hieron. Pezium T. II. col. 131. „ In audiendis quidem „ confeſſionibus famæ tam celebris „ extitit, ut etiam *Chunradus* Romanorum Rex, inter alios, qui de „ longinquis partibus ad eum confluebant, peccata ſua confitendo „ ipſius ſe judicio ſubmiſerit. „ Id acceptum e Biographi antiquioris capit. 39. „ Invitabatur a multis, „ adeo ut etiam Regis Romanorum „ *Chunradi* eſſet ſpecialis confeſſor, „ & carus amicus. „

(B) Agit de hac controverſia fuſe, V. Cl. Hieron. Pezius T. II. Script. Auſtriac. in obſervat. prævis ad vitam B. Bertholdi ex Martino Cruſio, & Valentino Prevenhubero, quæ videri apud eundem poſſunt.

(C) Bertholdus Conſtantienſ. ad An. 1094. ſupra relatus.

(D) Biographus B. Bertholdi c. 3. „ His ita geſtis, Gotwicenſes Domi- „ num *Bertholdum* de S. Blaſio, ubi „ tunc armarii pariter, & Clauſtralis „ Prioris fungebatur officio, *Priorem* „ ſibi in locum Domini *Wirnt* aqui- „ ſierunt, virum ſancti teſtimonii, -- „ ſed cum isdem *Wirnt* ad *Formbacenſe* Monaſterium eſſet in Patrem „ aſſumptus, tunc Dominus *Bertoldus* a *Garſtenſibus*, & ipſo Marchione Abbas electus eſt. „

A. C. reliquerit posteris, vitæ Scriptor antiquissimus in pauca confert.

Prima illi curarum erat, nequid per ignaviam, quod ad Divini obsequii, vel publicæ utilitatis rationes pertineret, a se negligeretur: illud deinde providebat maxime, ut quanquam in utriusque vitæ commoda, dispertiendæ sibi curæ essent, suorum tamen in virtute progressus, ceteris rebus omnibus longissime anteferret: tertio cum probe perspiceret, quantum in religiosæ vitæ professione boni esset; neminem, qui ad eam cælestis consuetudinis beatitatem aspiraret, excludendum sibi tanta felicitate putabat. (A) In firmanda ordinis disciplina ferreum se, ac nullo vel metu, vel gratia mobilem præstabat: & quanquam patris animum in suos ubique gereret; siquid tamen peccatum ab eorum quoquam est, haud molliter castigabat. (B) Erat in ejus Cœnobio Bertholdus, fratris filius, juvenis & suopte ingenio inquietus, & propinquitatis quadam confidentia pronior ad libertatem: hunc cum sæpe, multumque, sed incassum, monitis, precibus, minis, ac terroribus, ad modestiam frugemque cohortatus esset; Gottwicum tandem, ubi parentelæ spes nulla, sed sancta disciplinæ severitas vigebat maxime, suo e consortio ablegavit. (C)

Regendi forma.

Cum omnia sedulo dispiceret, quæ ad vitæ perfectioris studium in Cœnobio facerent; illud tamen providebat

(A) Biograph. idem ibid. „ Omni conamine divino servitio, & „ utilitati intendebat Ecclesiæ, - - - „ ita subditorum saluti ac necessitati „ invigilabat, quod & se ipsum in „ nullo negligebat, & illorum curam omnibus forinsecus occupationibus semper anteponebat. Augebatur sine cessatione DEO servientium multitudo: quia talis „ erat Viri DEI consuetudo, omnes „ admittere, qui Christi desiderio, „ sarcinam mundi abjicere, & suave „ conversionis jugum vellent juste „ victuri suscipere. „

(B) Biograph. B. Bertholdi cap. 3. „ Licet Patrem se & verbo exhiberet, & opere, tamen certe magistrum experiebatur, quisquis Patris „ clementia abutebatur. Omne inconveniens, aut ordini contrarium „ nulla ratione dissimulabat - - ut „ dulcis & pius ab omnibus amabatur; & tamen in his, quæ sunt „ contra Dominum, attentandis, vel „ appetendis, ut ignis formidabatur. „ Id amplius patebit ex dicendis.

(C) Idem cap. 8. „ Habebat secum in Monasterio juvenem quendam, filium germani fratris, nomine *Bertholdum*, inquietum, volentem liberius exire de Monasterio, & agere, quod libebat. „ Quem propterea vir Domini, frequentius, vehementiusque cæteris „ increpare, & castigare studebat; sed „ cum diu multumque increpatus, „ & portatus, incorrigibilis appareret; motus Pater, misit eum „ *Gotwicum*, ubi & rigor disciplinæ „ urgeret, & spes propinquitatis nulla arrideret, ita dicens: Eja frater, „ ite nunc: turbastis me frequenter, „ plurimumque vexastis: vos quoque turbabimini, & nunquam adversis carebitis. Ita factum est. „ Nam eundem virum postea multo „ tempore superstitem, nunquam „ adversitatibus caruisse notissimum „ est. De Claustro enim proprio „ exturbatur, diuque absque congregatione circumiens vagus & „ profugus, novissime in exilio finem „ vitæ fecit, utinam & laborum. „

debat maxime, ne vel ſui multum in publico apparerent, A.C.
vel exteris hominibus intra Cœnobii clauſtra aditus pateret. (A) Ceterum ut intenta in omnes cura erat, ita magna fiducia iis, quos ſacri miniſterii vicarios cooptarat, commiſſi partem oneris demandabat: neque enim ſibi tribuebat tantum, ut continuo agi perperam exiſtimaret ea, quæ aliorum induſtriæ eſſent delegata: neque unus omnia per ſe agere ambiebat. Unde factum, ut ii, quibus procurationem muneris injungebat aliquam, ſuis ſibi conſiliis, ſuis ſibi viribus enitendum ſcirent, quo concitatæ de ſe expectationi apud virum, operis exactorem minime remiſſum, ſatisfacerent. (B)

Aſſidua pro ſacro tribunali opera.

Sed ea ſuorum diligentia non ad otium, aut quietem; ſed ad juvandos convenarum, ſacrisque myſteriis procurandos animos utebatur. Magna erat quotidie hominum frequentia, quæ ſanctum virum ſæpe ad ſerum uſque meridiem, ſacro in opere retinebat: ejus vero in audiendis reorum de ſe confitentium noxis tanta alacritas, ut piis eorum deſideriis, & negotia fere publica, & privatæ pietatis ſolatia poſthaberet. (C) Neque tamen vel pœnitentium multitudo, vel temporis anguſtiæ, ejus pro ſacro tribunali exactam diligentiam minuebant. Solebat non per ſumma capita, ſed ſingillatim, ac minutatim in eorum errata inquirere, rudemque plebeculam, ſiquid captum agreſtium hominum effugiſſet, de Fidei ſymbolo, de ceteris ſacræ doctrinæ, morumque capitibus, operoſe edocere: atque

(A) Idem cap. 3. „ Jam locus „ Monachis abundabat, & tamen ra- „ riſſime aliquis eorum extra ſepta „ Clauſtri apparebat, exceptis dis- „ penſatoribus, quibus ea cura cre- „ dita erat. - - - In tali vero diſpo- „ ſitione locus erat, ut fratres qui- „ dem de cellario neceſſaria accipe- „ rent; hoſpites vero in domo ho- „ ſpitum, omnia parata invenirent. „ Quod idcirco vir prudens ita con- „ ſtituerat, ne propter frequentiam „ advenientium quies Clauſtralis tur- „ baretur, ſed ibi omnia in promptu „ eſſent, & ad Clauſtrum propter „ ſingula venire, neceſſe non habe- „ rent. „

(B) Idem cap. 7. „ Monachi ſtulta indignatione exaſperati, cauſabantur - - quod omnia quaſi neglecta jacerent, quæ ad viri DEI diſpoſitionem pertinerent. Sed ipſe hæc, quaſi ignorata diſſimulabat, - - cum ſciret ſuas neceſſarias, & incontradicibiles occupationes nullius damni, ſed potius multorum bonorum eſſe cauſam: eo quod Prior ſuus, aliique dispenſatores plenam totius adminiſtrationis, ipſo committente, haberent poteſtatem. &c. „

(C) Biograph. B. Bertholdi c. 6. „ Jam fama ſanctitatis ejus longe, lateque declamabatur, adeo ut etiam de remotis valde partibus multi venirent ad eum, confitentes peccata ſua. - - Venientes ad Confeſſionem, ubi adeſſe nunciabantur, confeſtim dimiſſis omnibus, ad audiendos eos feſtinabat. - - Talique occaſione, vel neceſſitate vir clementiſſimus, multociens ultra ſolitam horam, interdum etiam fere uſque ad horam nonam, Miſſæ celebrationem differre compulſus eſt. „

A.C. atque is labor multas illi diei horas perſæpe eximebat. (A) Illud præter hodiernum Eccleſiæ morem, ſanctiori tamen, ut nihil dubium, ſpiritus afflatu, viro ſolenne erat, neminem ut ab ſe e ſacro tribunali dimitteret, niſi plagis, ac verberibus emendatum. (B) Id ne ſeveritati ingenii tribuatur, mores ceteri manſuetudine, ac charitate pleni prohibent: ſi qua in verbis aſperitas, ut in reprehenſione, aſpergenda erat, eam multis officiis, ſanctique amoris ſignificationibus leniebat: ut adeo mirum non ſit, tantam a locis etiam remotiſſimis pœnitentium multitudinem affluxiſſe, pene ut agere aliud, quam in arcano illo judicio ferre ſententiam, non liceret. (C)

Voluntaria vitæ aſperitas.

Alio longe modo ſecum agebat, averſatus omnes delicias, ciboque & parciſſimo, & viliſſimo contentus: carnium uſus illi nullus, piſcium perexiguus, tum ſe laute victitare rato, cum iſtiusmodi lautitias in ægrotos, vel pauperes diſpertiiſſet. (D) Precationibus, quibus, ſiquod otium a ſacris laboribus erat, diu, noctuque intentus fuit, ſevera jejunia adjungebat, dormitare ſolitus, quoties ad inſtaurandas victu quotidiano vires ad menſam diſcumberet. (E) Ad longam inediam frigoris patientia accedebat: neque enim ullis adverſus infeſtum gelu præſidiis utebatur: ſed cum ferendo jam frigori par non eſſet, ad ignem

(A) Idem ibid. „ Habebat vir „ Beatiſſimus in Confeſſionum audi- „ tione conſuetudinem, diligentiſſi- „ ma indagatione cuncta perſcrutari. „ - - Et quamvis magna eſſet expe- „ ctantium multitudo - - nullum „ tamen dimittebat, antequam di- „ ſtrictiſſima examinatione dirigeretur ad profectum: & ſicubi in Dominica oratione ſimpliciores (ut „ aſſolet) titubabant, tenebantur, „ donec pia inſtantia apprehenderent, quod ignorabant. „

(B) Idem c. 7. „ Sed ut redeam „ ad Confeſſiones (nam his maximam partem temporis expendebat) morem habuit verberare omnes, absque perſonarum acceptione, nullum omnino tranſire ſinens „ implagatum. „ Simile quid in vita S. Annonis Colon. Archiep. legitur apud Surium T. IV. ad IV. Decembr. Conſul. Morinus de Pœnit. l. 7. c. 14.

(C) Idem ibid. „ Hac autem occupatione (audiendi confitentes) „ ita domi, foriſque tenebatur impeditus, quod pœne nihil aliud „ agere valebat, miſertus multitudinis, ob hanc cauſam indefinenter „ confluentis. „

(D) Idem c. 3, „ Ipſe vero raro „ aliquid ſuo pani, præter unum, „ qualemcunque cibum adjecit: bonos autem cibos, qui ſibi apponebantur, ſemper vel diſcumbentibus coram ſe fratribus, vel foras „ mittebat leproſis, vel pauperibus. „ Panem ſingularem, ſive pulmentum ſpeciale ſibi fieri paſſus non „ eſt. „ Et cap. 4. „ Ipſe vero nec „ piſcibus - - utebatur, nec cibis „ cum aliqua diligentia paratis; ſed „ uno vili, aut aliquando duobus „ eduliis, quibus etiam clientes utebantur. „

(E) Idem cap. 4. „ Raro quieſcebat - - jejuniis & obſecrationi- „ bus ſerviens Domino die ac nocte. „ - - Sedens ad menſam, ubi modicum comediſſet, dormire ſolebat: „ ſed cum Prior eum ſtrepitu pedis „ expergiſci faceret, mox arrepto „ cocleari, ſtrenuum quidem ſimulabat manducatorem, ſed rurſus „ ejus deciſione valde negligentem „ exhibebat corporis adjutorem. „

quidem paululum acceſſit, non ut calefieri, ſed algere minus, voluiſſe videretur. (A) Lecto quoad valetudo conſtabat integra, abſtinebat penitus; ſed cum virium laſſitudo quietem poſceret, ad proximum parietem, nec toto ſe corpore reclinabat. (B) Tam arcte contenteque cum haberet ſeſe, nemini mirum videri poteſt, quod corporis habitus macie exeſi, ac confecti is eſſet, vix ut oſſibus hæreret. (C) A. C.

Admiranda DEI dona.

Sed quo durius ſeſe tractabat ipſe, eo indulgentius a DEO habebatur. Stupenda ſunt, quæ in viri ſancti gratiam ſupra naturæ vires DEUS beneficia contulit. Piſces non ſemel, vel quod hoſpitibus gratificandum, vel ſuorum annonæ providendum; quot, qualesque res poſceret, divinitus ſunt ſubmiſſi: alias cum pauculi ad manum eſſent, ſed tantæ convivarum multitudini non ſufficerent, Pechlariæ in Auſtria, non minori miraculo multiplicati ſunt, ut tantundem in lance, quantum abſumptum erat, menſa ſublata reperiretur. (D) Neque dubium mihi eſt,

Profuſa in egentes liberalitas.

iis prodigiis profuſæ ejus in egentes liberalitati gratiam eſſe redditam: nihil ille dono accipiebat a quoquam, cujus non partem in pauperes diſpertiret: (E) domi cum eſſet, penum non domeſticis magis, quam egentibus patere volebat: neque indignari, aut citius, aut gravius ſolitus, quam ſiquid pauperum uſibus ſuorum parſimonia ſubduxiſſet.

Fuit cum ex inopum turba ſtipem aliquis a Bertholdo peteret, miſſusque ad ærarii domeſtici cuſtodem, nihil tamen ab eo, ut erat ad rem familiarem plus æquo attentus,

(A) Idem ibid. „ Hyemis tempore ad ignem ſedens (nam ſtubas, ſeu æſtuaria - - intrare cavebat) ſemper rotam ſpiſſam & latam, inter ſe & ignem, quaſi pro umbraculo poſitam habebat, & ita pene nunquam calefiebat. „

(B) Idem ibid. „ At cum laſſitudo quietem imperabat, ita negligenter lecto accumbebat, ut nec jacere eum, nec ſedere diceres, pedibus dependentibus, & ſemper cuculla veſtitus. „

(C) Biograph. B. Bertholdi c. 4. „ In tantum attenuati erat corporis, quod, ut ita dicam, vix oſſibus hæreret ſqualida cutis. „

(D) Idem ibid. „ Apud *Pechlarn*, ſedens ad menſam, de una ſcutella multis convivantibus piſces diviſit, & tamen diviſione facta, in nullo minui plenitudo illa viſa eſt. „ Alia duo ejus generis referuntur fuſe cap. 11. Pertinet huc etiam id, quod cap. 33. narratur de tribus panibus divinitus ſubmiſſis.

(E) Idem ibid. „ Igitur celebri edicto, & irrefragabili conſtituit caritate, nequid eorum, quæ habere poſſet, cuiquam negaretur; ſed omnibus in ſua neceſſitate pro loci ſubveniretur poſſibilitate. „ Et cap. 37. „ Rediens ergo ad Clauſtrum, donaria, quibus ab invitantibus fuerat honoratus, ſemper omnia in Capitulo Fratribus præſentavit. - - Porro pauperum inter hæc minime obliviſcebatur, ſuam illis partem clementer excipiens, ſibi in futuro centupliciter multiplicandam. „

A.C. tus, impetraret: Bertholdus rem edoctus pro imperio hominem monet, ſtipem ut quantocyus indigenti exhiberet: negat ille ſibi vel hilum ſupereſſe; & quidquid urgeret Abbas, ac inſtaret, extorqueri tamen aliud ab homine tenaci non poterat, ac quod exhauſti ærarii inopiam identidem incuſaret. Ergo claves afferri Bertholdus actutum imperat, ciſtasque ex ordine omnes, & armaria perveſtigari. Hic cum labrum æneum nummis refertum deprehenderet; ingemuit enimvero, & multis in præfecti avaritiam invectus, abjici in profluentem Anaſum, qua profundiſſimus eſſet, omnem eam pecuniam juſſit. Non deerant, qui præcipiti huic ſancti ſenis conſilio intercederent: ſed Bertholdus in propoſito perſtitit; neque ante, quam contaminatos avaritiæ ſordibus nummos in flumen demergerent, acquievit. (A) Non diſſimili, imo graviori etiam pœna curatorem rei familiaris alterum multavit. Juſſus ille panem mendico elargiri, negabat ſibi quidquam in cella penuaria ſupereſſe: at cum triginta adhuc panes poſtea reperti eſſent; iis iterum, non ſine execrationis quadam ſpecie in flumen abjectis, tenere ſe pii Abbatis ſanctus fervor non potuit, quin avari promi condi mendacium duris verberibus caſtigaret. (B)

In avaros penus domeſtici curatores ſeveritas.

Tam puras in DEI obſequio manus, nihil mirum, quod inquilini corporum dæmones formidarent. Non pau-

In dæmones imperium.

(A) Idem. cap. 5. „ Acceſſit ad „ eum quidam pauper, miſeriam ſuam „ deplorans, & petens aliquid ab eo; „ quem fecit expectare ante Monaſterium, donec ejus conſolaretur „ deſiderium. Nam ad manus nihil „ habebat: quia conſuetudinis ejus „ nunquam fuit portare denarios. „ Itaque camerario præcepit dari pauperi III. denarios. Ille ſe non habere reſpondit. Date, inquit, „ pauperi, quod dixi. Rurſum ille „ aſſeruit, ſe non habere: tunc ſanctus: audire, inquit, iſta nolo, nec „ ſcire, quod camera mea absque „ nummis ſit. Sed cum camerarius „ perſeveraret in negatione, fecit ſibi dari claves: miſſisque fratribus „ juſſit videre, quid eſſet ibi. Qui „ venientes invenerant labrum æneum plenum denariis: quos ita, ut „ inventi ſunt, cum labro præcepit „ in flumen Aneſum, ubi maxima „ profunditas erat, præcipitari. Fratres autem illi cœperunt, quantum „ ſalva reverentia potuerunt, reſiſtere: -- vir autem Domini in ſua „ perſiſtens ſententia, nulla potuit „ ab ea (ſententia) ratione deflecti, „ aſſerens immundam eſſe pecuniam „ illam, atque ideo nulli idoneam „ utilitati. -- Camerarium autem, „ ut dignus fuit, coram omnibus vehementer increpatum, ab eadem „ obedientia abſolvit, & alium ſubſtituit. „

(B) Biographus B. Bertholdi c. 5. „ Item alia vice pauper eum adiit, „ ut eleemoſynam acciperet. Miſit „ protinus ad fratrem, qui piſtoribus „ præerat, jubens dare mendico. „ Negavit ille eſſe ſibi panes. Tunc „ vir Domini miſit quendam Monachum nomine *Erchengerum*, ut videret, an ita eſſet: & inventi ſunt „ ibi XXX. panes. Illico convocatis „ fratribus, inobedientiam propria „ manu, aſſumpto & alio adjutore, „ duris verberibus corripuit, & panes omnes in flumen projicere fecit. „

pauca exemplа extant ejus imperii, quo & vivus, & vita functus, cedere infeſtos hoſpites aut ex ædibus, aut ex infeſſis corporibus compellebat. (A) Forte cognatum de ſuis quendam, nobilem in Auſtria virum, de Rachez, qui multis id precibus diu ſolicitaverat, honoris cauſa inviſit. Hic, cum ſub noctem, capta tantiſper quiete, piæ precationi ſe iterum redderet; ſpectrum immane, & ſetis, totaque corporis deformitate porco non abſimile, ex ſummo ſe camini faſtigio repente in conclave præcipitat: herilis filius ætatis tenerrimæ puer, qui non auribus modo ſtrepitum; ſed oculis etiam larvæ ejus teterrimam ſpeciem hauſerat, repentino terrore perculſus, in lamenta, ac clamores miſerabiles erupit, totamque domum incertæ formidinis implevit: Bertholdus, qui unus, quod res erat, noverat, inani terriculo nihil commotus, ſtraminis tantum pauxillum in faſcem colligat, belluæque informi, veteranus videlicet ea in palæſtra miles, ubique ſe objicit: quid multa? reſtitantem aliquamdiu, ſtramineo illo verbere per caminum exegit. (B) A.C.

Irrita apud moribundum opera.

Alias quid de Bertholdi ſanctitate ſentiret dæmon, luculento teſtimonio demonſtravit. Leopoldi, ſancti Marchionis, rogatu ad Anshelmum Præpoſitum, incertum cujus loci, inviſerat, ut hominem, clarum divitiis, ſed vitiis infamem, ad abdicandam, quam indignus gerebat, officii præfecturam, atque ad obitum idoneis præſidiis compararet. Nihil a ſancto Abbate prætermiſſum officii eſt, quo aut miſeri ſaluti conſuleret, aut piæ Leopoldi ſolicitudini obſe-

(A) Idem c. 12. „ Erga Dæmoniacos non mediocri præditus erat „ liberationis affectu. - - Aliqui curabantur, alii non valebant curari. „ Exempla ejus rei habes c. 12. 25. 36. 39. 43.

(B) Idem c. 14. „ Quodam tempore, quidam Nobilis de *Racbe* „ (alias *Rachez*) cognatus hujus ſancti Patris, multis ſæpe precibus, „ ut ad domum ſuam venire dignaretur, ſtudioſe rogare ſolitus impetravit. Habebat autem, quem „ unice diligebat, parvulum filium, „ nomine *Oudalricum*, a quo ea, quæ „ ſequuntur, tunc viſa, & poſtmodum narrata ſunt. Cum enim vir „ Domini ad pauſandum ſe collocaſſet, refectis paululum ſomno artubus, ſurrexit & Domino ſervire „ cœpit. Et ecce, per fumarium, „ id eſt, caminum hoſtis humani „ generis, quaſi in modum ſuis, deorſum ſe præcipitavit, nulli viſus, „ niſi ſoli beato viro, & juxta patrem jacenti parvulo. Cœpit ergo „ puer immodicis fletibus, clamoribusque inconſolabiliter perſtrepere, & omnibus fore cauſa inquietudinis. Sed cum a nemine „ poſſet fletus ille compeſci; intelligens vir Domini Diabolum eſſe „ tanti cauſam ploratus, acceſſit ad „ locum, in quo jacuerat, ſumensque modicum ſtraminis quaſi pro „ verbere, ſuem illum diabolicum „ cœpit velle ejicere. Cumque aliquamdiu huc, illucque divertendo „ egreſſum negare tentaret, tandem „ ea parte, qua intraverat, exire „ compulſus eſt. Quæ res tunc quidem puero illi horrendum exhibuit ſpectaculum, ſed poſtea admirandæ narrationis fuit materia. „

A. C. obſecundaret. Sed ſurdo canebat fabulam. Anshelmus nec mentionem abdicandi muneris, nec ullum pie conſulentis monitum in animum admittebat. Nocte appetente, cum ad quietem ſe Bertholdus ſuo in conclavi, in ſolario vero milites, qui in ejus comitatu erant, ſe componerent; catorum incredibilis numerus ſolarium totum replevit. Dum formam, colorem, magnitudinem quadrupedum horum lemurum ſtupent milites; en cati de majoribus quatuor Duringum militem, hominem facetum alioquin, & imitatione ſtultitiæ apud ceteros gratioſum, aggreſſi, huc, illuc raptant, nec hiſcere audentem, nec obniti. Repentino terrore perculſo commodum in mentem venit: ut lingua ſaltem, quod manu non poſſet, ſignum Crucis exprimeret: atque id ſatis fuit, ut nocturni hi graſſatores hominem in veſtigio deſtituerent.

Miles ſigno Crucis a Stygiis lemuribus ſe liberat.

Aliter longe cum Bertholdo actum, quem non felis, ſed ſerpentis ſpecie, malus dæmon ſuo in cubiculo infeſtabat. Sed cum adrepere propius non auderet, obſcuro tantum ſibilo minas jactare auditus eſt, ni domo, quam nexu ac mancipio ſuam eſſe ajebat, ocyus ſe proriperet. Non erat is Bertholdus, qui iſtis ſe terroribus commoveri loco ſineret; ſed invocato DEI nomine, quidquid ſtygiorum tota domo eſſet lemurum, actutum ut inde ſe ejiceret, imperavit. Fecit imperata dæmon, illud tamen in receſſu adjecit: cedere ſe nunc quidem loco ſuo, quod Divinæ virtuti, & Bertholdi ſanctitati reſiſtere non poſſit: diem vero affuturum brevi, quo ſub ejus diſceſſum ad ſedium ſuarum poſſeſſionem veterem multo violentius rediturus eſſet. Mortem interea oppetiit Anſelmus, & fides mendaci alioquin dæmoni conſtare viſa: cum in ipſa mortuali tumba tantos tumultus cieret, ut in eas ſarcophagi anguſtias, omnes ædium earum lemures confluxiſſe viderentur. (A)

Dæmones tumultum in demortui hominis tumba cient.

(A) Biograph. B. Bertholdi c. 36. „ Erat Marchioni Orientali, *Luipoldo*, Præpoſitus nomine *Anshelmus*, „ vir magnarum opum & amplæ „ poſſeſſionis, ſed tam plenus vitiis, „ quam divitiis. Hic cum Præpoſi„ turam multis adminiſtraſſet annis, „ percuſſus paralyſi, una parte cor„ poris totus factus eſt invalidus: ſed „ quamvis jam alter idem ageret of„ ficium, iſte tamen ad reſignandum „ nulla potuit ratione convinci. Ro„ gatus eſt ergo ſanctus Pater ab ip„ ſo Marchione, ut ægrum viſitaret „ & ei ſalutis dare conſilium digna„ retur. Perrexit; ſed miſerum ad „ reatus ſui cognitionem, vel reſi„ gnationem culpabilis officii, nullo „ ingenio convertere potuit. Cum „ igitur nocte ſuperveniente omnes „ ſe quieti dediſſent, viro DEI deor„ ſum in caminata, cum Monachis „ ſuis jacente: militibus vero, qui „ in ejus comitatu erant, ſurſum in „ ſolario dormientibus: ecce cati „ diverſi coloris, & magnitudinis „ ita idem replevere ſolarium, quod „ poſſe ſubſiſtere non ſperabatur. „ Quo-

Meliore ſucceſſu Udalricum Perneckium, primæ inter Auſtriacos nobilitatis virum, Gottwicenſi ex itinere inviſit. Obierat ejus conjux, ſed quæ hominis opibus potentis effrenata libido erat, in defunctæ locum, duodecim explendæ nefariæ cupiditati mulierculas ſubſtituerat. Bertholdus, cui numeroſa tot puellarum turba ſuſpicionem flagitii movit, auſus compellare virum, faſſionem ejus dedecoris facile expreſſit. Hic enimvero vir ſanctus monere, dehortari, minas terroresque cœleſtium irarum ingerere, niſi conſuetudinem infamem abrumperet, & ſeſe ad Chriſtiani hominis officium revocaret. Ea vis ſpiritus gemitus quidem alto ex pectore expreſſit, vim tamen diræ in libidine conſuetudinis non eliſit. Eadem adhuc nocte, unam de more evocat, thori, ac flagitii ſociam futuram: quæ dum improbis heri imperiis morem gerere feſtinat, occulta ſe virtute defigi in veſtigio ſentit. Nemini dubium erat, quin ſancti id viri precibus divinitus datum eſſet: nec ipſe Udalricus abnuere viſus, qui converſo ad meliora ſtudio, omnem illam infamium puellarum turbam ex ædibus ſtatim ejecit, alterisque nuptiis cum ſponſa nobili devinctus, caſtum deinceps conjugem, ac ſanctis monitis obſequentem ſe præſtitit. (A) A. C.

Virum nobilem ad frugem revocat.

Concubinam ſuis precibus in veſtigio fiſſit.

Hæc

„ Quorum quatuor unum de militi-
„ bus, vocabulo *Durinch*, aliquan-
„ tulum jocundum, atque mirabi-
„ lem, & poſt ſatietatem oblitum
„ ſe ſignare, invadentes, de loco
„ ſuo in alium traxerunt, nihil om-
„ nino dicere, nec movere ſe va-
„ lentem: niſi quod tantummodo
„ Crucem ſibi lingua in palato for-
„ mavit - - & ita dimiſſus eſt, vix
„ ſpirans præ timore, ſudoreque per-
„ fuſus. Verum unus de omnibus,
„ ſpecie aſpidis aſſumpta, deorſum
„ ad ſanctum virum deſcendit, &
„ Latinis verbis - - hujusmodi ad-
„ verſus eum querela uſus eſt: quid,
„ inquit, tu hic facis? aut quæ ti-
„ bi cum meis rebus ſocietas? - -
„ Recede hinc, & ulterius quæ no-
„ ſtræ partis ſunt, occupare caveto,
„ ne totis tibi viribus adverſemur.
„ - - - - Aderat autem ibi quidam
„ Monachus, nomine *Fridericus* - -
„ iſte vigilans illam Diaboli cum
„ beato viro audivit altercationem,
„ & poſtea inde recedentibus narra-
„ vit omnia per ordinem. Igitur
„ vir DEI præcepit immundo ſpiri-
„ tui, illam quantocyus deſerere
„ habitationem. - - (Cui dæmon)
„ tibi, inquit, cedere, & de loco
„ iſto modo recedere DEI tui nos
„ fortitudo, tuæque magnitudo ſan-
„ ctitatis compellit: ſed te diſceden-
„ te, nos hic potentes eſſe conſtabit.
„ Illico diſparuit illa infernalium ca-
„ num infelix aggregatio. - - Poſt
„ non multum tempus Præpoſitum
„ illum præpoſitura illa deſeruit,
„ quamvis ipſe eam deſerere noluiſ-
„ ſet. Et cum in vas eum poſuiſſent
„ ad ſepulturam deducendum, tam
„ immenſos dedit illud vas crepitus,
„ ac ſi motibus introrſus jacentis ita
„ crepare cogeretur. „

(A) Biograph. B. Bertholdi c. 34.
„ Vir quidam nobilis & dives, no-
„ mine *Ulricus de Pernecke*, audiens
„ hominem DEI eſſe apud *Gotewicum*,
„ miſit ad eum, ut ad ſe venire di-
„ gnaretur. - - Veniens ergo inve-
„ nit in domo viri duodecim domi-
„ nas, muliebri ornatu ad placendum
„ ſæculo, & ſuo temporali Domino
„ ſatis ambitioſe compoſitas: qua-
„ rum ſingulas, quia conjux obierat,
„ ſuo

A. C. Hæc nimirum erant ſalutationum officia, quæ vir DEO plenus, certatim in caſtra, arcesque Nobilium invitatus, ſuis hoſpitibus reddebat; nunquam ſine fructu, raro ſine prodigio externis in ædibus viſus. Wiltpergam in arcem conceſſerat, rogatu Comitis viduæ, ex prærepto nuper conjuge adhuc uterum ferentis. Erat in acceſſu caſtri fons muro contiguus, dulcium aquarum ubere ſemper vena profluens: inde menſam ſibi inſtrui Bertholdus poſtulavit. Affertur aquæ ſcyphus, ſitisque prima illo ex fonte expletur. Vidua, ut id honoris ſancto convivæ daret, multa modeſtia rogat, ſibi quoque ut partem ejus poculi delibandam concederet. Annuit ille: ſed ubi Comes pia non jam aquam, ſed vinum præſtantiſſimum deprehendit, diſſimulato rei miraculo, guſtandum & aliis per ordinem circumferri juſſit. Mira res viſa omnibus, ſilentio tamen transmiſſa; dum loquacior aliquis in vocem erumperet, vinique præſtantiam palam omnibus prædicaret. (A)

Aquam in vinum convertit.

A ce-

„ ſuo lecto ille vir pro libitu adeſſe „ ſemper præcipiebat. Quibus vir „ Domini viſis, auditoque ab ipſo „ hoſpite, quæ eſſent, & qua de „ cauſa ſecum morarentur; quamvis eſſet glorioſus, & magnæ potentiæ, accepit tamen in reſponſo, „ quæ dignus fuit audire. Increpavit enim eum vir ſanctus vehementer ſuper tanta incontinentia, „ ſpem ſalutis ei omnem amputans, „ ſi talem eum ultima inveniret ſententia. Porro illis ſimiliter talem „ vitam certæ perditionis fore cauſam prædixit, eisque ne ultra eum „ accederent, ſub interminatione „ gravis ultionis interdixit. Sed vir „ ille, licet eandem intemperantiam „ erga beatum virum devotaſſet, tamen ipſa nocte unam illarum ſibi „ adeſſe præcepit. Quæ vadens, media via ſubſtitit, ulterius progredi divina virtute prohibita, & ſanctitate, ut credimus, mundi hoſpitis retenta. Interrogata ergo „ ſequenti die a viro, cur ſicut juſſerat, non veniſſet: dixit, ita ſe „ eundo ſubito fixam hæſiſſe, ac ſi „ forti ligamine accepto reſtringeretur. Tunc intellexit, tantum miraculum ex beati viri proveniſſe „ præſentia, quodque deſideriorum „ ſuorum conſequi, ipſo præſente, „ non potuiſſet effectum. Cœpit „ igitur plus ſolito ſanctum virum „ venerari, & jam credere vera eſſe „ de illo: de quibus antea dubitaverat: repudiata illa mulierum multitudine, unam duxit legitimam, „ cum qua reliquum vitæ ſuæ ſine „ diſcrimine clauſit compendium. „

(A) Biograph. B. Bertholdi c. 35. „ Sub eodem tempore a Comitiſſa „ de *Wiltperge* invitatus eſt, quia „ Comes obierat, ut animam ejus, „ & ſeipſam, quoniam prægnans erat, „ ſuis orationibus commendaret. „ Erat autem in acceſſu caſtri fons „ muro contiguus magnæ amplitudinis, & amœnitatis, delectabilisque ad bibendum: de quo vir Domini ſibi ad menſam afferre rogavit. Cum ergo bibiſſet, & ante „ ſe poſuiſſet, Comitiſſa dixit, ſi „ cum gratia ipſius potuiſſet fieri, „ cum eo de potu ſuo biberet. Quod „ cum benigne annuiſſet, bibit illa, „ non quam ille guſtaverat, aquam, „ ſed elegantiſſimum vinum. Tacuit, & ante ſervum Domini vas „ repoſitum eſt. Et cum iterato bibere volens, inveniſſet vinum, „ noluit ultra tangere, ſed redditum eſt Comitiſſæ, & illa miſit cuidam ſecum diſcumbenti, inter cæteros præcipuo: cumque per ordinem bibiſſent, & omnes ſtudioſe „ tacerent; noviſſime cuidam cæco „ porrectum eſt, ſed & ille tacens „ ductori ſuo præbuit. Tunc ab il-

„ lo

Cognitio arcanorū. A ceteris DEI donis, quibus venerabilem ejus ſanctitatem divina bonitas reddidit, nec futurorum, nec longe abſentium cognitio abfuit. Memorabile inprimis illud, quod Leonis, militis, ſed ob latrocinia jam ad ſuſpendium damnati, adventum in Monaſterium, morumque converſionem jam tunc prædixerit, cum ad ſupplicium adhuc a lictoribus quæreretur. (A) Godefridum adhæc, Admontenſium Abbatem, gravi morbo ad extrema deductum nunciabant aliqui, ac Bertholdum, ut ſupremis ejus funus exequiis cohoneſtaret, invitabant: ſed vir ſanctus, miſſos ad ſe nuncios de reſtituta Præſulis ſui valetudine certiores factos, monuit, rogavitque, ut idem morituro ſibi officium Godefridus ipſe exhiberet. (B) A. C.

Mors ſancta. Nec multum temporis interceſſit, cum reſtituto altero, gravem ipſe in morbum implicaretur: quo proſtratus, cum plures jam dies ſine cibo transegiſſet; Eberhardus, cujus potiſſimum opera ad res ceteras utebatur, ſucci neſcio quid, ægrotantis ori inſtillavit. Vix in ſtomachum id demiſit, cum ducto ex imo pectore ſuſpirio, quid id rei eſt Eberharde? exclamaret: vitam, quæ jejuno, ac pœnitenti ad Calendas uſque Sextiles proroganda erat, intempeſtiva hac charitate tua ante diem extinxiſti! Neque vero aliter res habuit: nocte quæ VI. Cal. Auguſti antecedit, poſt implorata Sanctorum ſuffragia, ad ſempiternam lucem exceſſit. (C) Beatæ mortis, & excellentis in cœlo gloriæ ſecu-

„ lo exclamatum eſt, hoc eſſe optimum vinum, quod de terra unquam virtus divina produxerit. „ Aquam ſæpius in vinum converſam, maxime cum ægrotaret B. Bertholdus, Biographus c. 16. memorat.

(A) Biogr. B. Bertholdi cap. 10. „ Quadam die denunciavit fratribus, „ quendam virum valde anxiatum „ in proximo affuturum, quem deberent ſuſcipere. - - Altera die feſtinus advolat miles, *Leo* nomine, „ qui prædis, & latrociniis, plurimisque crudelitatis operibus vitam „ demeruerat, poſitusque in perſecutionem, etiam ſententia ſuſpendii damnatus erat. Et cum quæreretur ad pœnam, Monaſterium „ concito curſu petiit. - - Imperat „ celeriter tonderi virum, ſuſcipique „ in congregationem, ut evadat promeritam damnationem. Profugus ergo ille - - ita converſus eſt „ ad Dominum, mutatoque habitu „ apud liberatores ſuos bona vita „ converſatus eſt. „

(B) Idem cap. 17. „ Non longe „ ante obitum ejus, Admuntenſis „ Pater - Dominus *Gotfridus* valde „ ægrotabat, miſſumque eſt pro eo, „ ut ejus exequiis adeſſe, imo ipſe „ eum terræ commendare dignaretur. Verum - - Pater ſanctus tali eos reſponſione conſolatus eſt, „ dicens: Revertimini, Dominus „ noſter melius habere cœpit, & bene convaleſcet. Sed rogate eum, „ ut ſi ei nuncius meus venerit, mihi venire non pigritetur. Ita factum eſt. Convaluit ille Pater, „ & poſtmodum iſto invitante venit, eumque ſepelivit. „

(C) Idem ibid. „ Cum ingraveſcente languore, quamplures ei „ ſine alimento tranſiſſent dies, jamque pœne defeciſſet; accedens isdem *Eberhardus* - - aliquid ei in „ os pro refocillatione immittere „ cœ-

A. C. ſecuram ſpem, cum inter mortales adhuc ageret, divino ut par eſt credere, monitu accepit. (A) Mortuo Angelorum chorus, qui feretrum adeo ipſum geſtare viſi ſunt, cœleſtes inter applauſus parentavit. (B) Non minora ab ejus obitu prodigia, quam in vita memorantur. (C) Perſtat eo loci viri beati memoria, & annua religione, a Garſtenſi Cœnobio celebratur. (D)

Sed funerum in Auſtria nondum ſatis, quorum duo ſtatim ingentis nominis annus ſequens numeravit. (E) Paucos vix menſes novo in matrimonio Gertrudis egerat, Henrici Auſtrii conjux; cum reſtitutam in Bavariæ ſuæ poſſeſſionem mors intempeſtiva vita expulit, ex partus

Gertrudis Henrici Auſtrii conjux,

„ cœpit. Quo accepto, collectis in „ hæc verba viribus: O, inquit, „ quare ſic feciſtis? eſſe mihi debuit „ pro pœnitentia manere ita absque „ cibo uſque ad feſtum *S. Petri ad* „ *vincula* - - Nunc vero, quia ci- „ batus ſum, cito migraturus con- „ ſtitutum diem expectare non poſ- „ ſum. Nec mora, nocte, quæ „ *B. Pantaleonis M.* feſtivum præce- „ dit diem, modicum ante nocturnale officium, vocata congregatione, ipſe Litaniam incepit, & „ ad uſque animæ redditionem cum „ aliis decantavit. Tunc levare manus volens, ſed non prævalens, „ quievit in Domino. „

(A) Biograph. B. Bertholdi. c. 15. „ Habebat vir Domini quendam Famulum, qui dicebatur *Siboto*, quem „ a puero uſque ad virilem ætatem „ educaverat, bonis pollentem moribus - - Hic cum enſe accingi „ deberet, miles futurus, monitis „ beati viri reliquit ſæculum, & converſionis ſuſcepit habitum. - - Et „ cum jam morti vicinus eſſet, rogavit ad ſe ſanctum venire Patrem. „ Commendata igitur ei anima ſua, „ & exitus neceſſitate: O quam felices, inquit, ſunt, qui tibi venerande Pater obediunt. - - O quam „ decora eſt ſedes veſtra, quam ineffabili ornatu veſtræ expectationi „ præparata! quæ verba venerabilis „ Pater ſubito interrupit - - dicens: „ Tacete frater. Neſcitis quid dicitis. Et ille: Ego, inquit, taceo quidem, attamen ſcio, quid „ loquor, & vera dico: pulcherrima eſt ſedes veſtra. His dictis „ beato fine quievit. „ Aliud ejus generis ſubjungit Biograph. ibidem de *Einwico*, ex latrone, pio deinceps Monacho, primo conſimile: quod legi apud eundem poteſt.

(B) Idem cap. 17. „ Igitur cum „ portaretur ad Eccleſiam, honeſtioribus perſonis, quæ erant in congregatione, feretrum ſubeuntibus; „ apparuit eis magnum miraculum: „ quia idem feretrum, virtute divina „ ſublatum, nequaquam eorum humeros tangebat: mirantibus primo eis, & ante rei perceptionem, „ ab alterutro fieri putantibus, dum „ iſte ab illo feretrum altius levari „ crederet, & ille ab iſto idipſum „ fieri exiſtimaret. „ Cap. vero 23. ſubjungitur. „ Frater quidam, nomine *Wolfkerus*, homo ſimplex, „ & verax, cum quadam die ad januam Monaſterii foris ſederet obfirmatis undique diligenter oſtiis; „ - - repente multitudo puerulorum „ de ſepulchro ſancti viri uſque ad „ eum accurrens, plauſu manuum „ quaſi lætitiam magnam celebrabant. Quod cum aliquoties feciſſent, intelligens homo aliquid eſſe „ Divini ſecreti, ſimul & horrore „ pervaſus, ſurrexit & abiit. „

(C) De ejus miraculis in vita agit Biograph. Cap. 4. 9. 11. 13. 14. 16. 33. 34. 35. 36. 38. 40. De miraculis poſt mortem Cap. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47.

(D) De feſta ejus obitus memoria agitur c. 44. 45. 46.

(E) Chronograph. Saxo apud Leibnit. in Acceſſ. Hiſtor. ad An. 1143. „ Obiit - - *Gertrudis* Ductrix „ De *Gertrudis* morte conſentiunt Chron. Mellic. & Zwetl. vetuſt. *Elijabetam* addit Rikardus Newburg.

difficultate XIV. Calendas Maji An. MCXLIII. extinctam. (A) Lotharii II. Cæſaris erat filia, Henrici primum Bavari, deinde Auſtriaci conjux: utriusque connubii fructus haud lætos ſane meſſuit, marito ſuperſtes alteri, ſed exuli; alteri præmortua, & ſobolem ſuo interitu extincturа. De loco ſepulturæ, inter authores haud ſatis convenit: niſi fors Neuburgi in Auſtria terræ primum mandata ſit; Lutheram deinde ad majorum ſuorum monumenta ab Henrico Leone filio translata. (B) Eadem partus difficultate, eodemque fere tempore extincta eſt ſoror Henrici Marchionis Eliſabetha, Hermanno Winzeburgico anno ſuperiore nupta: quodque luctum cumulavit, proles quoque cum matribus vitam amiſere. (C) Tertium hoc anno funus, idemque maximum, Annales quidam Saxonici adjungunt, Agnetis videlicet, piæ piiſſimi quondam Leopoldi conjugis, matrisque Conradi Regis, & Henrici Ducis: (D) quod notaſſe hoc loco ſufficiat: Scriptores enim noſtrates, Ortilo, ac Lewpoldus Campilienſes, mortem Agnetis ad Annum MCLVII. differunt, quorum ex fide ſuo loco referetur.

A.C. 1143

& Eliſabetha ſoror moriuntur.

Annum

(A) Chron. Reg. S. Pantaleon. Anno 1143. „ Domina *Gertrud* prædicta Ductrix, Conjux *Heinrici*, fratris Regis, ob difficultatem partus diem clauſit extremum, & apud „ Patrem (*Lotharium Imp.*) & matrem, & priorem conjugem ſuum, „ *Henricum* (Superbum) cum mœrore totius Saxoniæ ſepelitur in „ *Lutheron.* „ Diem mortis conſignat Necrologium Clauſtro-Neob. „ XIV. Kal. Maji. *Gertrudis* Duciſſa, *Heinrici* Ducis Auſtriæ Uxor. „ Sed Necrolog. Mellic. ejus obitum ad XII. Cal. Maji rejicit.

(B) Chron. S. Pantaleon. A. 1143. „ Apud patrem & matrem & priorem conjugem ſuum *Henricum*, cum „ mœrore totius Saxoniæ ſepelitur „ in *Lutheron.* „ Sed Helmoldus Presbyt. Boſovienſ. in Chron. Slavorum: ſeu potius Arnoldus Lubecenſis in ſupplemento Helmoldi Cap. 3. hæc de ſepultura *Gertrudis* habet. „ Proceſſit in regnum orientale (*Henricus Leo*) ad vitricum ſuum, nobilem Ducem *Henricum*. Qui totus „ feſtinus occurrit ei in caſtro *Nuenburg*, cum maximo cleri, plebisque tripudio, ubi mater ejus, Domina *Gertrudis*, *memorabilem ſortita* „ *eſt ſepulturam*. „ Hæc ille ad Annum 1171. Sundheimius in Tabul. Clauſtro-Neoburg. de loco ſepulturæ *Gertrudis* nihil ſe reperiſſe in Chronicis ſcribit. Et vero etiam, ſi Chron. Lunæburgico apud Eccardum T. 1. p. 1378. fides eſt: *Gertrudis*, antequam in Auſtriam veniſſet, mortua eſt cum prole. Sic enim ibi. „ Darna quam de „ Koning oc to *Brunneſwic*, dar „ vvard he herrlike untfangen van „ der Hertoginne *Gertrude*, di ſtarf „ darna ſchere mit eneme Kinde uppeme Wege, do ſi wolde varen „ to *Beieren*. „

(C) Rikard. Newburg. „ *Gertrudis* - - anno altero (a nuptiis) „ obiit in partu. „ Et rurſus „ *Elizabet* - - nupta *Hermanno* de *Winzeburg*, Thuringiæ Landgravio „ An. MCXLII. in primo partu cum „ prole obiit. „

(D) Chron. Montis Sereni A. 1143. „ *Agnes* Marchioniſſa, mater *Conradi* Regis obiit. „ Chronograph. Saxo An. 1143. „ Obiit - - *Gertrudis* Ductrix, & Agnes Marchioniſſa, mater *Conradi* Regis. „

(A) Ca-

A. C. 1144 Annum ſequentem Hildeburgis de Rebgau Comitis pia munificentia inſignem fecit, condito, non procul a Cambo fluvio, inſigni Cœnobio, cui Altenburgo hodiedum nomen eſt, ab aviti haud dubie juris caſtro, quod D. Benedicti familiæ poſt Gebhardi Comitis de Buige, ac mariti ſui mortem, conſenſu Hermanni filii, piaque voluntate tranſcripſit. (A) Ab armis tametſi quies erat, ſemina tamen eſſe jacta ejus belli, quod multiplex, Auſtriæque inprimis luctuoſum, brevi conſecutum eſt, ſuſpicor. *Altenburgenſis Cœnobii exordia.*

Id in Bavaria natum, in Auſtriam brevi, Styriam, ac Hungariam propagatum eſt, ut cauſa, ita authore belli haud ſatis explorato. Henricus Auſtrius, Wladislaum affinem ſuum ac Bohemiæ Ducem in armorum ſocietatem pertraxerat, bellum Henrico Wolffratshuſio, Ratisbonenſi Epiſcopo, moturus: is viribus diffiſus ſuis, Ottocarum, Styriæ Marchionem, Auſtriaco oppoſuit, ſanguinis vinculo, quem ex Guelphica gente per Sophiam matrem hauſit, Wolfratshuſiis conjunctum. Auſtrius, quo ſe turbis his citius expediret, arcem belli, Ratisbonam anno *Henricus Dux Ratisbonam obſidet.*

1145 MCXLV. aggreſſus, conjunctis cum Bohemo Duce ad Reginum caſtris, opere, valloque urbem cingit. Multa per eam occaſionem barbare, crudeliterque a Bohemis acta ſunt: profanata Templa, direpta, ferro, igneque violata; ſic ut bellum non cum hoſtibus, ſed cum ædium ſacrarum parietibus geri videretur. (B) In Auſtria interim & Styria non mitius ſævitum: coorti inter ſe utriusque Provinciæ nobiles, proceresque, Ottocaro Marchione *Bellum Styriacum.*

(A) Catalog. Abbat. Altenburg. apud Hier. Pezium T. II. „ Anno „ MCXLIV. *Hildeburgis* de *Rebigau*, „ devotiſſima vidua, Domini *Gebhardi* Comitis de *Buige* uxor, una „ cum filio ſuo Domino *Hermanno* „ Comite de *Buige* inchoavit, & fundavit hoc ipſum monaſterium *Altenburgenſe*, idque quibusdam bonis, prædiis, & decimis donavit. „ - - *Regenbertus* Epiſcopus Paſſavienſis eodem anno approbavit & confirmavit. „ Literæ Paſſavienſis Epiſcopi, quarum fragmentum idem V. Cl. Hier. Pezius Obſervat. præviis inſeruit, ſic habent: „ Ego „ *Regenbertus* DEI gratia Patavienſis „ Epiſcopus cunctis Eccleſiæ noſtræ „ fidelibus in perpetuum ſalutem a „ Domino. Quæcunque ſive a Principibus &c. - - Actum eſt hoc „ poſt Incarnationem Domini Anno MCXLIV. ſub Imperio Regis „ *Chunradi*, data VII. Kal. Auguſti „ apud *Cremſam*. „

(B) Otto Friſing. de Geſt. Friderici I. l. 1. c. 29. „ In Bajoaria inter *Henricum*, *Leopaldi* Marchionis „ filium, ejusdem terræ Ducem, & „ item *Henricum* Ratisponenſem Epiſcopum, graviſſimum bellum excitatum indies augmentabatur. „ Cauſam hujus belli tacet Otto, quam alii in *Guelfonem*, Ducis æmulum, qui & *Henricum* Epiſcopum, & *Ottocarum* Styriæ Marchionem in partes traxerit, veroſimili conjectura conferunt. Chron. Reicherſperg. A. 1145. „ Eodem anno plures Eccleſiæ violatæ ſunt in Epiſcopatu Ratisponenſi a *Boemis*, qui erant in obſidione „ ejusdem civitatis cum *Heinrico* „ Duce Bavariæ & Orientis. „

Styriæ in partes, ut opinio eſt, Welfonis, propinqui ſui, tracto, Auſtriam, quà Styriæ cohæret, populatione, ac incendiis dirum in modum evaſtarunt. (A) A. C.

Bellum Hungaricum.

Nondum deflagrarant exitialis hujus incendii faces, cum novi, nec minus funeſti flamma belli gliſcere cœpit. Boritius, qui ſe Colomanni quondam Hungariæ Regis filium ferebat, quanquam ſemel, iterumque Regni ſpe dejectus, tantisper quieviſſet; comperta tamen Belæ Regis morte, revixiſſe ſibi ſpem priſtinam coronæ cenſuit. (B) Boritii cauſam Wladislaus Bohemiæ Dux, ac Gertudis Auſtriaca, apud Conradum Regem ac fratrem ſuum (A. MCXLV.) in Bavaria egit, quo tempore is ad componendas haud dubie, quæ inter Ducem ac Epiſcopum fervebant, turbas Ratisbonam ſe contulit. Boritius, qui præſens & ipſe aderat, nihil non precibus, promiſſisque agebat, ut Conradum, quem & ipſum revocandæ ſub Imperii ditionem Hungariæ cupido inceſſerat, ad arma communi conſilio Geyſæ II. inferenda pertraheret: impetrari tamen in præſens, præter ſpem affuturi propediem auxilii, nihil poterat. (C)

Poſonium a Nobilibus Auſtr. captum.

Ea, quantacunque erat, ſera tamen Boritio videbatur. Quare conductis pretio Auſtriæ quibusdam nobilibus, prævertendum ratus, Caſtrum Poſonienſe, duce Rapoldo, ex improviſo aggreditur, captisque nonnullis, aut ferro peremptis in poteſtatem redigit. (D) Geiſa Bresburgi

(A) Chron. Auſtrale: & Chron. Clauſtro-Neoburg. A. 1145. „ Miniſteriales præfati Ducis *Heinrici* „ Bavariæ, & Marchionis Auſtriæ, & Milites Marchionis Styriæ *Otochari* totam pene *Auſtriam* „ præda & incendiis devaſtarunt. „ „ Nec diſſentit Author anonymus Leobienſ. in Chronico ad Annum 1143. *Ottocarum* Marchionem a *Guelfone* in *Henricum* Auſtriacum fuiſſe concitatum Puſchius Chronol. ſacra Styriæ P. 1. p. 325. aperte ſcribit: & arcta ſanguinis ex *Sophia* matre cum *Guelfis* conjunctio facile perſuadet.

(B) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. l. 1. c. 30. „ Erat autem *Boritius* „ *Colomanni* quondam Regis Ungariæ „ filius, prædictum Regnum Ungariæ - - jure hæreditario repetens, „ ac ad hoc adipiſcendum utrosque „ Principes, Romanorum ſcilicet, „ ac Græcorum frequenter ſolicitans, „ multosque ex militibus noſtris ad „ favorem ſuum pecunia inducens. „

(C) Otto Friſing. Chronic. l. 7. c. 34. Rex quoque eadem Nativitate (A. 1145.) in palatio Aquis „ celebrata Bajoariam ingreditur. „ Ibi cum Boemorum Dux *Labezlaus*, „ ſupra nominatum *Boritium* ſecum „ ducens adiit. Is flebili, ac miſerabili voce querimoniam ſuam de privatione paterni Regni depromens, „ quatenus auctoritate Imperiali, ad „ quam totius orbis ſpectat patrocinium, ei ſubveniat, depoſcit, ejusque ſuper hoc promiſſum, interventu prædicti Boemorum Ducis, „ ejusque conſortis *Gertrudis*, Regis „ ſororis, honeſto intercedente placito impetravit. „

(D) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. l. 1. c. 30. „ Igitur eo tempore, quo „ prædictus *Henricus* Noricorum Dux „ cum prænominato *Henrico*, Ratisponenſium Epiſcopo, civibusque „ ſuis

A. C. burgi jactura, bello præſertim nec indicto, nec aperto Marte geſto exaſperatus, iram tamen in poteſtate habuit; præmiſſisque cum parte copiarum Regni aliquot Comitibus, cujus imperio innoxiam Regni ſui urbem eſſent adorti, ſciſcitatur. Illi nec Ducis Henrici, nec Cæſaris voluntate adductos ſe ad hoc conſilium faſſi, Boritio tantum, cui fidem obſtrinxiſſent, militarem hanc operam detuliſſe, reſponderunt. Rex quanquam reſponſo parum fidei tribueret, caſtra tamen ad urbem admovet, bellique apparatum omnem ad terrorem objicit. Germanis, quibus nec in Henrico Duce, in Bavaria longe adhuc abſente, nec in Conrado Rege ſpes erat, facile perſuaſum eſt, ne vim ultimam exſpectarent. Pacti igitur ter mille argenti libras, caſtrum, urbemque Regi reſtituerunt. (A) *Geiſæ Regi reſtituitur.*

Recepta urbe, de ulciſcenda ea injuria deliberari cœ-
1146 ptum. Apparandis Sororis ſuæ nuptiis intentus erat Henricus Auſtrius: Jutham enim, anno tum viceſimo ætatis jam expleto, Wilhelmus Regingeri, Monferratenſis Marchionis filius, ſponſam ſibi delegerat. (B) Geyſa vero, qui facti temerarii authorem, Henricum Auſtrium exiſtimabat, facile ſuos in ſententiam pertraxit, ut bellum totis viribus apparārent. (C) Contractis igitur, quantas maximas potuit, copiis, *Geyſa Rex Hungariæ bellum in Auſtriam transfert.*

„ ſuis, ac Styrenſi Marchione *Odoacro* graviſſimam guerram agitabat. „ Quidam milites de *Orientali Marchia* egreſſi, Pannoniam latenter „ ingrediuntur, ac noctu caſtrum „ *Boſan*, quod & *Bresburg* - - ex „ improviſo aggreſſi capiunt, quibusdam comprehenſis, nonnullis „ occiſis, aliis per fugam elapſis. „

(A) Idem ibid. „ Quod audiens „ Rex Ungariæ *Geiza*, *Beli* Regis filius, præmiſſis quibusdam Comitibus ſuis, qui quare, vel qualiter „ hoc factum fuerat, inquirerent: „ ipſe eosdem ſubſecutus ad liberationem caſtri cum magna Ungarorum properat multitudine. Comites, qui præceſſerant, ab oppidanis, „ cujus rei cauſa tam gravem Regi intulerint injuriam, ſolerter percunctantur. Qui reſponderunt: ſe „ nec pro Romanorum Principe, nec „ pro Duce ſuo hoc feciſſe, ſed pro „ Domino ſuo *Boritio*. - - Igitur „ Rex Ungariæ ſuperveniens, caſtraque ponens, oppidum cinxit, diverſis inſtrumentis, tormentorumque generibus adhibitis, ac ſagittariis oppido circumfuſis. Teutonici, eo quod Dux in ſuperioribus Bajoariæ partibus moraretur, „ Princeps vero in remotis Regni „ maneret locis; cum nullum liberationis ſuæ ſolatium haberent, de „ facienda cum Ungaris pace, pertractare incipiunt. Ita, ne multis „ morer, mutuo colloquentes, accepto a Rege ſub jurejurando promiſſo trium millium librarum in pondere, caſtrum ſibi reddunt, ipſique „ ad propria redeunt. „ Chron. Admont. An. 1145. „ *Porſa* quidam „ patruelis Regis Ungariæ, *Chunradum* Regem pecunia flexit, ut regnum Ungariæ, patri ejus ablatum, ſibi reſtitueret: a quo etiam „ perſuaſi quidam Comites, caſtrum „ *Presburc* invaſerunt, quod tamen „ *Goutſo* Rex forti manu requiſivit. „

(B) Rikard. Newburg. „ *Jutha* - „ nupta *Wilhelmo* Marchioni de *Monteferat* An. MCXLVI. „

(C) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. l. 1. c. 30. „ Rex autem Ungaro-

„ rum

copiis, exercitum conflavit ſeptuaginta facile pugnatorum millibus gravem. Caſtra inter portam Mœſiam (Müſenburgum reor) Leythamque fluvium, in campis Leerfeldenſibus, qui a Bojorum Deſertis adhuc nomen retinent, collocata. Henricus, quem armorum ingens hic apparatus non latebat, collectis & ipſe, quas ex Auſtria, Bavariaque poterat, copiis, caſtra caſtris intra Viſcham, Leythamque fluvios objicit: miſſi præterea in caſtra hoſtium exploratores, ſed qui vel inſcitia, vel malo dolo, parum officio ſatisfecerunt. Interea Geyſa Rex, ut auſpicato id bellum gereret, armis accingi prius, veteri inſtituto, ſacris a Præſulibus voluit. A.C.

Sacra ea ceremonia, ſub lignea, qualis eo loco ſtabat, ædicula ubi peracta eſt, lætis omnium ominibus, ad ordinandam ſuorum aciem in medium proceſſit. Exercitu bifariam partito, partem unam, quæ duodecim equitum conſtabat millibus, ad cuſtodiam corporis ſui retinebat; alteram Belæ avunculo, bellicarum artium laude præſtanti, commendabat. Frontem aciei ſagittariorum alis geminis probe munierat, qui & hoſtium vim arcerent eminus, & viam agmini tot millium gravi expeditam rederent. Conſilio fortuna reſpondit: transmiſſo, qua maxime vadoſus eſt, Leytha fluvio, caſtra prius hoſtili in agro ſunt poſita, quam ullum hoſtis tam vicini indicium ab exploratoribus eſſet factum. (A) Videbatur ea die mens,

Leytha fluvio transmiſſo.

„ rum damnum ſibi a Teutonicis illatum graviter ferens, *Ducem Noricum* habens ſuſpectum, hoſtem denunciat, exercitumque maximum per totam Regni ſui latitudinem colligit. „

(A) Otto Friſing. ibid. cap. 32. „ Igitur Rex ad *portam Meſiam* (forte *Müeſenburg*) LXX. pugnatorum millia, vel amplius habens erupit, in campoque inter portam præfatam, & fluvium *Litabe*, qui Teutonica lingua *Virvelt* & *Lervelt*, quod nos *vacantem campum* dicere poſſumus, caſtra poſuit. Dux etiam cum ſuis non longe ex altera parte ejusdem fluvii, qui Imperii Romani, & Regni illius ex uno Danubii latere (nam ex altero *Maraha* fluvius) limes eſt, ſuos convocans, itidem caſtra metatur, miſſis exploratoribus, qui ſtatum hoſtium diligenter inquirendo ediſcerent. Altera die Rex in prædicto campo ad quamdam ligneam Eccleſiam accedit, ibique ab Epiſcopis (nam eouſque in puerilibus annis poſitus, nondum militem induerat,) accepta ſacerdotali benedictione ad hoc inſtituta, armis accingitur. Poſt hæc acies ordinat, militem inſtaurat, poſitis in capite duabus alis, in quibus ſagittarii, quatenus vim hoſtium eminus repellerent, erant, & e regione una magna acie, cui avunculus ſuus *Bela* Dux præerat, in propria legione (ut ajunt) plusquam XII. millia capitum retinens. De hinc fluvium *Litabe* ex improviſo, exploratoribus Ducis non bene, propter quod miſſi erant, obſervantibus, transvadando permeat, appoſito mox in vicinis igne: Dux itidem acies inſtituerat, & jam quid facto opus eſſet, conſultabat, fruſtra exploratores, qui aut dolo aut pigritia tardabant, expectans. „

A.C. mens, & ratio a noſtris ad hoſtes tranſiiſſe: adeo nihil, quod vel agerent, vel fugerent, Auſtriacis in promptu erat. Pugnam alii, alii receptum tutiorem cis Viſcham ſuadebant, dum hoſtium conſilia, viresque propius explorentur. Sed lentam & inutilem conſiliorum concertationem denſa pulverum nubes, index adventus hoſtium abrupit: quanquam nec tum deeſſent, qui fumum ex ſuccenſis hoſtium caſtris, fugæque indicium putarent. At Dux, quem periculum propius advertebat, pertæſus ignavas eo loco moras, victoriæ momentum in celeritate ſtatuebat. Quare correptis armis, ut erat manu promptus, ſed animorum nimius, equum in hoſtes concitat, totamque ſecum aciem rapit.

Pugnæ initium ſatis proſperum

Is primus gradus ad prælii funeſtum exitum fuit: nam cum equo prætervectum Ducem audaciſſimus tantum quisque, & expeditiſſimus aſſequeretur; alii contra, ut pedites, & gravioris armaturæ equites, haud quaquam paribus in pugnam paſſibus procederent; aliud fieri non potuit, quam ut ſoluto legionum ordine, turmatim in hoſtem ruerent; & ex ſtatario pugnæ genere, quo uno maxime miles Germanus gentes alias antecellit, vis omnis in multa, & minuta prælia abiret. (A) Non tulere tamen ruentis impetum Ducis alariæ hoſtium copiæ, Bosnienſes, ac Siculi: qui cum, hoſte tam propinquo, nullum jam arcuum, telorumque uſum ſibi reliquum viderent, in effuſam abrepti fugam, terga Auſtriacis cædenda præbuerunt. Eadem clade involuti gemini alarum præfecti Comites, cum toto fere velitum iſtorum agmine deleti ſunt. (B)

Jam-

(A) Otto Friſing. de Geſt. Friderici I. l. 1. c. 32. „ Cumque alii „ pugnandum, nonnulli ex alio latere amnis *Viſchabe*, ſuper quem „ reſidebat, a termino ad duo tantum Teutonica milliaria diſtantem, „ expectandum conſuluere: ſubito „ fumus apparens, ignis & hoſtium „ certum ſignum dedit: quibusdam „ ex noſtris putantibus, ac dicentibus, ab hoſtibus in fugam verſis „ propria caſtra ignibus data eſſe. „ Itaque Dux (eſt enim manu fortis, mente audax, ſed moræ impatiens) ſubito arma corripit, & „ ſecus, quam diſciplina militaris, „ & ordo expoſcit, non pedetentim incedens, ſed præcipitanter „ advolans in hoſtem ruit, ſuis gregatim adventantibus, & dirupto „ legionum ordine confuſe venientibus. „

(B) Idem ibid. „ Denique ex præpetis curſus nimia velocitate, ſagittariorum impetum, qui in duabus præcedentibus alis poſiti erant, „ prævenit: ac illas cum duobus Comitibus, qui eisdem præerant, ferme funditus delevit. „ Thwroczii Chronicon MS. quo utor, hæc habet. „ *Biſſeni* vero peſſimi, & „ *Siculi* viliſſimi, omnes pariter fugerunt, ſicut oves a lupis, qui „ more ſolito præibant agmina Hungarorum. „

Jamque terror late in ipſas Hungarorum legiones dimanarat, fugamque & ipſæ reſpectabant, immoto adhuc Regio milite, nec in prælii ſe diſcrimen adhuc offerente. Ea res ſaluti Hungaris fuit: nam cum maxime caleret pugna, Germani, qui poſtremo in agmine denſiſſimi hærebant, conſpecta hoſtium tanta multitudine, quæ ſignum adhuc pugnæ quieta exſpectaret; territi, fugam præcipiti conſilio ineunt, Ducemque inter primos in acie decertantem, media inter millia hoſtium deſtituunt. (A) Tum primum victoria, quæ manibus jam teneri viſa eſt, in hoſtes inclinavit. Rediere Hungaris animi, ubi rareſcere noſtrorum aciem conſpexere. Dux ignarus diu, quo loco res ſuæ eſſent, vaneſcente tandem ſuorum præſidio, ab hoſtibus circumfuſus, omnium telis, gladiisque petebatur. Ergo & ipſe fugientium impetu abreptus, viam tamen per medios hoſtes ſibi armis aperuit, & pulverum nube inſequentium oculis ſubductus, Viennam celeriter ſe retulit. Periiſſe eo prælio, præter viros illuſtri genere haud paucos, innumerabilem vulgi multitudinem, Otto, Henrici Ducis frater, author eſt: majorem tamen fuiſſe cæſorum hoſtium numerum, fama erat, ex incerto utique rumore nata. (B) Scriptores Hungari tria ſuorum, Auſtria-

A. C.

Fuga noſtratium,

& magna clade terminatur.

(A) Otto loco laudato. cap. 32. „ Poſt hæc illas duas magnas acies, „ Regis ſcilicet, & avunculi ſui Ducis impegit: ex Regis legione nullo egrediente, ſed tanquam in modum ſylvæ fixa immobiliter manente. Jamjam Ungari de fuga cogitabant, dorſaque vertere volebant: & ecce Teutonici, qui in poſterioribus alis Ducem ſuum ſequebantur, fugam ineunt, Duce ignorante, vel ea, quæ fiebant, ex pulveris multitudine, qui illis in partibus, ſiccitatis tempore, maximus eſſe ſolet, conſpicere non valente. „ Thwrocz in Chron. MS. Biblioth. Collegii S. J. Vien. „ Tunc etiam priusquam Hungari confligere cœpiſſent, quædam agmina Hungarorum perterrita ſunt a furore Teutonicorum. Prævaluerunt Teutonici Hungaris initio bellici conflictus. „

(B) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. c. 32. „ Barbari tunc primo vires ſumunt, Ducique tanquam a ſuis deſtituto circumfunduntur. Dux tunc demum terga hoſti dare compellitur, ac tam pugnacis dextræ, quam pulveris aerem obducentis beneficio, belli periculis exemptus, in vicinum *oppidum Viennis*, quod olim a Romanis inhabitatum, *Favianis* dicebatur, declinavit. Ungari uſque ad prædictum tantum fluvium *Viſchaba* hoſtes perſequentes, ad propria redeunt. Cecidit in hoc prælio virorum nobilium & illuſtrium pars magna, vulgi vero multitudo innumerabilis; major tamen, ut dicitur, ex Ungaris: cujus rei, & tam dedecoris facinoris ultio nondum facta, DEO opitulante, a victrice præſentis Imperatoris dextra futura expectatur. „ Res belli hoc anno geſtas Chron. Reicherſpergenſe A. 1146. paucis refert. „ Eodem anno *Presburg* capta eſt, & *Heinricus* Dux „ Bawariæ, frater Regis *Conradi*, cum „ Ungaris pugnavit, & victus eſt. „ Chronicon vero Clauſtro-Neoburgenſe ad A. 1146. hæc habet: „ Miniſteriales Ducis *Heinrici* caſtrum „ Regis Ungariæ, quod dicitur *Bo-* „ *ſonium*, clanculo ceperunt; ſed poſt

A. C. ſtriacorum ſeptem millia cecidiſſe eo prælio memorant : captum præterea Rapoltum Comitem, & Ottonem, primæ inter Auſtrios nobilitatis virum : id, quod etiam Aventinus affirmat. (A) Nefaſta ejus prælii dies in III. Idus Septembres incidit. (B) Hoſtis Viſcham amnem transgredi non auſus, ſatis habuit, Auſtriæ partem eam, quæ Marchæ, Leythæque, Regni finibus proxima, ferro & igne deformatam eum in ſtatum redegiſſe, hoſtile jam ut moliri nihil poſſet. (C)

Vienna ex Faviana ruderibus inſtaurata.

Ceterum ex arrepta Viennam fuga, quam Favianam, ante Romani Imperii ab ea parte occaſum, appellatam confirmat Otto, non male Scriptores noſtri conjiciunt, urbem eam jam foſſis, mœnibusque adverſus vim hoſtium fuiſſe communitam : neque enim Dux Henricus, tam gravi perculſus clade, aperto in oppido receptum ſibi quæſiiſſet. Sed quoniam novi hujus, ut Ottonis verbo utar, *oppidi* prima hoc loco fit mentio, res ipſa exigere videtur, ut primas urbis, quæ ad eam poſtea amplitudinem, ac magnificentiam adolevit, origines inquiramus. Verum, quod ætas longa, & multa, quæ urbem ſæpe depaſta ſunt, incendia, pauca nobis reliquerint, quæ lucem afferre ad rem propoſitam poſſint; boni conſulent Lectores, ſicubi certa deſunt, conjecturas veriſimiles ſequamur. Ac Vindobonam quidem, M. Aurelii Antonini ævo, ſtetiſſe eo loco, Authores conſentiunt : (D) quod nomen, quanquam Honorii, ac Valentiniani III.

„ poſt pace facta reddiderunt. Eo„ dem anno Rex Ungariæ cum præ„ fato Duce juxta flumen, quod di„ citur *Lytha*, bellum contulit, & „ victor heu! extitit. „ Similia refert Chron. Auſtrale A. 1146.

(A) Thwroczin Chron. MS. „ Et „ corruerunt in ore gladii plusquam „ ſeptem millia bellatorum, reſidui „ vero fugerunt. - Ibi uſque adeo „ contritum eſt robur Theutonico„ rum, quod nec ruſticis Hungaris „ in confinio habitantibus aliquam „ injuriam, ſeu quodcunque grava„ men inferre præſumpſerint. - - In „ eodem prælio Comes *Uros* cepit „ Comitem *Rapolt* Theutonicum, qui „ jam pridem nocturnis inſidiis ca„ ſtrum *Boſon* occupaverat, & *Gabriel* „ *Ottonem*. „ Bonfin. Dec. II. L. VI. „ Cæſorum numerum ex Aleman„ nis ad ſeptem millia memorant, ex „ Ungaris tria millia deſiderata. In „ eo bello *Rapoltus* Alemannus - - ab *Uro* Equite, & *Otho* a *Gabriele* captus eſt. „ Aventin. Boic. L. 6. „ Septem millia occiſa referuntur. „ *Ratholdus* & *Otto* proceres capti „ ſunt : reliqui cum Duce terga „ vertunt.

(B) Chron. Zwetl. vetuſt. A. 1147. „ Cedes facta eſt juxta *Litham* III. „ Idus Septembris.

(C) Chron. Zwetl. vetuſt. A. 1147. „ Caſtrum *Bresburc* a noſtris in dolo „ capitur, & pro pecunia redditur. „ Ungari ea cauſa ex utraque parte „ Danubii terram noſtram devaſta„ verunt.

(D) Aurel. Vict. c. 16. de Cæſar. Itinerarium Antonini apud Weſſelingium p. 233. & p. 249. Tabulæ Peutingerianæ apud M. Velſerum, Cluverius, Lazius, Birckeimerus, Lambecius &c. qua de re ſupra L. I.

Auguſtorum tempore adhuc in uſu fuerit, paulo tamen A. C.
jam corruptius *Vindomana*, aut *Vindomina* pronuntiabatur. (A)

Poſt Attilani vero procellam temporis deſiiſſe penitus videtur, aut in *Faviana* vocabulum mutatum. (B) Novi hujus nominis originem a *Fabianæ cohortis ſtatione, caſtrisque* derivandam plerique cenſent: (C) quorum ſententiam refellere non eſt animus. Haud nulla tamen conjectura eſt, a *Fava*, Rugorum Rege, cujus fidei commendatam a Romanis eam urbem conſtat, *Favianam* eſſe appellatam. (D) Deleto Rugorum regno, in rudera & ipſa abiit. Latere tamen ruinæ non ita poterant, quin loci amœnitate, ſituque ad inſtaurandum aliqua parte oppidum vicinos accolas invitarent. Nono certe a Chriſto nato ſeculo caput nonnihil ſuſtulit, ſedemque Rathfredo Epiſcopo præbuit, cui Eugenii II. Pontificis Maximi literæ ſunt inſcriptæ. (E) Verum id quidquid ſpei erat, breviſſimi temporis erat: bellis Moravicis, Hungaricisque, quæ continenti fere ſeculorum duorum ſerie Auſtriæ incubue-

Unde nomen Faviana.

re,

(A) Notit. Imperii Occidental. apud Labbe Sect. 58. „ Præfectus „ claſſis Hiſtricæ *Carnunto*, ſive *Vin-* „ *domanæ*, a *Carnunto* translata. „ Jornandes de Reb. Get. c. 50. de Pannonia ſcribit: „ Ornata patria „ Civitatibus plurimis, quarum „ prima *Sirmis*, extrema *Vindomi-* „ *na*. „

(B) Eugippius in vita S. Severini c. 3. „ Eodem tempore Civitatem, „ nomine *Favianis*, ſæva fames op- „ preſſerat. „ Hanc porro a *Vindobona* non eſſe disjunctam loco, quod vult Lambecius, & ex eo Antonius Pagius, ſupra indicatum eſt L. 2. & convincit pene diſtantia *Bojoduria Vindobona*, in Tabul. Peutinger. & Antonini Itinerario aſſignata, quæ teſte M. Velſero eadem eſt, cum diſtantia *Bojoduri a Favianis* apud Eugippium expreſſa.

(C) Lazius in Chronico Viennenſi L. 1. c. 4. & Plur. R. P. Mathias Fuhrmann Ordin. Eremit. S. Pauli in ſua *Veteri ac Nova Vienna* Parte I. cap. 21. id ex veteribus Inſcriptionibus laterum in Domo Laziana *Viennæ* & *Lanzendorffii* repertorum oſtendere nituntur, qui conſuli ea de re poſſunt: clariſſima illa eſſet, quam affert R. P. Caccia Ord. S. Franciſci Commiſſ. Terræ Sanctæ in ſua *Matre Doloroſa Lanzendorffenſi*:

„ FABIANA COHORS
VINDOBON. MVN. „

(D) Severini Vita apud Eugippium cap. 30. „ Feletheus Rex, qui & *Fe-* „ *va*: (Bolland. & MS. Manſeenſe „ *Fava*) audiens cunctorum reli- „ quias oppidorum, quæ barbaricos „ evaſerant gladios, *Lauriaco* per fa- „ mulum DEI ſe contuliſſe, aſſumpto „ veniebat exercitu, cogitans repen- „ te detentos abducere, & in oppi- „ dis ſibi tributariis atque vicinis „ (ex quibus unum erat *Favianis*, „ quod a Rugis tantummodo diri- „ mebatur *Danubio*) collocare. „ Verum quidem eſt, oppidum id ab Eugippio jam prius *Favianis* appellatum, antequam in poteſtatem *Feletbei*, ſeu *Favæ*, Flavithei filii, veniret: ſed id per *Prolepſin* fieri poterat; aut *Favæ* nomen commune fortaſſe *Flaccitheo* una, & *Feletheo* fuit.

(E) Literæ Eugenii II. PP. qui Pontificatum geſſit ab Anno 824. apud Ludewig. Script. Germ. Vol. II. p. 369. „ Eugenius Epiſcopus Ser- „ vus Servorum DEI. *Rathfredo* ſan- „ ctæ *Favianenſis* Eccleſiæ - - parique „ modo Annoni, ſanctæ *Vetuarienſis* „ Eccleſiæ Epiſcopis, &c. „

A. C. re, everſum, quidquid oppidorum ab ea potiſſimum parte fuit, triſtibusque iterum ruinis conſepultum. (A)

Adalberto ſubinde rerum in Auſtria potiente, Pannoniæ ſuperioris pars ea, quæ Leytham, montemque Cetium interjacet, Auſtriæ eſt adjuncta: (B) a quo tempore credibile eſt Favianæ non minus, quam Carnunti veteris ruinas, inſtauratis ſacrarum præſertim Ædium parietinis, ad ſpem oppidanæ frequentiæ paulatim revocatas: & ſi Lazio fides, B. Altmanni, Paſſavienſis Epiſcopi, literas de Sacellis tribus DD. Petro, Ruperto, Pancratioque, Favianenſi in villa, ſacris; de Heymburgenſi item, ac D. Petronellæ Templis proferenti, (C) ad conjecturæ hujus firmitatem deſiderari nihil poteſt. Quis enim credat tot uno loco Sacella ita ſtetiſſe ſolitaria, quin aut accolas frequentes, aut agreſtia circum tuguria numerarent. Piſcatorum certe mapalia, aut venatorum caſas haud abfuiſſe loco, tum Favianæ ſitus, tum vetera quædam monumenta pene perſuadent. Nam & ædes quædam, in quas ſe Principes venationum cauſa recipere ſolebant; & arboris truncus, ad memoriam ſylveſtris olim tumuli, ferro incluſus, hodiedum in urbe oſtenduntur: (D) & Templo

(A) De his ſupra actum L. 3. ad A. 883. & L. 4.

(B) Herman. Contract. ad A. 1043. quo tempore *Adalbertus* erat Marchio: „ *Henricus* Rex iterum Pannonias petens, ab *Ovone* vix pactum impetrante, ſuſcepta ſatisfactione, obſides, munera, regnique uſque ad *Litha* fluvium partem accipiens & muneribus diſceſſit. „ Otto Friſing. Chron. L. 6. cap. 15. „ *Albertus*, qui poſtmodum Marchiam Orientalem, id eſt, *Pannoniam ſuperiorem* Ungaris ereptam Romano Imperio adjecit. „

(C) Lazii Tractat. MS. de Civitatibus Bavariæ, qui ſervatur in Bibliothec. Cæſarea Vienn. inter Hiſtoricos profanos Num. CLXV. apud Marcum Hanſizium T. 1. cap. XIV. de *S. Severino* Noricorum Apoſtolo p. 73. affert locum ex literis B. Altmanni Paſſavienſ. Epiſcopi, ubi *Gottwicenſi* Cœnobio a ſe condito loca varia attribuit, inter quæ enumerat *Ceiſenmurum* cum ſua Baſilica, *Fabianam* villam cum tribus in ea conditis Sacellis Divo *Petro*, D. *Ruperto*, & D. *Pancratio* ſacris: præterea Eccleſiam D. *Petronellæ*, & aliam in *Hamenburgo* Chron. Rhytmicum MS. ex Codice membr. perantiquo Bibl. Univerſit. Vienn. uſque ad An. 1146. perductum, diſerte meminit: Curiam ab Henrico III. Viennam circa A. 1042. convocatam ſub *Adalberto* Marchione: quod argumento eſſet, Viennam fuiſſe jam tum domibus frequentem. Ejus verba ſunt:

„ Peter chlagte Tægliche
„ Dem Kunic Heinriche
„ Sinen grozzen Ungemach
„ Ze Wienne der Kunic ein Hof geſprach
„ Die hervort ſie da ſwuren
„ Ze Ungern ſie do furen. „

(D) Thomas Haſelbach. in Chron. Auſtr. Col. 697. „ Erat tunc Civitas *Tulna* famoſa, antequam *Vienna* capitalis eſſet erecta, quæ ſuum ſumpſiſſe dicitur exordium a quadam venationis curia in *alto* nunc *foro* ſita, & *Pergbof* vocitata, &c. „ Locus, vulgo *Beym Stock am Eyſen* dictus, haud procul a Baſilica S. Stephani, in urbe notiſſimus eſt pariter.

B. Virginis antiquiſſimo, quod Paſſavienſium juris eſt, a gradibus Piſcatorum, jam olim nomen fuit. (A) A. C.

Quando inſtaurari capta.

Siquis igitur conjecturæ locus, crediderim Henricum Medlingæ, quæ deinceps etiam juniorum natu Principum ſedes erat, (B) ſtationem poſuiſſe, atque ex illa velut ſpecula, Favianæ ſitum, opportunitatem Danubii fluminis, circumjectæ regionis amœnitatem notaſſe oculis, & adjectis nonnullis ædificiis ſtabilem jam tum ſedem ſibi deſtinaſſe: ut ſi poteſtate inferior fratre eſſet; ſplendore ac magnificentia ſuperior videretur: cum vero erepto e vivis Leopoldo fratre, ſumma rerum in Bojaria & Auſtria ad ſe delata eſſet, ac ducta in matrimonium Gertrude, Cæſaris Lotharii filia, ſpiritus jam altiores gereret; loci uſu, ac deliciis captum, frequentem jam alioquin incolis vicum, in urbis quandam ſpeciem, foſſa, mœnibusque circumductis, redigere cœpiſſe. (C)

Quæ urbis novæ amplitudo.

Quæ novi forma oppidi, quæ magnitudo fuerit, pro certo quis ſtatuat? Qui minimum faciunt urbis ambitum, hinc Danubii vicini litore; illinc urbis hodier-

(A) Lazius quidem Comm. Reip. Rom. L. XII. Sect. 3. c. 7. ſcribit: Templum hoc non multo poſt, quam urbs condita eſſet ab *Henrico I.* Duce; a Paſſavienſ. Epiſcopis eſſe extructum: „ Patavienſes Epiſcopi - - - „ *Divæ Virgini*, quæ vocatur *in Litto-* „ *re*, hoc eſt, ſupra Danubium in „ colle, Baſilicam cum regia, non „ ita multo poſt conſtituerunt. „ Sed ut de ſplendore ædificii poſtea adjecto id veriſimile ſit: vix dubitem tamen, quin jam prius Templum aliquod, præter dicta ſacella ibi exſtiterit: de cujus initiis documenta non habemus.

(B) Conſtabit ex dicendis de *Henrico* Medlingenſi *Henrici I.* Auſtriæ Ducis filio natu ſecundo.

(C) Nemo, quod ſciam, veterum Scriptorum *Henricum* Viennenſis primum urbis conditorem appellat: Arenpeckius quidem in Chron. Auſt. & Sundhemius in Tabulis Clauſtro-Neoburg. *amplificaſſe* eundem Civitatem *Favianam*, quæ modo *Wienna* nuncupatur, & primum caſtrum ædificaſſe in curia, in loco ubi nunc Monaſterium B. MARIÆ Fratrum de Carmeli monte conſiſtit, & ibidem habitaſſe, ceterasque Civitates, oppida, & caſtra *Auſtriæ* auxiſſe, & in meliorem ſtatum reduxiſſe ſcribit; *Condidiſſe* non ſcribit: ſed quod *Viennæ oppidi*, ut appellat *Otto* Friſing. vel *Civitatis*, ut eam ipſe *Henricus* appellat in litteris Cœnobio Salzburgenſi S. Petri A. 1156. datis apud Bern. Pezium, Cod. Diplom. P. 1. Num. CXLII. nulla ante *Henricum* Ducem fiat mentio, alium conditorem, ſeu inſtauratorem dicere non poſſumus. Quodſi literæ *Udalrici* Paſſav. Epiſcopi, quas Philibert. Huberus in ſua Auſtria ex Archiv. Mellic. illuſtrata affert L. 1. cap. 1. Datas *Viennæ XIII. Kalend. Octob.* & quarum teſtis laudatur *Plebanus Wiennenſis*, ad *Udalricum I.* pertinerent; dicendum omnino foret, Viennam jam ſub *Leopoldo Pulchro*, vel certe *Sancto* floruiſſe: ſed quod eæ ad *Udalricum II.* pertineant, qui A. 1216. Pontificatus ſui ſecundo eas Mellicenſibus dedit, manifeſtum eſt ex Teſtibus ſubnotatis, qui omnino iidem in literis etiam aliis poſt An. 1200. ſæpe occurrunt, ut ante me obſervavit Marc. Hanſiz. T. 1. in Udalrico II. pag. 362. Quare confici ex iis nihil ad hoc poteſt. Alii putant, *Viennam* a S. *Leopoldo* in Litt. Fund. Cellæ S. MARIÆ *Novam Civitatem* fuiſſe appellatam: id ſi ita eſſet, non putem, *Ottonem* & *Henricum* filios nomen id tam facile fuiſſe mutaturos.

A. C. diernæ eo tractu finiunt, qui a Divi Stephani Basilica per forum herbarium (A) vicique clavarii flexum eo excurrit, unde recto tramite per Fossæ profundæ, ut loco nomen est, (B) declivitatem ad Ædem B. Virginis in litore (C) descensus est: adversum huic in Orientem latus a principe item urbis Templo pone forum linarium ad portam Flúmentanam, quæ Salinariam inter (D) Rubramque Turrim media fere est, recurvo nonnihil tramite deducunt: sic ut inter eas oppidi angustias Fora tria: Altum, Herbarium, Aulicum; Sacella præterea S. Mariæ ad gradus Piscatorum, S. Petri, S. Pancratii, S. Ruperti complectantur. (E) Alii, quorum potior mihi sententia videtur, Templum primarium S. Stephano dicatum, intra urbem includunt, eique longum Civitatis tractum, cui a frequenti lanificio (F) impositum nomen est, liberaliter adjungunt: (G) id enim ex Henrici Ducis literis, quibus Scotorum postea Cœnobium confirmavit, confici posse censent. (H) Quæ opinio si obtineat, ampliores multo ad Ortum limites

(A) Vulgo: *Durch den Graben*, und *Naglergassen.*

(B) Vulgo: *am tieffen Graben.*

(C) *Unser Frauen Stiegen.*

(D) Vulgo: *Harmarckt.* Vulgo: *Saltz-Thor*, cujus vestigia tantum quædam supersunt: & altera porta, quæ vulgo *der Rothe Thurn* appellatur.

(E) Vulgo: der *Hoche Markt, Graben, Hoff.* Sacella porro quatuor, etiam *S. Pancratii* intra urbem fuisse, ex literis fundat. Monasterii Scotens. datis An. 1158. constat: „ Fun„ dationem nostram magis ac magis „ promovere cupientes *sancte Marie* „ *in litore, sancti Petri, sancti Rudber*„ *ti*, ac *sancti Pancratii infra muros* „ *oppidi Capellas* - - - tradidimus. „ ubi *Td*, *infra muros* pro *intra* muros accipiendum est; secus nec S. *Petri*, nec S. *Rudberti* Sacella urbis ambitu continerentur. Sed quoniam de situ maxime sacelli *S. Pancratii* controversia est; prætereundum mihi non est, quod a viro docto, & in rebus Viennensibus diu cum laude versato accepi: Sacellum nempe prædictum stetisse eo loco, ubi nunc Apostolici Nuncii palatium extrema sui parte ad vicum *Naglergassen* recedit: qui situs certo intra Viennensis urbis ambitum jam tum continebatur: cum qua sententia minime pugnant ea, quæ P. R. P. Mathias Fuhrmann in sua Vienna veteri ac nova P. I. L. II. cap. VI. ex monumentis publicis, vulgo: *Nutz- und Gewehrs- briefen* objicit: nam in hac sententia domus, quæ in platea illa (*Naglergassen*) a dextris ad forum *Carbonarium* porriguntur, vere & proprie appellari possunt: *die Häuser hinter St. Pongratz.* Et alioquin certum est, *Henricum* Ducem melius novisse, quæ suo tempore intra Civitatem steterint sacella; quam ex aliis documentis scire nos possimus.

(F) Vulgo: *Wollzeil*, olim *Strata Lanarum* dicta in literis *Henrici* Ducis ad A. 1158. Cœnobio Scot. datis.

(G) Hansizius T. I. Germ. sacræ pag. 309.

(H) Lit. Fundat. Cœnobii Scot. Viennæ ab *Henrico* Duce An. 1158. datæ: „ Ex libera permissione *Her*„ *bergeri Plebani, & totius Cleri Wien*„ *nensis* obtinuimus, ut - - liceat - - „ hospitibus etiam & peregrinis in „ sepulturis, ac alias omnia, sicut in „ Parochiali Ecclesia, apud Fratres „ Monasterii Ecclesiastica recipere Sa„ cramenta. Verumtamen ne quis - - „ piam Matrem Ecclesiam suo jure „ reputare valeat defraudatam, pos„ sessiones quasdam in *strata lana*„ *rum*, que vulgariter dicitur *Woll*„ *zeil*, tradere in recompensationem „ duximus præmissorum eidem Ple-

bano

urbs habuerit, neceſſe eſt; nec facile Cantorum plateam, A. C.
(A) forte nec lorariorum (B) abjungas. Viennæ nomen
Unde nomen: Vienna. e Favianæ vocabulo antiquiori ortum reor, vulgi imperiti vitio, quod truncare verborum initia, ac corrumpere fere ſolet: neque enim Viennæ, torrentis alioquin ignobilis, ulla ante urbem mentio; niſi & Favianum prius dictum velimus, unde Favianæ nomen oppido adhæſit. (C) Verum de his ſatis, quæ alii uberius pertractarunt.

Henricus funeſto e prælio in hanc urbem elapſus, pacatam brevi Auſtriam, Hungarorum receſſu, nactus eſt. Non parum eo contuliſſe credibile eſt, recentem e Germania metum, quæ Conrado Rege eodemque Henrici Auſtrii fratre, arma in barbaros Palæſtinæ hoſtes induen-
Expeditio ſacra in Aſiam decreta. te, impune haud latura videbatur, ſiquid hoſtile amplius in Auſtriam ab Hungaris tentaretur. Eugenius III. Pontifex Romanus Carnotenſi in Concilio, expeditionem in Saracenos verno hujus anni tempore decreverat, in quam non Ludovicus modo Rex Franciæ, ſed Conradus etiam Cæſar, authore potiſſimum Bernardo Claravallenſi Abbate ſanctiſſimo, nomina dedere. (D) Ea fama, ubi Germaniam peragravit, incredibile dictu eſt, quanto numero ſum-

„ bano, ut patet in inſtrumentis per „ nos ſibi præſtitis & confirmatis. „

(A) Vulgo: *Singer-Straſſ.*

(B) Vulgo: *Riemer-Gaſſen.*

(C) Æneas Sylvius in Hiſtor. Frider. III. apud Schilterum pag. 3. „ cum *Flavianum* Theutonici *Flavien* „ pronuncient, non eſt ab re, longo temporis tractu prima vocabuli ſyllaba remota, ut plerumque „ fieri comperimus, *Vien* remanſiſſe, „ indeque dictam Viennam. - - Verum apud *Viennam* parvum flumen eſt, quod inter ſuburbia fluit, „ nomine *Vienna*, ab eoque dictum „ oppidum putant. At ſive flumen „ a Civitate, ſive Civitas a flumine „ vocabulum mutuet, id mihi non „ eſt exploratum: vero tamen ſimilius id videtur; quæ digniora „ ſunt, vilioribus dare nomina: „ quippe *Vienna*, de qua ſermo eſt, „ non tam fluvius eſt, quam torrens, indignus, a quo nomen inſignis urbs aſſumeret. „ Idem ſentit Lazius in Chron. Viennenſi l. 1. c. 4. & qui eundem in pleriſque ſequitur P. R. P. Math. Fuhrmann in ſua Vienna Nova, & Veteri. l. 2. c. 7. quos conſulas, licebit.

(D) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. L. 1. cap. 36. „ Curia generalis „ apud *Vercelacum* Galliæ oppidum „ indicitur. - - Ibi Ludovicus Francorum Rex, Crucem, a prætaxato „ Abbate (S. Bernardo) cum multa „ mentis alacritate ſumens, militiam „ transmarinam profeſſus eſt, cum „ Theodorico Flandrenſi, & Henrico, „ Theobaldi Bleſenſis filio, Comitibus, aliis de regno ſuo Baronibus, „ virisque nobilibus. „ Idem ibid. cap. 39. „ Igitur, innumerabilibus „ in occidentali Gallia ad transmarinam expeditionem excitatis, „ Bernardus prædicationis nomine „ movendum orientale Francorum „ Regnum (Germaniam) aggredi „ diſponit. - - Audiens hoc Princeps (Conradus Cæſar) generalem curiam in Nativitate Domini „ apud *Spiram* civitatem celebrandam indixit. Quo veniens prædictus Abbas, Principi, cum Friderico fratris ſui filio, aliisque Principibus, & viris illuſtribus Crucem accipere perſuaſit, plurima „ in publico, vel occulto faciendo „ miracula. „ Idem confirmat Otto de S. Blaſio ad A. 1146. cap. 1.

A. C. ſummi quique, infimique in ſacram hanc militiam exarſe-
1147 rint. Februario menſe An. MCXLVII. celebrata in eum finem Ratisbonæ ſunt Comitia, quibus Principum, ac Antiſtitum ingens numerus non modo interfuit; ſed arreptis etiam Crucis inſignibus, in ſacræ hujus militiæ ſocietatem ſe adjunxit.

Conradum Regem, Henricus Auſtrius, & Otto fratres ad bellum comitantur.

In his Henricus etiam Auſtriæ, ac Bavariæ Princeps, Ottoque frater ejus, Friſingenſis Epiſcopus, & Welpho, ex hoſte interea commilito, nomina profeſſi ſunt: quibus Fridericus Dux Sueviæ junior, Imperator poſt futurus; Wladislaus Dux Bohemiæ, Ottocarus Styriæ Marchio, Bernardus, illuſtris Comes Carinthiæ; Regenbertus, & Henricus Paſſavienſis & Ratisbonenſis Epiſcopi, cum innumerabili Comitum, Virorumque illuſtrium multitudine, quos inter Gumpoldus Polheimius ex Auſtriaca nobilitate, ſubinde acceſſere. (A) Ea tam mira animorum conſenſio totam brevi Europam pacatam reddidit. (B) Conradus, nequid turbarum etiam deinceps exiſteret, ſiquid ut in tam longa, plenaque periculi expeditione humanitus ſibi accideret; Henricum filium, puerum adhuc, ſed Francofurtenſibus in Comitiis jam Regem electum, Aquisgrani ſolennibus Ceremoniis inaugurandum voluit. Id Martio ſtatim menſe, frequenti in Prin-

(A) Otto Friſing. memorato loco cap. 40. „ Poſt hæc Princeps (Conradus Cæſar) Bajoariam ingreditur, ibique menſe Februario, generalem Curiam celebravit. - - - „ Accepere eadem hora Crucem tres „ Epiſcopi, videlicet *Henricus* Ratisponenſis, *Otto* Friſingenſis, *Reginbertus* Patavienſis, & Dux Noricorum *Henricus* (Auſtriacus) frater Regis, de Ordineque Comitum, Nobilium Virorum Illuſtrium innumerabiles. - - Guelfo quoque Henrici (Superbi) prioris Ducis frater de nobiliſſimis Regni Optimatibus in ipſa Nativitatis Dominicæ nocte, in propria villa Bitengou eandem militiam cum multis profeſſus fuerat. Sed „ & Dux Boemorum *Ladislaus*, & „ Styrenſis Marchio *Odoacer*, & Carinthiæ illuſtris Comes *Bernardus*, „ non multo poſt cum magno ſuorum comitatu Cruces accepere. „ Chron. Luneburg. Eccard. p. 1380. addit. „ de Hertoge van Lotheringen, „ de Greve van Vlandern. „ Confirmat eadem Otto de S. Blaſio c. II. ad A. 1147. Chron. item Reicherſperg. Auſtrale, Salisburg. Admontenſe, &c. Albertus item Stadenſis & Annal. Boſov. ad An. 1147. De *Gumpoldo Polheimio* in Palæſtinam profecto fidem faciunt literæ San-Petrenſes Salzburgi: quarum fragmentum in Codice MS. reperi.

(B) Otto Friſing. loco indicato c. 42. „ Igitur non ſolum ex Romano Imperio, ſed etiam ex vicinis „ Regnis, id eſt, Occidentali Francia, „ Anglia, Pannonia, innumeris populis, ac nationibus hac expeditionis fama ad ſumendam Crucem „ commotis, repente ſic totus pene „ occidens ſiluit, ut non ſolum bella movere, ſed & arma quempiam „ in publico portare nefas haberetur. „ Ortilo ad Annum 1147. „ *Chunradus* Rex & *Heinricus* Dux „ Bavariæ, atque Marchio Auſtriæ, „ *Otto* quoque Epiſcopus Friſingenſis cum innumerabili multitudine „ armatorum - - proficiſcuntur in „ Terram ſanctam, &c. „

Henricus Dux Bavariam repoſcit.

Principum conventu peractum. (A) Eam occaſionem A. C.
Henricus Leo, Henrici Superbi filius arripuit, veteremque Bojariæ hæreditatem, velut jure ſibi debitam, repopoſcit: at Conradus, tanti momenti expeditionem cauſatus, acrem alioquin juvenem exquiſita verborum comitate ſic delinivit, ut ejus ex Palæſtina reditum haud gravate expectaret. (B)

Metu hoc ſublato, cum armorum, longique itineris apparatu ferverent omnia, ſuſcepto Templi, Palatiique, quod in urbe nova moliri nuper cœperat, labore Henricus etiam Auſtrius defungendum ſibi putabat, ne aut Conradus Cæſar, qui adulto jam vere Norimberga Ratisbonam profecturus erat, prius in Auſtriam veniret: aut ſuo ipſe diſceſſu architectorum in manibus opus imperfectum relinquere cogeretur. Et Templum quidem, cui jam tum a S. Stephano nomen fuit, (C) ita feliciter ſurrexit, ut exeunte Aprili An. MCXLVII. ſumma jam manus operi acceſſerit, ſacrisque ceremoniis a Reginberto, Paſſavienſi Antiſtite, conſecrari potuerit. (D) De Palatio Principis, quod in foro, cui ab Aula hodiedum nomen eſt, extrui ab Henrico cœptum eſt, (E) haud perinde conſtat, quo aut anno inchoatum, aut perfectum ſit:

Templum S. Stephani Viennæ conſecratur.

(A) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. L. 1. c. 43. „ At Conradus Romanorum Rex Principes convocans in „ oppido orientalis Franciæ *Francofurt* - - generalem curiam celebrat, ibique filio ſuo *Henrico* adhuc „ puero, per electionem Principum, „ Rege conſtituto, in Palatio *Aquis* „ eum Dominica medianæ Quadrageſimæ Regem inungi ac coronari „ jubens, Regni Participem legit. „

(B) Idem ibid. „ Ad prædictam „ Curiam *Henricus* Henrici - - Noricorum Ducis filius, qui jam adoleverat, venit, Ducatum Noricorum, quem Patri ſuo non juſte abjudicatum aſſerebat, jure hæreditario repoſcens. Quem Princeps „ multa prudentia & ingenio inductum, uſque ad reditum ſuum ſuspendens, quiete expectare perſuaſit. „

(C) *Templum S. Stephani* Viennæ fuiſſe a principio ſtatim hoc nomine appellatum, ſecus ac Lazius, aliique ex eo tradunt, *qui Templum Omnium Sanctorum* dictum fuiſſe antiquitus volunt, operoſe, rectèque oſtendit R. P. Anton. Steyererus S. J. in Comment. pro Hiſtoria Alberti II. Ducis Auſtriæ: in Addit. ad Cap. III. Col. 282. ex literis *Gerhardi* Plebani Viennenſis datis A. 1267. XV. Cal. Auguſti, aliisque id genus monumentis, ac Chronicis antiquis.

(D) Chron. Auſtrale An. 1147. „ *Reimpertus* Epiſcopus dedicavit Eccleſiam Viennenſem. „ Aliud Chron. MS. apud Abb. Linck. in Not. ad A. 1147. ſic habet: „ *Reginbertus* Epiſcopus dedicavit Eccleſiam Wyennenſem ſub *Eberhardo* „ Plebano. „ Porro „ *Eberhardus* „ de Wine „ occurrit inter teſtes literarum *Henrici* Auſtrii Ducis datis A. 1150. quibus Monaſterio S. Petri Salzb. donat montem inter *Dornbach*, & *Zemperanprehtis*, apud Bern. Pez. Cod. Diplom. P. 1. Col. 353.

(E) Arenpeck. in Chron. Auſtr. „ Item ampliavit Civitatem *Faviana*m, quæ modo *Wienna* nuncupatur, & primum *caſtrum* ædificavit „ in curia, in loco, ubi nunc Monaſterium B. MARIÆ fratrum de „ Carmeli monte (eſt illud nunc „ Domus Profeſſ. Soc. JESU) conſtitit, & ibidem habitavit. „

A.C. ſit: quanquam in opere tam neceſſario, & quod cunctationem haud facile reciperet, feſtinatum haud dubitem: quod id ſtimulo futurum civibus videret Princeps, ut aut plures indies eo commigrarent, aut citius ſplendidiusque cœpta jam ædificia abſolverent.

Hæc dum Viennæ aguntur, conſcenſis Ratisbonæ navibus, ſecundo Danubio Cæſar in Auſtriam movit, caſtraque ſub ipſam, qua anniverſaria redeuntis in Cœlum Servatoris Chriſti memoria celebratur, lucem, haud procul Ardachera poſuit: ubi exercitum, navali terreſtrique itinere conſecutum, triduo expectavit. Lentum iter ob innumeram hominum turbam, & impedimenta exercitus, jumentorum, aut navium inopia identidem retardata. Viennamne ingreſſus Cæſar ſit, quod veroſimile ob Henricum fratrem ac Ducem; an in caſtris, ut fere ſolebat, manſerit, non liquet: id certum ſacræ Pentecoſtes ferias ad Viſcham amnem, adhuc in Auſtria eſſe exactas. Inde Leytham transgreſſus, Hungariam cum univerſo exercitu intravit. (A)

Conradus per Auſtriam in Græciam deſcendit.

Grave tot millium agmen, peragrata Hungaria, Servia, ac Bulgaria, in Thraciam inferiorem Septembri primum menſe venit. Sed omnes itineris labores, qui in tantis viarum difficultatibus frequentes ſane, gravesque extiterant, inopinata calamitas longiſſime ſuperavit. VII. Idus Septembris, in vallem paſcuis lætam, amnisque decurſu peregrinis perquam commodam, haud procul ab oppido, cui Chervacho nomen accolæ prodidere, caſtra promota ſunt. Inſtabat luce poſtera natalis Virginis Matris dies, quam religioſum id agmen feſtam agere pia lætitia cogitabat. Ampla loci planities, irriguæ vallis amœna viriditas, caſtrorum immenſus circuitus ſpectaculum præbebat intuentium oculis perjucundum: ſed nox una tam lætam rerum faciem miſerandum in modum deformavit.

Iter per Hungariam, in Thraciam.

(A) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. cap. 44. „ *Conradus* Rex a *Norico caſtro* cum ſuis procinctum movens, „ per Danubium iturus, Ratisponæ „ naves ingreditur, ac in Aſcenſione „ Domini, in *Orientali Marchia*, juxta „ Burgum, qui *Ardacher* vocatur, „ caſtra ponens ſuos, qui jam adventabant, duobus, ſeu tribus diebus „ expectavit. Inde usque ad termi„ nos fere regni ſui procedens, non „ longe a fluvio *Viſchaba* manſionem „ locavit: celebrataque ibi ſancta „ Pentecoſte, cum univerſis pene „ copiis ſuis *Litahe* tranſiens in Pannonia tentoria fixit, aliis per Danubium navigantibus, aliis per terram euntibus. Tantam autem poſt ſe multitudinem traxit, ut & flumina ad navigandum, camporumque „ latitudo ad ambulandum vix ſufficere videretur.„ GravemHungaris tranſitum acerbe deſcribit Thwrocz in Geyſa II. & Bonfin. Dec. 2. L. 6.

mavit. (A) Qui ſacras ea nocte vigilias in precibus exigebant, pluviam primo, antelucano tempore, nec gravem, nec ventis aſperam ſenſere. Ea, cum aliquamdiu, quietis omnibus, ac periculi ſecuris tenuiſſet; tanta repente cœlo miſſa vis imbrium, tanta procella nubibus excuſſa eſt, ut dejectis ventorum turbine tentoriis, camporum illa planitie, quanta quanta erat, cœleſtibus aquis reſtagnante, dubia adhuc luce, confuſisque clamoribus, tota caſtra miſcerentur. Acceſſit his malis terror noviſſimus ab amne, qui incertum, an imbribus, an maris vicini æſtu, ita repente intumuit, ut perruptis litorum aggeribus in vaſtum ſe æquor explicaret. A.C.

Exercitus Chriſtiani calamitas ex eluvione.

Abreptum momento, quidquid fere impedimentorum erat, atque in Propontidem, rapaci aquarum impetu aſportatum. Stabant undoſis in tumulis homines, ac jumenta, aquis & ipſa pene obruta. Qui natatu ſpem fluctibus commendabant, aut ruentis aquæ impetu in vortices abrepti, aut inter currus, ac impedimenta obtriti, non uno mortis genere, inter ipſa vitæ præſidia periere. (B) Conradus Cæſar, Henricus Auſtrius, Ottoque utrius-

(A) Otto Friſing. l. c. cap. 45. „ Permeata magno labore, viarumque difficultatis diſpendio, poſt „ Pannoniam Bulgaria, emenſaque „ transmiſſo Hebro ſuperiore Thracia, cum jam per aliquot dies in „ locis fertiliſſimis per inferiorem „ Thraciam, cum multa mentis lætitia ambulantes urbi Regiæ (*Conſtantinopoli*) accederemus; VII. „ Idus Septembr. id eſt: proxima ante Nativitatem Beatæ MARIÆ feria, vallem quandam, juxta oppidulum, *Cherwach* dictum, campi „ viriditate lætam, amniculi cujusdam medio decurſu conſpicuam attingimus. Cujus loci amœnitate „ capti omnes illic tentoria figere, jucundumque DEI Genitricis ſemperque Virginis Ortum, cum magna jucunditate celebraturi, ea die „ ibidem pauſare diſponimus. - - - „ Fateor, toto expeditionis tempore, nunquam lætiora habuimus tabernacula, nunquam, quantum ad „ ſenſus judicium, majorem ambitum occupaverant tentoria. „

(B) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. c. 45. „ Et ecce, circa vigiliam matutinam nubecula quædam parva exorta, imbrem mitem produxit, quem „ ſubito tantus pluviarum, ventorumque impetuoſus turbo ſubſecutus „ eſt, ut concuſſis & ſolutis, ſeu ad terrá deiectis tabernaculis, graviſſime, „ qui poſt matutinorum laudes lectis „ nos receperamus excitaret. Clamor „ totum vicinum replens aërem, attollitur. Amniculus enim, an ex „ refluxione proximi maris, imbriumve multitudine, an ex cataractis „ ruptis in cœlo ex ſupernæ majeſtatis ultione, tantum intumuerat, „ ex tumoreque præter morem inundaverat, ut totum cooperiret exercitum. - - Ad equorum tamen „ robur convolamus, unusquisque, „ prout poterat, amnem tranſire geſtiens. Videres alios natantes, „ alios equis adhærentes, alios ut „ periculum effugerent, per funes „ miſerabiliter trahi: alios in flumen „ inordinate ruentes, ex eo quod „ aliis impræmeditate implicarentur, „ demergi, populosque quod poſſent prætergredi æſtimantes, fluminis ictu abripi, cautibus opprimi, vique gurgitum abſorptos animam reddere in flumine. Nonnullos natandi indoctos, ubi natantes „ apprehendiſſent, ut evaderent, tenere: ſicque aſtrictos defatigari, donec

„ nec

A. C. utriusque frater, equorum robore, per obſtantes aquarum gurgites in collem evaſere, quem Fridericus, Dux Sueviæ, Barbaroſſæ poſtea nomine inter Cæſares notus, ac Welfo pridie caſtris ceperant. (A) Vulgi reliquum, tametſi ſtructis objectu plauſtrorum extemporalibus repagulis, ab ultimo exitio magnam partem ſe conſervarit; nudi tamen, rerumque omnium inopes, ſociorum, ac fortunarum ſuarum interitum ſpectare cogebantur. Verbis exæquari non poteſt, quis terror, luctusque fuerit omnium, in ultimo Europæ angulo, ante conſpectum Auguſtæ Urbis, mari nec tentato, nec hoſtium adhuc quoquam viſo, tantam cladem paſſorum, quantam ne toto quidem bello accepturos ſe crederent. (B)

Triſte belli omen iter nihilo felicius excepit. Conſtantinopolim delati, in ea ſuburbiorum parte, cui Peræ nomen, ſtationem tantiſper figunt. Manuel Comnenus, Græcorum Imperator, cui tanta hominum multitudo metum injecerat, nequid hoſtile ſuum in Imperium molirentur; contractis undique navigiis, ſuſpectos ſibi advenas in Aſiam trajecit. Sed qui palam, apertoque bello laceſſere bellicoſam gentem non audebat, fraudibus, inſidiisque carpere, atque in exitium præcipitare nunquam deſtitit. Chalcedone promotis caſtris, per Bithyniam in *Conſtantinopoli quid actum.*

„ nec reſupini, ceſſantibus brachiorum remigiis, utrique ſubmerſi „ ſuffocarentur. „ Nicetas Choniates in Manuele Comneno L. 1. c. 5. „ Poſt dies aliquot in *Cherobachorum* „ planiciem, perveniunt. - - Campos illos fluvius *Melas* perfluit, neque latus, neque profundus: - - „ Hyeme vero, aut rapidis imbribus ex parvo fit maximus, & vorticoſus, ut mare potius, quam flumen videatur. - - Is igitur torrens tum imbribus auctus, & noctu ex improviſo late ultra ripas „ effuſus - - ex caſtris Alemannorum non modo arma, phaleras equorum, veſtes, & ſiqua alia a jumentis vehebantur; ſed etiam equos, mulos, & viros armatos abripuit, ſpectaculum ſane miſerabile, & lachrymoſum. - - Ejus igitur noctis ſomnus aliis interitum, aliis jacturam rerum omnium attulit. „

(A) Otto Friſing. ibid. „ Aliqui ergo de nobis in tentoria *Friderici* „ Ducis, quæ ſola ab hac pernicioſa „ clade penitus illæſa manebant, nos „ tranſtulimus, ibique ſacra Miſſarum ſolemnia audientes, non cum „ gaudio - - - *Gaudeamus*, cecinimus. „ Dixerat paulo ante diverſis ſe in caſtris manſiſſe „ ſolo cum „ ſuis Duce Friderico, avunculoque „ ejus Welfone - - in latere cujusdam montis e regione juxta nos „ caſtra metante. „

(B) Idem ibidem. „ Denique alii „ amnem cum magno timore, ac labore transmeabant, alii adunatis „ rhedis, aliisque, quæ habere poterant, inſtrumentis adhibitis contra impetum aquæ, quaſi deſperati repagulum ponebant, tranſitum inundationis præſtolantes. „ Quantum vero damnum tam in „ perſonis, quam in rebus, & utenſilibus ad tam longam viam neceſſariis, exercitus noſter ibi acceperit, dicere non oportet. „ Eadem habet Nicetas Choniates in Manuele Comneno, Annal. l. 1. c. 5. Albert. Stadenſ. ad A. 1147.

Lycaoniam iter ſuſceptum eſt. Claudebant peregrinum agmen Græcorum copiæ, nequid detrimenti a milite ad rapinam verſo ſubjectæ Manueli provinciæ acciperent: ſed cum per montium fauces incompoſitum fere agmen duceretur incautius, eædem per inſidias diſperſæ laceſſendo, ac carpendo pedeſtre vulgus, non exiguis damnis totum exercitum affecere. Majorem longe cladem annonæ inopia importabat. A. C.

Græcorum injuriæ in militiam ſacram.

Edixerat quidem Manuel Imperator, ut, quaqua iter eſſet, Cruce ſignato militi, annonæ mercatus præberetur: ſed Græci, ut ad prælia ignavi, ita ad fraudem natura comparati, forum Germanis aut negabant; aut clauſis urbium portis, cum venalium rerum pretium demiſſis ex muro funibus attraxiſſent, annonam pondere tam maligno præbebant, ut emunctus ære miles DEUM violatæ juſtitiæ vindicem inclamaret. Majori adhuc ſcelere actum alibi: nam cum pretium annonæ reciperent cives perfidi, annonam tamen famelicis emptoribus negabant. Quin & calcem farinæ miſtam, certam hominum, ac jumentorum peſtem, Græci, Latinique Scriptores perhibent. Fontes etiam veneno infectos, Arnoldus Lubecenſis author eſt: nullum denique maleficii genus fuiſſe, Nicetas Choniates, Græcus homo, & Germanis perinfeſtus, fatetur ipſe, quod in ſacram illam militiam Imperator perfidus non ſuſcepiſſet. (A)

Pla-

(A) Nicetas Choniates Annal. Lib. 1. cap. 5. Hiſtor. Byzantinæ T. XII. „ Cum autem prope urbem imperatricem veniſſet, exercitum ſtatim trajicere coactus eſt: quamvis dum in *Peraa*, quæ Pieridii appellatur, caſtra haberet, principio renueret, ac penes ſe eſſe, utrum trajicere vellet, nec ne, ſtupide jactaret. Itaque nullum non navigii genus in transportandis Alemannis fuit occupatum. - - Ita Rege (*Conrado*) - - in Orientem transgreſſo, paulo poſt etiam Francis commilitonibus inſequutis, Imperator (*Manuel*) in priſtinam provinciarum ſuarum curam incubuit: neque illud neglexit, ut iſti in itineribus commeatum venalem haberent. Cæterum in locis opportunis & anguſtis tramitibus inſidias collocandas cenſuit, quibus non pauci ex iis exercitibus perierunt. Quin & cives portis clauſis forum Alemannis non præbebant: ſed funibus de muris ſuſpenſis, pecuniam prius attrahebant iisque rurſum, quantum vel panis vel aliarum rerum libebat, demittebant. Quibus injuriis Alemanni exacerbati oculum inſpectorem omnium rerum contra eos, qui injuſtis ponderibus uterentur, nec advenarum, & eidem religioni addictorum miſerti, adeo nihil de ſuo conferrent, ut cibos etiam e faucibus eriperent, ultorem invocabant. Verum peſſimi incolæ, & inhumanitate ſingulari præditi, ne minimum quidem demittebant: ſed auro, argentove attracto, atque in ſinibus recondito, ex mœnibus ſe ſubducebant. Quidam etiam calce farinæ immiſſa, cibum peſtiferum reddebant. Id utrum juſſu Imperatoris factum fuerit, ut

A. C. Plagam tamen omnium graviſſimam duces itineris, Græci, aut Manuelis imperio, aut ſua improbitate, Chriſtianæ militiæ impoſuere. Caput belli Noradinus erat, Sanguini, qui Edeſſam nuper ipſa Natalis Chriſti ſacra nocte, ſuffoſſis cuniculo mœnibus occuparat, maximamque Chriſtianorum in urbe ſtragem fecerat, (A) filius, & Iconii tyrannus. Is cum patri ſuo, domeſticorum manibus interfecto, Halapiæ ſuccederet; (B) Edeſſam, proditione civium Chriſtianis iterum redditam, admoto ſtatim exercitu, in ſuam rurſus poteſtatem, non ſine cæde ac ſanguine redegit. (C)

Perfidia ducum itineris.

In hunc igitur ire placuit: jamque eam ob cauſam certos homines locorum peritos a Manuele petierat Conradus, qui recto itinere Iconium ſe ducerent: ſed ii pertractum in vaſtas Cappadociæ ſolitudines exercitum, ac per duodeviginti jam dies, fame, ſiti, laſſitudine confe-

„ ut ferebatur, compertum non habeo. - - Breviter ut dicam, nullum mali genus fuit, quod Imperator (*Manuel*) non vel ipſe in eos „ machinaretur, vel aliis machinandi „ author eſſet. „ Arnoldus Lubecenſ. L. 3. Chron. Sclavor. cap. 10. „ Eſt enim quædam deteſtabilis conſuetudo Regis Græcorum, qui „ etiam propter nimium faſtum divitiarum ſuarum Imperatorem ſe „ nominat, quam tamen dignitatem „ a *Conſtantino*, ejusdem Civitatis „ fundatore, traxerat, ut oſculum „ ſalutationis nulli offerat, ſed quicunque faciem ejus videre meretur, incurvatus genua ejus oſculatur. Quod *Conradus* Rex ob honorem Romani Imperii omnino „ deteſtabatur. Cumque Rex Græcorum in hoc conſenſiſſet, ut oſculum ei porrigeret, ipſo tamen ſedente, nec hoc *Conrado* Regi placuit. Tandem ſapientiores ex utraque parte hoc conſilium dederunt, ut in equis ſe viderent, & ita ex parilitate convenientes, ſedendo, ſe & oſculando ſalutarent. Quod & factum eſt. Propter hanc igitur cauſam videlicet; quia vires „ Teutonicorum timebant omnes: „ exercitum illum peregrinum Græci tradiderunt, miſcentes eis venenum in fontibus, & traducentes „ eos in horridiſſimam illam ſolitudinem. Et miſero fine immanis „ illa expeditio ſoluta eſt. „

(A) Otto Friſing. Chron. L. 7. C. 30. „ *Sanguinus* - - quidam Halapenſis Syriæ ac Meſopotamiæ, excepta Antiochia, & Damaſco, Princeps, Perſarum vero, & Medorum „ Regis, ſeu Soldani ſubditus, *Edeſſam*, quæ nunc *Robas* dicitur - - - „ cum infinita Sarracenorum multitudine circumdedit, ac in ipſa - - „ Nativitate Domini irrupit, cunctis „ ibidem cum Epiſcopo urbis Chriſtianis in ore gladii occiſis, vel miſerabili captivitate in ſervitutem „ redactis, &c. - - Ob hoc mota eſt „ expeditio maxima - - a Conrado „ Rege Romanorum, & Ludovico „ Rege Francorum. „ Willerm. Tyrius L. 16. c. 5.

(B) Willerm. Tyrius L. 16. c. 7. „ *Sanguinus* interea - - nocte una, „ vino æſtuans, & præ nimia crapula „ ſupinus jacens ab eisdem domeſticis ſuis, gladiis confoditur. - - „ Cui defuncto ſucceſſerunt ejus filii, alter apud *Muſſulam*, introrſum in Oriente; alter apud *Halapiam* (Aleppo) natu poſterior nomine *Noradinus*, vir providus & diſcretus. „

(C) Willerm. Tyr. L. 16. cap. 14. narrat *Edeſſam* noctu per *Joſcelinum* Comitem receptam. Cap. vero 16. ſubjungit, quo pacto urbs eadem *Noradini* militi, proditione civium, ſit patefacta: quem, qui volet, conſulet.

ctum, medio in itinere deſtituere. (A) Nihil non eorum Noradino erat cognitum, qui copiis interea ex interiore Aſia contractis, cum innumerabili barbarorum multitudine, velut ad extinguendum commune totius Aſiæ incendium advolavit. (B) Noradini abſentis vices Paramumus Turcarum præfectus agebat, (C) qui circumfuſo Conradi copiis ſagittariorum expedito agmine, inſtabat undique, telorumque imbre, ex dumis ſilveſtribus, ex collibus, fluminumque litoribus impetebat. A.C.

Cladeſ a Saracenis.

Noſtri & fame, ſitique pene enecti, & equorum, quos longa macies & pugnæ, & fugæ jam inutiles fecerat, præſidio deſtituti, inſultantem caſtris hoſtem, telisque imbelle agmen diu, noctuque laceſſentem, cum arcere a cervicibus non poſſent; cladem iis in locis tam immanem paſſi ſunt, ut ex ſeptuaginta loricatorum millibus, & innumerabili peditum multitudine, vix decima parte incolumi, ceteri omnes, aut fame, aut telis hoſtium confecti memorentur. (D) Tum & Bernardus, Carinthiæ Comes,

(A) Willerm. Tyr. L. 16. cap. 20. „ Tradiderat autem Conſtantinopolitanus diſcedenti ab eo, & id ipſum petenti domino Imperatori, viæ duces locorum peritos - - ſed fidei modicæ. - - Verum Græci innata uſi malitia, & conſueto in noſtros ducti odio, ſive de mandato Domini ſui, ſive hoſtium corrupti pecunia, ſtudioſe & ex induſtria per devia cœperunt trahere legiones: & in ea introducere loca, quibus populum ſimplicem major fieret hoſtibus opprimendi & expugnandi copia. - - - Nocte ergo inſequenti, caſtris more locatis ſolito, cæteris præ labore quieti membra concedentibus, prædicti peſtilentes viri intempeſtivæ noctis ſilentio, clam ab exercitu diffugiunt, relicto ſine duce populo, qui eorum fidei fuerat commendatus. „ Chronograph. Saxo ad An. 1147.

(B) Willerm. Tyrius ibid. „ Ex utraque igitur Armenia, Cappadocia, Iſauria, Cilicia, Media, Parthia, ad ejus (*Noradini*) vocationem convolat gentium infinitus numerus, & colligitur numeroſitas inaudita: quorum omnium fretus auxilio ſpem concipit, ut paribus poſſet reſiſtere copiis immenſæ, quam audierat advenire, multitudini. „

(C) Idem ibid. cap. 22. Huic tamen tanto negotio Soldanus Iconienſis non interfuit: ſed quidam nobilis militiæ ſuæ primicerius, Turcarum magnus Satrapa, *Paramum* dictus. „

(D) Willerm. Tyr. L. 16. cap. 21. & 22. „ Dumque ſic locorum ignari, & pro alimentorum defectu ſolliciti fluctuarent (defecerat enim penitus tam equis & jumentis pabulum, quam hominibus quodlibet ciborum genus) nunciatur - - Turcorum innumeram adeſſe multitudinem. Erat autem in ſolitudine ſterili, longe a culto ſolo conſtitutus exercitus: - - nam declinantes a dextra Lycaoniam - - in Cappadociæ ſolitudines, longe ab Iconio deviare compulerunt exercitum. Dicebatur publice, nec a veriſimili multum abhorrebat, quod de conſcientia, & mandato Imperatoris Græcorum, noſtrorum provectibus invidentis conſtructa fuerunt hæc tam periculoſa molimina - - - ſic igitur dum fame & locorum ignorantia; laboris quoque diuturnitate, difficultate viarum, equorum defectu, ſarcinarum pondere, domini Imperatoris laboraret exercitus, Turcorum Satrapæ - - repente ſu-

„ pra

A.C. Comes, & Regenbertus, Paſſavienſis Antiſtes occubuiſſe creditur : Otto vero Friſingenſis, Conradi Regis, atque Henrici Ducis frater, fuga abreptus, fame, gelu, laſſitudine ita fractus ac debilitatus eſt, ut Græcis etiam miſericordiam moveret. (A) Hæc menſe Novembri acta. Nicetas Choniates pugnæ ad Mæandrum fluvium, & egregiæ Conradi de Turcis victoriæ meminit: quam, quod ceteri Scriptores ſilentio prætereant, in medio & ipſe relinquo. (B) Illud ex Wilhelmo Tyrio certius, Conradum Cæſarem, cum miſeris attriti exercitus reliquiis, continuato aliquot dierum itinere, Niceam ſe retuliſſe. (C)

Conradi Imp. & Ludov. R. Franc. congreſſus.

Ibi cum eſſet, Ludovicus VII. Rex Franciæ, qui Conradi veſtigia nuper ſecutus, exercitum & ipſe ingentem ex Europa in Aſiam deportarat, edoctus de nupera Germanorum clade per Fridericum Sueviæ Ducem, in caſtra ad Conradum Cæſarem venit. Defuncti ſalutationum officiis Reges Europæ maximi, de bello, itinereque conjunctis animis, copiisque ſuſcipiendo conſilia inierunt: ſed cum multis jam animi, nummique ad proſequendum ſacri belli propoſitum, poſt labores ærumnasque tantas defice-

„ pra eorum caſtra hoſtiliter irruunt, & irruptione ſubita nihil tale verentes conturbant legiones. -- Noſtri loricis, ocreis, & clypeis onerati, habentes equos fame & itineris longitudine fatigatos, & ad ſuſtinendos diſcurſus inſufficientes, licet viribus, & armorum uſu præminerent, longius tamen a caſtris, nec hoſtes inſequi, nec cum eis committere volebant. -- Sic ergo -- omnis illa tantorum Principum virtus, quæ prius armis, viribus, animis & numero videbatur incomparabilis, ſubito contrita, languido laceſſita Marte corruit. -- Nam de ſeptuaginta millibus loricatorum equitum, & de tanta pedeſtrium turbarum manu, quarum infinitus erat numerus, vix ut aſſerunt, qui præſentes fuerunt, decima pars evaſit, aliis fame, aliis gladio interemptis, nonnullis etiam vinculis hoſtium mancipatis. „

(A) Chron. Reicherſperg. An. 1147. „ Ubi & *Bernardus Comes Carinthiæ*, „ occubuit. Multi etiam propter „ multitudinem hoſtium fugam inierant. Inter quos etiam frater „ Regis Romanorum *Otto Friſingenſis*, „ non ſolum calceamentis, ſed & pedibus attritis, fame quoque ac gelu confectus, ad civitatem quandam venit, ibique miſeratione civium refotus eſt, & mutuo ibi aliquibus acceptis, per mare Hieroſolymam tetendit. „ de *Regenberto* conjectura eſt, qui cum IV. Idus Novembr. (ut habet Necrologium Mellic.) An. 1147. ut refert Chron. Auſtrale ad hunc annum, mortuus ſit; annus menſisque mortis ejus cum temporis ratione, quo hæc clades in Cappadocia contigit, menſe nempe Novembri, ut ſcribit Willerm. Tyr. L. 16. c. 22. optime congruit.

(B) Nicet. Choniat. de Manuele Comneno. l. 1. c. 6.

(C) Willerm. Tyr. L. 16. c. 22. „ Evaſit tamen Dominus Imperator „ cum paucis ex Principibus ſuis, & „ cum reſiduo ſuorum, licet cum difficultate nimia, poſt dies aliquot in „ partes Niceæ ſe contulit. „

ficerent; Conſtantinopolim non pauci, Germanorum maxime, ſunt reverſi. (A) A.C.

Conradus Imp. Conſtantinopolim redit.

Conradus exercitu Smyrnam primo, ac poſt Epheſum reducto, Byzantium poſtremo & ipſe ſe retulit. Cauſam mutati conſilii Wilhelmus Tyrius innuit: ſeu quod amiſſi exercitus verecundiam non ferret Cæſar; ſeu quod faſtus Gallici pertæſus, majeſtati Imperii inter Græcos melius, quam Francos conſultum iri putaret. Conſtantinopoli longe alio, quam nuper vultu a Manuele exceptus eſt. Nempe ubi metus deceſſerat, gratiam facile cum arctus affinitatis nexus, tum recens calcmitas conciliavit. Nihil honoris officiique a Manuele prætermiſſum, quo & commodis collegæ Cæſaris, & dignitati conſuleret (B)

Henricum Auſtrium a Conradi latere nunquam diſceſſiſſe, facile mihi perſuadeo: & veroſimile eſt, nuptiarum ea fœdera, quæ Henricum Auſtrium inter, ac Theodoram Comnenam poſtea conſtituta ſunt, per eam occaſionem, pronubo utroque Cæſare, conciliata fuiſſe: (C)

Hye-

(A) Willerm. Tyr. L. 16. c. 23. „ Rex (Francorum) uſque ad Imperatoris caſtra, quæ in vicino idem „ locaverat, pervenit. Dato itaque, „ & accepto debitæ ſalutationis affatu - - ordinant propoſito inſiſtere, & ſimul junctis agminibus proficiſci. Multi tamen de utroque „ exercitu, ſed maxime de caſtris „ Theutonicorum amiſſis viaticis - „ Conſtantinopolim ſunt reverſi. „

(B) Willerm. Tyr. L. 16. cap. 23. „ Communicato igitur cum utriusque exercitus primoribus conſilio Smyrnam, & inde Epheſum - - „ pervenerunt. Hic demum Imperator, ſeu quia cum paucioribus erat, „ qui multo plures prius ſecum habuerat, verecundiam ſuſtinens; aut „ Francorum faſtus non ferens, ſeu „ aliis latentibus cauſis, remiſſis, quæ „ ſuperarent, per terram legionibus, „ ipſe ab Epheſo uſus navigio, Conſtantinopolim reverſus eſt. Ubi a „ Domino Imperatore, multo quam „ primo adventu, ſuſceptus honeſtius, moram apud eum, uſque ad „ veris initium ſequentis, cum ſuis „ habuit Principibus: erat enim inter eos affinitatis vinculum: nam „ eorum uxores ſorores erant, filiæ „ *Berengarii* ſenioris, Comitis de *Sulcepach.* „ Confirmat eadem Cinnamus L. 2. de reb. Geſt. Joannis & Manuelis Comnen.

(C) Cinnamus Hiſt. L. 5. cap. 16. „ *Henricus* qui - - *Theodoram*, Imperatoris *ex fratre* neptim, uxorem duxerat. „ Ita interpres Latinus. Sed vox Græca ἀδελφιδῆ, qua utitur Cinnamus, neptem vel ex *fratre*, vel ex *ſorore* ſignificare poteſt. Otto a S. Blaſio cap. 3. ad An. 1148. „ Henricus Noricorum Dux, filius „ *Leopaldi* - - frater *Conradi* Regis, „ *filiam Imperatoris Conſtantinopolitani*, „ prius ſibi in itinere deſponſatam, „ in matrimonium accepit. „ Herman. Altah. MS. Coll. Vienn. An. 1149. „ *Heinricus* Dux Bavariæ filius „ *Luipoldi* Illuſtriſſimi Marchionis, vir „ bonus, & militari virtute præcipuus, de transmarinis partibus cum „ *Cunrado* R. Rom. rediens, *filiam* cujusdam clariſſimi *Ducis*, fratris ſcilicet Regis Græcorum, nomine „ *Theodoram* in eodem itinere accepit „ uxorem. „ Arenpeckius in Chron. Auſtr. Sundheimius in Tabul. Clauſtro-Neoburg. Chron. Mellic. ad An. 1149. „ Dux *Heinricus* - - filiam cujusdam clariſſimi Ducis, fratris Regis Græcorum, nomine *Theodora*, „ uxore accepta, ſecum adduxit. „ quibus ex ſententiis forte illud conſequetur: *Theodoram Manuelis* fuiſſe ex fratre *Iſaacio* natu majore, vel certe *Alexio* aut *Andronico*, qui ante Patrem obiere, neptem, de quibus

Nice-

A. C. 1148 Hyeme in urbe Regia exacta, Conradum Cæſarem Hieroſolymam petentem, claſſe magnificentiſſime adornata, in portum Ptolemaidis Manuel transferri curat. Ptolemaide recto itinere ad Sanctam Urbem profectum; Balduinus Rex, & Fulcherius Patriarcha, magna populi, ſacrique ordinis frequentia, inter hymnos, cantusque pios extra urbem excepere. (A) *Inde Hieroſolymam petit.*

Adorato Chriſti ſepulchro Ptolemaidem rediit, ubi expenſa in legionum ſupplementa argenti vi maxima, deliberari cœptum de urbe Damaſco, Syriæ totius principe, ad ditionem Chriſtiani populi adjungenda. (B) Trifariam adoriri placuit pro copiarum numero, quas Balduinus, & Ludovicus Reges, Cæſarque Conradus adducebat. Depulſi paſſim ſuis e ſtationibus barbari, ad ripam amnis, qui Damaſcum præterfluit, conſedere. Balduinus, ut hoſtem profugum illo etiam a receptu deturbaret; ſemel, iterumque magna vi in hoſtes invectus, ſemper fruſtra fuit, Francis, qui proximi erant, ſociorum *Damaſcus urbs obſeſſa.*

Nicetas Choniates in Calo-Joanne c. 10. & rurſus in Manuele L. 3. c. 2. item L. 6. c. 2. Aliud tamen Authori Chronici Luneburg. quod affert Eccardus T. I. Corp. Hiſtor. viſum eſt: is enim Col. 1381. de Imperatore Græcorum ſic ſcribit: „ He gaf oc sine „ Suſter-dochter dem Marcgreven „ *Heinrike* van Oſterrik, Koning *Conrades* Brodere. „ Ex cujus proinde mente non fratris, ſed *ſororis* „ ſuæ filiam *Manuel* Imp. *Henrico* Duci dediſſet conjugem.

(A) Willerm. Tyr. L. 16. c. 28. „ Imperator, transcurſa hyeme apud „ urbem Regiam, ubi a Domino Imperatore Conſtantinopolitano humanitatis legibus diligenter, prout „ tantum decebat Principem, tractatus, & donis in deceſſu largiſſimis „ cumulatus, claſſe, quam eidem Imperialis magnificentia deputaverat, „ vectus, cum quibusdam ex Principibus ſuis, in Orientem perveniens, portum attigit Acconenſem. Inde *Hieroſolymam* proficiſcens, a Domino Rege *Balduino*, „ & Domino *Fulchero*, bonæ memoriæ Patriarcha, occurrente ei extra „ Civitatem univerſo Clero, & populo cum hymnis, & canticis, in ſanctam introductus eſt Civitatem. „ Confirmat Cinnamus L. 2. de Reb. Joann. & Manuel. Otto Friſing. de Geſt. Friderici I. l. 1. c. 58.

(B) Otto Friſing. loco nunc memorato. c. 58. „ At *Conradus* Roma- „ norum Princeps, habens adhuc in „ comitatu ſuo ex Principibus *Ortliebum*, Baſilienſem Epiſcopum, - - „ *Fridericum* Ducem Suevorum, *Henricum* Ducem Bajoariorum, *Guelfonem* Ducem, (Willerm. Tyr. l. 17. cap. 1. addit: *Ottonem* Friſingenſem, *Stephanum* Metenſem, *Henricum* Tullenſem Epiſcopos; *Bertholdum* de *Andechs*, *Wilhelmum* de *Monteferrato*, *Sororium Conradi Regis*, & *Hermannum Veronenſem Marchionem*) „ aliosque Comites, virosque illuſtres, & nobiles in ipſa Paſchali „ hebdomade Ptolemaidæ applicans, „ ac poſt paucos dies Hieroſolymam „ veniens in magna Cleri, & populi jucunditate, cum ingenti honore ſuſcipitur. - - Rex per aliquot „ ibi dies in palatio Templariorum - - „ manens, & ſancta ubique loca peragrans per *Samariam* & *Galilæam* „ Ptolemaidem rediit. Omnes adventantes, quos poterat, milites pecunia ad remanendum inducens. „ Convenerat enim cum Rege illius „ terræ, & Patriarcha, militibusque „ Templi circa proximum Julium in „ Syriam, ad expugnationem *Damaſci*, exercitum ducere. „

Conradi Imperatoris bellica ibidem opera.

fruſtrata opera nihil commotis. Conradus eam moram pertæſus, prætervectus otioſas Gallorum legiones, militari, ut erat, gradu in barbaros irruit, equite in pedes deſilire juſſo. Hic enim vero excuſſa barbaris confidentia eſt, qui cum facile proviſerent, haud æquam ſibi pugnam cum ſtatario milite futuram, fuga ſe ſubduxere. A. C.

Factum ad memoriam inſigne.

Terrorem auxit memorabile Conradi facinus, qui cum obſtanti ſibi barbaro, quanquam lorica undique munito, caput, collum, humerum ſiniſtrum, ac lateris partem uno ictu a corpore reſecuiſſet, virium miraculo non hoſtes modo in fugam compulit; ſed cives etiam, e Damaſci mœnibus inuſitati ſpectaculi teſtes, adeo perterruit, ut de tuenda adverſus dexteras tam valentes urbe ſua, ſpem pene omnem amitterent. (A) Sed facti ejus gloria, ut fit, invidiam brevi Germano nomini; invidia diſcordiam inter Regnorum trium proceres excitavit: quibus rebus factum; ut ſoluta poſt triduum obſidione, nullaque præterea re ad memoriam geſta, & Balduinus Hieroſolymam, & Conradus, æger animi, in Theſſaliam ſe referert. (B)

Fruſtrata urbis obſidio.

Ibi

(A) Willerm. Tyr. L. 17. „ Prædicti DEO amabiles Reges - - uſque *Paneadem*, quæ eſt *Cæſarea Philippi*, univerſos deduxerunt exercitus. - - Primus itaque cum ſuis Hieroſolymorum Rex, eo maxime, quod locorum peritiam ejus cohortes dicebantur habere, de comuni Principum ſtatuto ire præcipitur - - ſecundum & medium locum Rex Francorum cum ſuis expeditionibus tenere jubetur - - Tertium & noviſſimum Imperator. „ Enarrat deinde, pulſos de ſtationibus ſuis hoſtes, noſtrosque acceſſu fluminis prohibitos, ac ſubjungit: „ Dumque circa id Hieroſolymorum Rex cum ſuis plurimum deſudat, & fruſtra laborat; nunciatur Domino Imperatori - - quod hoſtes fluvium obtinentes, noſtros non permittant accedere. Quo cognito ira ſuccenſus, per medias Regis Francorum acies uſque ad conflictum eorum, qui pro flumine contendebant, cum ſuis Principibus celer pervenit. Ubi tam ipſe, quam ſui de equis deſcendentes, & facti pedites (ſicut mos eſt Theutonicis - -) objectis clypeis, gladiis cominus cum hoſtibus experiuntur, quorum impetus, qui prius fortiter reſtiterant, ſuſtinere non valentes, in fugam verſi, flumina deſerunt, in urbem cum ſumma velocitate ſe conferentes. In quo congreſſu, Domini Imperatoris factum ſeculis memorabile dicitur accidiſſe: nam uni de reſiſtentibus, viriliter & ſtrenue dimicanti, quamvis loricato, uno ictu caput, collum cum ſiniſtro humero, & brachio cohærente, ſimulque partem ſubjecti lateris dicitur amputaſſe. Quod factum cives, tum qui hoc viderant, tum eos, qui ex aliorum relatione idipſum cognoverant, in tantam dejecit formidinem, ut & de reſiſtendo, & de vita penitus deſperarent. „

(B) Willerm. Tyr. L. 17. cap. 7. varias affert rationes ſiniſtri exitus hujus obſidionis. Otto Friſing. de Geſt. Friderici I. l. 1. c. 58. hæc tantum ſubjicit: „ Nondum tamen ex tot, & tantis attritionibus faſtus inter eos regalis decoctus conquieverat. Unde, quem & proventum & eventum hæc quoque Damaſcena ſortita fuerit expeditio, alias & fortaſſis ab aliis dicenda erunt.

A. C. Ibi ſalutato ſupremum Manuele Imperatore, qui Theodoram Henrico Auſtrio nuper deſponſam eo adduxerat, navali itinere in Iſtriam profectus, Polæ exſcenſionem fecit: unde Salisburgum ſub feſtos Divini Spiritus adven-
1149 tu dies An. MCIL. venit, Ratisbonam mox ad convocandum Imperii conventum digreſſurus. (A) Solennes Henrici Auſtrii cum Theodora nuptiæ, quas ad hunc annum memorat Rikardus Neuburgicus, in Theſſalia ſtatim, an in Auſtria poſtea celebratæ ſint, non liquet: (B) veriſimile tamen eſt, Manuelem, pro cetera Græcorum Imperatorum magnificentia, dediſſe operam, ut cognata ſibi Princeps juſto quamprimum, firmoque connubii fœdere jungeretur. *Conradi Imp. in Germaniam reditus.*

Biennio, quo abfuerat, cum Henrico Duce, ac fratre ſuo, nonnulla in Auſtria contigere, quæ prætercunda non videntur. Ac Waldhuſii quidem Anno MCXLVII. novum Canonicorum Collegium, Ottone Machlandiæ Domino, & Walchuno ejus fratre, conditoribus ſurrexit. (C) At Manſeenſe ſuperioris item Auſtriæ Cœnobium, anno mox ſequenti, acerbus inprimis caſus perculit: nam cum jura Monaſterii ſui Abbas Chunradus pro munere ſuo vindicatum iret, coorti in eum agreſtes coloni quidam, virum a doctrina, ac virtute laudatiſſimum, adacto in corpus gladio peremerunt. (D) *Waldhuſani Canonic. Collegii initium.*

„ erunt. „ Chron. Reicherſperg. ad An. 1147. „ Rex vero *Chunradus*, - - „ videns ſecum fraudulenter agi, & „ ipſe, quod reliquum erat, ab obſidione receſſit. „

(A) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. L. I. c. 59. „ *Conradus* Romanorum „ Princeps, naves apud *Ptolemaidem* „ ingreſſus, ac per æquor navigans, „ fratrem & amicum ſuum *Manuel*, „ Regiæ urbis Principem, in *Achaiæ*, „ ſeu *Theſſaliæ* finibus inveniens adiit: „ cum eoque tanquam ex longa via „ fatigatus, laboribusque fractus, & „ non modica infirmitate correptus, „ per aliquot temporis ſpatium quievit. - - Transactis aliquot, quibus in Græcia quieverat, diebus, „ habens ſecum Noricorum Ducem „ *Henricum*: - - per Illyricum Dalmaticumque remigans æquor, in „ propriis Imperii ſui finibus, apud „ *Polam*, Hiſtriæ civitatem applicuit: „ ibique ſonipede inſidens, ac per „ *Aquilejam* tranſiens, in *Juvania* (quæ „ nunc *Salzburga* dicta -) Pentecoſten celebravit, expletis ab eo, „ quo idem feſtum in Pannoniæ finibus egerat, duobus annis. Inde „ *Ratiſponæ* cum magna Principum „ frequentia curiam celebravit. „ Chron. Salzburg. An. 1149. „ *Chunradus* Rex de Jeroſolymorum expeditione rediens *Salzburg* venit. „

(B) Rikard. Newb. „ *Henrici* uxor - ſecunda *Theodora*, de familia „ Imperatorum Græcorum Anno „ MCXLIX.

(C) Chron. Waldhuſ. apud Duell. Miſcell. Lib. I. „ Cella B. Joannis „ Evangeliſtæ in *Walth* fundata eſt. „ Eodem anno facta eſt expeditio „ Chriſtianorum verſus *Jeruſalem*.

(D) Epitaphium Chunradi Abbat. Mannſeenſ. apud. Bern. Pezium Cod. Diplom. P. I. N. CXV. „ - -

„ Trevir erat natus, Sigebergenſis Monachatu, &c.

„ Quem quia ſervorum fraus conſpirata malorum

„ Inſontem ſtravit gladio, Chriſto ſociavit. „

Tranquilliore mortis genere Hadmarus de Cuopharn, Zwetlenſis Cœnobii conditor ad meliorem vitam exceſſit; inſigni vir pietate, quique cum liberos non haberet, hæredem bonorum DEUM ſcripſit : defuncti corpus tamen non Zwetlæ, ſed Gotwici ſepultum : quod vel longius abſentem mors oppreſſerit; vel in Templo Zwetlenſi, quod ad eum diem nondum conſecratum erat, idoneum ſibi locum non reperiret. (A) A. C.

Conradus, S. Leopoldi filius, ex Abbate S. Crucis, fit Paſſav. Epiſcopus.

Paſſavii interea, quo extincti ſacro in itinere Antiſtitis ſui fama ſerius pervenerat, in ſuffragia itum, & Regenberto Auſtriaco Auſtriæ Marchionis frater, Conradus, ſub anni MCXLVIII. finem ſucceſſor datus eſt. (B) Leopoldi, qui nunc inter Sanctos eſt, filiorum erat natu quintus, ætatemque pene omnem in religioſa Ciſtercienſium familia ad S. Crucis in Auſtria exegerat. (C) Matura in juvene virtus, doctrina, pietas, ac prudentia Cœnobii primo ejus infulam, mox & Paſſavienſem & Salzburgenſem tandem tiaram ex ordine illi impoſuit.

Novi

(A) Chron. Zwetl. recentius ad An. 1147. „ Mortuus eſt Fundator „ noſter *Hadmarus*. „ Abb. Linck in Annal. Zwetl. mortem ejus refert ad An. 1148. verum Abbas Ebro apud eundem in addit. hujus anni ſic habet : „ Obiit anno Domini 1149. vi- „ delicet ſexto Cal. Julii - - & in „ *Chkotwico*, licet invitus, ſepultus „ eſſe dinoſcitur : ad quod tamen „ Monaſterium plures villas ex altera parte Danubii cum copioſa pecunia ordinavit. „

(B) Mire & hic variant Chronica : nam Mellic. & Clauſtro-Neoburg. volunt *Chunradum* Paſſavienſem Epiſcopum eſſe electum ad An. 1147. Zwetlenſe Vetuſt. & Waldhuſanum ad An. 1148. Ortilo ad An. 1148. ſic ſcribit : „ *Chunradus* in fine anni „ MCXLVIII. ex Abbate Clauſtri in „ *Sattelbach* factus eſt Epiſcopus Pa- „ tavienſis. „ Rikard. Newburg. „ *Chunradus* - - fit Epiſcopus Patav. „ An. MCXLVIII. „ Admontenſe denique ad An. 1149. cui adſtipulatur Chron. Reicherſpergenſe, & Clauſtro-Neoburgenſe MS. apud Hanſiz. T. 1. pag. 310. qui hunc primum *Conrado* fuiſſe Epiſcopatus annum ex ſubſcriptione Diplomatum confirmat.

(C) Natu minimum fuiſſe *S. Leopoldi* filiorum Scriptores noſtri ſcribunt Haſelbachius, Arenpeckius, Suntheimius, Author Genealogiæ S. Leopoldi apud Hieron. Pezium T. 1. aliique. Sed Rikardus Newburg. quintum illi inter filios locum tribuit. Fuiſſe Ciſtercienſem, & ad S. Crucis Abbatem ſcribit Linckius in Annalib. Zwetlenſ. ad An. 1148. ſic enim habet : „ Aſſumitur autem „ (*Conradus*) in Epiſcopum *ex Abba- „ te S. Crucis*, Monaſterii Ordinis Ci- „ ſtercienſis, noſtræ in Chriſto Ma- „ tris, - - in quod mox poſt Patris „ obitum ſe transferens, religionis „ noſtræ ſacrum habitum aſſum- „ ſit. „ Idem ſentit Marc. Hanſiz. in ejus vita. De Salisburgenſi Archiepiſcopatu poſtea erit dicendi locus. Ortilo ad An. 1137. „ *Chunradus* ju- „ nior frater (Ottonis Friſing.) in „ *Sattelbach* induit habitum Monaſti- „ cum. „ & rurſus ad An. 1141. „ *Chunradus* ejus frater, ex Monacho „ fit *Abbas in Sattelbach* poſt Dominum „ *Gotſchalcum*. „ Unde vix credibile eſt, quod Chronicon Luneburgicum de eo memorat apud Eccardum T. 1. Corp. Hiſt. p. 1378. *Conradum* fuiſſe Præpoſitum Cathedralem *Hildesbemii*, & *Ultrajecti*, ac deinde Epiſcopum *Paſſavienſem*, ut ante me recte notavit Eruditiſſimus Hanthalerus in Elogio *Henrici I.* Ducis Auſtriæ. Neque enim Præpoſiti Cathedralis munus, præſertim in Eccleſiis tam remotis, & inter ſe disjunctis conciliari facile cum Abbatis dignitate poteſt.

A.C. Novi honoris curas vix ingreſſus, vigilantiæ ſtatim, ac ſeveritatis ſpecimen dedit. Gottwicenſi Monaſterio Gerhohus præerat, vir ut minime malus, ita in tuenda ordinis diſciplina parum ſtrenuus: id cauſæ ſatis viſum Epiſcopo, quorundam criminatione ad ſeveriora flexo, ut honoris eo gradu motum in ordinem redige- 1150 ret; (A) & Wernherum ætate quidem juvenem, ſed ſcientia, ac morum honeſtate inſigni præditum, ad regendam ejus Cœnobii familiam promoveret. (B) Rem tamen cordi haud fuiſſe DEO, exitus oſtendit: nam Wernherus cum lapſam nonnihil monaſterii diſciplinam revocare ad veterem ſanctitatem ſummo ſtudio niteretur; & Waldhuſinam S. Joannis Ædem loci Canonicis ereptam, neſcio, quo aut jure, aut nomine ſibi vindicaret, poſt viginti non amplius menſium inquietam poſ- 1151 ſeſſionem (C) malevolorum quorundam ſcelere interfectus eſt. (D)

Res ejus, Epiſcopatus initio, geſtæ.

Haud multo felicius altera Conrado Epiſcopo cauſa ceſſit, quæ illum cum Reicherſpergenſibus in Bavaria Canonicis commiſit: novam enim litem de Hagenavienſi prædio ingreſſus, in Gerhohum incurrit, Collegii ejus Præpoſitum, virum acrem, & multis adverſus depravatos Sacerdotum quorundam mores dimicationibus dudum inclytum. Is, qua erat in tuendis ſuis juribus vigilantia, cauſæ arbitrium ad Eugenium III. Pontificem Maximum continuo detulit: cujus ſententia permotus Epiſcopus, litem bona Reicherſpergenſium pace ita compoſuit, ut ſervato ſibi Hagenavienſi prædio, Ros-

Lis cum Reicherſpergenſibus compoſita.

(A) Biograph B. Altmanni cap. 44. „ Hic (*Conradus*) ſecundo Ordinationis ſuæ anno, ſuggeſtione quorundam fratrum, nomen & locum „ Abbatis appetentium, multis eundem Abbatem injuriarum moleſtiis afflixit, regimenque deponere coegit. Videns enim ipſe Abbas, Epiſcopum ſibi nimis infenſum & infeſtum, quia erat vir magnæ humilitatis & manſuetudinis; „ majori ceſſit, nomenque Abbatis, „ & curam Epiſcopo reſignavit. „ Paulo ante de eodem ſcribit Abbate: „ Succeſſit *Gerhohus*, vir nimiæ manſuetudinis & humilitatis, genere „ clarus, ſcientia præditus, moribus „ gratus. „

(B) Idem ibid. „ Epiſcopus vero „ ex Miniſterialibus Ratisponenſis „ Eccleſiæ *Werherum* conſtituit Abbatem, ætate juvenem, ſcientia clarum, morum honeſtate & probitate decoratum. „

(C) Chron. Waldhuſan. ad An. 1151. „ *Wernherus* Abbas de *Kotewico* - - locum *B. Johannis* invaſit, „ Fratresque illos ejecit, ac eundem „ locum, annum unum, & octo „ menſes occupavit. „

(D) Biograph. B. Altmanni c. 44. „ Hic (*Wernherus*) quorundam malivolorum diabolicis conſiliis occiſus, quia immatura morte præventus, nihil dignum memoria facere potuit, niſi quod regularis tramitis normam in aliquibus dilapſam reformavit, quantum valuit. „

bacenſe aliud, eidem Canonicorum Collegio transſcri- A. C.
beret. (A)

Quid Conradum impulerit, ut Hartwici de Hagenau ſupremam voluntatem, uſurpato ſibi ejus prædio interverteret, me latet; juris aliquid in rem fuiſſe, cetera ejus in religioſas præſertim congregationes pietas dubitare non ſinit : nam & alias in Reicherſpergenſes beneficus fuit : & Cremifanenſibus Weigantsdorffium tradidit : S. Petri denique Cœnobitis Salisburgenſibus, Dornbachenſem, haud procul Vienna, ſacram ædiculam ſuis cum juribus, & Erlachenſe ſacrarum Virginum in Auſtria Cœnobium Pontificali authoritate confirmavit; (B) nullamque ſolicitudinis partem ſibi reliquam fecit, quam in ſacrarum rerum emolumenta ſtudioſe non converteret. Excitatus pio hoc antiſtitis, fratris ſui, ſtudio Henricus Auſtrius, iisdem Salisburgenſis Cœnobii Sodalibus montem Dornpacho vicinum; (C) ſanctæ Crucis vero in Auſtria Monaſterio, Conradi fratris conſenſu, Münichdorffium per id tempus poſſidendum tradidit. (D)

Ejus, ac Henrici fratris pia in Cœnob. liberalitas.

Hæc

(A) Chron. Reicherſperg. An. 1150. „ Dominus *Hartwicus de Hagenovve*, „ frater *Reginberti* Patavienſis Epiſcopi - - caſtrum *Hagenovve*, cum „ prædiis adjacentibus dedit Eccleſiæ *Reicherſpergenſi* - - Quod cum „ Epiſcopus *Patavienſis*, Eccleſiæ ſuæ „ patronus; per Epiſcopalem potentiam obtinere voluiſſet, *Reicherſpergenſis* Præpoſitus, Dominus „ *Gerhohus*, cum fratribus ſuis ei „ contradicendo multum laboravit. „ Perlata tandem querimonia eſt ad „ Romanum Pontificem *Eugenium*, „ a quo commonitus Epiſcopus jam „ dictus per literas, ad ultimum ipſum „ caſtrum, per concambium ab Eccleſia Reicherſpergenſi obtinuit, „ pace bona compoſita inter eum, & „ Præpoſitum. „ Literæ porro de permutatione prædii *Hagenovve*, & villæ *Rosbach* datæ ſunt An. 1152. IV. Kal. Maji, quæ extant in eodem Chronico Reicherſpergenſi ad An. 1152.

(B) Literæ Conradi Epiſcopi Paſſavienſis ea de re extant apud Bern. Pezium. Codice Diplom. P. 1. Num. CXXVI. De *Reicherſpergenſi* donatione, uti & de San-Petrenſi vid. Hanſiz. T. 1. pag. 312. & 313. De *Cremifanenſi* Bernardus Noric. in Catalogo Abbatum Monaſterii ſui hæc habet de Martino Abbate circa An. 1160. „ Hujus tempore datum eſt *Waigantzdorff* a *Chunrado* Epiſcopo. „

(C) Lit. Henrici I. Ducis Auſtriæ, datæ Salzburg. Cœnobio S. Petri An. 1150. apud. Bern. Pezium Cod. Diplom. Num. cxxi. „ Ego *Henricus* „ *Dux Orientis*. De ſubſtantia temporalium rerum, &c. montem - ſitum inter *Tornbach* & *Zemperouprechtis* ad Monaſterium B. Petri „ Salzburch, precibus dilecti nobis „ *Heinrici* Abbatis, qui eidem Monaſterio ſpiritali regimine prælatus „ eſt, inducti, poteſtativa manu tradimus. „

(D) Traditio ab Henrico I. Duce Auſtriæ facta Monaſterio *S. Crucis* in Auſtria, apud Bern. Pezium Cod. Diplom. P. 1. Num. cxxii. „ *Minchindorff*, quod delegavit Dux *Heinricus* & frater ejus *Chounradus* pro „ remedio tam animæ ſuæ, quam parentum ſuorum, ſine omni contradictione in manus Domini *Adalberti de Berge* Advocati, ad conſtruendas officinas *S. Crucis*, quod poſtmodum idem *Adalbertus* ſub teſtibus ſtabilivit in præſentia Epiſcopi

„ pi

A. C. Hæc dum pie, ſancteque ab Auſtriacis Fratribus geruntur, turbarum tamen affatim jam hic, jam illic extitit, quibus pacandis a Conrado Rege fratre in partem vel conſilii, vel laboris vocabantur. Welfo junior ſemper in armis erat, magnis nuper muneribus a Rogerio Siculo in Regem concitatus: poſtquam vero, Flohbergenſi Regis caſtro fruſtra tentato, infelici pugna fractus eſt; (A) Henricus Leo, Welfone nihil pacatior, Conradi Regis, & Henrici Auſtrii, Vitrici ſui, curas exacuit. Agebat in Suevia, bellumque in Vitricum, Bavariæ cauſa, haud obſcure meditabatur: & quanquam appoſitis ubique excubiis, velut indagine cinctus clauderetur, viam tamen aſtu reperit, qua in Saxoniam elaberetur. (B)

Auſtriac. fratrum pro Conrado Rege ſtudia.

His diſtricto curis Henrico Auſtrio, Ottoni etiam, Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopo, quieto eſſe haud licuit. Trajecti in Friſia, & Coloniæ Agrippinæ ex Antiſtitum obitu nonnullæ diſſenſiones ſunt exortæ: & Coloniæ quidem pacate ſatis de ſucceſſore actum; ſed Trajecti non ſine turbis. Compoſiturus res Conradus Cæſar, Ottonem fratrem, magni jam tum nominis Epiſcopum, & Al-

„ pi *Chounradi*, &c. Item præfatus „ *Dux*, & uxor ejus *Theodora*, delegaverunt pro remedio animæ tam „ ſuæ, quam parentum ſuorum, ſine „ omni contradictione ſuper *S. Crucem* debitum ſuum, quod eis perſolvendum erat de vineis ad locum ejusdem *S. Crucis* pertinentibus, quæ ſunt numero viginti & „ una. „

(A) Monachus Weingart. in Chron. de Guelfis apud Leibnit. T. I. p. 793. „ Anno MCL. *Welfo* apud *Flobberg* „ cum principibus, & militibus Regis *Conradi* conflictum habens devictus eſt. „ Et paulo ante p. 790. fuſius. „ *Rogerius* eum cum magno „ Domus ſuæ tripudio ſuſcipiens, ac „ honorifice dimittens, iterum ad „ rebellandum Regi maximis muneribus illectum incitat. Igitur reverſus in proxima hyeme, circa „ Purificationem ſanctæ Mariæ, collecto milite fines Regis invadit, ac „ caſtrum ejus *Floperch* forti impugnatione ſollicitans, dum in reverſione militem nimis incaute duceret, a militibus Regis circumventus, ac aggreſſionibus initis, cum „ paucis aliis circum quaque diffuſis, „ plus ex infortunio, quam ex inſtantia belli, noſtri fugam arripiunt, plurimisque captis, nullo „ occiſo, ignominioſe revertuntur. „ Ac ſic gwerra, diu anxie inter „ ipſum, & Regem agitata, finita „ eſt. „

(B) Helmoldus in Chron. Slavorum cap. 73. apud Bangertum p. 166. „ Dux noſter (*Henricus Leo*) morabatur in Suevia, intentans vitrico „ ſuo (*Henrico* Auſtrio) bellum, ſed „ non valens: ille enim adjuvabatur „ a Rege fratre. - - Poſuit ergo „ Rex cuſtodiam per omnem Sueviam, ne forte Dux elaberetur: „ ipſe vero abiit *Goslariam*, acceptu- „ rus *Brunswich*, & omnia caſtra Ducis. Inſtabat autem ſacra nativitas Domini. Intelligens ergo Dux „ conſilium Regis in malum, & interciſum ſibi digreſſum Sueviæ, fecit denunciari omnibus amicis ſuis, „ tam liberis, quam miniſterialibus, „ ut convenirent ad urbem quandam, acturi cum eo diem ſolennem. Fecitque verba hæc diffamari, & perſonari in auribus vulgi. Aſſumptisque tribus fidiſſimis „ viris, veſpere quodam mutavit „ veſtem, & elapſus de caſtro, nocturnum aggreſſus eſt iter, & transiens medias hoſtium inſidias, quinto demum die apparuit *Brunswich*. „

Albertum Miſnenſem, cauſæ arbitros, pacisque conciliatores ſecum duxit. Sed nec maturæ adhuc res erant, & compreſſis nondum iis motibus, Cæſar Noricorum quorundam Comitum tumultu in Bavariam eſt revocatus. (A) A. C.

Turbæ in Bavaria.

Turbarum facile capita Ottonis Witelſpachii, Bavariæ Palatini, filii erant, quibus pater nimium connivebat. Horum igitur caſtrum, Kelheimium, Almona, Danubioque fluviis cinctum, Conradus obſidet, extortoque obſide filiorum maximo, Ottonem patrem ad tutelam ſacrarum Ædium abdicandam cogit. (B) Henricum Auſtrium, Bavariæ Ducem, affuiſſe Regi fratri, cum belli ſua in provincia geſti ratio, tum commune Ratisbonenſibus S. Magni Cœnobitis præſtitum ab Rege, Duceque eo loci beneficium, aperte ſatis innuunt. (C)

Conradi Reg. mors.

Re ex ſententia ibi geſta Trajectum ſe Cæſar retulit, ancepsque Epiſcopatus illius negotium feliciter confecit. Sed non multo poſt, cum totus eſſet in adornanda Italica, ad capeſſendam de more Imperii coronam, expeditione, morbo corripitur, & Babenbergæ XV. Kal. Martii Anno MCLII. vita decedit. (D) Princeps erat Religione, prudentia, animi magnitudine ſingulari, rebus etiam 1152

belli-

(A) Otto Friſing. de Geſt. Frid. I. Lib. 1. cap. 62. „ Igitur *Conradus* Rex „ tam de ſubrogatione Colonienſis, „ quam ſuper determinatione illius „ controverſiæ, quæ in Trajectenſi „ Eccleſia agitabatur, examen laturus, inferiores Rheni partes adiit, „ habens ſecum ex Bajoaria *Ottonem* „ Friſingenſem, ex Saxonia *Albertum* „ Miſnenſem Epiſcopos. „ Enarrata deinde Trajectenſium contumacia, ſubjungit: „ Propter quorundam „ *Noricorum* Comitum inſolentiam „ in eandem revocabatur Provinciam. „

(B) Otto Friſing. de Geſt. Frid. I. Lib. 1. cap. 63. „ Poſt hæc Palatino „ Comite *Ottone*, ob filiorum ſuorum „ exceſſus proſcripto, vicinum ejus „ caſtrum *Chelebeim* dictum, rapido „ Danubii fluminis ambitu clauſum, „ obſidione cingit, eumque ad hoc, „ ut unum filiorum ſuorum obſidem „ daret, coegit. „ Reliqua ex Aventino Boic. L. 6. c. 4. n. 29. petita ſunt.

(C) Litt. Hartwici Ratisbon. Epiſcopi apud Hundium Metrop. T. II. p. 310. „ Tempore, quo bonæ recordationis Rex *Chuenradus* caſtrum „ *Ottonis*, Palatini Comitis, in *Kelheim* obſederat - - prædium, quod „ petebatur, quod eſt ſitum inter „ duo flumina, cum omni ſua attinentia, uſum quoque fluminum „ uſque ad medium, coram principibus, DEO, & Sanctis ejus, *Andreæ* ſcilicet Apoſtolo, & B. *Magno* „ Confeſſori contulit pro dote, & „ Canonicis Regularibus, ſicut petivit fidelis *Gebhardus* (Eccleſiæ ejus „ Proviſor) eſt largitus &c. „ Addit paulo poſt de *Conrado* Rege: „ Nam cum conſilio fratris ſui H. „ (id eſt, *Henrici*) Ducis Bavariæ, „ & H. urbis Præfecti, publicam „ mercaturam in villa, ſive civitate „ *Riparia* omni feria III. inſtituit, „ ipſam quoque mercaturam & penſiones - - cuncta Eccleſiæ pro uſu „ fructu firmavit *Riparia*, „

(D) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. c. 63. „ Morbo corripitur (*Conradus* „ Rex) ſicque tamen tanto non fractus infirmitatis dolore, curiam „ celebraturus, *Babenberg* venit: ubi „ cum multorum planctu raptus, „ prioris fortitudinis in ultimo diſcrimine retinens animum, proxima „ a capite jejunii ſexta feria, id eſt, „ XV. Kal. Martii vitam finivit. „

A. C. bellicis, niſi aut cœleſtes iræ, aut hominum perverſitas, armorum ſecundos exitus ſubflaminaſſent, inter paucos commemorandus. Auſtriæ multis rebus perquam ſtudioſus fuit: neque ullum facile in hiſtoria exemplum legeris paris cum fratribus, alio parente natis, conjunctionis. Iras in Bojos Principes conceptas, quanquam armis, ac tota Imperatoria authoritate naviter executus ſit, mira tamen indulgentia temperavit, relicta contumacibus Saxonia; Bavaria tantum in fratres Auſtriacos translata. Vita omnis, quoad in Imperio fuit, quanquam caſibus adverſis frequenter divexata, æquali tamen tenore virtutis, & conſtantiæ eſt decurſa. (A)

Reducem Palæſtina Romanus Pontifex amantiſſimis literis eſt ſolatus, coronamque Imperii per legatos pollicitus, ad Italiam invitavit. (B) Sed ejus rei lætitiam Henrici primum mors filii, An. MCL. conſecuta (C) diſtulit, & quæ biennio poſt Conradum ipſum e vivis eripuit, fati neceſſitas penitus extinxit. Corpus defuncti Cæſaris Laurisheimenſes quidem avitis Majorum monumentis inferre cupiebant: obſtitere tamen Babenbergenſes, quorum in urbe vitam mortalem poſuit, corpusque exanime Regio funere ad latus Henrici Imperatoris ſancti ſepeliverunt. (D)

(A) Willerm. Tyrius L. 17. c. 8. „ Apud *Bavenberg* mortuus eſt (*Conradus* Rex) ubi & magnifice in Eccleſia majori ſepultus eſt: vir pius, „ & miſericors, corpore conſpicuus, „ generoſitate inſignis, rei militaris „ ad perfectum habens experientiam, „ vita & moribus per omnia commendabilis, cujus memoria in benedictione eſt. „ Multus eſt in ejus laudibus Gotfridus Viterbienſis Chron. Part. XVII. Inter cetera hæc de illo magnifice canit:

„ -- Specie Paris, Hector in armis, &c.
„ Dextera Conradi gladio conformis Achilli, &c.
„ Indeque per medium corpora cæſa cadunt. „

Quæ in Auſtriacos contulerit, quibus caſibus ſit exercitus, ſupra dictum eſt.

(B) Literæ Eugenii III. PP. ad Conradum III. Regem apud Ottonem Friſing. De Geſtis Frider. I. l. 1. c. 61. Quarum initium: „ Cum in hoc „ mundo, &c. De ſpe Coronæ Imperialis colligi poteſt ex iis, quæ „ Otto loco citato cap. 63. ſubjungit. „ Ipſe vero - - cum etiam jurata expeditione in proximo Imperii Coronam accepturus eſſet, „ non ſine ſuſpicione quorundam, „ quos ex Italia habuit, medicorum, „ quaſi ex Rogerii Siculi metu ſubmiſſorum, morbo corripitur, &c. „

(C) Otto Friſing. de Geſt. Frider. I. l. 1. c. 62. „ Circa idem tempus filius Regis *Henricus* - - diem obiit. „

(D) Otto Friſing. l. cit. cap. 62. „ Volentibus vero familiaribus ſuis, „ juxta ejus, (ut aſſerebant) petitionem, eum ad *Laureacenſe* monaſterium deferre, ibique in proprio „ fundo juxta Patrem humare, *Babenbergenſis* Eccleſia hoc contumelioſum ſibi fore judicans, non permiſit: quin immo convenientiſſimum, & honeſtiſſimum Eccleſiæ „ illi, & Imperio decernens, juxta „ túmbam Imp. *Henrici*, ejus loci fundatoris, - - Regio cultu eum ſepelivit. „

Extincto Conrado Cæſare, Auſtriacorum quoque A.C.
Principum potentia labefactari cœpta. Patruo enim in Imperio ſuffectus Fridericus I. Dux Sueviæ, *Barbaroſſæ* cognomento in Hiſtoria notus, (A) nullum non lapidem movit, ut Henricum Leonem, Henrici Superbi, Bavariæ quondam, ac Saxoniæ Ducis filium, in paternarum Provinciarum poſſeſſionem reponeret. Erat id Principum Germaniæ multorum votum, qui moleſtis æmulorum Ducum concertationibus, quæ annos jam duodecim ſuſpenſam incerta bellorum fortuna Germaniam tenebant, defungi tandem exoptabant. Ea potiſſimum cauſa erat, cur præterito Conradi III. filiolo Friderico, ſuffragia in ejus patruelem conferrent. Quod enim is Friderico Hohenſtauffio patre natus, matrem haberet Welfonis Altdorffenſis filiam, ac proinde arcto cognationis vinculo, & Auſtriis per Agnetem aviam, Henrici Auſtriaci matrem, & Welficis per Juditham parentem colligatus eſſet; ſpes erat, ut Principes eas Germaniæ familias Cæſar cognatus in gratiam, ac concordiam ex longo diſſidio revocaret. (B)

Qua potiſſimum de cauſa.

Electus itaque Francofurti ad III. Non. Martias An. MCLII. & Aquisgrani ſolemnibus cerimoniis inauguratus (C) poſt compoſitas Danorum controverſias, Regemque

(A) Otto Friſing. de Geſt. Frid. I. l. 2. c. 1. „ III. Non. Martii - - *Fridericus* Suevorum Dux, *Friderici* „ Ducis filius - - in Regem ſublimatur. „

(B) Otto de Geſt. Frider. I. l. 2. c. 2. „ Hujus conſultationis ſumma, in illamque perſonam tam unanimis aſſenſus ratio, ut recolo, hæc fuit: „ Duæ in Romano orbe apud Galliæ, „ Germaniæque fines famoſæ familiæ hactenus fuere: una *Henricorum de Gueibelinga*, alia *Guelforum de Altdorffia*, altera Imperatores, altera magnos Duces producere ſolita. - - Nutu vero DEI, ut creditur, „ paci populi ſui in poſterum providentis, ſub *Henrico quinto* factum „ eſt, ut *Fridericus* Dux pater hujus, „ qui de altera, id eſt, de Regum familia deſcenderat, de altera *Henrici* „ ſcilicet Noricorum Ducis, filiam „ in uxorem acciperet, ex eaque *Fridericum*, qui in præſentiarum eſt, „ & regnat, generaret. Principes „ ergo non ſolum induſtriam, ac „ virtutem ſæpe dicti Juvenis; ſed „ etiam hoc, quod utriusque ſanguinis conſors, tanquam angularis lapis, utrorumque horum parietum „ diſſidentiam unire poſſet, conſiderantes, caput regni eum conſtituere adjudicaverunt: plurimum Reipub. profuturum præcogitantes, ſi „ tam gravis, & diuturna inter maximos Imperii viros, ob privatum „ emolumentum ſimultas, hac demum occaſione, DEO cooperante, „ ſopiretur. Ita non Regis *Conradi* „ zelo, ſed univerſitatis, ut dictum „ eſt, boni intuitu, hunc *Fridericum*, „ ejus filio, item *Friderico* adhuc parvulo, præponere maluerunt. „

(C) Idem ibid. c. 3. „ Dominica, „ qua *Latare Hieruſalem* canitur, ab „ Epiſcopis e Palatio (*Aquisgranenſi*) „ in Eccleſiam Beatæ MARIÆ ſemper „ Virginis deductus - - in ſede Regni Francorum, quæ in eadem Eccleſia a Carolo Magno poſita eſt, „ collocatur. „

A. C. que Petrum genti impoſitum, (A) Ratisbonam in Bavariam profectus eſt, & Coronam Regni ſecundo, raro eatenus exemplo, in Templo S. Emmerammi ſuſcepit. Id quorſum pertineret, brevi patuit: nam cum belli Hungarici conſilia, quod moliebatur, (B) a Germaniæ Principibus non probarentur; Conventum Imperii Würtzburgum, in proximum Octobrem menſem edixit, Henrico tum Auſtrio, tum Leone adeſſe juſſo, ut ſuo, Principumque arbitrio annoſa de Bavariæ Ducatu controverſia finiretur. (C) Auſtrius, cui obſcurum non erat, non tam jure, quod certum in Bavariam, Conradi Cæſaris voluntate, tum ipſe, tum ante ſe Leopoldus frater acceperat; quam ſtudio partium illic actum iri, ad condictam diem minime comparuit.

Controverſia de Ducatu Bavariæ revocatur.

Fridericus, nequid præcipiti conſilio in re tanta egiſſe videretur, diſſimulata in præſens animi ægrimonia, alterum conventum in ſequentis anni Pentecoſten Wormatiam indicit. (D) Re per Germaniam vulgata, ſeditioſi quidam in Bavaria animos ſuſtulerunt, agrumque Æno fluvio vicinum, ex Steinenſi caſtro rapinis infeſtarunt. Henricus Auſtrius, inſolentem hominum audaciam, ſuam injuriam interpretatus, exeunte adhuc Decembri

Varii ea cauſa Imperii Conventus.

(A) Idem ibid. cap. 5. „ Erat illo „ tempore in Regno Danorum inter „ duos conſanguineos *Petrum* ſcilicet, qui & *Suevus*, & *Guvotonem*, de „ Regno gravis controverſia - cauſa „ judicio, ſeu conſilio primatum, ſic „ deciſa fuiſſe dicitur. *Guvoto*, relictis ſibi quibusdam provinciis, regium nomen per porrectum gladium abdicaret - - *Petrus* vero accepto ab ipſius manu Regno, fidelitate & hominio ei (*Friderico* Regi) „ obligaretur. Ita corona Regi per „ manum Principis (*Friderici I.*) ſibi „ impoſita, in die ſancto Pentecoſtes „ ipſe coronatus gladium Regis ſub „ corona incedentis portavit. „

(B) Idem ibid. c. 6. „ Rex - - Bajoariam ingreditur, ac Ratisponæ „ Norici Ducatus metropoli in feſtivitate Apoſtolorum in Monaſterio ſancti *Emmerammi* (nam major „ Eccleſia cum quibusdam civitatis „ vicis deflagraverat) coronatur. - - „ Ibi etiam Princeps, eo quod omnibus in proprii Imperii finibus ad „ ejus voluntatem compoſitis, virtutem animi, quam intus gerebat, „ extra fieri diſponeret, Ungaris bellum indicere, ipſosque ad Monarchiæ apicem reducere volebat. Sed „ cum aſſenſum ſuper hoc Principum, quibusdam de cauſis latentibus, habere non poſſet, ad effectum tunc perducere ea, quæ volvebat mente, non valens, ad opportuniora tempora diſtulit. „

(C) Idem ibid. c. 7. „ Rex ergo „ prædictam litem judicio, vel conſilio deciſurus, utrique autumnali „ tempore, menſe Octobri, in civitate *Herbipoli* curiam præfigit: quo „ dum alter, id eſt, *Henrici* Ducis „ (Superbi) filius veniret, alter ſe „ abſentaret, iterum & iterum vocatur. „

(D) Otto de Geſt. Friderici I. l. 2. cap. 9. „ Proximam dehinc Pentecoſten *Formatiæ* ferians &c. - - Ad „ prædictam Curiam prænominati „ Duces, ambo *Henrici*, pro Ducatu „ Norico, ut dictum eſt, contendentes venerunt: ſed altero, quod legitime vocatus non fuerit, prætendente, debitum finem negotium „ ibi habere non potuit. „

menſe, incertum hoc, an ſequenti anno, graviter ultus eſt, caſtrumque id, prædonum ſpoliarium, in cineres dedit. (A) A.C.

Anno Seculi ſupra quinquageſimum tertio, magna per Germaniam expectatio erat, quo tandem Boici Principatus cauſa evaſura eſſet. Aderant Wormatiæ ſub Pentecoſten frequentes Principes; aderat & Auſtriacus: ſed quod diem ſibi haud legitime dictam cauſaretur, confici in præſens nihil potuit. Ignorare non potuit Cæſar, quam ob cauſam conventum eum, tanquam dignitatis ſuæ ſcopulum, fugiendum ſibi putaret; quare cognato Principi dandum aliquid ratus, conventum tertium Ratisbonam in menſem Septembrem pronunciat. (B) Sed neque ibi, neque in Spirenſi, quo res extracta eſt, conventu, perferri lex poterat, quæ ſua Auſtrium poſſeſſione emoveret. (C) 1153

Fridericus I. Henricum Auſtrium jure Ducatus Boici excidiſſe pronunciat.

Fruſtratus toties ſpe ſua Cæſar, Goslariæ tandem, coacta Anno MCLIV. Principum frequentia, Henricum Auſtrium abſentem, tanquam deſerto vadimonio, excidiſſe Bavariæ Ducatu pronunciat: id quod graviter Principum alii, moleſteque ferebant. (D) Nihil tamen 1154

in

(A) Chron. Reicherſperg. ad An. 1153. „ In fine ejusdem anni, XVII. „ Kal. Jan. caſtrum, quod *Steine* dicebatur, in vicino Reicherſpergenſis „ Eccleſiæ, in prædio *Munſtuer* ſitum, „ a Duce Bavariæ, & Orientis *Heinrico*, pro quibusdam rapinarum querimoniis, flammis traditum eſt. „ Dubium de anno movere poteſt Conventus *Spirenſis* menſe item Decembri An. 1153. habitus, cui *Henricus* Auſtrius interfuit.

(B) Otto Friſing. l. 2. c. 11. „ Circa idem tempus, menſe Septembri, „ Principes, majoresque Bajoariæ a „ Rege *Ratisponæ* convocantur: ſed „ nihil ibi de bono pacis in illa provincia, propter duorum Ducum „ litem, terminari poterat. „

(C) Idem ibid. „ Proximo dehinc „ menſe Decembri utrique Duces, „ *Henricus* itidem, & *Henricus* in civitate *Spira* Principis aſſiſtunt judicio: ſed iterum altero de legitima „ vocatione ſe excuſante, res protelatur. „

(D) Idem ibid. „ Itaque *Fridericus*, dum jam fere per biennium, „ ad decidendam litem duorum Principum, ſibi (ut dictum eſt) ex propinquitate ſanguinis tam affinium „ laboraſſet: tandem alterius inſtantia, qui in paternam hæreditatem, „ a qua diu propulſus fuerat, redire „ cupiebat, flexus; imminente etiam „ ſibi expeditionis labore, in qua „ eundem Juvenem militem, ſociumque viæ habere debuit, finem negotio imponere cogebatur. Proinde in oppido Saxoniæ, *Goslariæ*, „ curiam celebrans, utrosque Duces „ latis edictis evocavit. Ubi dum „ altero veniente, alter ſe abſentaret; judicio Principum alteri, id „ eſt, *Henrico* Saxoniæ Duci, Bajoariæ Ducatus adjudicatur, - - ex „ hinc obortum non parvum aliorum Principum murmur. „ Ortilolonis Cœnobitæ Campililienſ. Notulæ poſteriores apud R. P. Chryſoſtomum Hanthaler ad Annum 1154. „ *Fridericus* Ænobarbus, qui *Chunrado* Regi mortuo antea ſucceſſit, „ tollere cupiens acerba bella pro „ Bavaria inter *Hainricum* Marchionem Auſtriæ, & *Hainricum Leonem*, „ *Hainrici* ſuperbi filium, ſententia „ regia huic Bawariam reſtituit. „ *Hainricus* Marchio id cum magna „ laude, ſuadente *Ottone* Friſingenſi, „ fratre, patienter tulit, licet aliis „ Principibus parum placeret. „

A.C. in præſens mutatum, Friderico Cæſare ad capeſſendam Imperii Coronam in Italiam profecto. (A) Comitati Cæſarem, præter Aquilejenſem Patriarcham, & Trevirenſem, ac Colonienſem Archiepiſcopos, Baſilienſis, Conſtantienſis, Wormatienſis Antiſtites : Ducesque Saxoniæ & Carinthiæ; Ottocarus item Styriæ Marchio, & Otto Witelſpachius Comes Palatinus, cum multis utriusque Reipublicæ Proceribus; ſed Henricus Auſtrius, recenti offenſa ſaucius, profectionem detrectavit. (B)

Fridericus I. in Italiam movet.

Reſidente interea curarum eo tumultu, conſilium cepit cum Auſtriæ ſalutare, tum nomini ſuo glorioſum. Florebat per id tempus Ratisbonæ in Bavaria Scotorum e S. Benedicti inſtituto religioſiſſima congregatio veteremque ejus Ordinis ſanctitatem, magna rerum humanarum deſpicientia, vitæque aſperitate referebat. Henricus, qui a Bavariæ jactura curas omnes in amplificandam, ornandamque Viennam, urbem ſuam verterat, haud exiguum fore ornamentum ratus, Cœnobium iis ad ipſa pene Viennæ urbis mœnia moliri cœpit. (C)

Henricus Auſtrius Scotos Benedictinos Ratisbona Viennam evocat.

Ea dum maxime fervet opera, molesque jam paulatim ſurgit, Imperator ex Italia rediit, quodque anno ſuperiore Goslariæ ſanxerat, id Ratisbonenſibus tandem in Comitiis effectum dedit. Idibus Octobris Anno
1155 MCLV. frequenti in ſenatu Principum, Henricus Leo, Bavariæ Dux renunciatur : adacti ad ſacramentum novo Principi dicendum Bavariæ Proceres civesque : atque

Henricus Leo, Dux Bavariæ ab Imp. Friderico renunciatur.

(A) Dodechinus ad Annum 1154. „ *Fridericus* Rex in Italiam proficiſcitur. „

(B) Conſtat de his ex Privilegio Eberhardi Bambergenſ. Epiſcopi dato Reicherſpergenſibus XIII. Kal. Decembris hujus anni Brixiæ in expeditione Italica : ubi teſtes occurrunt: „ *Heinricus* Dux Saxoniæ, *Heinricus* „ Dux Carentanus, *Pertoldus* Dux de „ Zaringe, *Odoacer* Marchio de Stira. „ - - *Peregrinus* Patriarcha Aquilejenſis, *Illinus* archiep. Trevirenſis, „ *Arnoldus* Archiepiſc. Colonienſis, „ *Ortliebus* Baſileenſis epiſcopus, *Hermannus* Conſtantienſis epiſcopus, „ *Chunradus* Wormatienſis epiſcopus - - *Otto* Comes Palatinus de „ *Witelinespach*, & alii ex Principibus „ quam plurimi. „

(C) Lit. Fundat. Monaſterii *Scotorum* Viennæ ab *Henrico* Duce datæ An. 1158. „ Inter alias noſtri Patrocinatus Eccleſias Abbatiam in honorem DEI, & laudem ſuæ Genitricis glorioſiſſimæ Virginis MARIÆ, „ dein commemorationem B. Gregorii in prædio noſtro fundavimus, „ in territorio ſcilicet *Flavie*, quæ a „ modernis *Wienna* nuncupatur - - „ ad eandem noſtram fundationem „ novellam ſolos eligimus *Hybernienſes*, eo quod relatione Religioſorum, & de certa ſcientia novimus „ ipſorum laudabilem ſimplicitatem, „ &c. „ De Orationis, ac Mortificationis ſtudio Ratisbonenſium Scotorum teſtatur epiſtola *Benedicti* eorundem Abbatis ad *Wenceslaum* Bohemiæ Regem : apud Bern. Pezium Cod. Diplom. P. I. N. LXXV.

que ne fidei datæ aliquando pœniteret, imperati his etiam A.C.
obſides, abſente iterum Auſtrio, nec ullis vel hortatibus, vel terroribus ad abdicandum eum honoris titulum permovendo: ut adeo nova Imperatori ineunda eſſent conſilia, quibus exulceratum Henrici animum deliniret. (A) Id quo pacto tandem conſecutus ſit, Parte ſequenti oſtendemus.

INDEX

(A) Otto Friſing. de Geſt. Frid. I. l. 2. c. 27. „ Princeps (*Fridericus I.*) „ - - alloquitur in confinio Ratisponenſium Patruum ſuum *Henricum* Ducem, ut ei de transactione facienda cum altero *Henrico*, qui jam (ut dictum eſt) Ducatum Bajoariæ judicio Principum obtinuerat, perſuaderet. Cui dum ille tunc non acquieſceret, iterum diem alium, quo eum ſuper eodem negotio per internuncios conveniret, in Bajoaria verſus confinium Boemorum - - conſtituit. - - At cum multis modis ad tranſigendum nos, qui mediatorum ibi vice fungebamur, operam daremus; infecto adhuc negotio, „ inſalutati ab invicem ſeparati „ ſunt. „ Capite vero 28. ſubjungit. „ Poſt hæc mediante Octobre „ Imperator Ratisbonam - - Curiam „ celebraturus ingreditur, habens „ ſecum *Henricum*, *Henrici* Ducis filium - - Igitur ſedente ibi in publico conſiſtorio Imperatore - - „ *Henricus* Dux poſſeſſionem ſuam, „ patrumque ſuorum recipit ſedem. „ Nam & proceres Bajoariæ hominio & ſacramento ſibi obligantur: „ & cives non ſolum juramento; „ ſed etiam ne ullam vacillandi poteſtatem haberent, vadibus obſirmantur. „

INDEX I.
CHRONICO - GENEALOGICUS
Marchionum Auſtriæ, Stirpis BABENBERGICÆ, una eorundem Conjuges, Liberosque complectens.

MARCHIO I.

LEOPOLDUS I. cognomento ILLUSTRIS. 267. Variæ de ejus in Auſtriam adventu opiniones. 246. 267. 268. Leopoldi genus ex Comitum Babenbergenſium illuſtri gente. 269. Majorum ejus genealogica ſeries ex Aloldo Pechlarienſi: annus natalis, educatio, promotionis cauſa ex eodem. 269. 270. Alia progenitorum ſeries ex Eckardo. 273. Leopoldus Hungaros Mellicenſi e Caſtro ejicit, & ex reliquo Norico usque ad montem Cetium removet. 274. Caſtrum Mellicenſe in Collegium Canonicorum Sæcularium convertit. 275. Cum Piligrino Paſſavienſi Antiſtite, ob quædam ejusdem Eccleſiæ jura colliditur, ex decreto Tulnenſis Conventus eidem Epiſcopo poſtea adjudicata. 275. Mellicii ſedem habuiſſe creditur. 278. Tranquillam cetera ab Hungarorum incurſione provinciam nactus. 282. An præter Berchtoldum, Gumpoldum etiam, ac Gundolphum fratres habuerit. 282. Ante mortem Henrico filio regendam Auſtriam tribuiſſe legitur. 283. Wirzburgum ad Feſtum S. Kiliani profectus, telo per feneſtram injecto, noctu ſauciatur. 284. Et biduo poſt 10. Julii, magno omnium cum dolore, ex vulnere moritur, Wirzburgi primum, tum Mellicii tumulum nactus. 284. n. b.

CONJUX.

RICHARDA, ſeu Richeza, vel Richinza, Ducis cujusdam Franciæ Germanicæ filia 284. 285. n. d. Mellicii pariter ſepulta.

LIBERI.

HENRICUS I. Auſtriæ Marchio II. de quo mox infra.

ERNESTUS I. Leopoldi I. filius, Dux Alemanniæ. 285. n. c. 256. n. a. adverſus Harduicum Italiæ tyrannum in Longobardiam miſſus: Henrici Sueinfurtenſis, patruelis ſui, factione abreptus, in S. Heinricum, Regem, ac poſtea Imperatorem inſurgit: captus, libertati redditus, Sueviæ etiam Ducatu augetur. 285. In Venatione fortuito occiditur pridie Cal. Junii An. 1015. peccata ſua, per Sacerdotis abſentiam, palam omnibus cum gemitu confeſſus. 286. Sepultus Wirzburgi juxta Leopoldum patrem, ut ipſe petiit. 286. n. a.

ERNESTI I. CONJUX.

GISELA, Hermanni Ducis Alemanniæ filia. 286. Alteris nuptiis poſtea Conrado II. Regi nupta. 287. n.

ERNESTI I. LIBERI.

ERNESTUS II. Dux Alemanniæ ex Giſela natus. 287. Educatus a Poppone patruo, Trevirenſi Archiep. ibid. ob mota deinde in Conradum II. Regem, ac Vitricum arma in cuſtodiam datus 287. & 324. & Ducatu ſpoliatus, ad Odonem Campaniæ Comitem fugit: reverſus inde, Sueviæ & Helvetiæ ſaltus infeſtos reddit. 325. Commiſſa cum Manegoldo Comite pugna occiſus eſt XVIII. Auguſti An. 1030. abſolutus cenſura, Conſtantiæ in Æde B. M. V. ſepultus eſt. 287. 325. 326.

HERMANNUS, Dux Alemanniæ, Erneſto II. fratri ſuffectus, Tutore, ac Curatore Warmanno Conſtantienſi Epiſcopo. 287. 326. Modeſtæ indolis Princeps, & bello ſtrenuus, in Italiam profectus, ibidem peſtilenti morbo extinctus eſt 28. Julii An. 1038. non ſine magno Imperii detrimento. 287. n.

POPPO, Leopoldi I. Auſtriæ Marchionis ex Richarda filius: Ratisbonæ literis inſtitutus: Bambergenſis Eccleſiæ Canonicis adſcriptus, & majoris Collegii creatus Præpoſitus. 287. n. a S. Henrico Imp. donationem accipit. 319. Tutor Erneſti II. pueritiæ, & gubernandæ ejus nomine Alemaniæ conſtitutus. 287. 310. n. ad Archiepiſcopatum Treverenſem, S. Henrici Imp. voluntate evehitur, ab Erchanbaldo Moguntino inauguratus. 287. 288. n. Romam profectus a Benedicto VIII. PP. magno in honore habetur: accepto Pallio in Germaniam reverſus jura Eccleſiæ ſuæ ſtrenue vindicat: Caſtrum S. Crucis, Sickonis aſtu, recipit: 288. Adalberonem, S. Paulini Præpoſitum, in ordinem redigit. 289. Popponis caſtimonia tentatur a muliere venefica. 290. Longius paulo progreſſa ejus in dicatas DEO Virgines ſeveritas. ibid. & 319. Brunonem Tullenſem, qui poſt Rom. Eccleſiæ Pontifex, Leonis IX. nomine, præfuit, Epiſcopum con-

conſecrat. 318. n. in Palæſtinam proficiſcitur. 319. Corpus S. Colomanni, S. Stephani Regis poſtulatu, in Hungariam mittendum a Marchione fratre impetrat. 321. Profuſa ejus in egentes liberalitas. 291. Gratia apud Imperatores: corporis ſpecies, animi virtus. 291. S. Simeoni Recluſo, ſuo in Palæſtinam comiti, ac deductori, Beatorum honores a ſummo Pontifice impetrat: Baſilicam S. Petri novis acceſſionibus auget, eoque in opere contracto morbo, 16. Junii An. 1047. moritur: ſepultus in ea porta Civitatis, quæ *Nigra* appellabatur, ubi S. Symeonem terræ mandaverat. 292. n. Corpus ejus An. 1517. integrum adhuc repertum eſt. 292. n.

ADALBERTUS I. Leopoldi I. Auſtriæ Marchionis filius, Popponis Trevirenſis frater (ut eum, præter Ottonem Friſingenſem, Vetuſtum Trevirenſis Eccleſiæ monumentum apud Browerum Lib. XI. p. 521. relatum appellat) Auſtriæ Marchio III. de quo ſuo loco.

CHRISTIANA, Leopoldi I. Auſtriæ Marchionis filia, recluſa Treviris, III. Non. Novembris, incertum quo anno, extincta. 285.

MARCHIO II.

HENRICUS I. Leopoldi I. filius, Marchionatum, geſta jam vivo patre provincia, adit An. 994. 293. prædiis aliquot inter Cambum, & Marcham fluvios a S. Henrico Rege donatur. 299. Cognatis Principibus arma in S. Regem ferentibus, unus in ejus fide perſtat. 300. *Rebellis* nomen perperam illi adſcribi ſolitum, ab Henrico Sueinfurtenſi, ejus patrueli, in Auſtriacum per errorem derivatum. 300. Boleslaum Bohemum capit, ac rurſus dimittit. 303. S. Colomannum, Stockeraviæ populari judicio ſuſpenſum, honorifice ad ſepulturam Mellicium deportari jubet. 307. Polonos e Sileſia, & Moravos palabundos cædit. 311. Ducumburgo, ubi conſediſſe interdum creditur, de Sacerdote providet. 312. 313. Henrici Marchionis mors An. 1018. paucis diebus poſt Pentecoſten (ut ſcribit Ditmarus Lib. 8. qui eum *Fortem armatum* honorifice appellat) conſecuta. 313.

CONJUX.

SCHWANEHILDIS, incertum qua ſtirpe, Conjux illi tribuitur. 313. Sed de ea Vid. Nota (D) 313.

LIBERI.

Liberos, ut videtur, reliquit nullos. 313. 315. n.

MARCHIO III.

ADALBERTUS I. VICTORIOSUS, Leopoldi I. filius, frater Erneſti I. Alemanniæ Ducis, & Popponis Trevirenſis. 285. n. c. 315. n. a. Donagovienſis, ut videtur, Comitatus præfectura ornatus, antequam fratri in Auſtria ſuccederet. 315. Auſtria trans montem Cetium in Pannoniam propagata inclytus. 316. Eccleſiæ Paſſavienſi benevolus. 318. Popponem fratrem in Auſtria excipit. 319. Ad ejus preces S. Colomanni corpus in Hungariam mittit: ſed paulo poſt Mellicium redituram. 321. Petrum Hungariæ Regem, cujus ſororem habebat conjugem, quanquam Auſtriæ prius infeſtum, ad ſe profugum benigne recipit, 330. & Henrico III. Cæſari conciliat. 331. Hungaros ab Ovone, ſeu Aba Petri R. æmulo, in Auſtriam immiſſos repetita pugna rejicit. 333. Pannoniæ ſuperioris partem a monte Cetio ad Leytham fl. Auſtriæ adjungit, facta ſubinde pace Imperio confirmatam. 335. Donatur a Cæſare Henrico III. Bribeſendorffenſi prædio. 336. Leopoldus, natu major ejus filiorum, moritur. 336. Heimburgum adverſus Hungaros tutatur. 347. Graſenbergam dono a Cæſare Adelbertus, & Conjux ejus Froiza accipiunt. 350. Cum Andrea Hungariæ Rege de pace agit. 351. Moritur 26. Maji, & Mellicii ſepelitur. 357. *Victorioſi* nomen a bellis Hungaricis, & vindicata Imperio Pannonia meruit. 357.

CONJUX.

ADELHEIDIS, Conjux a plerisque Adalberto tribuitur. 331. n. b. quæ ſi fuit, aut binominis, aut I. uxor fuit. ibid.

FROIZA, Conjux Adalberti Marchionis. 331. n. c. ut ab Henrico III. & Henrico IV. Rege, qui jam viduæ fundos donavit, in literis appellatur. 331. n. c. 345. n. f. 360. n. c.

LIBERI.

LEOPOLDUS II. cognomento *Miles fortis*, natus An. 1022. ut vult Aloldus. Cum patre Hungaros ejicit ex Auſtria. 333. Miles fortis, Maxima Hungarorum clades, bonæ indolis, magnæ virtutis, & pietatis Adoleſcens dictus. 336. n. d. 337. n. Moritur Ingelheimii 9. Decembris An. 1043. & a Poppone patruo Treviris ſepelitur. 336. 337. Laudatus a bellica virtute, ob egregiam bello Bohemico operam equo regaliter inſtrato donatus ab Henrico III. Cæſare, & virtutis ergo jam Marchio ab eodem renunciatus. 336. 337. Conjugem illi noſtrates Froizam, ſeu Frowizam

wizam tribuunt, quo nomine tamen tantum una in Monumentis ſepulchralibus reperitur, eaque Adalberti, patris ejus Conjux. 337. n. c.

ERNESTUS III. Auſtriæ Marchio IV. de quo mox infra.

MARCHIO IV.

ERNESTUS III. cognomento STRENUUS, Adalberti Marchionis Auſtriæ filius natu minor, (natus ut vult Aloldus An. 1027.) ſuccedit Patri An. 1056. 357. 359. Salomonem, Andreæ Hungariæ Regis filium, ad ſe miſſum, Mellicii una cum ejus matre benigne ſuſcipit. 360. 361. Belam, Andreæ R. æmulum ea cauſa in Auſtriam irrumpentem rejicit. 362. Nepotem ſibi jam natum videt, S. Leopoldum, poſtea Marchionem. 372. Novo Salomonis cum Geyſa bello implicatur, 373. annonæ tamen inopia brevi ſopito. ibid. Bello Saxonico, accepto in pugna ad Unſtrutam gravi vulnere moritur An. 1075. 9. Junii. 375. n. c. & 377. Egregia Erneſti Marchionis laus apud Lambertum Schaffnaburgenſem. 377. Mellicenſibus S. Mauritii lanceam, & S. Udalrici Craterem, cum prædio Wickendorff donat. 377. & 378. *Strenui* cognomentum ex re bellica tulit. 378. Miniſterialium Auſtriæ prima ſub hoc Marchione fit mentio. 379.

CONJUX.

SUANEHILDIS, ut in Litteris Mellic. appellatur. 378. n. f. ut ab aliis, *Mechtildis*. 377. n. d. vel etiam *Adelheidis*.

LIBERI.

LEOPOLDUS III. PULCHER, Auſtriæ Marchio V. de quo mox infra. Cui adjungunt aliqui *Albertum Levem*, ſed fabulis duntaxat notum. 378. n. a. & *Juditham*, quæ virgo deceſſerit. ibid.

MARCHIO V.

LEOPOLDUS III. cognomento PULCHER, Erneſto patri ſuccedit. 381. Henrico IV. non ſtatim aperte adverſatur. 383. Advocatus Collegii Canonicorum ad S. Nicolai prope Paſſavium a B. Altmanno, non ſine ampla *Complantatoris* laude conſtituitur. 387. 388. n. a. Ratisbonæ Henricum IV. in Conventu Imperii adit; ſed offenſus obſtinato ejus conſilio, brevi diſcedit. 393. Eum diſceſſum ulturus Henricus IV. cum copiis in Auſtriam deſcendit, & Leopoldum ad renovandum obſequium adigit. 394. Fœda per eam occaſionem calumnia in Leopoldum conficta, & a credulis Scriptoribus propagata. 395. Pontificiæ cauſæ novo fœdere per B. Altmannum adſtringitur. 396. Cum Hermanno Lucemburgico, electo Germaniæ Rege Auguſtam Vindel. quamquam incaſſum obſidet. 396. Henrici IV. partes Tulnæ palam ejurat. 397. Principatus Leopoldi ab irato idcirco Cæſare Bohemo Duci addicitur. Gravi igitur bello a Wratislao, Bohemiæ Duce, Conrado Moraviæ Marchione, & Ottone Ratisbonenſium Epiſcopo appetitus, 397. Maurbergenſi in prælio magnam cladem patitur. 398. Aliæ belli hujus cauſæ a Scriptoribus afferri ſolitæ, parum veriſimiles. 400. Rejectis poſtea Bohemis, 399. 402. tranquilla ſatis uſus Provincia, 421. Auſtriæ res mire promovet. 422. Moritur An. 1096. 12. Octobris. *Principis* titulo a Paſchali II. PP. ornatur. 422. *Pulchri* cognomentum ab eximia corporis ſpecie: conſtantiæ laus. 422. *Fideliſſimus in cauſa S. Petri, & ditiſſimus Marchio*, a Bertholdo Conſtantienſi; *Pius, & Devotus*, ac rurſum *Piiſſimus Marchio* a B. Altmanno appellatus. 423. n. a. 388. n. a.

CONJUX.

ITHA, incertum qua ſtirpe nata 424. in Palæſtinam peregrinatur. 435. In pugna cum Saracenis capta, aut obtrita. 438. Rumores de ea parum certi. 440.

LIBERI.

S. LEOPOLDUS IV. Auſtriæ Marchio VI. de quo mox infra.

ELISABETHA, Ottocaro Styr. Marchioni nupta. 424. n. d. e. Mater Leopoldi Fortis Styriæ Marchionis. ibid. Dos a Leopoldo patre addita. ibid. n. d. Mortua ante An. 1107. 10. Octobr. ſepulta Garſtenæ. 424. n. e. 446. n. b.

ITHA, Leutoldo, Marchioni Znoymenſi nupta: mariti calamitate afflicta: mortua 14. Aprilis. 425. n.

HERBIRGIS, aliis Heilbirgis, & Gerbirgis dicta, Borivojo, Bohemiæ Duci, Znoymæ nupta, & mariti exilio miſera. 426. Jaromirus ejus filius. ibid. Gottwicenſi Cœnobio prædium donat, & ſub ejus Abbatis cura poſt mortem mariti vivit: moritur 8. Junii poſt An. 1125. ibid. n. b.

EUPHEMIA, Conrado Hirſuto nupta cum dote Peilſteinenſis Comitatus: mortua 16. Junii. incertum quo anno, 427. n. a.

SOPHIA, Henrico primum Carinthiæ Duci. 427. n. tum Sighardo de Scalah Comiti nupta. ibid. Formbacenſi Cœnobio fundos ad Merynam donat: ex Sighardo Comite relinquit filium Henricum: moritur 2. Maji, poſt An. 1132. ibid. n. b.

RICHARDA, ut quidam volunt, Henrico Comiti de Stephaning nupta, allatis in dotis loco Ibſio, & Beſenpeugo. 428. n. b.

MARCHIO VI.

S. LEOPOLDUS IV. natus Leopoldo Pulchro, & Itha parentibus 29. Septembr. An. 1073. 372. Succeſſit patri An. 1096. Peregrinos in Palæſtinam convenas annona, & argento juvat. 433. Controverſa quædam jura Cremiſanenſibus reſtituit. 434. Cruce ſignatis in Palæſtinam moventibus tantum argenti tribuit, quantum annuo CCC. militum ſtipendio ſufficeret. 435. Matri quoque Ithæ marcas CCC. addit in ſubſidium Terræ ſanctæ. 436. Militaribus armis accingitur: 441. auxiliares Henrico IV. copias Ratisbonam adducit: 443. ſed abſtractus eo a conſilio, clam e caſtris ſe ſubducit. 444. Agnetem, Friderici Hohenſtauffii viduam, ſibi ab Henrico V. Rege, Agnetis fratre, promiſſam ducit Conjugem, nuptiis Mellicii celebratis. 445. Caſtrum ſibi, ſedemque in monte Cetio conſtruit. 445. Garſtenſis Cœnobii reformationem promovet. 447. Multa in ſarta tecta Templorum, multa in pauperum ſubſidium expendit. 449. Naſcuntur Leopoldo Adalbertus, & Leopoldus filii. 449. Quos non ita poſt ſecutus eſt Otto, Friſingenſis olim Epiſcopus futurus. 455. Favet Gottwicenſibus: ibid. Mellicenſis Cœnobii exemptionem promovet. Cujus Advocatus ipſe, & Succeſſores Auſtriæ Principes conſtituuntur. 455. Author, conſuaſorque fit deſignati ad Danubium Cœnobii, poſtea Ducumburgum translati. 456. Mellicium nova, ampliſſimaque dote auget. 457. Nato ſubinde Henrico filio, poſtea Duce Auſtriæ creando, flammeolum Agnetis Conjugis, aliquot abhinc annis vento abreptum, ſuſpenſum ex arbore, ac illæſum reperit, novamque eo loci Eccleſiam Neuburgenſem ædificat. 457. Collegium S. Floriani ab onere vectigalium per Riedmarchiam liberat. 458. Naſcitur Conradus illi filius, Paſſavienſis olim, ac deinde Salisburgenſis Antiſtes futurus. ibid. Bellum in Hungaros Auſtriam incurſantes gerit: Caſtrum Ferreum exurit. 459. Ottonem filium, adoleſcentem, Neuburgenſis Eccleſiæ Præpoſitum renunciat; eique Pariſios ad Litterarum ſtudia miſſo, Opoldum Vicarium ſubſtituit. 461. Naſcitur Erneſtus filius. 461. SS. Reliquias ab Ottone filio allatas Leopoldus magno cum honore Neoburgenſi Eccleſiæ infert. 462. Inter primos Imperii Candidatos adlectus, Regium honorem modeſte a ſe amolitur. 463. Ejus in Collegium S. Nicolai extra Paſſavium pia liberalitas. 464. Auxiliares copias Gurcenſi Epiſcopo in Carinthiam; & Ratisbonenſi in Bavariam mittit. 467. Clauſtro-Neoburgum Canonicis Regularibus S. Auguſtini tradit. 471. Ciſtercienſes primus in Auſtriam, Morimundo ex Gallia evocat, locumque in Satelbach, quem a S. Cruce deinceps appellandum vult, iis aſſignat. 473. Controverſias quasdam cum Cœnobio S. Petri Salisburgi; & cum Reginmaro, Paſſavienſi Epiſcopo componit. 474. Templum Cellæ S. Mariæ in Auſtria fundat. 476. Clauſtrum Neoburgenſe abſolvit. 477. Moritur An. 1136. 15. Novembris. 478. Ingens de eo opinio: *Peculiaris S. Petri filius: Vir Chriſtianiſſimus, ac Clericorum, & Pauperum Pater: Marchio Pius, Miſericors, totus DEO devotus* jam tum appellatus. 478. n. b. c. d. Vitæ breviarium: ortus, educatio; 479. Marchionatus Principia: Matrimonium, Conjugii fructus Liberi XIX. pia eorundem educatio. 480. Mira in regenda Provincia felicitas, belli pacisque ſtudia. 481. Clementia, juſtitia, pia in egentes, & Religioſos munificentia. 482. Modeſtia, virtutesque ceteræ. 483. Pietas in DEUM, Divinique cultus ſtudium. 484. Reddita piæ ejus munificentiæ a DEO præmia. 485. Dignitati ſuæ non deeſt. 485. Nec publicæ rei, quæ ſub eo maxima incrementa cepit. 486. Sepultura, & funeris honores: miracula ſtatim a morte. 487. Refertur ſolenni ritu inter Sanctos: aræ, Templaque ſub ejus nomine DEO dicata: Dies feſtus per Auſtriam. 488. Innocentii II. PP. & aliorum de Leopoldi probitate teſtimonium. 489. Liberi ejus. 489. 490. 491. 492. Agnes Conjux nobiliſſima, ac piiſſima. 493.

CONJUX.

AGNES, Henrici IV. Imp. filia, Soror Henrici V. Mater Conradi III. Avia Friderici I. Proavia Henrici VI. & Philippi Germ. Regis: nupta prius Friderico Hohenſtauffio, Sueviæ Duci, ex quo Conradum III. poſtea Regem, & Fridericum Ducem Sueviæ filios habuit. 443. 445. A prioris mariti morte S. Leopoldo in matrimonium data pactis ad Ratisbonam nuptiis, 444. & Mellicii poſtea celebratis. 445. Agenti in monte Cetio Velum vento abreptum, pluresque in annos divinitus illæſum. 446. 457. Agnetis mira fœcunditas. 449. &c. Mortuo S. Conjuge Viduam Innocentius II. PP. litteris ſolatur. 489. Virtus ejus eximia. 493. Sepulta

ad latus S. Mariti Neoburgi: & quodammodo honorum ejus particeps. 494.

LIBERI.

ADALBERTUS II. natus An. 1107. 13. Febr. 449. Armis accingitur. 464. Hedwigem, Almi, Hungariæ Principis filiam, Belæ Cæci Regis sororem ducit Conjugem. 469. Belam Cæcum bello adversus Boricium juvat. 470. Patri pietate simillimus, & Cœnobiorum per Austriam Advocatus a Patre constitutus, fracta jam dudum valetudine, moritur 8. Novemb. An. 1137. 490. n. Decessit sine liberis: sepultus, ut opinio est, ad S. Crucem. 490. n. a.

LEOPOLDUS V. LARGUS, Marchio Austriæ VII. Dux Bavariæ, de quo mox infra.

OTTO, natus An. 1109. 5. Decembr. 455. Præpositus Neuburgensis a Patre nominatus, ad prosequenda studia Parisios mittitur. 461. SS. Reliquias secum inde refert in Austriam. 461. Cistercienſem Ordinem Morimundi in Gallia, cum Sociis XV. amplectitur. 464. Parisios iterum ad Theologiæ studium remittitur. 465. Abbas Morimundi eligitur. 469. S. Leopoldo Patri author fit, Cistercienses in Austriam e Gallia evocandi. 472. Fit Frisingensis Episcopus. 497. n. a. Damna Frisingensi Ecclesiæ bello Bavarico sub Leopoldo; 506. & Henrico fratribus, Bavariæ Ducibus, illata. 513. Otto in Palæstinam proficiscitur. 543. ejus hoc in itinere, 547. & bello Saracenico pericula. 551. A Conrado III. Rege, fratreque ad res Trajectenſis, & Colonienſis Ecclesiæ componendas assumitur. 559. Cetera de eodem Vid. P. II. Ind. III.

HENRICUS II. Marchio Austriæ VIII. & Dux Bavariæ, de quo infra.

CONRADUS, natus 5. Junii Anno 1118. 459. n. Parisiis dat operam litteris 471. 491. Cistercienſem Ordinem ad S. Crucem in Austria amplectitur. 495. Ex Abbate S. Crucis fit Episcopus Passavienſis. 556. Res ejus cum Gottwicenſi Abbate, & Reicherspergenſi Præposito. 557. Variis Cœnobiis beneficum se præstat. 558. Cetera de eo Vid. P. II. Ind. III.

ERNESTUS IV. natus 15. Augusti An. 1124. 461. n. b. 491. n. d. moritur 23. Januarii An. 1142. 491. n. d. 515. n. sepultus ad S. Crucem. 515. n. b.

BERTHA, nata An. 1110. nupta Henrico Burggravio Ratisbonenſi e Comitibus de Stephaning, & Riettenburg An. 1133. mortua creditur An. 1141. & sepulta Ratisbonæ apud Scotos. 492. n.

AGNES, nata An. 1115. nupta Wladislao Polono, Silesiorum Duci An. 1134. mortua legitur 26. Sept. An. 1139. 492. n. 503. n. a.

GERTRUDIS, nata 23. Febr. An. 1119. nupta Wladislao Bohemiæ primum Duci, postea Regi An. 1140. 503. n. b. ex quo Fridericum Bohemiæ Ducum, Primislaum Boh. Regem, & Albertum Salisburgenſ. Archi-Episcopum sustulit filios. 492. n. d. Fundavit Cœnobia Virginum Teplicenſe, & Doxanenſe: mortua est An. 1151. sepulta Doxanæ 5. Augusti. 492. n. d.

ELISABETHA, nata 1. Septembr. An. 1123. nupta Hermanno Thuringiæ Landgravio, de Winzeburg. An. 1142. in primo partu extincta An. 1143. 492. n. e. 530. n. c.

JUTHA, nata 14. Julii Anno 1126. nupta Wilhelmo Marchioni de Monteferrato Anno 1146. 533. n. b. Mater Bonifacii Marchionis. 493. n. a.

LIBERI VIII. in infantia defuncti. 492. n. a.

MARCHIO VII.

LEOPOLDUS V. LARGUS, natus 1. Januarii An. 1108. 449. n. c. armis accingitur. An. 1131. 468. n. d. Subscribit cum Patre litteris Cœnobii S. Petri Salisburg. 473. & fundationi Cellæ S. Mariæ. 476. n. Succedit Patri in regenda Austria. 490. 495. Conjugem ducit Mariam, Sobieslai, Bohemiæ Ducis, filiam, nuptiis Olomuzii celebratis Anno 1138. 497. Dux Bavariæ a Conrado III. Rege, designatur, 498. quem Leopoldus in bellum Saxonicum assectatur. 502. Bavariæ possessionem adit. 503. Turbæ eidem in Bavaria enatæ. Phalejum castrum obsidet, 503. adventu Welfonis rejectus. 504. Novum Ratisbonæ periculum incurrit. 505. Eam urbem armis ad officium revocat. 506. Bavariam cum Frisingenſi agro evastat: in morbum incidit: moritur Altachii 18. Octobr. Anno 1141. 506. Largi cognomentum a grata posteritate accipit. 507. Beneficia Cœnobiis S. Crucis, Zwetlenſi, Reicherspergenſi, Neoburgenſi, & Gottwicenſi præstita. 507. Sepelitur ad S. Crucem. 508. Decessit sine liberis. 508. n. a.

CONJUX.

MARIA, Sobieslai Bohemiæ Ducis filia. 497. 508. Hermanno postea Carinthiæ Duci nupta. ibidem. n. a.

MARCHIO VIII. ET ULTIMUS.

HENRICUS II. JOCHSOMIRGOTT, natus 2. Aprilis An. 1114. S. Leopoldo, & Agnete parentibus. 457. armis accingitur An. 1130. 468. Marchiam peculiarem, vivo patre, obtinet; per Miniſteriales ſuos cum Mellicenſi Cœnobio colliditur. 474. 491. Qua in parte ſedem nactus veroſimiliter: quo uſus titulo. 510. 511. Leopoldo fratri defuncto ſuccedit, Auſtriæ Marchio VIII. 510. Gertrudem, Lotharii II. filiam, Henrici Superbi, Bavariæ olim Ducis, Viduam, Henrici Leonis matrem ducit uxorem, ac per eam Bavariæ Ducatum ſuſcipit. 511. 512. Cum Welfone, Henrici Leonis Tutore, bello colliditur: Bavariam ſibi adverſantem vaſtat. 512. Friſingam mœnibus nudat: Dachavium evertit. 513. Gertrudem Conjugem ex primo partu extinctam amittit. 529. Ratisbonam obſidet. 531. Cum Styris, & Hungaris bello implicatur. 532. Geyſæ Hungariæ Regi, cui ob captum nuper Poſonium ſuſpectus erat, 533. Auſtriam invadenti occurrit ad Leytham fluvium. 535. Poſt anceps prælium, ſuorum fuga & ipſe abreptus, Viennam ſe recipit, 536. inſtaurari jam cœptam. 537. Conradum III. Regem, ac fratrem in Palæſtinam comitatur. 543. Periculorum particeps & ſocius. 346. Ex bello Saracenico redit Conſtantinopolim cum eodem: Hieroſolymis pie luſtratis, Damaſci obſidioni intereſt. 552. 553. Cum Theodora Comnena, in Græcia ſibi deſponſa, in Auſtriam redit. 555. Beneficus in Cœnobia, 558. Conradum Regem adverſus Welfonem pugnantem ſequitur. 559. 560. Eo Rege defuncto, Bavariæ poſſeſſio in controverſiam vocatur. 563. Evocatus a Friderico I. German. Rege ad Imperii conventum ſemel ac iterum: negat legitime ſe vocatum. 563. 564. In graſſatores ſeditioſos arma expedit. 563. Bavariæ jure excidiſſe declaratur. 564. Scotos, Benedictinos, Ratisbona Viennam evocat, iisque Cœnobium condit. 565. Impoſito Bavaris novo Duce, Henrico Leone, 565. induci tamen necdum poteſt, ut parto legitimo jure ſe abdicaret. 566. Cetera Vid. P. II. Ind. I.

CONJUGES.

GERTRUDIS, Conjux I. Lotharii II. filia, Vidua Henrici Superbi, Bavariæ, ac Saxoniæ Ducis. 511. Henrico Leoni filio perſuadet, ut Bavariam cedat Henrico Auſtrio, vitrico ſuo: 511. ex partu moritur 18. April. An. 1143. ſepulta Luteræ. 530. n. a. b.

THEODORA COMNENA, Conjux II. nupta An. 1149. 555. n. b. Cetera Vid. P. II. Ind. I.

INDEX II. TOPOGRAPHICUS

Urbium, Oppidorum, Cœnobiorum, Caſtrorum, Pagorum, Montium, Fluviorum in Auſtria, vicinisque Provinciis, quorum mentio in hac Annalium Parte I. occurrit.

A.

ABernſee, olim Abria, & Aparinſeo, lacus, qui Auſtriam ſuperiorem a Salisburgenſi Provincia dirimit. 136.

Abſtorff, ad lacum Atterſee in Auſtria ſuperiore, juris Mannſeenſis. 515.

Accusbach, hodie Agſpach, in Auſtr. infer. Boreali, ſupra Cremſium. 177. n.

Adalethe. 474. n.

Adalharteſperg, hodie Allertsberg, in Auſtr. inf. prope Ibſam fl. 452. n.

Adelmannesbrunn, pagus olim Auſtr. inf. in Marchfeld, cujus præter nomen nihil reliquum. 380. n.

Adelprechtesdorff, hodie Aſpersdorff, ad confinia Moraviæ. 475. n.

Ænus, hodie Oenus, Inn, olim Hinn, fl. 407. n.

Æquinoctium olim, hodie Fiſchamünd, Fiſchamend oppidum Auſtr. inf. infra Viennam, ad Fiſchæ fl. oſtium. 41. n.

Aſſelden, ſeu Campi patentes olim, cis, ultraque Marcham fluvium. 122. n.

Ageſt. 277. n.

Ahornica mons, in Wachovia Auſtr. inf. Borealis. 177. n.

Ala nova olim, prope Mannswerd infra Viennam. 41. n.

Alarun. 328. n.

INDEX II.

Alberen. 302. Tale occurrit in Auſtria inf. inter Anaſum & Ibſam fl. pene in finibus ad ſup. Auſtr.

Alberchburg, juris Cremifan. 140. n.

Aleth. 477. n.

Alharsdorff. 380. n.

Allenchoven, hodie Alkofen, in Auſtr. ſup. ad Danubium ſupra Lincium. 140. n.

Almisvelt. 370. n.

Alſa fluviol. prope Viennam, qui vico Heren-Als nomen dedit. 473. n.

Altenburgum Cœnobium Ord. S. Benedicti in Auſtr. inf. Boreali, prope Cambum fl. non procul Horna urbe. 531. Vid. Ind. III.

Altenburgum oppidum, Teutſch-Altenburg, in Auſtr. inf. prope Heimburgum urbem, Thermis aliquando nobile. 24. n.

Amizinespach, rivus, prope Tulnam fl. forte Anzbach. 314. n.

Anaſus, Aneſus, Aniſus, Anſeus, hodie Onaſus, Enns fl. limes fere inter ſuperiorem, & inferiorem Auſtriam Meridianam. 66. 149. 221. 225. 277. 279. n.

Anaſſiburgum, Aniſia, hodie Enns, civitas Auſtr. ſup. ad Anaſum fl. 232. 248. 277. n. in locum veteris Laureaci ſuffecta.

Aparinſeo, Aparineſſeo, hodie Abernſee. 176. n. de quo ſupra.

Aqua nigra. 89. n. in Pannonia fl.

Arelape, Arlape, Aredate, ad Pechlarn. in Auſtria inferior. circa Erlafæ fl. oſtium. 41. n.

Arrabo, Raba, Hrapa, hodie Raab fl. limes Pannoniæ ſuperioris ab inferiore. 177. n.

Artagrun, hodie Ardacker. 168. 278. 345. n. 346. 514. 545. n.

Aſcha fl. 280. olim & Ahſa, in Auſt. ſup. qui Danubium ſupra Efferding auget.

Aſcheriſchesbrugge. 374. n. inf. Leytham fl.

Aſpach, oppidum ad Urlam fl. in Auſtr. inf. inter Anaſum & Ipſam. 154. 162. 452. n.

Atergoë, Adragoe, hodie Attergeu, pagus ſeu Comitatus ſup. Auſtr. circa lacum Atterſee. 136. 148. n.

Atarſeo, hodie Atterſee, lacus ſup. Auſtr. Salisburgum verſus. 176. n.

Avaria. 148. 154. n. 162. n. tractus olim inferioris Auſtriæ, ab Hunnia interdum diſtingui ſolitus.

Auſturis, Aſturis, Caſturis. 73. 93. n. in Confinio Norici Ripenſis, in Auſt. inf.

Azmanswiſen, Hecimaneswiſen. 399. n. in Boreali Auſtr. inf. circa Horn, & Egenburg, forte prope Ezmansdorff ad Cambum fl.

B.

BAchonia. 388. n.

Bazoa, Bazov, Patavia, hodie Paſſavium, Paſſau. Sedes Epiſcopi ad Æni & Danubii confluentes. 355. n.

Behamberg, mons Laureaco, & Anaſo fl. vicinus. 402.

Behamkirchen. 317. in Auſtria infer. ad Perſchling fl.

Beſenbeugum, Beſenboigum, Boſeburgum, vulgo Beſenboig, caſtrum olim & oppidum. 341. 370. n. in Borealis Auſtriæ inferioris finibus, verſus ſuperiorem, ad Danubium.

Biberbach. 452. n. vicus juris Seittenſtetenſis, inter Urlam, & Ibſam fl.

Bieloha, Pielaha fl. Auſtriæ infer. qui ſe infra Mellicium Danubio miſcet. 154. 162. cum caſtro ejusdem nominis, prope Mellicium.

Bierſtlingum. 154. 162. n.

Blaboriciacum. 41. n. Lorch, vel Amfelden Auſtriæ ſuper.

Blat. 388. incertum an idem cum hodierno Platt. villa Borealis Auſtriæ inferioris prope Schrattenthal, Moraviam verſus.

Blewinckl. 457. juris olim Mellic.

Bochbach. 177. in Boreali Auſtria inf. ſupra Cremſium in Wachavia.

Boigreich. 2. amplus Borealis Auſtriæ inferioris tractus circa Hornam urbem, & Polan.

Bojodurum. 41. hodie Paſſavium.

Brecesburg, Boſan, hodie Bresburg, Poſonium. 344. n. 352. n. 536. 550. n. Caſtrum primo, nunc urbs primaria Regni Hungariæ ad Danubium.

Breittenove, Breittenau, 372. n. in Auſtria infer. prope Neukirchen.

Bribeſendorff. 336. n. fort. Prinzendorff. in Boreali Auſtr. inf. ad Zeyam fl.

Buchenowe, hodie Puechenau f. in Auſtria ſuper. trans Danubium paulo ſupra Lincium. 277.

Buchenloch. 409. ſylva ad Trunam fl. in parte Auſtrali, juris Lambac.

C.

CAmbus fl. Chamba olim, hodie Kamp. major & minor, qui infra Cremſium ex Boreali parte Auſtriæ in Danubium effunditur. 150. 151. 202. 299. 314. 330. 475. 590. n.

Carnuntum, veteris Pannoniæ urbs clariſſima, in Auſtria inferiore, infra Viennam ad Danubium. 1. 20. 23. 24. 25. 26. 41. 51. 71. 79. 86. n. Vid. Ind. III.

Caſturis, idem ac Auſturis, de quo ſupra.

Cetium. 38. 41. n. incertum, an Kalen pagus, an Zeislmaur oppidum, vel Traismaur Municipium Romanum, Collegio Flaminum Hadrianalium olim inſigne.

Cetius mons, Kalenberg. Norici Limes verſus Pannoniam. Caſtro a S. Leopoldo ibi condito, ſedeque nobilis. 445.

Chalmunche, hodie Colmünz caſtrum ad Teyam fl. verſus Moraviam. 474. n.

Chalpaha. 135. juris Mannſeenſis.
Charybdis Pogica, locus navigiis periculoſus infra Greinam urbem. 326. vulgo Strudel.
Chatzbach. 413. in Auſtria ſuper.
Chelichdorff. 424. hodie Källadorff. in Auſtria inf. trans Danubium, verſus Moraviam.
Chengelbach. 277. n.
Cheſerawe. 460. n.
Chirchle. 380. hodie Schönkirchen, in Campis ad Marcham fl. in Boreali Auſtria inferiore inter amnes Sulz, Rusbach.
Chiuliube. 380. n. hodie Külb. in Auſtr. inf. non procul a Bielaha fl.
Chrellindorff. 328. n. hodie Kröllendorff in Auſtr. inf. inter Anaſum & Ibſam. fl.
Chremiſa. 256. Cremiſanum, Crembsmünſter antiquiſſimum, & celeberrimum Auſtriæ ſup. Cœnobium Ord. S. Benedicti. Vid. Ind. III.
Chrewspach. 328. n. hodie Kreysbach, Cella juris Tegernſeenſis.
S. Chriſtophori Eccleſia. 317. in Auſtria inf. prope Tulnam amnem.
Chrubaten. 355. n.
Chuenring, Caſtrum. 399. n.
Chumeberg, alias mons Comagenus, Comianus, Cumeoberg, Chuneberg. 93. 150. 151. 177. 205. 277. n.
Chuninberge 372. ad Rabam fl. in Pannonia.
Chuningesbrune. 374. occurrit in Auſtria Boreali infer. Konigsbrun, haud procul Corneuburgo, incertum, an idem.
Citium. 41. n. quod non nunquam diſtinguitur a Cetio, & Clauſtro-Neoburgo admovetur.
Colmezza mons apud Winades. 179. diverſus a Kalmünzberg prope Ardagger, quod is ab Erlafæ oſtio diſtet longius.
Comagena. 39. 41. 93. n. aliis Langenleber; aliis Zeislmaur.
Comagenus mons, alias Comianus, Cumeoberg. 150 151. 177. Tullinæ fl. propinquus, ut ſcribitur in ſupplem. Fuld. 205. atque adeo circa Konigſtetten, in Auſtria inferiore, & a Kaumberga remotior: niſi forte tota ejus tractus montium ſeries, Comageni nomine veniat.
Crebeſtetten. 452. hodie Krenſtetten ad Urlam fl. juris Seittenſtet.
Cremeſa, ſeu Chremeſa fl. Crems, qui ſe ad urbem Cremſium Danubio mergit.
Cremiſa urbs, Cremſium hodie. 278. n. in Boreali littore Danubii Auſtriæ inferioris. 313. n. 531. n.
Cremsmünſter, olim Chremiſa. 140. 280. 413. 434. 459. n. hodie Cremiſanum Ord. S. Benedicti in Auſtria ſuperiore ad Cremſam fl. Vid. Ind. III.
Crieznicha fl. 314. n.
S. Crucis Cœnobium Ord. Ciſtercienſ. in Auſtria inferiori. 473. Vide Ind. III. 490. 495. 501. 506. 508. 514. 556. 558. n.
Crumpenau. 509. juris Zwetlenſis olim prædium.
Chrunbinuzbuone. 372. infra Fiſchamünde olim verſus Hungariam.
Cuſus fl. 32. hodie Vagus, Waag fl. in ſuper. Hung.
Cynnenberga. 180. idem ac Czümburch. 172.
Czedlmaringen. 457. n. hodie Aigen, ad Zedlmarinſpach rivulum, juris Mellicenſis.

D.

DAnubius fl. Germaniæ olim in meridiem limes. 1.
Darbinich fl. 346. n.
Deſerta Bojorum 4. in Pannonia ſuperiore, ubi hodie Auſtriæ, & Hungariæ confinia ad Lacum Neuſidlerſee.
Dicuntia fl. Favianæ propinquus. 95. forte Lieſting, vel Pieſting fl. a gemino cornu fluvii Dicuncia dictus.
Donahgove, Tonagouwe, 315. n. pagus, ſeu Comitatus.
Dornſpach. 477. 544. 558. n. non procul Vienna.
Dornberg. 473. mons Dornbacho proximus ad Alſam fl. 558.
Draiſma. 176. n.
Draskirchen, Dreskirchen. 457. 477. 510. Oppidum Auſtriæ infer. ad Schwöcham fl. prope Badenas.
Droſche, Droſs. 474. n. in Boreali Auſtria infer. inter Cremſam, & Cambum fl.
Drumaw. 507. hodie Trumau, in Auſtria inf. ad Trieſting fl. non procul Badenis.
Durrinbach. 475. n. Dürnpach, in Boreali Auſtr. inf. non procul Meyſſau.
Durra fl. 314. n.

E.

EBenberch. 477. n. mons inter Draskirch & Satelbach inf. Auſtriæ.
Eberſperg, olim Eporeſpurch, Ebilſperich, vulgo Ebelſperg, ad Trunam fl. ſuper. Auſtriæ. 202. 275. 370.
Echindorff. 474. n. hodie Eggendorff. in Boreali Auſtria inf.
Eitzendorff. 371. 388. hodiedum occurrit in ſuperiore Auſtria Boreali, in Machland, ſuper Greinam urbem, prope Danubium caſtrum Eitzendorff.
Elegium. 41. n. prope Erlah ad Danubium in Auſtriæ inferioris fronte.
Enzingen. 370. n. juris S. Florian. Collegii, in Auſtria ſup.
Eporeſtall. 140. n. Eberſtal-Zell. ad Aitterbach fl. ſup. Auſtriæ.

Erdgaſtegi. 179. ad Danubium ſupra oſtium Erlafæ fl. in Auſtria inf. forte Ergeſten circa Ruprechtshoffen.
Erla, Herla, & Erlah. 514. n. Cœnobium olim Virginum Ord. S. Benedicti. Vid. Ind. III.
Erlafa, Erlaffa. fl. 154. 162. 179. 256. major, & minor. 264. n. qui ad Wiſſburg in Auſtria inf. confluunt, & ad Pechlarn in Danubium ſe exonerant.
Ernolatia. 42. n. Spital am Pirn, in confinio Auſtriæ Super. & Styriæ.
Ernsdorff. 302.
Etterwald. 409. olim ad Trunam fl. Sup. Auſtriæ.

F.

FAviana, aliis Fabiana, 92. 99. 106. 115. 154. 167. 367. 536. 538. olim Vindobona, hodie Vienna. De hac Vid. Ind. III.
Ferreum Caſtrum, hodie Vaſvar, in Hungaria. 459. n.
Fiſckaha, Viſchaha, hodie Fiſcha fl. 132. 163. 342. 360. 535. 545. n. qui Danubio miſcetur ad Fiſchamünd infra Viennam.
Fiſchamünde, Viſchahegemunde, vulgo Fiſchament, Oppidum infer. Auſtriæ ad Danubium infra Viennam: olim Æquinoctium. 41. n.
Flinsbach. 514. juris olim Erlach. Virginum Cœnobii.
S. Floriani Monaſterium, ſeu Cella primum. 225. 232. 256. n. poſtea Canonicorum Regular. S. Auguſtini Collegium. 368. n.
Furth. 404. in Auſtria inferiore pagus ad pedem montis Gottwicenſis.

G.

GArs. 395. 423. 474. n. Caſtrum ad Cambum fl. in Boreali Auſtr. inf. ſupra Cremſium.
Garſtina. 277. n. idem forte cum Gærſte, ſeu Garſten.
Garſte. 402. n. Cœnobium olim Clericorum ſecul. poſtea Ord. S. Bened. V. Ind. III. 425. 447. 453. n.
Geizbuch. 502. hodie Gaisrugg. in Boreali Auſtriæ infer. ſupra Stockerau.
Gemeriche. 370. n. juris S. Florian. Canon.
Gerates. 502. n. juris Zwetl. Cœnob.
Gerlontingen. 370. n. juris S. Florian. Canon.
Gerolsdorff. 434. n. olim in pago Trungowe, ſeu Traunenſi. juris Cremifan. incertum, an Gerlſtorff, ſeu Gererſtorff, inter Danubium & Trunam fl.
Gerulata. 41. n. Cherlburg in Pannonia ſuper.
Glockniza fl. 421. n. & Cella Formbac. Ord. S. Bened.
Glunicum, olim Clunica' hodie Gleinck. 460. Cœnobium Ord. S. Bened. in Auſtria ſuper. prope Anaſum fl. Vid. Ind. III.
Gobatisprunne. 355. n.
Gobatzpurch. 280. n. hodie Goblſpurg, ad Cambum fl. ſupra Cremſium.
Gottbrechts-Cella, olim Cotprechts-Cella. 434. n. juris Cremifan.
Gottinhofen. 514. juris olim Erlah. Parthenonis ſacri.
Gottwicum. olim Kotobig, vulgo Köttwein, Cœnobium Ord. S. Bened. in Auſtria infer. non procul Danubio e regione Cremſii. 371. 403. 411. 416. 418. 424. 426. 450. 516. 519. 526. 556. n. Vid. Ind. III.
Gradenze. 502. juris Zwetl. Cœnobii.
Graffendorff. 457. n. in Boreali Auſtr. inf. prope Stockerau ad Danubium pagus: alter ejus nominis locus eſt ad Perſchling fl. in citeriore Auſtria: de quo hic ſermo videtur.
Graſenberga. 330. n. incertum, an Grasberg mons prope Mellicium.
Greimhartſtetten, vulgo Grammatſtetten. 311. n. Oppidum Borealis Auſtriæ ſuper. ad Rottelam majorem fl. ſupra Lincium.
Grein. 340. urbs in limite fere ſuperioris Auſtriæ, ripa Boreali Danubii.
Griffinſteine. 474. n. hodie Greiffenſtein.
Grünenbach. 451. n. ex fundatione Seittenſtet.
Gruobe. 514. n. Groube. ex fundatione Erlahenſi.
Grusberch. 424. n. ignotum.
Gumpoldskirchen. 424. n. Oppidum Auſtriæ inf. prope Badenam, non procul a Schwöcha fl.
Gundeskirchen. 404. n. f. Guntskirchen prope Trunam fl. ſuper. Auſtriæ, inter Lambach, & Wels.

H

HAag, 328. Aliud in ſuperiori Auſtria; aliud in infer. inter Anaſum & Ibſam fl.
Hagenowe. 558. n.
Hagingroube. 380. n. olim in Campis Marchiacis Auſtriæ inferior. Borealis: hodie ignotum.
Hall. 277. 459. n. non procul Cremifano inter Cremſam & Styram fl. in Auſtria ſuper.
Harlungeburch Caſtrum. 179. n. olim circa Erlafam fl. in Auſtria inf. quod ignotum hodie, Tabula tamen Rdmi Abbatis Gottwic. Harlungeburg Oppido S. Leonardi admovet inter Erlafam, & Medlicum fl.
Hart. 316. n. Silva, in Auſtria inferior. Boreali prope Danubium, ſupra Marcham fl.

Haſelowe. 374. n. in confinio Auſtriæ inf. & Hungariæ, non procul Leythæ-Ponto.
Hederiſcheswerde. 372. n. Haderswört in Auſtria inf. non procul Neoſtadio.
Heiderichsdorff. 475. n. f. Häderstorff Oppidum, non procul Cremſio in Boreali Auſtria infer.
Heiligenſtad. 96. n. prope Viennam, infra pedem montis Cetii.
Heimburg. 334. 347. 348. 350. n. urbs, & caſtrum in extrema Auſtr. inferiore ad Danubium. Vide Ind. III.
Hengeberg. 514. n. ex fundatione Erlah.
Hengſtburgum. 354. ad fines Styriæ infer. & Carinthiæ verſus Sclavoniam.
Hengſtfelda, olim Hengiſtfeldono. 213. n. in Pannonia inter Dravum & Savum fl.
Heribrunnum. 176. n. ex fundatione Cremifan.
Hertzogenburg. 313. 424. 456. n. Oppidum Auſtriæ infer. ad Traiſenam fl. cum Collegio Canonic. Regul. S. Auguſtini. Vide Ind. III.
S. Hippolyti fanum. 136. 168. n. 256. 275. 278. 317. 360. 404. 414. 452. 476. n. cum Collegio Canon. Regul. S. Auguſtini. Vide Ind. III.
Hœffte. 451. n. in ſup. Auſtria ultra Trunam fl. verſus Bavariam.
Hocheche. 477. n. in Auſtria infer. intra fines territorii Cœnobii S. Crucis.
Hohoga. 176. n. ex fundatione Cremifan.
Holarprunnen. 474. in Boreali Auſtria, hodie Ober- & Unter-Hollabrun. Oppida.
Hollenburg. 456. in Auſtria inf. Oppidum ad Danubium ſupra oſtium Traiſenæ. fl.
Horna. 89. Civitas Borealis Auſtriæ inf. paulum ſupra Cambum fl.
Hunnia. 148. 173. n. Auſtriæ inferioris tractus, ab Avaria interdum diſtingui ſolitus. 154. 162.
Husruch, 477. n. intra limites territorii S. Crucis Cœnobii in Auſtria inf.
Husruck, mons. 404. n. in ſuper. Auſtriæ finibus verſus Bavariam: hodie Hausruck. 280. n.

I.

Ibſa fl. olim Iſis, Hiboſa, Ibiſa, Ipiſa, Ybeſa, Ybſa, Ybiſa. 41. 147. 264. 296. 328. 360. 388. n. fluvius, qui ſe ad Ibſium Civitatem in Danubium præcipitat.
Ibs, Ibbs, Ybeſe. 360. n. Ibſeburch. 465. n. olim Pons Iſis. 42. Civitas Auſtriæ inferioris ad Danubium, ad oſtium cognominis fluvii ſita.
Imeinsdorff. 514. ex fundatione Erlah.
Ine fl. Ænus. 237. qui ad Paſſavium in Danubium decurrit.
Innen fluviolus. 404. ſuper. Auſtriæ, qui ſe infra Efferdingam in Danubium mergit.
Intheim. 388. ex fundat. S. Nicolai ſupra Paſſav.
Joviacum. 41. n.
Ipf fluviolus. 140. n. alias etiam Ypha. 369. n. ad S. Florianum in ſuper. Auſtria.
Iſcula fluviolus. 176. qui ſe in Trunam fl. effundit in ſuper. Auſtria, & nomen dat oppido Iſchl, olim Iskila. 277.
Juvavum. 41. n. hodie Salzburg. 239. n.

K.

Karinthiſcheide. 452. fines Auſtriæ verſus Styriam, olim Carentaniæ partem, circa Uyſam fl.
Keizeruch. 477. n. mons ad Dornpach fluviolum non procul Vienna.
Kezalarwalde. 404. n. in Auſtria ſuper.
Kirchbach ad radices Comageni montis in Auſtria infer. 168. 180. 351. n. prope Königſteten.
Kotobig, Chotewig. 371. hodie Gottwicum, quod Vid. Ind. III.
Kunigeheſten, Konigſtetten. 172. n. in Auſtria inferiore inter Tulnam, & Clauſtro-Neuburgum.

L.

Laciacum. 41. n. aliis Gmunden, aliis Franckenmarck in Auſtria ſuper. ad Vögglam fl.
Lacus, aliis Locus Felicis. 41. n. hodie Nider-Walſee ad Danub. Auſtr. infer. inter Anaſum & Ibſam fl.
Lambach. 280. n. Cœnobium primo Clericorum Secularium. 358. n. poſtea Monaſterium Ord. S. Benedicti in ſuper. Auſtria paulo ſupra confluentes Vögglæ, & Trunæ fl. 405. 406. 407. 410. n. Vid. Ind. III.
S. Lamberti Cœnobium in Styria. 420. 448. 466. n.
Landfridſtetten. 457. n. hodie Lämplſtetten in Auſtria inf. inter Erlaf. & Melck. fl.
Lanzendorff. 452. n. in Auſtria infer. ad Schwöcham fl. prope Viennam.
Laubes. 508. forte idem cum Leuben.
Lauchſee. 457. n. hodie Laſſee, in campis ad Marcham fl. Borealis Auſtr. inf.
Lavindenburch. 355. n.
Lauriacum, Lavoriacum. 26. 41. 65. 74. 109. 132. 148. 263. 277. n. Vide Ind. III. alias Lorahha, Lorch. 148. ad oſtium Anaſi fl. ſup. Auſtriæ.
Leervelt. 534. n. Campi inter Leytham fl. & Wiſelburg in Hungaria.
Lentia. 42. quorundam opinione Lincium.
Leuben. 316. n. in Boreali Auſtr. inf. ad Danubium ſupra Cremſium.
Leubenpach. 140. n. infra Trunam, & Cremſam fl. ſup. Auſtriæ, olim Liubilinpach.

Liche.

Liche. 474. n. in Boreali Auſtria olim, hodie ignotum.
Lieznicha fl. 314. n. incertum, an Liezen, vel Lieſſing in Styria ſuper. qui ſe Anaſo; an Lieſing, vel Lieſting, fluvioli infra Viennam, qui ſe Danubio infundunt.
Lilinhovin. 370. n. juris S. Florian.
Lincium. 277. Metropolis Auſtriæ ſup. ad Danubium.
Longowe. 511. n. Langau.
Lorahha. 148. Lorch. prope Enns, veteris Laureaci ſedes.
Luiprandesdorff. 372. n. Loiberſtorff in finibus Auſtriæ inf.
Luitsmanneſpach. 328. n. rivus qui Ibſæ fl. miſcetur, & Leutsmanſtorff pago nomen tribuit, prope Amſtetten.
Lunæ lacus. 135. n. Mannſee Cœnobium Ord. S. Bened. ſup. Auſtr. ad lacum ejus nominis, verſus Salzburg. Vide Ind. III.
Lytaha fl. 154. 162. n. Lita, Litta. hodie Leytha fl. limes Auſtriæ citerioris & Hungariæ.
Lytahaberg. 376. mons Leythæ vicinus in Pannonia.

M.

MAchland. 388. n. Quadrans Borealis Auſtriæ ſup. contiguus Auſtriæ inf.
Maehrla. 380. n. in Campis ad Marcham fl. Boreal. Auſtriæ inf. hodie Marchegg.
Maginum. 73. n. ſtatio olim claſſis Romanæ in Auſtria.
Manneswerde. 360. n. infra Viennam non procul, ad Danubium.
Mannſee, olim Maninſeo. 135. n. idem ac Lunæ lacus. Vide Manſee. Ind. III.
Maraha fl. 314. n. Limes Borealis Auſtriæ inf. ab Hungaria ſuperiore.
Marcha fl. 299. 367. 534. n. idem ac Maraha.
Marcha Orientalis. 1. n. Auſtria, Oeſterreich hodie.
Marchpach. 477. n. rivus intra fines Cœnobii S. Crucis Auſtriæ inf.
S. Mariæ Cella. 475. n. Cœnobium Ord. S. Bened. in Auſtria infer. vulgo Klein Mariæ-Cell.
Marinianum. 42. n.
Marus fl. 32. n. quem cum Marcha alii; alii cum Maruſio Tranſylvaniæ fluvio confundunt.
Maur. 309. n. villa prope Mellicium infer. Auſtriæ. Pagus ejus nominis alter eſt ad Urlam fl. alter vinetis nobilis non procul Vienna.
Maurberga, olim Muoriberch. hodie Mailberg. 397. 398. n. Caſtrum verſus Moraviam, non procul Teja fl.
Mautern, olim Mutara, & Mutar. 277. 371. n. civitas infer. Auſtriæ e regione Steinæ urbis ad Danubium.
Medling. 457. 510. n. Caſtrum, & Oppidum infer. Auſtr. infra Viennam medio fere itinere inter Viennam, & Baden.
Mellicium, olim Medelicum, Medilheca, Mezelecum. Melck. olim Caſtrum, poſt Cœnobium Ord. S. Benedicti, cum adjuncta civitate: ſedes quondam Marchionum. 274. 275. 283. 307. 309. 322. 356. 361. 405. 406. 422. 441. 453. 457. 464. 484. 510. n. Vide Ind. III.
Metulum. 5. n. in hodierna Carniolia, forte Möttling verſus Croatiam non procul a Culpa fl.
S. Michaël. 452. Templum juris Seittenſtet. in finibus Auſtriæ inf. verſus ſuper.
Mieſenburg, Porta Moeſia. 374. 534. hodie Wiſelburg, Moſonium in Hungariæ fronte, non procul a minore Schütt inſula.
Minchindorff. 558. hodie Mönichdorff inter Schwöcha, & Trieſting fl. juris Cœnobii S. Crucis in Auſtria inf.
Miſtelbach. 277. 474. n. Oppidum Boreal. Auſtriæ inf. ad Zeyam fl.
Mochynles. 172. n. non procul Tulna, & Trebenſee olim, hodie ignotum.
Modzulla. 367. n. forte Modzidl ad Teyam fl. in Boreali Auſtria infer. verſus Moraviam.
Mosburgum caſtrum, alias urbs Paludarum. 179. 220. n. non procul a Sana fl. in Comitatu Cilejæ in extrema parte Styriæ verſus Savum fl.
Mubliche. 474. n. ignotum: videtur fuiſſe in Boreali Auſtria inf.
Munichreuth. 388. n. in Auſtria ſuper. ut videtur: quanquam & in Auſtria Boreali inf. verſus Moraviam occurrat pagus Minnireit.
Muochersdorff. 477. n. in Auſtria infer. intra fines territorii S. Crucis Cœnob.
Murlinge. 477. n. intra fines territorii S. Crucis Cœnob. in Auſtria inf.
Murus. 328. n. hodie Maur, inter Urlam & Ibſam fl. in Auſtria inf.
Mutenum. 42. n. circa Leytha-Pontum in Pannonia ſuper. olim ſitum.
Myſtrica fl. 177. n. in Boreali Auſtr. inf. in Wachovia rivus.

N.

NAmare, al. Nomare. 41. n. hodie Melck in Auſtria inf. ad Danub.
Nardinum. 154. 277. n. ad Nardinam, ſeu Narnum fl. ſup. Boreal. Auſtriæ, qui ſupra Ibſium in Danubium labitur.
Neuvarn. 277. n.
Newnhoffen. 457. n. villa Mellicio proxima inf. Auſtriæ.
Newnkirchen. 421. n. in Auſtria inf. verſus Styriam Oppidum.

Nezta. 475. n. dicta poſtea Svarzenburch; ac tandem Cellæ S. Mariæ data.
Nitrava. 178. n. hodie Nitria in Hungaria ſuper. ſedes Epiſcopi, ad Neitram fl.
Nivenburch ad Ænum fl. 359. 407. 421. n. hodie Neuburg Caſtrum inter Scherdingam, & Paſſavium.
Nivenburch, Nuenburch, hodie Neuburgum, Clauſtro-Neoburgum Canon. Regul. S. Auguſtini Auſtr. inf. cum adjuncta civitate. 458. 462. 468. 471. 474. 478. 484. 486. 487. 488. 490. 494. 530. n. Vide Ind. III.
Niuvanhova. 296. n. hodie Waidhofen ad Ibſam fl. in Auſtria inf. verſus ſuper.
Niuzilinga. 135. n. juris Mannſeenſis.
Nortica Silva. 502. n. circa Zwetlam in Boreali Auſtria inf.
Nova Civitas. 476. n. hoc loco videtur eſſe Neuburgum inf. Auſtriæ.
Nowedorff. 374. n. in Pannonia ſuperiore olim circa Leytham fl.

O.

OBernhoff. 501. ad Zwetlenſe Cœnobium in Boreali Auſtria inf.
Omunteſperg. 212. in Auſtria infer.
Opera-Calpaha. 135. juris Mannſeenſis Ober-Calpach.
Orta. 316. n. in Auſtria inferior. ad Danubium, in Campis Marchæ fluvii.
Oshram. 424. n.
Oſterrichi, hodie Oeſterreich, Auſtria. 1. 234. 255. 266. 296. 335. 343. 350. 360. 362. 380. n. Vide Auſtria Ind. III.
Ovilabis, Ovilia, Colonia Aurelia Antoniniana. 41. n. Wels.

P.

PAlſenze. 514. n.
Pariſus fl. 4. n. forte Morava fl. Serviæ circa Belgradum.
Paumgarten. 367. n. in Boreali Auſtria inf. verſus Moraviam.
Paumgartenberg. Cœnobium Ord. Ciſterc. in ſup. Auſtria. olim & Pomkartenberge. 465. n. & Poungartenberge. 514.
Paumgartenthal. 355.
Pecklarn, Pechlarn, olim Arelape. 41. in inf. Auſtria ad Danubium, & oſtium Erlafæ fl.
Pehamkirchen. 317. n. in Auſtria inf. ad Perſchling fl. juris S. Hippolyti.
Peiſo, Peliſſe, vel Pelſodis lacus, hodie Neuſidler-See in Pannonia ſup. 4. 156. n.
Penbach. 388. n. juris S. Nicolai prope Paſſav.
Perendorff. 476. n. Berndorff occurrunt duo, ambo in Bor. Auſtr. infer. vicina ſuperiori Auſtriæ: tertium in citeriore non procul Traiſena fl.
Perneck. 423. n. hodie Bernegg. Cœnobium Præmonſtrat. in Bor. Auſtr. infer. ſupra Horn: olim Caſtrum magni nominis.
Perſiniacha, vel Perſinich. 202. 342. n. non procul Ipſa, ſeu Ibſa fl.
Petinbach. 280. 434. n. prædium juris Cremifan. hodie Pettenbach, paulum infra Cremſmünſter.
Petovio, Petabio, hodie Petovium, Petau in inf. Styria ad Dravum fl. 20. 36. 88. 333. n.
Petronella. 16. 367. 513. n. quo fere loco olim Carnuntum ſtetit, ad Danubium in finibus fere Auſtriæ inf.
Peylſtain, Peilſtein. 427. n. Comitatus, & Caſtrum nobile olim, hodie dirutum, inter Mellicum, & Bielaham fluvios.
Phaffenhovin. 370. n. juris S. Florian.
Pheſniza. 328. n. circa Ibſam fluv. hodie Ferſniz.
Pielagum, Pielaha. 154. 162. 336. n. Caſtrum & fluvius infra Mellicium, in Auſtria inf. ad Danubium.
Pincka fl. 177. n. in confinio Auſtriæ inferioris, & Hungariæ.
Pirchenwart. 507. n. Oppid. Pirawarth in Boreali Auſtria inf.
Piritaſchiricha. 277. n.
Pirum tortum. 42. n. ad tranſitum Perſchling fl. prope Schonbühel. in Auſtria inf.
Piſtnicht fl. 316. Pieſting fl. infra Viennam, qui ſupra Fiſchamünde in Danubium labitur.
Plætchin. 176. n. forte idem cum Pletichindorff in Boreali Auſtria inf. funditus nunc deleto.
Polan. 474. n. in Boreali Auſtria inf. ſupra Cambum fl.
Pons Iſis. 42. n. Ibs Civitas ad Oſtium Ibſæ fl. & Danubium in Auſtria inf.
Pottenbrun. 475. n. Auſtriæ inf. ad Traiſenam fl. e regione S. Hippolyti.
Priventan. 477. n. intra fines territorii S. Crucis in Auſtria inf.
Puchruch. 388. n. juris S. Nicolai prope Paſſavium.
Pühele. 404. n. in Auſtria ſuper. ad Ihnn. fluviolum, non procul Wels.
Puigen. 475. in Boreali Auſtria inf. hodie Boigen ſupra Cambum fl.
Pulckau. 474. n. Oppidum Boreal. Auſtriæ inf. ad fl. Bulcham.
Puppinga. 277. 293. n. in Auſtria ſuper. ad Danubium ſupra Efferdingen.
Purchwiſen. 388. n. Burgwiſen occurrit in Boreali Auſtria inf. prope Hornam urbem.
Purgum. 96. n. non procul olim a Faviana civitate.

Putina. 333. 359. 407. 421. 429. n. urbs olim, nunc caſtrum & oppidum inf. Auſtriæ poſt Neuſtad verſus Hungarium: hodie Pitten dicitur.

R.

RAba fl. idem ac Arrabo. Vide ſupra.
Rabniza fl. 350. n. in Pannonia ſuper. qui Raab, ſeu Jaurinum præterfluit, ibique Danubio hauritur.
Racenſruta. 502. n. juris Zwetl. Cœnob. in Auſtria Bor. inf.
Rachesdorff. 342. n. ad Leytham fl. cujus ad Orientalem ripam occurrit Rackendorff, ſupra Ovarinum, Ung. Altenburg, vel Rätzlſtorff.
Raddendorff. 457. n. in Boreali Auſtria inf. paulum infra Cremſium.
Radoltisdorff. 403. n. juris Gottwic.
Rapotenchirchen. 424. n. Rapoltenkirchen in Auſtria inf. circa ſilvam Cetiam.
Ravelſpach. 457. n. olim Ramvoltſpach, in Bor. Auſtria infer. Oppidum, prope Meyſſau civit.
Rauvefeswank. 277. n.
Raitenpuoch. 214. n. in Bavaria.
Retz. 425. n. Civitas Borealis Auſtriæ inferioris verſus Moraviam, olim Ragez, Rachs.
Riedmarchia. 458. n. in Auſtria ſup. trans Danubium: ubi occurrunt etiamnum Ried, & Riedegg.
Riſinperg. 342. n. in Auſtria inferior. circa Fiſcham & Leytham fl. forte Reiſenberg, cui a Reiſenbach fluviolo nomen.
Roeda. 154. n. ignotum, niſi forte ſit Ried in Boreali Auſtria ſup. paulo ſupra Matthauſen; vel in Auſtria infer. ad montem Comagenum.
Rore. 457. n. prædium Mellicio vicinum in Auſtria inf.
Rosbach. 558. n. juris Reicherſpergenſis in Bavaria.
Rudmares. 502. n. juris Zwetl. ad Cambum fl. forte Ruemans.
Rudnicha. 328. n. in Auſtria infer. circa Ibſam fl. verſus Styriam.
Rune. 466. n. Cœnobium Ciſtercienſis Ordinis in Styria, Rein hodie, non procul Mura fl.
Rusbach. 474. n. Oppidum in Boreali Auſtria infer. paulo remotius a Danubio, e regione Tulnæ: alterum Oppidum Hochen-Rusbach Marchæ fl. eſt propinquius.
Ruſte. 371. n. pagus olim, in Campis ad Marcham Boreal. Auſtriæ, nunc intercidit.
Rutte. 277. n.
Rüznic. 264. mons olim inter Erlafam & Ibſam fl. in Auſtria inf.

S.

SAbanich fl. 277. 346. n. in Auſtria infer.
Sabaria. 79. 151. 163. n. Stein am Anger in Pannonia ſuperior. vel ut alii volunt Sarvar.
Sachſonaganc. 316. n. ad Danubium non procul a Marcha fl. in Boreali Auſtria inf. hodie Saxengang.
Sana fl. 179. n. in Comitatu Celejæ in Styria inferiore.
Satelbach fl. 477. n. qui cum Schwechant fl. confluit: ad quem ſitum eſt Cœnobium S. Crucis Ciſterc. Ord. in Auſtria inf.
Savus fl. 7. n. qui ex Carniolia per Croatiam, & Slavoniæ fines lapſus, ad Belgradum in Danubium ſe effundit.
Saxina. 154. 162. n. Saxen in Boreali Auſtria ſup. paulum ſuper Greinam. Plura huic affinia occurrunt: ut Saxenegg, Saxenthall in ſuper. Auſtria Boreali: & in infer. Saxendorff, Saxengang.
Scarabantia. 69. Scaprin in Pannonia ſuper. aliis Oedenburg.
Scarniunga fl. 89. n. in Pannonia, qui non nemini pro Dravo eſt.
Scaverfelt. 514. n. ex fundatione Erlahenſi.
Scelebaes. 502. n. ex fundatione Zwetl.
Schalah. 427. n. olim Comitatus, quo loco hodiedum Schala, & Scallaburg caſtrum exſtant in Auſtria inf.
Schenhering. 277. n. Schenering hodie in Auſtria ſup. inter Efferding, & Linz.
Schlinz. 380. n. hodie Burg-Schleinz, vulgo Schleinitz in Boreali Auſtr. inferiore.
Schombrunne. 172. n. ad Lytaham, ſeu Leytham fl. forte Schemesprunn.
Schönau. 515. n. in Auſtria juris Mannſeenſis: ſunt autem 5. ejus nominis ibi loca, Schönau dicta: duo in ſuperiore; tria in infer. Auſtria.
Sellede palus. 179. n. inter Dravum & Savum fl.
Sichendorff. 477. n. intra fines territorii S. Crucis Cœnob. in Auſtria infer.
Sigmareswerde. 313. n. in Auſtria infer. olim.
Sippach. 140. n. Sippach-Zell in Auſtria ſuper. inter Trunam & Cremſam fl. juris Cremifan.
Sirnick. 140. 277. n. duo videntur fuiſſe hujus nominis loca: unum in Auſtria ſup. hodie Sirning; inter Cremſam, & Styram fl. alterum Sierning. in Auſtria inf. non procul Bielaha fl.
Siſcia. 5. 6. 20. plerisque ad Siſſeck hodiernum in Croatia.
Sitaneſtetten, olim Sytanſtetten. 451. n. Cœnobium Ord. S. Bened. Auſtriæ infer. hodie Seittenſtetten, inter Ibſam, & Anaſum fl. Vide Ind. III.

Snozindorff. 372. n. ad Leytham fl. forte hodiernum Knoiſendorff. in confinio Auſtriæ & Hungariæ.
Spiraza fl. 177. n. hodie Spraza fl. in finibus Auſtriæ verſus Hungariam.
Stanacum. 41. n. ignotum, in itinere ab urbe Wels, Paſſavium.
Stein. 389. 514. n. urbs ad Danubium, Cremſio pene conjuncta in Boreali Auſtria infer. ſunt & alia duo Stein in Auſtria citeriore: totidem in Auſtria ſuper. cis & trans Danubium.
Steininechircha. 136. 256. 264. 278. 515. n. vulgo Stainakirch in Auſtria inf. inter Ibſam, & Erlaſam fl.
Sterz mons. 395. n. ad Maurbergam, ſeu Meilbergam in Boreali Auſtria inf.
Stickelberg. 178. n. in Auſtria inferiore verſus Hungariam caſtrum.
Stille. 451. n. in Auſtria ſuper. verſus Bavariam.
Stockerau. 305. n. Oppidum Borealis Auſtriæ inf. e regione Tulnæ fere.
Stotpherich, Stupherich. 367. 380. n. hodie Stopfereut, ſeu Stapfenreit in Borealis Auſtr. fine ad Marcham, & Danubium.
Streburch. 277. n. ignot.
Stregen. 388. n. juris S. Nicolai prope Paſſavium, forte Strogen in Boreali Auſtria inf. circa Hornam.
Strenberg mons. 328. n. & Oppidum Auſtriæ inf. inter Ibſam & Anaſum fl.
Strumigen. 370. n. in ſuper. Auſtria juris S. Floriani.
Styra caſtrum. 276. 405. n. & civitas ſup. Auſtriæ ad Styræ & Anaſi confluentem.
Suamor. 277. n. ignot.
Schwarzaha. 372. n. Schwarza in finibus Auſtriæ inferioris, & Schwarzenbach ibidem verſus Hungariam.
Schwarzach. 465. n. prædium juris S. Nicolai prope Paſſav. in Auſtria inf.
Schwarzenburg. 475. n. olim Nezta. ex fundatione Cell. Marian. in Auſtr. inf.
Sulzpach. 140. n. juris Cremifan. in ſuper. Auſtria, ad fluviolum Sulzpach inter Cremifanum, & Sierning.
Sumerperch mons. 176. n. juris quondam Cremifan.
Sunilburch. 370. n. 452. n. ex fundatione S. Florian. & Seittenſtet. notum.
Schwechant. 360. 477. n. Oppidum infra Viennam ad oſtium ejus nominis fluvii in Danubium ſe exonerantis.

T.

TAlern. 507. n. juris Cœnobii S. Crucis in Auſtria inf. ad Traiſenam fl.
Talhaim. 413. n. juris Cremifan. in Auſtria ſup. Thalhaimb caſtrum eſt hodie ad Vöglam fl. aliud eſt ad Trunam fl. e regione Welſii.
Tanneberg. 403. Silva Garſtenſi Cœnobio vicina trans Anaſum fl.
Tarnantum. 42. n. Neumarck aliis, aliis Weiſſenſtein, extra ſuper. Auſtriæ fines, in Salzburg. Principatu.
Tergolape. 4. n. ad Lambacum in ſup. Auſtria non procul a Truna fl.
Teya fl. 397. n. olim Dyia, qui fere limes eſt Auſtriæ inferioris a Moravia.
Tiburnia. 116. n. Metropolis quondam Norici Mediterranei, olim Teurnia, ad Dravum fl. quo fere loco nunc Tebern vicus.
Tinnilipach fl. 176. n. hodie Didlbach, limes fere Auſtriæ ſup. a Salisburg. tractu.
Tizan fl. 156. Tibiſcus, Teiſs in Hungaria, qui inter Petro-Varadinum & Belgradum in Danubium labitur.
Tonahgevvi. 268. 274. 316. n. pagus ſeu Comitatus.
Trachtina fl. 404. n. forte Tratnach fluviolus, qui alteri fluviolo Ihnne miſcetur ad Wallern in ſup. Auſtria, non procul Grieskirchen.
Trayſma, Traiſema, Treiſma, Draiſma. 154. 162. 178. 256. 275. 314. 332. 456. n. fluvius Traiſen, itemque oppidum Traſmaur, non procul ab oſtio Traiſenæ fl. Danubio ſe mergentis, in Auſtria inf. paulum ſupra Collegium Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ad S. Andreæ dictum.
Trebenſee, al. Triewenſee. 154. 162. 172. cujus veſtigia quædam ſunt e regione Tulnæ ad Danubium.
Trevina. 302. forte hodiernum Trebins in Boreali Auſtria inf. ſupra Cremſium.
Trigiſamum. 41. n. idem ac Traſmaur, de quo ſupra.
Triſtnicha fl. 316. n. in Auſtria infer. qui cum Schwöcha fl. confluens Danubio miſcetur aliquantum longius infra Viennam.
Truna fl. Traun. 176. 280. 358. 370. 407. 409. n. ſup. Auſtriæ, ex Trunenſi lacu effuſus.
Trungoe, Trungeu, Drungoe, pagus ſeu Comitatus ſup. Auſtriæ. 140. 148. 245. 248. 271. 434. n. Traun-Viertl ad Trunam fl. qui ſupra Aniſiam Danubium auget.
Trunvelde. 404. n. Campi Trunæ vicini in ſup. Auſtria.
Tudich fl. 140. n. ſuper. Auſtriæ rivulus Trunæ propinquus.
Tuedick. 404. ſup. Auſtriæ, forte Diedach caſtrum ad Trunam fl.
Tulbing, olim Tulpingen. 451. n. in Auſtria inf. prope Konigſtetten.
Tullina, Dullona, hodie Tulna fl. 93. 205. 314. n. qui ad ejus nominis urbem Danubio hauritur.

Tullina, Tullana, Tulna hodie civitas inf. Auſtriæ, ad oſtium Tulnæ in Danubium decurrentis. 154. 162. 172. 185. 275. 278. 313. 332. 397. 449. 476. 539. n. Vide Ind. III.
Tumus. 180. n. ignotum circa Kirchbach; & Konigſtetten inf. Auſtriæ.
Tunzendorff. 277. n. ignotum: niſi forte ſit Teinzendorff ad Bulckam fl. Boreal. Auſtriæ inf. prope Schrattenthal.
Tutatium. 42. n. Clauſen ad montem Piren in finibus Auſtriæ ſuperioris verſus Styriam.
Tyensfurt ad Marcham. 367. n. forte tranſitus Dyiæ, qui idem eſt cum Teya, vel Zeya fl. non procul a Marcha fl.

V.

Valchinſteine. 474. n. hodie Falckhenſtein in Auſtria Boreali verſus Moraviam, inter Teyam, & Marcham fl.
Uccinſewe. 313. n. ignotum.
Vetoniana. 42. n. (caſtra) non nemini Pettenbach videntur in ſuperiore Auſtria non procul Cremſa fl.
Vetvar. 174. n. plerisque Altenburg in Pannonia ſup.
Vienna, olim Vindobona, poſtea Faviana. 536. 538. 540. 541. 542. 544. 565. Vide Ind. III.
Villa Gai. 42. n. prope Mannſwerd ad Danubium infra Viennam.
Vindobona, Vindomana, Vindomina, hodie Vienna. 20. 24. 25. 39. 49. 86. n. Vide Ind. III.
Vineæ. 96. n. non procul Faviana, ſeu Vienna locus S. Severini ſacro receſſu nobilis.
Virvelt. 534. n. Campi poſt Leytham fl. Auſtriæ limitem proximi in Hungaria.
S. Viti in augia. 451. n. prope Seittenſtet. Cœnobium in Auſtria infer. non procul Ibſa fl.
Ulmerfeld, olim Zudamaresfeld. 296. n. non procul Ibſa fl. in Auſtria inferiore.
Vorſt. 509. n. Sylva inter Cambum, & Cremſam fl. Borealis Auſtriæ infer. haud dubie, Gföller-Wald.
Vreindorff. 388. n. ex fundat. S. Nicolai prope Paſſavium notum.
Vrienhutin. 370. n. ex fundat. S. Florian. ſup. Auſtriæ notum.
Urula fl. 328. n. qui Ibſæ fl. miſtus ad Ulmerfeldam, in Danubium decurrit.

W.

Wachowe, Wachau. 154. 162. 177. 268. n. longus terræ tractus in Boreali Auſtria inf. ſupra Cremſium ad Danubium.
Wæchelingen. 370. n. ex fundat. S. Floriani notum.
Wæmnpach. 370. n. ex fundat. S. Floriani notum.
Waidhofen ad Ibſam fl. olim Nivanhova. 296. n. in Auſtriæ inferioris finibus, verſus ſuperiorem.
Waldern. 514. n. ex fundat. Erlah.
Waldhauſen, ſeu ad S. Joannis in Walth. 555. 557. n. in Boreali Auſtria ſup. paulum ſupra Greinam urb.
Wartberg, mons ad Laureacum. 148. n. in ſup. Auſtriæ finibus.
Weigantſtorff, olim Waigantzdorff. 558. n. juris Cremifan.
Wels, olim Ovilabis, Ovilia, Welas. 41. n. 277. 280. 409. n. in ſup. Auſtria civitas ad Trunam fl.
Wengelbach. 514. n. ex fundat. Erlah.
Wernchersdorff. 514. ex fundat. Erlah.
Werth. 421. n. Wörth inf. Auſtriæ verſus Styriam, non procul Glocknizio.
Wiedervelt. 474. n. occurrit in Boreali Auſtria inf. verſus Bohemiam Widerfeld.
Wickendorff, hodie Weickendorff. 378. 457. n. in campis ad Marcham fl. in Boreali Auſtria inf.
Wienne. 565. n. olim Winna, Winne. Vide *Vienna*, & Ind. III.
Wilhalmſpurch. 424. n. in infer. Auſtria Oppidum ad Traiſen fl.
Wilhering. 277. Cœnobium Ciſterc. Ord. in ſuper. Auſtria, paulum ſupra Lincium ad Danubium.
Willindorff. 475. n. Willendorff eſt hodie in Boreali Auſtria inf. infra Agſpach. ad Danubium.
Wiltberge. 527. n. in Boreali Auſtria inf. inter Horn, & Waidhofen ad Tejam fl.
Wiſelburg, olim Zwiſela, & Zwiſelburg. 136. 256. 264. 278. 409. 515. n. caſtrum ad Erlafam fl. in Auſtria inf.
Wizenburg, olim & Mieſenburg, hodie Wislburg in Pannonia ſup. 366. 412. n. paulum infra Ungar. Altenburgum.
Wizinpach fl. hodie Weiſſenbach ſup. Auſtriæ. 176. n.
Wizmanskirchen. 277. n. ignot.
Wolfeswane. 154. 162. n. idem forte cum Wolfsbach, de quo mox infra.
Wolfsbach. 452. 514. n. ad Urlam fl. inf. Auſtriæ inter Ibſam, & Anaſum fl.
Wuldersdorff. 457. n. in Auſtria inferior. Boreali Oppidum paulum infra Bulckam fluv.

Y.

Ybſitz, Oppidum Auſtriæ infer. 452. n. ad Uyſæ & Ipſæ confluentes verſus Auſtriam ſup. & Styriam.

Z.

Zeislmaur. 42. 154. 162. 275. 278. 411. n. Oppidum inf. Auſtriæ infra Tuln.
Zelking. 452. n. caſtrum inf. Auſtriæ ſupra Mellicium.
Zembeceleins. 502. n. forte Zembling inf. Auſtriæ Borealis, vel Wezles.
Zemperamprechtis. 544. vel Zemperouprechtis. 558. n. prope Dornbach infer. Auſtriæ, non procul Vienna.
Zinchinpach fl. 176. n. rivus ſup. Auſtriæ, qui decurrit in Aberſee.
Znoyma. 426. 435. n. Civitas Moraviæ, Auſtriæ proxima ad Tejam fl.
Zucha, vel Zuchaha. 264. 328. n. fluviolus non procul ab Ibſa fl. inf. Auſtriæ.
Zudamaresfeld. 296. hodie Ulmerfeld prope Ibſam fl. Auſtriæ inf.
Zuntineſprucca. 316. n. ignot. ſed non procul a Danubio, & Marcha fl.
Zwetl. 501. 514. n. Cœnobium Ord. Ciſterc. in Boreali Auſtria inf. ad Cambum fl. Vide Ind. III.
Zwiſila, Zwiſelburg. Vide ſupra *Wiſelburg.*

INDEX III.
GENERALIS.

A.

Aba, alias Ovo, in Petrum Hungar. Regem inſurgit: ſuperba ejus ad Henricum III. Imper. legatio: Auſtriam invadit: 332. ab Adalberto Marchione III. ex Auſtria; a Godefrido Marchione e Styria cum clade rejicitur. 333. Regno dejectus ab ipſis Hungaris, 334. & rurſum receptus, Auſtriam iterum incurſat. 335. cum clade repulſus, 336. & ab Henrico III. victus, 338. paulo poſt interfectus eſt. 339.
Abraham, Caganus Hunnorum, baptizatur. 163.
Acincum in Pannonia, 79. quo loco poſtea Buda vetus ſtetiſſe creditur.
Adalbero, Wirzburgenſis Ep. natus Arnoldo patre, Welfæ & Lambachii Comite, Regila matre. 406. Ejus propinqui. 406. 407. Wirzburgi educatus, Pariſios litterarum cauſa mittitur. 408. Wirzburgenſis fit Epiſcopus. ibid. Wormatienſis Conventus decretis adverſus S. Gregorium VII. PP. ſe opponit. 382. Pulſus in exilium in Auſtriam remigrat. 409. Redit ad Sedem ſuam, rurſumque ejicitur. ibid. Lambacenſe Cœnobium ſuo patrimonio auget, & Benedictinis tradit. 410. Mortis vicinæ omen, & ſepulchrum: laudes ceteræ. 410.
Adalbero Lucemburgicus, ad S. Paulinum Treviris Præpoſitus, ab Archi-Ep. Poppone in ordinem redactus. 289.
Adalbero Com. Erneſtum I. Alemanniæ Ducem in venatione caſu occidit. 236.
Adalbertus Rex Italiæ. 331. n.
Adalbertus Bremenſis Archi-Epiſc. Curator Henrici IV. pueri, poſtea Imperatoris. 367.
Adalbertus Paſſavienſis Epiſc. Anesburgum Henrico I. Bavariæ Duci vendit. 248. 256.
Adalbertus Com. Babenbergicus, a quo communem ſanguinem Marchiones Auſtriæ duxerunt, 228. 269. cum Wetteraviæ Comitibus colliſus, fratres ſuos graviſſime ulciſcitur. 229. in jus nequidquam vocatus, obſidetur in urbe ſua, 229. pellectus in caſtra Regia, capite mulctatur. 230. 231.
Adalbertus junior, Adalberti Com. Babenbergici (ut Aloldus tradit) filius cum matre ad Henricum I. poſtea Regem, profugus, in Merſeburgenſi adverſus Hungaros prælio cecidiſſe fertur, 269. relicto poſt ſe Leopoldo I. Auſtriæ, poſt Marchione, filio. 270.
Adalbertus, Marchio Auſtriæ III. de quo Vid. Ind. I.
Adalbertus, S. Leopoldi Auſtriæ Marchionis VI. filius, de quo Vid. Ind. I.
Adalbertus Com. de Martala, S. Udalricum Auguſt. Ep. obſidione liberat: 249. Pater Leopoldi Illuſtris, Auſtriæ Marchionis I. fuiſſe creditur. 273.
Adalbertus, Com. Eberſpergæ. 340.
Adalbertus & Otkarius fratres Reliquias S. Hippolyti in Auſtriæ inferioris locum, cui a S. Hippolyto nomen, inferunt. 136. n.
Adelhaidis, Adalberti III. March. Auſtriæ Conjux eſſe creditur. 331.
Adelramus Abbas Cremifanenſis alienata bona Cœnobii ſui recuperat. 434.
Adelramus de Perge ex Optimat. Auſtriæ in Palæſtinam tendit. 434.
Ælius Baſſus, Pannoniæ Præſes. 45.
Aetius Noricos domat, & Juthungos. 86. n. ad Rugilam Hunn. ducem in Pannoniam

niam fugit: Attilam, Hunnosque vincit. 86.
Agnes Aug. Henrici IV. Imp. mater, Bavariæ gubernatione ſe abdicat. 363.
Agnes, Henrici IV. filia, Conjux S. Leopoldi, March. VI. de qua Vid. Ind. I.
Agnes S. Leopoldi filia. de qua Vid. Ind. I.
M. Agrippa in ſeditioſos Pannonios miſſus, obit. 7.
Alaricus Rex Gothorum in Italiam movet. 81. Romam obſidet. 83. Noricum ſibi, ſuisque poſtulat. 84. quo non obtento Romam capit, ac diripit: moritur. 85.
Alaricus Rex Suevorum. 97. n.
Albericus, Pannonici limitis Præfectus. 152. n.
Albertus Urſus, Saxoniam a Conrado III. Rege accipit. 498.
Albertus Levis, pro Erneſti March. Auſtriæ IV. filio habitus, Landgravius Auſtriæ dictus, ſedem Berneckii; Conjugem Poloni Ducis filiam; ſepulturam ad S. Crucem habuiſſe fertur. 423. Ignotus vetuſtis Scriptoribus. ibidem.
Albertus de Berge, ex Optim. Auſtriæ. 509.
Albertus de Chiuliube, ſeu Külb. Nobil. Auſtr. 379.
Alboinus Rex Longobardos ex Norico & Pannonia in Italiam ducit. 124.
Alemanni meritis S. Severini Paſſavio repelluntur. 102. Norico alias infeſti a Clodoveo Francorum Rege opprimuntur: eorum pars Theodorico Italiæ Regi ſe ſubmittit. 119.
Alexander Ponticus præſtigiator, Romanos bello Marcomannico deludit. 44. n.
Alexius Comnenus, Græcorum Imp. Latinis infeſtus. 437.
Almus, Hung. Princeps, frater Colomanni Regis, auxilio vocat Henricum V. Germ. Regem. 449.
Almus mons, vitibus primum conſitus in Pannonia ſub Probo Aug. 58.
Aloldus Pechlarienſis, Scriptor Chron. Auſtriæ, quis fuerit. 269. n.
Altahenſe Cœnobium fundis in Auſtria a Carolo M. 166. & Ludovico Pio augetur. 176. a S. Gotthardo regitur. 316. ibi moritur Leopoldus Largus, S. Leopoldi filius, Auſtriæ Marchio VII. & Dux Bavariæ. 506.
Altenburgenſe Cœnobium Ord. S. Bened. ab Hildeburge de Rebgau, & Hermanno ejus filio, Com. de Buige conditur. 531.
Alticeus Bulgaros DCC. in Marchiam Vindorum deducit. 129.
B. Altmannus, Paſſavienſis Epiſc. natus in Weſtphalia claro genere: literarum ſtudia Pariſiis abſolvit: fit Paderbornenſis Eccleſiæ Canonicus, & Collegii ejus Scholaſticus. 411. Aquisgrani Præpoſitus eligitur: & ad ſacra obſequia ab Henrico III. & Agnete, Auguſta ejus vidua adſciſcitur. ibid. In Palæſtinam proficiſcitur. 365. electus abſens fit Paſſavii Epiſcopus, a Gebhardo Salisburgenſi, ſuo olim Pariſiis condiſcipulo inauguratur. 366. Res Eccleſiæ ſuæ auget fundis compluribus in Auſtria adjectis. 367. Collegium Canonicorum ad S. Floriani inſtituit. 368. Ædem ſacram ibi inſtaurat. 369. Collegium Canonicorum ad S. Nicolai prope Paſſavium erigit: uti & Cœnobium Gottwicenſe in Auſtria, 371. cujus locum ipſe inveſtigat, & ſacellum S. Erentrudis, & aram B. M. V. ibidem conſecrat. 372. Ob promulgata Pontificia in Clericos concubinarios decreta odium incurrit, & Henrici IV. permiſſu, ſede ſua ejicitur. 387. Collegio S. Nicolai, a ſe condito, Advocatos duos: Henricum nempe Comitem Formbacenſem per Bavariam; Leopoldum Pulchrum Marchionem per Auſtriam conſtituit. 388. Romam profectus, ab ipſo Pontifice Legatus Apoſtolicus creatur. 389. 412. Egregia ejus in miſeros charitas & liberalitas. 399. Gottwicenſe Cœnobium pro Canonicis Secularibus abſolvit. 403. Sancta ejus ſeveritas in boni Eccleſiaſtici uſurpatorem. 403. Varia indicatos DEO homines beneficia. 404. 405. Multi, magnique labores inter graviſſimas inſectationes: Cœnobiorum ad veterem ſanctitatem revocata diſciplina ad S. Floriani, ad S. Hippolyti, Cremifani. 412. 413. 415. majeſtas templis, ſacrisque reſtituta. 415. animi ejus conſtantia in adverſis. 415. Mors Zeiſelmauræ in Auſtria: ſepultura, Reliquiæ. 411. miracula. 416.
Altmannus, Abbas Eberſperg. Beſenbeugi ruina oppreſſus. 341.
Andreas, Ladislai Calvi filius, Petrum R. Hungariæ oculis orbat. 342. Rex jam Hungariæ bellum cum Henrico III. Imp. gerit. 349. pacem facit, ſed minime firmam. 354. Salomonem filium, ſecuritatis cauſa Mellicium mittit, ipſeque cum Bela æmulo congreſſus, & in pugna equo effuſus obteritur. 360. 362.
S. Andronicus, Divi Pauli propinquus, a Dorotheo Tyrio, ſubleſtæ fidei ſcriptore, primus Pannoniæ Epiſcopus fuiſſe traditur. 34.
Aneſpurgum Piligrino Paſſav. Ep. datum. 263.
S. Anno, Colonienſis Archi-Ep. Henricum IV. poſtea Imper. matris tutelæ ſurripit. 363. curamque pupilli Regis cum Moguntino, & Bremenſi Archi-Epiſc. gerit. 364.
Anno, Vetvarenſis Epiſcopus. 180.

INDEX III.

Annocor Epiſcopus. 180. n.

Anſelmi, Præpoſiti in Auſtria, mors funeſta. 525.

Antoninus M. Aurelius Aug. Scriptor primus in Auſtria. 25. n. Ovilabim, hodie Welſium, Rom. Coloniam deducit. 41. bellum in Marcomannos gerit. 43. iterum in Noricum, & Pannoniam redit. 44. poſt alternas clades vincit Marcomannos. 45. fatetur pluviam Romanis ſalutarem, hoſtibus exitiabilem, precibus Chriſtianæ militiæ impetratam. 46. Edicta in Chriſtianos revocat. ibid. moritur Vindobonæ. 49.

Antoninus Caracalla, Aug. in Noricum, & Pannoniam venit. 51. Prætorianos ex Germanis deligit: veſte & capillitio Germanorum utitur. 52.

B. Antonius, Lirinenſis Monachus, ex ſuperiore Pannonia, S. Severini Abb. Diſcipulus, eidem chariſſimus. 116. & ab Ennodio Ticinenſi, vitæ ejus Scriptore, laudatus. ibid.

Aonulphus, Odoacri Italiæ Regis frater, Rugos domat: Noricum, & Rugilandiam, ſeu ulteriorem Auſtriam in ſolitudinem vertit. 112.

Aquilinus, Præſes Norici Ripenſis, S. Florianum martyrio afficit. 64.

Arbo, Pannonici limitis Præfectus. 202. ejectus a Wilhelmi, & Engelſcalci Marchionum filiis, ad Zwentibaldum in Moraviam fugit. 203. illatam ſibi injuriam atrociter ultus, ibid. reſtituitur præfecturæ ſuæ. 206. Moravorum ſeditionem fovet, & gradu iterum movetur. 217. Reſtituitur iterum: ejus majores fabulis inclyti. 226. n.

Aribo de Enſinburg. 328.

Aribo de Treiſma. 379.

Ariogæſus Rex Quadorum. 47.

Arioviſtus R. Germanorum, conjugem habet Vocionis, Norici Regis, ſororem: a Jul. Cæſare victus. 2. n.

Arminius, Cheruſcorum Princeps, Quintilii Vari caput ad Maroboduum mittit: bellum cum Maroboduo gerit, eumque in fugam vertit. 30. 31.

Arnhalmus initium dat Glunicenſi Cœnobio. 460.

Arno, Salisburgenſis Ep. 148. procurandam ſacris Pannoniam ſuſcipit. 157. Fit Archi-Epiſcopus, & Vicarius Pontificius per Bajoariam, Noricum, & Pannoniam: Theodoricum Ep. in Carentaniam deducit. 158.

Arnoldus Archi-Ep. Colon. 565.

Arnoldus, Arnolfi Ducis Bavariæ filius, in Ottonem M. inſurgit. 248. 249. S. Udalricum Mandichindæ obſidet: repellitur. 249. n.

Arnoldus, Com. Welf. & Lambach. 406. prima initia dat Lambacenſi Cœnobio. 405.

Arnolfus, Dux Bavariæ, cognomento Malus, Hungaros ad Ænum fl. cædit. 237. in Conradum I. R. inſurgit. 238. fugit ad Hungaros. 239. in Bavariam per Juvavum redit: cum Henrico I. Rege paciſcitur: poteſtate ſibi permiſſa abutitur. 243.

Arnulphus, Carolomanni Regis ex Liutswinda pellice filius. 200. Pannoniis præeſt. 204. 205. Carentaniæ Dux creatus, cum Zwentibaldo Moravo paciſcitur. 206. Carolo Craſſo Imp. in Regno Germaniæ (poſt etiam in Imperio) ſufficitur. 209. Sub hoc magnum Imperii corpus in partes diſtractum. 209. Ejus Conjux, pellex, liberi. 212. Moravos opprimit. 213. Hungaris aditum in Germaniam facit. ibid. ad Bohemiam excubat: res ceteræ cum Moravis. 216. Ejus mors. 219.

Artackeræ prædium Friſingenſi Eccleſiæ datur. 345.

Artuicus, miniſterialis Henrici Marchionis, S. Leopoldi filii, Mellicenſibus iniquus. 474. n.

Aſtricus, ſeu Anaſtaſius Colozenſis Epiſc. a S. Stephano Romam miſſus. 298.

Atinius Japodum Præfectus. 5. n.

Attalus, Rex Marcoman. partem Pannoniæ a Gallieno accipit. 56.

Attila, Rex Hunnorum, Thraciam vaſtat. 70. magnas urbes evertit: Bledam fratrem, & Regni conſortem necat: Galliam invadit, cladeque ingenti rejectus, Italiam tentat, a S. Leone PP. iterum averſus. 86. ejus mors. 87. Muneribus identidem, & Legationibus placandus erat. 88. Filii ejus inter ſe colliſi. 89. n.

Avares, Hunnica gens, cæſi, ac Danubio merſi. 147.

Avarum provincia in Auſtria, ab Hunnia diſtincta. 148. 154. n. 162. n.

Audoinus Rex Longobardorum, trajecto Danubio, in Pannoniam immigrat. 121. n.

Aufidius Victorinus adverſus Cattos miſſus. 43.

Auſtraſia, poſtea Lotharingia a Lothario dicta. 183.

Auſtraſiæ Regnum, ſeu Orientale Francorum. 119.

Auſtria, unde ſic dicta. 1. n. pars erat Germaniæ veteris, Norici, ac Pannoniæ. 1. ejus incolæ vetuſtiſſimi, Norici, Pannonii, Boji. 2. Romani, 8. Marcomanni, Quadi. 10. Quando, & qua ratione citerior Auſtria a Romanis ſit occupata. 7. 8. quæ in ea obſervata regendi forma. 28. Chriſtiana Religio quo tempore, quibus authoribus eo illata. 33. 80. Quæ

per Auſtriam olim Romanæ ſteterint Coloniæ, & Municipia. 38. 39. 40. 41. Quid Dacico, 37. Marcomannicoque bello in Auſtria actum. 42. 43. 44. 45. 47. 49. Auſtria ſub Galerio Maximiano. 60. ſub Conſtantino M. 71. ſub Conſtante 74. ſub Conſtantio. 75. Valentiniano I. 77. & Valentiniano II. Impp. 80. Auſtria a Gothis, Hunnisque in Galliam, ac Italiam tranſeuntibus male habita, 82. 83. 86. a Rugis infeſſa. 93. 98. ulterior Auſtria a Langobardis occupata. 114. paulo poſt & citerior. 121. Tum Hunnis relicta. 125. Auſtria ſuperior ſub Francis Auſtraſiæ Regibus. 123. Inferior Hunnis a Carolo M. erepta. 151. Quæ per Auſtriam ſub eo regendi forma. 153. Fundi ex ea per Epiſcopos & Cœnobia diſtributi: inductæ in eam Bojorum, & Slavorum Coloniæ. 153. Auſtria primum inter Carolum, & Pippinum Caroli M. filios dividenda, 164. tota deinde ad Ludovicum Pium, ejusque filium Ludovicum Germ. Regem pervenit. 165. Caroli M. de ea merita. 166. Auſtria ſub Carolomanno Ludovici Germanici filio. 198. ſub ejus fratre Ludovico. 199. ſub Carolo Craſſo Imp. 201. ſub Arnulpho filio Carolomanni Regis, & Imp. 206. ſub Ludovico R. puero Auſtria ab Hungaris vaſtata, & oppreſſa. 220. Quis ſtatus fuerit Auſtriæ inferioris Hungaris jam invaleſcentibus. 227. iterum ab Hungaris vaſtatur. 266. Auſtria inferior ſub Leopoldo, Babenbergicæ ſtirpis Marchione I. ad montem Cetium usque prolata. 274. Bavariæ Ducibus non obnoxia. 278. 279. 280. ſub Henrico Marchione II. 293. ſub Adalberto, Marchione III. ab Hungaris invaſa, 330. 332. in Pannoniam ſuperiorem ad Leytham fluvium propagata. 335. iterum ab Hungaris vexatur. 346. ſub Erneſto Marchione IV. 359. tentata rurſus ab Hungaris. 362. Miniſteriales jam ſuos habet. 379. ſub Leopoldo Pulchro Marchione V. a Bohemis invaditur. 397. florente ceterum Religionis, & Politicæ ſtatu. 429. ſub S. Leopoldo Marchione VI. populationem ab Hungaris patitur. 458. Incrementa publicæ rei. 486. ſub Leopoldo ejus filio, Marchione VII. 495. 508. ſub Henrico, Marchione VIII. & ultimo. 510. a Styris, 531. & Hungaris laceſſita. 532. 533.

Auſturis, alias Aſturis, oppidum in confinio Norici Ripenſis, Romani Tribuni ſtatio, a barbaris everſum. 92. 93. n. 94. n.

Autharis, Rex Longobardorum, Theodelindæ Boicæ maritus. 125.

Azzo de Gobatſpurg. 379. unde in Auſtriam miſſus: author nobiliſſimarum per Auſtriam familiarum: Miniſterialis Auſtriæ. 399. 400. n. Bohemos ex Auſtria depellit. 402.

B.

BAbenbergenſium Comitum cum Wetteravicis cruentum diſſidium. 228. Genealogia Comitum ejus gentis. 273.

Babo, ſeu Pabo, Engelſchalci Marchionis filius, Arabone fl. perit. 205.

Bærebiſta Dacus, Bojos & Tauriſcos delet. 3. 4. a ſuis opprimitur. 4.

Bajoaria, & Noricum an Clodoveo Francorum, an Theodorico Gotho Italiæ Regi paruerit. 119. 120. Bojariæ Duces: Garibaldus I. 123. Taſſilo I. 126. Garibaldus II. 126. Theodo I. 130. Theodo II. 133. Theodebertus, Grimoaldus, Hucbertus. 133. n. Utilo. 134. Taſſilo II. 135. Bajoariæ Regnum a Ludovico Pio primum Lothario; tum Ludovico Germanico filio datum. 169. Ab hoc ad Carolomannum, inde ad Ludovicum ejus fratrem pervenit. 198. 200.

Bajoarii Theodorico Auſtraſiæ Regi ſe ſubmittunt. 122. Bajoariorum Leges. 126. 127. Bajoarii a Moymaro, Moravorum Duce, variis calumniis appetiti. 222. 223. ab Hatthone Moguntino, & Bajoariæ Epp. defenſi. 224.

Baldericus, Carentaniæ Præfectus, dignitate motus. 175.

Ballomarius, Rex Marcoman. legatione pacis fungitur ad Ælium Baſſum, Pannoniæ Præſidem. 45.

Barbarorum in Rom. Imperium continuati incurſus. 81. & ſeq.

Batones duo, Romanis infeſti per Illyricum. 22.

Baturicus, Ratisbon. Epiſc. Mannſeam, & plura ad Erlaffam acquirit a Ludovico Germanico. 179.

Belenus, Noricorum antiquorum numen. 18. n.

Belloveſus Celtas in Italiam ducit. 2.

Berengarius II. Rex Italiæ. 331.

Bernardus, Pipini filius, Rex Italiæ a Carolo M. avo ſuo, confirmatur. 165. ad Imperium aſpirat: deſtitutus a ſuis ad Ludovici Pii Imp. clementiam confugit. 169. oculis orbatus moritur. 170.

Bernardus, Carinthiæ Comes, in pugna adverſus Saracenos occumbit. 551.

Berngerus, Paſſav. Ep. in Cremifan. & S. Hippolyti Cœnobia munificus. 317. augetur decimis per inferiorem Auſtriam. 318.

Bertha, S. Leopoldi filia. Vide Ind. I.

B. Bertholdus, Abbas Garſtenſis I. moritur. 517. ejus ortus, ac Patria inter Scriptores controverſa: magna apud nobiles, & Principes gratia. 518. Ex Cœnobio S. Bla-

S. Blaſii Silvæ Herciniæ Gottwicum in Auſtriam miſſus: Garſtenſe Cœnobium Abbas primus regendum ſuſcipit. 519. Ejus regendi ratio, & ſeveritas in fratris filium: aſſidua in confeſſionibus audiendis opera, & præter morem auſtera. 520. voluntaria vitæ aſperitas. 521. profuſa in egentes liberalitas. 522. in avaros domeſticæ rei adminiſtratores ſeveritas. 523. Admiranda DEI dona. 522. imperium in dæmones. 523. Virum nobilem in Auſtria mirabiliter ad bonam frugem revocat. 526. aquam in vinum convertit. 527. cognitio arcanorum: mors ſancta. 528.

Bertholdus Zaringius, Dux Carinthiæ, ab Henrico IV. proſcriptus. 391.

Bertholdus, Dux Zaringiæ. 565.

Bertholfus, al. Bertholdus, Dux Bavariæ ex Tyrolenſi Præfectura creatus ab Ottone M. 245. n. Hungaros ad Trunam fl. ſuperioris Auſtriæ cædit. 245. moritur. 257.

Berwartus, Wirzburgenſis Ep. Leopoldum, Auſtriæ Marchionem I. ad feſtum S. Kiliani invitat. 283.

Bohemorum Duces XIV. baptizantur. 183. Bohemorum bellum in Ludovicum Germanicum. 184.

Bojemum, ſeu Bojohemum, unde dictum. 2.

Boigreich in Auſtria Trans-danubiana, unde ſic appellatum. 2. n. c.

Boji, gens Celtica, in Bohemia, & Auſtria. 2. Bojorum clades ſub Critaſiro. 3. 4. Deſerta Bojorum in Pannonia ſuperiore. 4. unde ſic dicta. 5. Bojorum inſtituta politica, Gallis communia, 15. religioſa, 16. nuptialia, funebria. 17. veſtitus, habitatio. ibid. urbes a Bojis, eorumque ſociis ædificatæ. 18. Boji a Cimbris tentati, a Marcomannis e Bohemia pulſi. 11. Boji Francis ſe ſubmittunt. 119. 122. Bojorum coloniæ in Auſtriam deductæ. 153.

Bojodurum, ab Alemannis territum, a S. Severino ſervatum. 102. Bojoduri cives Laureacum ab eodem migrare juſſi; aliqui ejus monitis non obſequentes, Thuringis in prædam dati. 103. Monaſterium S. Severini ibidem. 115. n. d.

Boleslaus, Bohem. Dux, Bavaros ad Pilſnam repente opprimit. 261.

Boleslaus junior, Dux Bohem. ex fratribus Jaromirum caſtrari; Udalricum balnei fumo, æſtuque necari jubet: 303. capitur ab Henrico Auſtriæ Marchione II. & rurſus dimittitur. ibid. reſtituitur Bohemiæ a Boleslao Polono: excæcatur. 304.

Boricius in Belam Hungar. Regem, ac fratrem inſurgit. 469. ducit uxorem Græcam: Polonos ſibi adjungit: cum clade ſuorum in fugam vertitur. 470.

Borivojus, Dux Bohemiæ, Herbirgem, Leopoldi Pulchri filiam, Znoymæ ducit uxorem. 425. ab Henrico IV. diſcedit. 444. Principatu ſemel, iterumque exutus, carcere & exilio contabeſcit in Hungaria, Jaromiro filio ſuperſtite relicto. 425.

Boviaſmum, Marobodui Regia. 10. n. 30.

Branneburg ab Henrico Aucupe capitur. 241.

Brazlavo, Dux Sclavoniæ. 206. Carolo Craſſo, & Arnulpho Impp. fidus. 220.

Breceslaus I., Dux Bohem. Henrico III. Imp. rebellis, corruptum argento ducem atrociter mulctat. 330. n. 338. reconciliatus Cæſari, adverſus Andream Hung. Regem mittitur. 349.

Brecislaus II. Dux Bohem. Leutoldum Znoymenſem hæreditate ſpoliat. 425.

Bregetii Valentinianus I. moritur in Pannonia. 80.

Bruno, Verdenſis Epiſc. ab Ottone Imp. in Hungariam miſſus. 259. n.

Bruno, Auguſt. Ep. in Hungariam profugus. 301.

Bruno, Wirzburg. Epiſc. ferali oſtento de inſtante morte admonitus. 340. Beſenbeugi ruina opprimitur. 341.

Bugatus, Hungarorum Dux. 228.

Bulgari ab Hunnis victi, & in Bajoariam profugi, necari jubentur. 129. eorum DCC. duce Alticeo, in Marchiam elapſi, ſedes ibi figunt. 129.

Burchardus, Halberſtadenſis Epiſc. Henrico IV. Imp. inviſus; 383. capitur, & in Pannoniam deportari jubetur. 384. ereptus in itinere, Udalrici, viri potentis, præſenti audacia, & redire ad ſuos permiſſus. 385.

Burchardus, Paſſav. Ep. Ottingam accipit a Ludovico Rege, puero. 232.

Burchardus Marchi-Comes. 255. cujus in ditione erat Wachovia, longus ſupra Cremſium terræ tractus. 257. vivere deſiit. 266.

Burgum, S. Severini pio receſſu nobile. 96.

C.

CAdalaus, Dux Fori Julii, moritur. 171. n.

Caganus, & Jugurro, Hunnorum Duces. 155.

Candidus, Rom. Dux, adverſus Obios, & Langobardos miſſus. 44.

Carentania, Theodoricum Ep. accipit. 158. Carolomanni fidei a Ludovico Germ. patre, 187. deinde Gundaccaro Comiti; 188. ab eodem tradita. Eadem Arnulpho filio, a Carolomanno Rege commendata: 200. Hungari in Carentania cæſi. 246. n.

Carinthiæ Duces, Henricus. 276. n. Otto. 286. Welfo. 340. Bertholdus Zaringius. 383. Marquardus. 391. Henricus Eppenſteinius. 465. Henricus Ortemburgicus : ejus frater Engelbertus. 466. Hermannus. 508.
Carni, confines Italiæ populi. 8.
Carnuntum, Pannoniæ veteris urbs celeberrima, ubi ſita. 23. fit Colonia Romana: ejus amplitudo : ſtatio ibi claſſis Danubianæ: arcus triumphalis Tiberio poſitus. 24. Hyberna Pannonica: emporium Succini ex Balthico allati : ſedes Impp. adverſus Marcomannos, & Quados: 25. M. Aurelii Antonini Aug. præſertim, qui partem operis ſui Philoſophici ibi conſcripſit. 25. Carnunti fit conventus IV. Impp. 71. Quamquam everſum, ſtationem tamen per trimeſtre præbet Valentiniano I. Aug. qui Leges ibi quasdam dictavit. 79. n.
Carnus, municipalis Carnunti Deus. 19. n.
Carolomannus, Caroli Martelli filius, Auſtraſiam regendam accipit. 134. Monaſticam vitam, relicto Regno amplectitur. 136.
Carolomannus, Pipini R. filius. 139.
Carolomannus, Ludovici Germanici filius, Marchiones limitis Pannonici, Patris ingratiis, removet : conſpirationis accuſatur. 186. eo ſe crimine purgat : in Carentaniam recedit : accuſatus iterum, & a Gundaccaro Comite proditus, ad Patris clementiam confugit. 187. aliquamdiu in libera cuſtodia habitus, Carentano, & Pannonico limiti iterum præficitur. 188. ejus a Gumpoldo milite capitis periculum. 189. a Zwentibaldo, Moravorum Duce, in fraudem inducitur. 193. a morte Patris Bajoariam, Noricum, Pannoniam, Carentaniam, Moraviam, Bohemiam hæreditatem accipit. 198. in Italiam adverſus Carolum Calvum Imp. movet. 199. in morbum incidit, regnoque in Ludovicum fratrem translato moritur, laudatus Princeps. 200.
Carolus M. extincto Carolomanno fratre Auſtraſiæ & Neuſtriæ Regna iterum conjungit. 139. Res illi cum Taſſilone II. Bavariæ Duce. 141. 142. 143. quem accuſatum ab ipſis etiam Bajoariis exauthorat, & in Monaſterium, cum conjuge, & liberis detrudit. 144. 145. Hunnos primum per Duces ſuos, 147. tum ordinata Bavaria, 148. per ſe ipſe invadit. 149. Religioſa ejus belli auſpicia in caſtris ad Laureacum. 150. caſtra bifariam diviſa ad Cambum fl. & Comagenum montem, unde Ludovicum Pium, filium, ad Faſtradam, Reginam matrem, remiſit, 149. n. promovet : Hunnisque fugientibus, ad Arrabonem usque fl. deſcendit. 151. Pannonico limiti Comites Præfectos conſtituit. 152. Colonias Bojorum, ac Slavorum in Auſtriam mittit: fundos multos in Eccleſias & Cœnobia diſpertit. 153. Pontem navalem miri operis in uſus belli Hunnici parat: Rhenum ac Danubium conjungere tentat. 154. ſpolia Hunnica inter Eccleſias, & milites diſtribuit. 155. controverſias de Diœceſeon finibus inter Salisburgenſem, & Paſſavienſem Eccleſias componit. 161. Imperator, & Auguſtus acclamatur Romæ : ibid. Paſſavienſi Eccleſiæ per Auſtriam multa largitur. 162. Regnum in filios partitur. 164. quod tamen integrum, ſuperſtes unus filiorum, Ludovicus Pius, obtinet a Caroli M. obitu. 165. Caroli M. in Auſtriam merita. 166. ſtirps ejus in Germania extincta. 236.
Carolus, Caroli M. filius, Lechonem, Ducem Bohem. cædit. 163. moritur ante Patrem, hæres alioquin totius fere Germaniæ deſignatus. 164.
Carolus Calvus, in diſſidio fratrum Galliam ſibi confirmat. 183. bellum cum Ludovico German. fratre. 196. fit Imperator. 197. Carolomannum deludit: ibid. ejus reditu territus fugit, moritur. 199.
Carolus Craſſus, Ludovici German. filius, Raſticem fugat. 191. fit Rex Germaniæ, & Imp. 201. cum Normannis victoribus paciſcitur. ibid. in Auſtriam venit. 205. in Italiam tendit. 206. exauthoratur, 207. moritur. 208.
S. Carolus, Flandriæ Comes, Imperii Candidatus. 463.
Caſtra, oppidaque adverſus Hungaros muniri juſſa per Auſtriam. 276.
Caſtrum Ferreum in Hungaria exuſtum ab Auſtriacis. 459.
Catualda, Maroboduum Bohemia ejicit. 31. pulſus & ipſe a Vibilio, & ad Romanos profugus, in Galliam mittitur. 32.
Celeja in Pannonia ſuperiore, patria S. Maximiliani, 54. & ejus Martyrio nobilitata. 58.
Cella S. Mariæ in Auſtria inferiore, Cœnobio Ord. S. Benedicti, & S. Leopoldi largitione inſignis. 475. & 476. n.
Cetium, Municipium Rom., Collegio Flaminum Hadrianalium nobile. 38.
Cetius mons, Kalenberg, limes inter Noricum & Pannoniam. 1. in quo curiam ſibi S. Leopoldus ſtruxit, 445. muniitque. 459.
Chadalohus de Rore. Nobil. Auſtr. 509.
Chervachum, Thraciæ oppidum, Cruce ſignatorum calamitate notum. 545.
Cheſerawe, Glunicenſibus ab Ottocaro March. Styrenſi datum. 460.
Chozilo, Privinæ Ducis filius. 178.

Chriſtiana, Leopoldi, Auſtriæ March. I. filia. Vide Ind. I.
Chriſtianorum ſæva perſecutio in Norico, & Pannonia ſub Galerio Cæſare. 63.
Chriſtianus, Paſſav. Ep. cum Leopoldo I. Auſtr. March. colliſus. 282. fundis per Auſtriam a S. Henrico donatur. 302.
Ciſtercienſis Ordo ſæcul. XII. celeberrimus, 464. cum paulo ante in Styriam eſſet introductus. 466. a S. Leopoldo in Auſtriam vocatus. 472. Prima ejus Colonia Morimundo e Gallia ad S. Crucem in Satelbach deducta. 473. inde Zwetlam, 500. & Paumgartenbergam propagatur. 514.
Claromontanum Concilium in cauſa occupandæ Terræ ſanctæ. 431.
Colopis, hodie Culpa, Pannoniæ fl. 6.
S. Colomannus, ex Hybernia in Palæſtinam peregrinus, in Auſtriam delatus, ad Stockeraviam comprehenditur. 304. pro exploratore habitus, poſt varios cruciatus, ex arbore ſuſpenditur. 305. 306. Prodigia ejus mortem ſecuta. ibid. Sancti corpus, tabis immune, in inſula Danubii conditum, ab eluvione manet liberum. 307. Mellicium, Henrici Marchionis II. voluntate, honorifice deportatur. 308. inter Sanctos colitur. 309. Corpus S. Colomanni M. in Hungariam, poſtulatu S. Stephani R. mittitur, ſed paulo poſt reſtituendum. 321.
Colomannus, Rex Hungariæ, tranſitu prohibet cruce ſignatos. 432. Godefridum tamen Bullionium ipſe litteris invitat. 433.
Colonia Romana quid, & qua re a Municipio diverſa. 27. quomodo deduci, & conſtitui ſit ſolita. 28. Coloniarum Patroni, quales. 28.
Coloniæ Bojorum, & Slavorum in Auſtriam ductæ. 276.
Coloſſeus, Pannoniæ Comes. 117.
Commodus M. Aurel. Aug. pacem Quadis, & Marcomannis; 49. atque etiam Religioni Chriſtianæ indulget. 50.
Conradus I. Rex German. ſuaſore Ottone, Saxonum Duce, electus, 237. infeſtos ſibi reddit complures Germaniæ Principes, quibus de cauſis. 238. moritur. 239.
Conradus II. Rex German. conjugem ducit Giſelam, Erneſti I. Auſtrii, Aleman. Ducis viduam. 317. Bellum in S. Stephanum parat, ſed brevi conſopitum. 322. 323. Erneſtum II. Alemanniæ Ducem, & privignum ſuum, exauthorat. 324. 325.
Conradus III. Rex Germ. favet Auſtriacis, ſuis ex Agnete matre fratribus. 496. Leopoldum Auſtrium, Ducem Bavariæ renunciat. 498. Res ejus adverſus Henricum Superbum, Bavariæ nuper Ducem. 502. adverſus Welfonem, Henrici Leonis tutorem. 504. Leopoldo defuncto, Henricum fratrem, Auſtriæ Marchionem, in Ducatu Bavariæ ſufficit. 511. & Gertrudis, Henrici Superbi Viduæ, cum eo nuptiis Saxones ſibi reconciliat. 512. Wladislaum, Bohemiæ Ducem, Gertrudemque Auſtriacam, ejus conjugem, Principatui reſtituit. 516. In Palæſtinam movet. Pentecoſten in Auſtria exigit. 545. multis injuriis eo in itinere a Græcis affectus, 547. exercitum fame potius, & miſeriis, quam bello amittit. 551. Cum Ludovico VII. Galliæ Rege, conſilia de gerendo in Saracenos bello confert: Conſtantinopolim redit. 552. ibi nuptias inter Theodoram Comnenam, & Henricum Auſtrium conciliat: Hieroſolymam navigat: Damaſcum obſidet. 553. Ejus inſigne robur. 553. 554. redit in Germaniam. 555. Res ejus adverſus Welfonem juniorem. 559. & Ottonem Bavariæ Palatinum. 560. Mors, & ſepultura. 561.
Conradus I. Salisburg. Archi-Ep. intereſt, cum Clauſtro-Neuburgi Canonici Regulares S. Auguſtini introducerentur. 471.
Conradus II. Salisburg. Archi-Ep. S. Leopoldi filius. Vid. Ind. I.
Conradus, Wormatienſis Ep. 565.
Conradus, Dux Wormatiæ, ſeu Francorum, in Ottonem M. ſocerum ſuum inſurgit. 248. Hungaros in Germaniam evocat. 249. facti pœnitens Ottoni M. ſe ſubmittit. 250. Strenue adverſus Hungaros pugnat. 252. victoriæ immortuus, Wormatiæ ſepelitur. 254.
Conradus, Ludolphi Palatini filius, fit Dux Bavariæ. 346. exauthoratus, 354. cum Andrea Hungar. Rege in Henricum III. conſpirat, moritur. 355.
Conradus Hirſutus, Peilſteinæ Comes, gener S. Leopoldi. 427.
Conradus Abbas Mannſeenſis a ruſticis occiſus. 555.
Conradus, Gottwici Præpoſitus. 403.
Conradus de Monte Puellarum, Scholæ olim Viennenſis Rector, & Canonicus Ratisbon. Scriptor laudatus. 443. n.
Conſtans Aug. Noricum, & Pannoniam regit: Laureaci Leges condit: cæditur. 74.
Conſtantinus M. Noricum, & Pannoniam Licinio eripit. 71. Præfectos Prætorio quatuor conſtituit. 72. inter filios Provincias diſtribuit: moritur. 74.
Conſtantius Aug. a Quadis, & Sarmatis periculum ſubit. 75. moritur. 76.
Conſtantius Laureacenſis Antiſtes. 103. ejus mors: Religionis ſub eo ſtatus per Auſtriam. 115.
Cornelius Fuſcus, Norici Procurator. 35. a Decebalo, Dacorum R. victus. 36.

Corozana regio, captivorum apud Saracenos Chriſtianorum exilio nota. 438.
Cremifanenſe Cœnobium a Taſſilone II. Bavariæ Duce conditur. 140. fundis Engelſcalci, ac Wilhelmi Marchionum ab Arnulpho Rege donatur. 214. ab Hungaris exuritur, cæſis L. inquilinis. 233. Templum ibi a B. Altmanno conſecratur. 402. ejusque ope per Abbates ſuos ad veterem ſanctitatem revocatur. 413.
S. Creſcens, Apoſtolorum Diſcipulus. 34.
Critaſirus cum Bojis, & Tauriſcis cæſus a Bærebiſta Daco. 3. 4.
S. Crucis virtus adverſus lemures. 525.
S. Crucis Cœnobium in Auſtria a S. Leopoldo conditum, evocatis Morimundo e Gallia Ciſtercienſibus. 473. Fundationis literæ, & dos Monaſterii. 476.
Crumpenaw, prædium Zwetlenſi Cœnobio legatum. 509.
Cucullis, hodie Kuchel, cerei divinitus accenſi: locuſtæ ex agro abactæ. 109.
Cuſſolis, Hungarorum Ducis, cædes. 228.

D.

DAci, ut a Getis diſtincti. 3.
Dalmatæ ab Octaviano Cæſare, & M. Agrippa victi. 6.
Dalmatia ab Hungaris invaſa occaſionem Henrico V. Imp. præbet arma in Hungaros ſtringendi. 449.
Danubius Germaniam a Norico, & Pannonia dirimit. 1. Danubii limes ſub Auguſto conſtitutus. 23.
Decebali Dacorum R. bellum. 35. 36. ejus mors. ibid.
Decimæ Paſſavienſis Eccleſiæ per Auſtriam. 277. a Conrado II. confirmatæ. 318.
Decurio, quid. 28.
Dii veterum Germanorum. 10. 11. & Bojorum Celticorum, eorumque cultus. 16. 17.
Diocletianus Aug. Priſcam Conjugem, & Valeriam filiam, Galerio Maximiano deſponſam, impio ſacrificio pollui jubet. 64. Carnuntum in Auſtriam venit. 71.
Ditmarus, Salisburg. Archi-Ep. ab Hungaris cæſus. 232.
Dominicæ diei feſtus honos lege Bajoarica antiqua firmatur. 127.
Domitianus Aug. bellum in Dacos gerit. 36. Marcomannos, ac Quados invadit, utrinque infeliciter. 37. victoriam emptitiis captivis ementitur. 37.
Donnahgovenſis Pagi, ſeu Comitatus Marchio Adalbertus. 315.
Dornpachio vicinus mons Cœnobio Salisburgenſi S. Petri donatur. 558.
Draco, phænomenum aëreum. 326.
Druides Gallorum: eorum dignitas, munus, privilegia, litterarum cognitio. 16.
Durſacus, Hunnorum Dux. 228.
Duumviri Coloniarum, quid. 28.
Dux Pannoniæ primæ, & Norici Ripenſis, ſubordinatus Magiſtro Peditum Præſentali. 73. n. Ejus officium: Princeps de eodem corpore, Numerarius, Commentarienſis, Adjutor, Subadjuva, Regerendarius, Exceptores, ſingulares. 73. n.

E.

EBerhardus, Arnolfi Ducis filius, Bavariæ Dux, Rege inconſulto, factus, 244. ab Ottone M. Ducatu ſpoliatur. 245.
Eberhardus, Præpoſitus Garſtenſium Clericorum. 447. n.
Eberhardus, B. Bertholdi Abb. Garſtenſis diſcipulus, ad Monaſticam verberibus adactus. 448.
Eckardus Com. Schyrenſis in Palæſtinam proficiſcitur. 365.
Eckbertus, Citicenſis Epiſc. in Hungariam cum copiis miſſus. 361.
Eckbertus Com. Neuburgi ad Ænum fl. 407. metu Henrici IV. in Hungariam fugere cogitur. 409. alter quodammodo Fundator Formbacenſis Cœnobii. 420.
Eckbertus Com. Putinenſis. 509. n.
Egilbertus, Præpoſitus Eccleſ. Paſſav. a B. Altmanno ſacris interdictus. 387.
Eliſabetha, uxor Ottocari Marchion. Styr. Leopoldi Pulchri March. V. filia. Vide Ind. I.
Eliſabetha, nupta Hermanno de Winzeburg, S. Leopoldi filia. Vide Ind. I.
Ellenhardus, Friſing. Ep. fundis in Pannonia ab Henrico IV. donatur. 374.
Ellinratha, pellex Arnulphi Imp. cujus filii Zwentibaldus, & Ratholdus. 212.
Embrico, Ratisbon. Ep. cladem a Moravis effugit. 194.
S. Emericus, S. Stephani, Hung. R. filius, moritur: viſus Angelorum manibus in cœlum ferri. 324. n.
S. Emmerammi res geſtæ, & mors cruenta. 130.
Emona, aliis Æmona, obſidetur a Maximo Tyranno. 80.
Engelbertus, Paſſav. Ep. jus venationis accipit ab Henrico III. Imp. 346.
Engelbertus, Dux Carinthiæ, ex gente Ortenburgica, Gurcenſi Epiſcopo bellum infert: Friſacum obſidet: rejicitur ope S. Leopoldi March. 467.
Engelbertus Com. Cremifanenſe prædium quoddam ſibi uſurpat. 434.
Engelſcalcus I. Marchio Pannonici limitis, a Carolomanno, Ludovici Germ. filio, gradu movetur. 186. reſtitutus ab ipſo Rege dignitati ſuæ, adverſus Moravos rem præclare gerit. 192. Zwentibaldi dolo opprimitur. 193. vir geſta præclare

provincia, & fraterna concordia laudatiſſimus. 213. 214. n.
Engelſcalcus II. prioris, ut videtur, filius, Arnulphi R. filiam deperit, & in Moraviam ſecum abſtrahit. 213. Arnulphus R. diſſimulata ira, Marchionem limitis Pannonici creat: accuſatum brevi, Ratisbonæ oculis orbat. 214. n.
Epiſcopatus IV. in Pannonia & Moravia ab Urolpho Laureacenſi Archi-Ep. inſtaurantur: Favianenſis, Vetvarenſis, Nitravenſis, & Speculunenſis. 173. 174. n.
Equites Municipales, qui. 28.
Equites ex Roman. militia per Auſtriam: Equites Dalmatæ Alæ novæ, Æquinoctii, Arlape: Equites promoti Comagenis: Equites Sagittarii Lentiæ, & Lacufelicis. 73. n.
Equitius, Rhætiæ, & Norici Præſes. 77. Comes Illyrici. 77. n.
Erchambaldus Mogunt. Archi-Ep. Popponem Trevirenſem conſecrat. 287.
Erchangerus, & Bertholdus, Sueviæ Præfecti, cum Arnolfo, Bavariæ Duce Hungaros ad Ænum fl. cædunt. 237. ob ſeditionem capite mulctantur. 238.
Erchinfridus Paſſav. Ep. 125. n.
Erchinfridus Mellic. Abbas jura ſua urget ſtrenue. 454.
Ericus, Dux Fori Julii adverſus Hunnos. 151. Ringum illorum capit, ſpoliis Aquisgranum miſſis. 155. a Terſatenſibus occiditur: 158. laudatus ab ipſo Carolo M. in ſuis ad Faſtradam Reg. litteris. 158. n.
Erimbertus rebellis in vinculis ad Arnulphum R. miſſus. 218.
Erlahenſe Virginum Cœnobium ab Ottone de Machland fundatum. 514.
Erlongus Wirzburg. Epiſcopus, ab Henrico IV. reſtituitur. 443. n.
Ermentrudis, Wilhelmi Burgundici Conjux II. Noverca Petri Hung. Regis. 331.
Erneſtus I. Dux Alemann. Leopoldi Auſtr. March. I. filius. Vide Ind. I.
Erneſtus II. Dux Alemann. Erneſti I. filius. Vide Ind. I.
Erneſtus Strenuus, Auſtriæ Marchio IV. Vide Ind. I.
Ernuſtus, Dux Francorum limitis verſus Bohemiam. 184. inter amicos Ludovici Germ. primus, inter Optimates ſummus, exauthoratur. 186.
Eugippius Abbas, Scriptor vitæ S. Severini. 115.
Evin, Tridentinus Dux filiam Garibaldi I. ducit conjugem. 123.
Eulaſius, Præſes Norici Chriſtianos perſequitur: S. Maximilianum M. capite plecti jubet. 58. 59.
Euphemia, uxor Conradi Hirſuti, filia Leopoldi Pulchri March. V. Vide Ind. I.
Expeditiones Cruceſignatorum in Palæſtinam 431. graves Provinciis, qua transeundum erat. 432. Alia ſub Godefrido, Duce Bullionio. 433. ſub Conrado III. Rege. 542.

F.

FAbianæ Cohortis mentio, ex lapidis inſcriptione. 538. n.
Fames in Norico. 216. 338.
Faviana, ante S. Severini ætatem Vindobona, hodie Vienna. 92. n. fames ex vaticinio S. Severini depulſa. 94. 95. abducta inde a prædonibus pecora, ejus ope recuperata. 95. Mamertinus ejus oppidi Tribunus, ac Favianæ poſtea, ut videtur, Epiſcopus. 95. Religionis ardor in ea urbe per id tempus. 94. 115. Faviana Rugorum Regis fidei a Romanis tradita. 98. Cœnobium S. Severini, majus ceteris, prope eam urbem, 96. viris illuſtribus, ſanctisque, & morte S. Severini, Noricorum Apoſtoli, ibidem obita inſigne. 105. 106. 107. 115. a Friderico Rugorum Regis fratre direptum 111. & a barbaris poſtea everſum. 116. Faviana a Romanis, in Italiam migrantibus deſeritur. 113. a barbaris in ſolitudinem verſa. 116. n. e. Favianæ Epiſcopatus inſtauratur. 178. Favianæ veteris ſacella. 367. urbs ipſa Sec. XII. inſtaurata. 511.
Feletheus, alias Fava, Feva, & Febanus ſcribi ſolitus, Rex Rugorum, Flaccitheo patri ſuccedit. 101. Laureacenſes abducere parat in Auſtriam inferiorem, obnitente S. Severino. 104. Sancti hujus ad Feletheum ſuprema monita. 106. captus ab Odoacro R. abducitur. 112.
Flaccitheus, Rex Rugorum in Transdanubiana Auſtria, a Gothis ſecurus eſſe jubetur S. Severini oraculo. 97. inſidiæ illi ſtructæ divinitus ab eodem detectæ. 98. mors tranquilla ex ejusdem ſancti vaticinio. 101.
Flavianus T. Ampius, Pannoniæ Præſes. 25.
S. Florianus M. Laureaci. 64. Princeps officii ab Ælio Cetio ex Auſtria inferiori Laureacum ultro properat, ab Aquilino Præſide pro fide Chriſti excruciatus, Anaſo fluv. mergitur. 65. juvenis, qui S. Martyrem de ponte dejecit, præſens ſupplicium. 66. Corpus ſacrum a Valeria matrona ſepultum. 66. ubi poſtea Cella S. Floriani. 67. Reliquiæ Romam prius; poſt Cracoviam in Poloniam, non ſine oſtento mirabili translatæ. 67. quarum portio nuper ex Polonia ad Ædem S. Floriani in Auſtriam rediit. 67. n. Patronus adverſus incendia, cum ſociis MM. colitur IV. Maji. 67.

INDEX III.

S. Floriani Cella, ſeu Cœnobium ab Hungaris vaſtatur. 233. inſtauratur a B. Altmanno, 368. 369. & amotis ſecularibus Canonicis, Regularibus S. Auguſtini traditur. 412. Collegii hujus prædia per Riedmarchiam a vectigaliuṁ onere per S. Leopoldum eximuntur. 458.

Formbacenſe Bavariæ Cœnobium, fundis, prædiisque in Auſtria donatur. 420. Glocknizio imprimis, Werda, & Newkirchio. 421.

S. Fortunatus Aquilejenſ. an inter Norici Apoſtolos. 33.

Forum Provinciale Tulnæ, ad S. Hippolytum, in Nova Civitate habitum. 467.

Francorum ad fidem converſio. 119.

Fridericus, Felethei Rugorum Regis frater, a S. Severino moriente acriter commonitus, 107. Favianenſe tamen ejus ſancti Monaſterium, contra datam fidem, ſtatim ab ejus morte diripit. 111. ſed præſenti ſupplicio a Friderico, fratris filio occiditur. 112.

Fridericus, Felethei Regis filius, vitæ periculum ſubit a captivis. 101. ſervatur a S. Severino. 102. Fridericum patruum occidit. 112. fugit ad Theodoricum Gothorum Regem. ibid. perfidia ejus ab eodem Theodorico, jam Italiæ Rege caſtigata. 118.

Fridericus Hohenſtauffius ſenior, Dux Sueviæ, maritus prior Agnetis, poſtea S. Leopoldo nuptæ. 443. 444. n.

Fridericus Hohenſtauffius junior, Dux Sueviæ, Agnetis filius, Regnum Germaniæ ambit. 462.

Fridericus I. poſtea Imp. Friderici Hohenſtauffii junioris filius, Agnetis Nepos, Conradum III. Regem, ac patruum in Palæſtinam comitatur. 543. ejus in ea expeditione cauta prudentia. 547. fit Rex Germaniæ. 562. Bavaros, Auſtriacosque Principes conciliare nititur. 562. varios ea de cauſa conventus indicit. 563. 564. Henricum Auſtrium, quod ad conventus eos accedere non ſine cauſa vereretur, excidiſſe Bavariæ principatu declarat. 565. Romam ad capeſſendam Imperii coronam proficiſcitur. ibid. Redux inde, Henricum Leonem, invito Auſtriaco, Bavariæ Ducem renunciat. 565. Bellum in Hungaros meditatur: ſed id conſilium a Germaniæ Principibus non probatur. 563.

Fridericus Salisburg. Archi-Ep. & Vicarius Apoſtolicus. 256. n.

Fritigildis, Marcomannorum Regina, inſtrui in fide Chriſti a S. Ambroſio petit. 80.

Froiza, Adalberti Auſtriæ Marchionis III. Conjux. Vide Indic. I.

Fufius Geminus Siſcia ejectus, Pannonios iterum domat. 6.

Furius Victorinus a Marcomannis cæſus. 43. n.

Furtius Rex Quadis a M. Aur. Antonino Aug. datus, ſed ab iis rejectus. 47.

G.

GAbinius, Quadorum Rex inter epulas cæſus. 78.

Galerius Maximianus, cui Noricum & Pannonia in partitione Imperii, cum Valeria, Diocletiani filia obvenerat, 61. victus primum in Perſide, mox victor, perſecutionem in Chriſtianos excitat: 62. impulſus a Romula matre: ibid. Diocletianum variis artibus idem ad conſilium flectit, 63. omnium Tyrannorum immaniſſimus. 70. Fit Auguſtus: Severum, & Maximinum; mox etiam Licinium in Imperii conſortium Carnunti in Auſtria cooptat: 71. perit Serdicæ horrenda morte. 71.

Gallorum Veterum Druides, Equites, Plebs, Religiones. 16. Sacrificia, Nuptiæ, Funera, Ædificia, Veſtes. 17.

Garibaldus I. Dux Bajoariæ. 123. cujus filia Theodelinda. 123. a Childeberto Auſtraſiæ Rege gradu dejicitur. 126.

Garibaldus II. Dux Bajoariæ. 126.

Garſtenſe Cœnobium primo Clericis ſecularibus. 402. poſtea Benedictinis ab Ottocaro Marchione Styr. traditum. 446.

Gebhardus Salzburg. Archi-Epiſc. in fide S. Gregorii VII. PP. firmus. 383. Werfenſe, ac Friſacenſe caſtrum munit. 391. Henricum IV. Imp. adit Ratisbonæ. 392. in exilium ejicitur. 393.

Gebhardus III. Ratisbon. Epiſc. Conradi II. Regis frater, adverſus Hungaros excubare juſſus. 346. Heimburgum in Auſtria munit. 347. Hungariam populatur. 349. pacem inter Henricum III. & Andream Hung. R. componit. 353. ſuſpectus Cæſari in cuſtodiam datur. 355. n.

Gebhardus IV. Ratisbon. Ep. (de Cosheim) ad Pechlariam in Auſtria occiditur. 443. incertum an Henrici IV. voluntate, qui Ulricum Ep. eidem ſubſtituit. 443. n.

Gebhardus Com. de Buige. 531.

Generidus, Rom. Dux, Noricum conſervat, & præſidiis firmat. 85.

Gerardus, Paſſav. Ep. Laureacenſem Metropolim inſtaurat. 244. ejus mors. 247.

Gerhohus, Abbas Gottwic. quorundam criminatione, gradu motus. 557.

Gerhohus, Reicherſperg. Præpoſitus, vir acer, & inſignis. 557.

Germaniæ in meridiem limes Danubius. 1. Danubii accolæ Germaniæ gentes, 10. n. Germania a Carolo M. 164. deinde a Ludovico Germanico in filios diviſa. 198.

INDEX III.

Germanorum veterum religiones. 10. Auguria, & ſuperſtitiones: 11. candor morum, hoſpitalitas: caſtitas, adulterii pœna. 11. cibus, potus, veſtitus, habitatio. 12. Inſtituta politica, bellica; ſupplicia. 13. connubiorum, & funerum ratio: mercatura, & agricultura. 14. vitia quædam pene in laude poſita: otium nempe, aleæ ſtudium, potandi libido. 14. 15.

Geroldus ſenior, Bajoariæ Comes, & Præfectus. 152. Dux adverſus Hunnos cum Erico relictus, 151. Theodoricum Ep. in Carentaniam deducit. 158. ante pugnam in Hunnos cæſus eſt. 159. ejus in Cœlo gloria, laudes ceteræ, ſepultura. 160.

Geroldus junior, Pannonici limitis Præfectus. 152. n. e. 174. n. d. 176. n. c. in Bajoariam revocatur. 178. n. b.

Gertrudis, Conjux Wladislai Bohem. Ducis, S. Leopoldi filia. Vide Ind. I.

Gertrudis, Henrici Marchionis Auſtr. VIII. Conjux. Vide Ind. I.

Geyſa, Dux Hungarorum, pater S. Stephani Regis, erga Chriſtianos benevolus. 258. Mellicio, Auſtriaque ad montem Cetium usque excedere cogitur. 274. doctrina Chriſtiana aſperſus potius, quam imbutus, pluribus ſimul Diis immolat: errorem tamen dedoctus, pie obit. 297. n. Ejus ex filia nepotes. 331. n.

Geyſa, Belæ I. filius, Salomoni Hungariæ Regnum ultro cedit. 364.

Geyſa II. Rex Hungariæ, bellum gerit cum Boritio. 532. Poſonium a Germanis captum pretio redimit. 533. bellum in Auſtriam transfert. ibid. Henricum Marchionem VIII. in fugam vertit. 536.

Gibuldus, Rex Alemannorum in S. Severinum reverens, & promiſſi obſervans. 118.

Giſa, Felethei Rugorum Regis Conjux, Chriſtianis infeſta. 101. ob contemptum S. Severini divinitus caſtigata. 101. acriter a S. Viro ante mortem objurgata, 106. poſt ejus mortem capta, & in Italiam abſtracta. 112.

Giſela, Conjux S. Stephani Hung. R., ſoror S. Henrici Imp. in promovenda inter Hungaros fide Chriſtiana inprimis ſtrenua. 299. belli a S. Stephano Rege Auſtriæ intentati occaſionem præbuiſſe fertur. 319. a Petro Rege exagitata, Paſſavii, ut opinio eſt, inter ſacras Virgines obiit. 329.

Giſela, aliis Sarola, ſoror S. Stephani R. 331.

Giſela, Vidua Erneſti I. Alemann. Ducis. Vide Ind. I.

Glunicenſis Cœnobii in Auſtria ſuperiore exordium, per Arnhalmum Glunicenſem, & Brunonem ejus filium 460. maxime per S. Ottonem, Bamberg. Ep. qui Benedictinos eo loci introduxit. 460. n.

Godefridus, Pannonici limitis Præfectus, 152. 153. n. in Eccleſiæ Paſſav. jura involat. 170. 171. n.

Godefridus Bullionius, Dux Lotharingiæ, per Auſtriam, & Hungariam in Palæſtinam movet. 433. Hieroſolymam urbem capit, Regnumque ibi condit. 435.

Godefridus I. Dux Lotharingiæ in Henricum III. Imp. inſurgit. 343.

Godefridus II. Dux Lotharingiæ in Saxones pugnat. 376.

Godefridus Marchio, Comes forte Putinenſis, Hungaros ad Petovium cædit. 333. n.

Godefridus Marchio Rackezenſis, ſeu Retzenſis. 428.

Godefridus Abbas Admontenſis. 528.

Goteramus, alias Gonteramus, Pannonici limitis Præfectus. 152. n.

Gothalmus, e domeſticis S. Colomanni M. in Mauer, prope Mellicium mortuus cum opinione ſanctitatis, marmareo tumulo Mellicii conditur. 309. 310.

S. Gotthardus, Hildeshemii Ep. qui quondam Tegernſeenſe, & Cremifanenſe Cœnobium rexiſſe legitur. 316.

Gotthi, Marciani Imp. conceſſu Pannonias occupant. 97. Noricum Mediterraneum infeſtant. ibid. e Pannonia diſcedunt. 99.

Gottwicenſis Cœnobii exordium a B. Altmanno, Paſſav. Ep. 371. qui Templum ipſe conſecravit, 403. ubi poſt mortem ſuam ſepulturam habuit. 411. Cœnobium Benedictinis traditur ex Silva Hercinia accerſitis. 418. 419. Eorundem Abbas primus Hartmannus. 419. Gottwicenſe Cœnobium eodem pene tempore Formbacenſibus B. Wirntonem, Garſtenſibus B. Bertholdum, Seittenſtetenſibus Leopoldum Abbates præbet. 452.

Gozzomuilo, Abodritus cæditur. 183.

Græcorum perfida conſilia in Latinos Cruceſignatos. 548.

Grahamanus Dux Hunnos cædit ad Iboſam, ſeu Ibſam fl. 147. n.

Gramanus Arnulpho Imp. toxicum præbet. 219.

Gratianus Aug. pro Valentiniano II. fratre ſuo curam Norici gerit. 80.

S. Gregorius VII. PP. Henricum IV. Imp. acriter a male cœptis dehortatur. 381. eundem anathemate ferit. 383. Principes Germaniæ S. Gregorio VII. faventes, ibid. cum Henrico IV. in gratiam redit Canuſii. 390.

Grimoaldus Theodonis II. Bavariæ Ducis filius. 133. n.

Gripho, Caroli Martelli filius, fratribus bellum movet. 134. Bavariam tentat: a Pippino in Aquitaniam abſtractus. 137. in Italiam fugiens occiditur. 138.

Gude-

Gudehocus, Rex Longobardorum, ſuos in Rugilandiam deducit. 122.
Gumpoldus de Polheim, Auſtriacus, in Palæſtinam proficiſcitur. 543.
Gundaccarus Com. Carentaniæ præficitur. 188. perjurus cœlo pœnas dat. 190.
Guntherus, Bamberg. Ep. cœleſti oſtento doctus, DEUM iratum eſſe mortalibus, 356. in Palæſtinam tendit. 365. Moſonii, ſeu Müſenburgi, in Pannoniam reverſus, moritur. 366.
Guzhus, Dux Bulgarorum, Cruceſignatis infeſtus: captus a Wilhelmo Com. Pictav. liberum deinceps tranſitum fideliter permittit. 437.

H

HAdmarus de Cuopharn, Auſtriacus, in Palæſtinam proficiſcitur. 434. cum ex Gertrude conjuge prolem non haberet, Zwetlenſe Monaſterium condit. 500. moritur, & Gottwici ſepelitur. 556.
B. Hartmannus, Præpoſitus Chiemenſis ad Præpoſituram Clauſtro-Neoburgenſem evocatur. 471. normam vivendi, & peculiares ei Collegio conſuetudines præſcribit. 472. fit Brixinenſis Epiſcopus. 510. Cetera de eo vide P. II.
Hartmannus, Abbas I. Gottwic. 419. certatim ad alia regenda Cœnobia poſtulatur. 420.
Hartnidus de Orte. Nob. Auſtr. 509.
Hartwicus, Salisburg. Archi-Epiſc. naufragus, S. Wolfgangum mortuum exequiis honorat, ſacrumque ejus corpus Puppinga Ratisbonam transmittit. 295.
Hartwicus de Hagenau, caſtrum ſuum Reicherſpergenſibus legat. 558.
Hatto Mogunt. Archi-Ep. apologiam pro Bajoariis ad Rom. PP. ſcribit. 224. Adalberti Com. Babenberg. cædem procuraſſe fertur. 230.
Hatto Paſſav. Ep. Urolpho ſuffectus. 162.
Hatwigis, ſeu Hedwigis, Almi, Hungar. Principis filia, Adalberto, S. Leopoldi primogenito, nupta. 469.
Heidenricus, Nob. Auſtr. Oratorii locum Cellæ S. Mariæ in Auſtria donat. 475.
Heiligenſtadium, in quo S. Severini Monaſterium ſtetiſſe creditur. 96.
Heimburgum, veteri Carnunto adjunctum. 24. expugnatur, 334. inſtauratur, 347. oppugnatur ab Hungaris ſemel, ac iterum, ſed incaſſum. 347. 348.
Helena de Stille, Seittenſtetenſe Cœnobium ſuis opibus auget. 452. n.
Hemo Stilla, quid hominis. 274. n.
Henricus I. cognomento Auceps, Dux Saxon. in Conradum I. Regem inſurgit. 238. fit Rex Germaniæ. 239. cum Arnulpho Bavar. Duce paciſcitur. ibid. varia fortuna cum Hungaris pugnat: inducias in 9. annos paciſcitur. 241. pacis tempore ad bellum ſe comparat: Hungaros ad Merſeburgum cædit. 242. tributum iis pendi ſolitum, in Divinum cultum expendit. 243. moriens relinquit Ottonem M. filium ſucceſſorem. ibidem. An Leopoldo I. Marchiam Auſtriæ contulerit. 267. an frater aviæ ejus fuerit. 269.
S. Henricus II. (poſtea Imp.) fit Dux Bavariæ. 295. & Rex Germaniæ. 299. Henrico Auſtriæ Marchioni II. prædia donat. ibid. S. Henrici cum Artuico, Italiæ tyranno, & aliquot Germaniæ Principibus bella. 299. 300. Bambergenſem Epiſcopatum erigit. 302. Erneſtum Auſtr. perduellibus fœderatum capit. 301. ſed brevi libertate donatum, Ducem Alemanniæ præficit. 285. Popponem Auſtriacum, Bambergenſem Præpoſitum fundis donat, 319. n. Tutorem Erneſto, fratris filio, & Trevirenſem Archi-Epiſcopum nominat. 287. Moritur: & Chunegundam Auguſtam, Virginem poſt ſe relinquit. 317. Quænam vocetur *Proles regalis* in ejus Diplomate Hildesheim. Eccleſiæ dato. 317. n.
Henricus III. Imp. Conradi II. filius, creatus Dux Bavariæ. 320. pacem ignaro patre cum S. Stephano Hungar. R. ſancit. 323. Patri in Regno Germaniæ ſuccedit. 330. Petrum, Hung. Regem, ad ſe profugum recipit. 332. bellum in Abam, Petri æmulum ſuſcipit. ibid. Heimburgum expugnat. 334. alium a rivalibus Regem Hungaris eligendum permittit. 325. Bellum iterum in Abonem reſumit: pace cum Hungaris inita, nuptias cum Agnete, Pictav. Comitis filia Ingelhemii celebrat. 336. Leopoldum Auſtr. Adalberti Marchion. III. filium, Marchionem creat. ibid. Bellum III. in Hungaros: Petrum in ſolium Regni reſtituit. 338. 339. Pia ejus Ratisbonæ Triumphi ſpecies. 340. Rurſus in Hungariam deſcendit. 340. Ejus periculum Beſenbeugi in Auſtria. 341. Petro Rege in ſolio confirmato, Hungaros in ejus fidem Sacramento adigit. Bellum in Andream, Petri Regis æmulum, dilatum. 343. Henrici III. per Germaniam, Helvetiam, Lotharingiam itinera eo anno. 344. Colloquium Metenſe cum Henrico R. Galliæ. 345. Bellum iterum in Hungaros decernit. 346. Heimburgum inſtaurat. 347. Hungariam invadit, ſed annonæ inopia redire cogitur. 349. Poſonium, ſed incaſſum obſidet. 351. pacem cum Andrea Hung. R. componit, ſed parum firmam. 352. 353. Conradum, Bavariæ Ducem exauthorat: unde novæ ab eo, & Andrea Hung.

Hung. R. Conradi partibus addicto turbæ. 354. filium ſuum Bavaris præficit. 355. moritur. 359.

Henricus IV. Imp. puer admodum ſuccedit Henrico III. patri. 359. Sophiam, ſororem ſuam, Salomoni, Andreæ Hung. R. filio deſpondet: in Auſtriam venit: donationes ibidem factæ. 360. auxilia Andreæ Hung. Regi mittit. 361. Tutelæ Agnetis, matris ſuæ, a S. Annone Colon. ſubducitur. 363. 364. Turbæ in Henricum IV. in Germania, quibus de cauſis, ortæ. 367. Salomoni Hungar. Regi ſubſidia adverſus Geyſam mittit. 373. fructu exiguo. 374. Belli Saxonici initia: pugna ad Unſtrut fl. 375. Res inter Henricum IV. & S. Gregorium VII. PP. 381. 382. 383. Principes Henrico IV. addicti. 383. Burchardum, Halberſtad. Epiſc. exilio in Hungariam deportari jubet. 384. B. Altmannum Paſſav. Ep. ſede ſua ejici permittit. 387. Canuſii in Italia reconciliatur Pontifici: ſed brevi a promiſſis recedit. 390. Salisburgenſ. & Paſſav. Eccleſias infeſtat. 391. Leopoldum Pulchrum, Auſtriæ Marchionem vi ad deditionem adigit. 394. Res ejus cum Regni æmulis Rudolpho, & Hermanno. 390. 393. 396. Auſtriam Wratislao, Bohemo Duci, ſubigendam tradit. 397. Adalberonem, Wirzburg. Ep. ſemel, iterumque ſede ſua extrudit. 409. Henricum V. filium ſuum ad Regnum evehere cogitat. 442. nata inter eosdem diſſidia. 441. 442. a S. Leopoldo, & Borivojo Bohemo deſeritur. 444. Regni inſignia Henrico V. filio, invitus tradit. 445. moritur. ibid.

Henricus V. Rex Germaniæ. 440. a patre Henrico IV. diſceſſionem facit. 441. res inter utrumque geſtæ. 442. 443. S. Leopoldum, & Borivojum a patre abſtrahit. 444. Imperio potitus, Agnetem, ſororem ſuam, S. Leopoldo conjugem ex pacto tradit. 445. in Auſtriam venit: bellum in Colomannum Hung. Regem, ſed exitu caſſum ſuſcipit. 449. 450. cum Rom. Pontifice in gratiam redit. 460. moritur ſine liberis. 462.

Henricus I. Ottonis M. frater, Dux Bavariæ. 248. Hungaros cædit: Anesburgum ab Adalberto Paſſav. Ep. redimit: a conjuratis expellitur. 249. Herolfum, Salisburg. Epiſc. oculis orbat. 250. captos Hungarorum 3. duces ſuſpendio necat. 253. moritur. 254.

Henricus II. Dux Bavariæ, Henrici I. filius, adverſus Ottonem II. Imp. inſurgit: captus, & iterum elapſus Paſſavium occupat. 261. obſeſſus, ad clementiam Cæſaris confugit: relegatur Trajectum in exilium. 262. Ottone II. extincto in Bavariam redit: Ottonem III. Warino Colon. eripit. 266.

Henricus Lucemburgicus, S. Cunegundis frater, fit Dux Bavariæ. 302. in ordinem redigitur. 303.

Henricus, cognomento Superbus, Dux Bavariæ, ac Saxoniæ, bellum gerit cum Wolfrathuſiis: dure cum deditiis agit. 468. Sueviam populatur: inſidias ſtruit Friderico Hohenſtauffio juniori in Zwifaltenſi Cœnobio: 499. a Conrado III. Rege exauthoratur: 498. recuperata Saxonia moritur. 502.

Henricus, cognomento Leo, Henrici Superbi filius, Bavariam, quam Henrico Vitrico, Auſtriæ Marchioni, matris Gertrudis poſtulatu ceſſerat, 511. a Conrado III. R. repoſcit: in Palæſtinam proficiſcitur. 543. 544. e Suevia, quo ſe receperat, Vitrico minatur: elabitur Brunſwicum in Saxoniam. 559. Bavariam iterum a Friderico I. Imp. repetit. 562. & impetrat. 565.

Henricus de Wolfratshauſen, Ep. Ratisbon. auxilia a S. Leopoldo impetrat. 467. cum Henrico Superbo, Bav. Duce paciſcitur. 468. bello appetitur ab Henrico Auſtrio, Bav. Duce. 531. in Palæſtinam proficiſcitur. 543.

Henricus de Eppenſtein, Dux Carinthiæ, in Cœnobium S. Lamberti munificus. 465. maritus prior, ut videtur, Sophiæ, Leopoldi Pulchri Auſtr. March. V. filiæ, 427. n. 465. moriens hæreditatem ſuam in Eppenſtein, & Avelanzenſi valle Leopoldo Forti, Styriæ Marchioni tranſcribit. 466. n.

Henricus de Ortenburg, Dux Carinthiæ, moritur. 466.

Henricus, Auſtriæ Marchio II. Leopoldi I. filius. Vide Ind. I.

Henricus, cognomento Jochſomirgott, Marchio Auſtriæ VIII. Dux Bavariæ, & S. Leopoldi filius. Vide Ind. I.

Heinricus Sueinfurtenſis, Bertholdi Marchionis filius. 273. Everkerum militem oculis orbat. 283. in S. Henricum Imp. inſurgit. 285. 300. captus in cuſtodiam datur. 302. moritur, ſepultus Sueinfurti. 313. n. f.

Henricus Ratisbon. Com. de Stephaningen, maritus, ut quidam volunt, Richardæ Auſtr. Leopoldi Pulchri filiæ, cum qua Ibſium, & Beſenbeugum acceperit. 428. moritur Jeroſolymis. 440. n.

Henricus, Abbas Mannſeenſis, a Taſſilone II. Duce Bavariæ Romam Orator miſſus. 143. n.

Herbirgis, Conjux Borivoji, Bohem. Ducis, filia Leopoldi Pulchri Auſtr. March. V. Vide Ind. I.

Hercinia Silva. 2.

INDEX III.

S. Hermagoras, an Laureaci Evangelium prædicarit. 33.

Hermannus Lucemburgicus, Rex German. pro Henrico IV. electus. 396. ejus victoria ad Höchſtadium: Auguſtam incaſſum obſidet. ibid.

Hermannus, Dux Alemanniæ, in S. Henricum inſurgit. 300. n.

Hermannus junior, Dux Aleman. Erneſti I. Auſtrii Duc. Aleman. filius. Vide Ind. I.

Hermannus, Dux Carinthiæ, Mariam, Leopoldi Largi March. VII. viduam, ducit uxorem. 508. n.

Hermannus, Metenſis Epiſc. Wormatienſis Conventus Decreto adverſus S. Gregorium VII. PP. reclamat. 382.

Hermannus, Paſſav. Eccleſiæ intruſus Epiſc. ſero ſapere doctus. 415.

Hermannus de Winzenburg, Landgravius Thuringiæ, maritus Eliſabethæ, S. Leopoldi filiæ. 492. n. interfectus. 512. n. c.

Hermannus Com. de Glizberg, in Saxones ſtrenue pugnat. 376.

Herolfus, alias Heroldus, Salisburg. Archi-Epiſc. ex familia Schyrenſium Comitum, Metropoli Laureacenſi ſe opponit. 246. ab Henrico I. Bav. Duce oculis orbatur. 250.

Heruli, & Rugi in Auſtria Transdanubiana. 89. Herulorum fœdi mores. ibid. crudele in ſenes officium. 90.

Hertzogenburgi Eccleſia conſtrui jubetur. 313. n. a. Hertzogenburgum in dotalibus Eliſabethæ, Ottocaro Styr. March. deſponſæ, numeratur. 424. n.

Hertzogenburgenſis Collegii Canonic. exordium in inſula Danubii, authore Udalrico I. Paſſav. Ep. conſuaſore S. Leopoldo. 456. Transfertur Ducumburgum Sæcul. XIII. ibid.

S. Hippolyti Reliquiæ in Auſtriam inferiorem deportatæ. 136. Ædes, ſeu Fanum S. Hippolyti, & Cœnobium conditur. ibid. Collegium, amotis Clericis ſæcularibus, Regularibus S. Auguſtini a B. Altmanno traditur. 414. Ex eo Regenbertus ad Paſſav. Epiſcopatum evehitur. 497.

Hucbertus, Dux Bavariæ, Theodeberti filius. 134.

Hugo de Granichberge Petronellam in Auſtria a Conrado III. R. acquirit. 515.

Hungari in Pannoniam veniunt. 209. ex ſtirpe Hunnica, jam olim in Avares, & Unuguros diſtincta. ibid. eorum per id tempus habitus corporum, & animorum. 210. Moraviam, Arnulphi Imp. permiſſu vaſtant. 213. 216. item Pannoniam, ubi Templa paſſim omnia evertunt. 220. irrumpunt in Italiam: reduces in Auſtriam ſuperiorem ſe infundunt. 220. Transmiſſo Danubio cæduntur a Leopoldo Comite. 221. Carentaniam adorti, cæduntur iterum. 225. Moraviam iterum incurrunt. 225. in Auſtriam ingreſſi, maximam ſtragem edunt. 232. Saxoniam, & Thuringiam populantur: Ludovici pueri Regis copias in Sueviæ & Bavariæ confinio cædunt; provincias aliquot ad pacem auro redimendam adigunt. 235. 236. Alemanniam, Alſatiam, Lotharingiam: ac rurſus Thuringiam, & Saxoniam infeſtant. 240. Capto ſuorum duce, inducias cum Henrico R. Aucupe in 9. annos paciſcuntur. 241. Ignominioſo Daleminciorum dono irritati, 242. Thuringiam ſimul, & Saxoniam populabundi adoriuntur: cæduntur Merſeburgi ad internecionem. 243. Novæ Hungarorum irruptiones in Bavariam, Sueviam, Galliam, Longobardiam. 244. cæduntur in Auſtria ſuperiore. 245. & in Carentania. 246. ex Italia in Bavariam irrumpunt. 250. Auguſtam Vindel. obſident. 251. cæduntur ab Ottone M. ad internecionem: 3. illorum reguli Ratisbonæ ſuſpenduntur: & ut præter Aventinum, Aloldus notat, multi terra vivi obruuntur. 253. n. Pannoniam ſuam adverſus Germanos palis, ſudibusque firmant. 273. Evangelii Præcones mittuntur ad Hungaros a Piligrino, Laureacenſi Archi-Epiſc. 256. in his S. Wolfgangus, Ratisbonenſis poſtea Ep. 257. Bruno vero Epiſcopus ab Ottone Imp. 259. Quanquam fructus labori non ſtatim reſponderet; 5. millia tamen ſacro fonte abluuntur. ibid. Aliquanto poſt tempore Auſtria iterum ab Hungaris vaſtatur. 266. ſed ii tandem Mellicio, & ultra montem Cetium rejiciuntur. 274. Hungarorum converſio ad fidem in Chriſtum ſub S. Stephano Rege. 297. Bellum cum Conrado II. Imp. ſimul natum, ſimul ſopitum. 319. 322. 323. Hungari Auſtriam aggreſſi, 330. 332. & Styriam, cæduntur ab Adalberto Marchione in Auſtria; in Styria a Godefrido. 333. Res inter Henricum III. Imp. & Hungaros. 334. 335. 338. 341. Factioſi quidam Germanos Proceres Petro R. familiares necant. 342. initis de opprimenda Religione Chriſtiana conſiliis, Clericos, Præſulesque interficiunt. 343. n. Bellum iterum in Hungaros decretum. 343. geſtumque inter Henricum III. Imp. & Andream Regem. 346. 347. 348. 349. 351. Pax inter eosdem reſtituta. 352. 353. Turbæ inter Hungaros ex diſſidio inter Andream R. & Belam exorto. 360. Hungari Bela R. Auſtriam iterum incurſant. 362. Novæ turbæ inter Salomonem, & Geyſam, Belæ filium. 373. Hungari ſub Stephano II. R. Auſtriam ſemel, iterumque infeſtant. 458.

a S. Leopoldo rejecti. 459. Turbæ inter Hungaros a Boritio. 469. 470. Hungari, Poſonium Henrici March. VIII. conſilio, a Germanis captum ſuſpicati, 532. bellum eidem movent, eumque cum clade in fugam vertunt. 536.
Hunni, Duce Rugila, Pannoniam invadunt. 86. Attila Rege in Gallias movent, cæduntur in campis Catalaunicis: 86. Italiam iterum invadunt. ibid. Attila extincto, inter ſe, & cum Bulgaris, & Gepidis colliduntur. 88. In Auſtriam, & Forum Julium irrumpentes, utrobique cæduntur. 147. Legatos ad Carolum M. Wormatiam mittunt. 148. Carolus M. ex munitionibus ſuis in Auſtria ad Cambum, & Comagenum montem, 150. ultra Arrabonem eos rejicit. 151. capto Ringo ſuo, & accepta ad Dravum, & Savum clade, 155. ultra Tibiſcum removentur. 156. Hunnorum Principes aliquot baptiſmum ſuſcipiunt. 156. 163. Hunnorum & Slavorum diſſidia componuntur. 165.
Hunnimundus, Rex Suevorum. 97. n. 99. n.
Huſonum, ſeu Eſocum piſcatus prope Tullnam in Auſtria. 275.

I.

Japodes tributum Romanis negant, ſubiguntur. 5.
Jaromirus, Bohem. Princeps a Boleslao fratre eviratus. 304. fit Dux Bohemiæ: expulſus ab Udalrico fratre, Trajectum in cuſtodiam mittitur. 304.
Jaurinum, ut opinio eſt, ſub Henrico III. Imp. expugnatum. 350.
Jazyges, ubi. 122. n.
Jejunandi conſuetudo in caſtris ante prælia 150. 251. a carne ſimul & vino, niſi diſpenſatione mitigaretur. 150. n.
Jeroſolyma a Godefrido Bullionio Saracenis erepta, novi Regni caput. 435. Jeroſolyma a Welfone Duce. 440. a Conrado III. R. & Henrico, S. Leopoldi filio pie luſtrata. 553.
Illinus, Trevir. Archi-Ep. 565.
Inguiomeres, Arminii patruus, ad Maroboduum tranſit. 30.
Joannes, Recluſus Gottwici, reformandam ibi Clericorum vitam cœleſti oſtento edocetur. 418. eosque ad amplectandum S. Benedicti inſtitutum movet. 419.
Irmingardis, Ludovicii Pii Conjux, moritur. 170.
Iſinbertus Præpoſitus Collegii Canon. S. Floriani. 458.
Iſinricus, Arbonis Marchi-Comitis filius, Mauteram urbem occupat. 217. obſeſſus ibi, captusque, ad Moravos tamen elabitur. 218. in gratiam recipitur. 226.
Itha, Conjux Leopoldi Pulchri Auſtr. March. V. Vide Ind. I.
Itha, filia Leopoldi Pulchri Auſtr. March. V. Vide Ind. I.
Judæorum cædes a Cruce-ſignatis facta. 432.
Juditha Aug. Ludovici Pii Conjux. 170. in exilium mittitur. 180. revocatur. 181.
Juditha, filia, ut opinio eſt, Erneſti Auſtr. March. IV. Vide Ind. I.
Julianus Aug. apoſtata in Auſtriam venit: in ejus militum veſtibus cruces divinitus apparent: cadit in prælio. 76.
Jutha, S. Leopoldi filia. Vide Ind. I.
Juvavii cladem prædicit S. Severinus. 108. cerei divinitus ibi accenſi. 109. 132.

K.

Kelheimium a Conrado III. Rege obſidetur. 560.

L.

S. Ladislaus, Hung. Rex, præter morem aliorum Regum, pacem cum Auſtriacis colit. 430.
Lambacenſe Cœnobium primo pro XII. Clericis, ab Arnoldo Com. Welſenſi fundatum, 358. ab Adalberone, Wirzburg. Ep. ejus filio auctum, Benedictinis traditur. 358. 405.
Lanceæ ſacræ uſus Ottoni M. in prælio. 253. n. a.
Laureacum in Norico, unde ſic dictum: Colonia Auguſta, & Municipium: ſedes Norici Ripenſis: ſtatio legionis, & claſſis. 26. Fabrica Scutaria, & caſtris navalibus inſigne. 27. Fides Chriſti ibi prædicata, incertum quibus primis authoribus. 33. 34. Martyres, Socii S. Floriani, Laureaci. 64. 65. Leges a Conſtante Aug. ibi dictatæ. 74. Munitio ſub Valentiniano I. adjecta. 77. Laureacum a S. Severino ſervatum: eo traducti, ejus conſilio, Bojodurenſes. 103. olei cadus ad ejus preces mirabiliter auctus. 109. Laureacum a barbaris deſtructum: iterum inſtauratur. 117. S. Rupertus ibi aliquamdiu moratur. 132. Exciſum ab Hunnis. 134. Ad Laureacum forum Provinciale ſub Carolo M. conſtituitur. 148. Carolus M. ipſe, cum Ludovico Pio, filio Laureaci Bellum in Hunnos religioſe auſpicatur. 150. Laureacum ſub Anaſſiburgi nomine inſtauratur. 221. 224. S. Floriani Cœnobio tranſcriptum, 225. ab Henrico I. Duce Bavariæ permutatione facta redimitur. 248.
Laureacenſis Eccleſiæ primordia ab Apoſtolicis temporibus. 33. 34. 120. n. Ejus ſedis Antiſtites: S. Maximilianus, 55.

Conſtantius. 103. 115. Theodorus, qui Pallium Archi-Epiſcopale a Symmacho PP. obtinuit. 117. 120. Vivolus, qui Paſſavium ſe recepit. 134. Laureacenſis Archi-Epiſcopatus inſtauratur ab Urolfo. 173. Limites Laureac. & Salisburg. Diœceſeon conſtituuntur. 177. Laureacenſis Metropolis inſtauratur iterum a Gerardo. 244. quibus conditionibus. 246. 247. inſtauratur tertio a Piligrino. 256.

Lecho, Bohem. Dux, a Carolo, Caroli M. filio, victus. 163.

S. Leo IX. (Tullenſis prius Epiſcopus, Bruno dictus, a Poppone, Trevir. Archi-Ep. conſecratus. 318. n.) in Auſtriam venit. 351. pacem inter Henricum III. Imp. & Andream Hung. Regem conciliare nititur. 352.

Leo, B. Bertholdi Abb. vaticinio, ex milite, & latrone Monachus. 528.

Leopoldus Marchi-Comes, 216. Zwentibaldum, a Moymaro fratre obſeſſum liberat. 218. Moravicum bellum conficere nititur. 219. Hungaros cædit. 221. ab iis occiditur. 232. 233.

Leopoldus Illuſtris, Auſtriæ Marchio I. Vide Ind. I.

Leopoldus, Adalberti Auſtr. March. III. filius. Vide Ind. I.

Leopoldus Pulcher, Auſtriæ Marchio V. Vide Ind. I.

S. Leopoldus, Auſtriæ Marchio VI. Vide Ind. I.

Leopoldus Largus, Auſtriæ Marchio VII. Dux Bav. Vide Ind. I.

Leopoldus Fortis, Marchio Styriæ, matre Eliſabetha Auſtriaca natus. 424. Ciſtercienſem Familiam, condito Runæ Cœnobio, primus in has terras introducit: Conradum I. Salisburg. Archi-Ep. exulem ſedi ſuæ reſtituit: hæres ab Henrico Eppenſteinio ſcribitur. 466.

Leuben in Auſtria, unde Tegernſeenſi Cœnobio donatio a S. Henrico II. facta. 316. n.

Leutoldus Znoymenſis, maritus Ithæ, Leopoldi Pulchri filiæ: hæreditate everſus a Boleslao Duce Bohem. & Retzii obſeſſus, vix fuga evadit. 425. Conradum relinquit filium, Moraviæ poſtea Marchionem. 426. n. b.

Leutoldus Com. de Blejen. 509.

Liburni. 4.

Licinius Aug. Carnunti. 71.

Liutewitus Sclavoniæ regulus, bello a Ludovico Pio appetitus, 171. Liudemisli Dalmatæ fraude perit. 172.

Locuſtæ Germaniam depaſcunt. 195. corruptæ peſtem invehunt. 196.

M. Lollii clades a Germanis. 7.

Longobardi a Romanis cæſi. 44. unde hoc iis nomen. 121. in Auſtriam veniunt. 121. 122. eorum Reges aliquot. ibid. Ex Auſtria, & Pannonia in Italiam migrant. 123. 124. Sedes ſuas Hunnis, amicis relinquunt. 125.

Lotharius, Dux Saxon. Regnum cum lachrymis a ſe amolitur: eligitur tamen Rex Germaniæ. 463. mors ejus. 469.

S. Lucas Evangeliſta, an Laureaci Fidem Chriſti promulgarit. 33.

S. Lucillus Presbyter, Abbas Cœnobii S. Severini. 106. 115. n. e.

Lucius Verus Aug. initio belli Marcomannici Altini extinctus. 43.

Ludovicus Pius, Imp. Caroli M. filius, enſe Ratisbonæ accinctus, cum patre in Auſtriam usque ad montem Comagenum deſcendit. 149. Succeſſor Regnorum Caroli M. declaratur. 165. Imperium adit. 168. Lotharium primo filium; mox Ludovicum Bajoariæ Regno præficit: Bernardum, Pippini fratris filium, Italiæ Regem opprimit, 169. & oculis orbat. 170. Lites inter Pannonici limitis Præfectos, & Paſſav. Epiſcopum componit. 171. Bellum cum Liudewito, Sclavoniæ principe. 171. 172. cum Ortomago Bulgaro gerit. 175. Ludovici pia liberalitas in Cœnobia ex fundis Auſtriæ. 176. a filiis impie in Monaſterium detruditur. 180. Reſtitutus Imperio, 181. adverſantem ſibi Ludovicum Germanicum, filium comprimit, ac moritur. 182.

Ludovicus Germanicus, Pii filius, in Patrem ſemel, 180. ac iterum inſurgit. 182. Idem tamen in Epiſcopos, & Cœnobitas liberalis. 179. 180. cum Lothario Imp. fratre colliſus 182. Germaniam Cis-Rhenanam ſibi aſſerit. 183. Res ejus bello Slavico, 183. & Moravico. 184. adverſus Marchiones ſibi infideles. 185. 186. cum Carolomanno filio. 186. 187. cum Ludovico juniore filio, 188. cum Carolo Calvo fratre. 196. mors ejus, & laudes. 197.

Ludovicus junior, Germanici filius, in Patrem inſurgit. 188. in gratiam recipitur. 189. Regni pars a morte patris accepta. 198. Carolomanni fratris Regnum ad ſuum adjungit. 200. moritur. 201.

Ludovicus Puer, Arnulphi Imper. ex Uta conjuge filius, 212. vivo patre Rex Germaniæ deſignatus, patri ſuccedit. 219. ejus pueritiæ præfecti. ibid. Adalbertum Com. Babenberg. capite damnat. 231. Bellum in Hungaros decernit: Laureacum venit: cladem ab Hungaris accipit. 232. bellum iterum inſtaurat: 235. victus, pacem provinciarum auro redimit: moritur, Carolingorum in Germania ultimus. 236. n.

Ludovicus VII. Rex Galliæ in Saracenos movet. 551. ejus cum Conrado III. Germ. Re-

Rege congreſſus.' ibid. Damaſcum incaſſum obſidet. 553. 554.
Lues in Norico. 152. n. lues pecorum. 338.
Luidolfus, Ottonis M. filius, in Patrem inſurgit. 248. a prælio abſterretur per S. Udalricum, & Hartwertum Curienſem Ep. veniam orat, ac impetrat. 250.
Luitburga, Deſiderii Longobard. R. filia, marito Taſſiloni cauſa perfidiæ, ac pœnæ. 144. in Monaſterium cum liberis detruditur. 145.

M.

MAgiſter equitum: Magiſter peditum in præſenti, quid. 73. n.
Mamertinus, Tribunus Favianæ, poſtea Epiſcopus. 95.
Manſeenſis Cœnobii exordium ſub Utilone Duce. 135. Abbas I. Opportunus. 136. Donationes Cœnobio factæ. 136. n. Balderico, Ratisbon. Ep. confertur. 179.
Manuel Comnenus, Græcorum Imp. Latinis infeſtus. 547. 548. Conradum III. Imp. amiſſo exercitu redeuntem benigne excipit, & Jeroſolymam transferri curat. 553. ex Theſſalia honorifice in Germaniam dimittit. 555.
Marcha Bojariæ. 280.
Marcha Theoterii. 180.
Marcianus, Presbyter, & Abbas Monaſterii S. Severini. 116. n.
Marcomanni adverſus Jul. Cæſarem in Gallia pugnant: a Druſo poſtea cæſi. 8. in Bohemiam migrant. 9. & Auſtriæ Trans-Danubianæ partem occupant. 10. Eorum religio, mores, victus, veſtitusque ratio Germanis ceteris conſimilis. 11. 12. 15. Marcomanni alii inter Marum, Cuſumque fl. collocati: alii a Vibilio oppreſſi. 32. Romanos ſub Domitiano cædunt. 37. Res cum M. Aur. Antonino, & alternæ clades. 42. 43. 45. Marcomanni fulminibus ad preces Chriſtianorum territi, enectique. 46. a Danubio aliquantum remoti. 47. Pax a M. Aur. Anton. & Aur. Commodo iis data. 49. in Italiam ſe infundunt, & rejiciuntur. 57. Aliqua eorum pars cum Attalo R. in Pannonia ſuperiore ſedes accipit. 56. Lux Evangelii ſub Fritigilde Regina iis allata. 80.
S. Marcus an Laureaci fidem Chriſti prædicarit. 33.
Maria, Leopoldi Largi Conjux, nurus S. Leopoldi. Vide Ind. I.
Maroboduus fit Rex Marcomannorum. 8. eosque in Bohemiam, & Auſtriam Trans-Danubianam deducit. 10. varios ſibi populos ſubjicit. 10. bello appetitur a Romanis. 20. 21. ejus vires, artesque bellicæ. 21. pacem cum iis ſancit. 22. Quintilii Vari caput, ab Arminio miſſum, accipit. 30. Cum Arminio colliſus, fugit, oratque auxilia a Romanis; ſed non impetrat. 31. a Catualda Regno pulſus, fugit in Noricum: 31. Ravennam Tiberii Aug. voluntate tranſit, ibique conſeneſcit. 32.
Marquardus de Schleinz. Nob. Auſtr. 379.
Martia, M. Aur. Commodi pellex, Chriſtianis amica. 50.
Maximianus Herculeus Aug. 60. privignam ſuam Conſtantio Chloro dat conjugem. 61. Carnuntum venit. 71.
S. Maximilianus M. Celejæ natus in Styria: 54. ab Oranio Presbytero inſtitutus, in Laureacenſi Eulaſia ad Pontificatum evehitur: a Sixto II. Rom. Pontifice ordinatur. 54. Celejam in patriam profectus, pro fide Chriſti teſtimonium dicit ſuo ſanguine, ſub Eulaſio Præſide capite truncatus. 59. Sancti Corpus Oetingam prius, poſtea Paſſavium translatum. 59.
Maximinus Thrax Aug. victos Rom. cives per Noricum Sirmium mittit. 53.
Maximus Noricenſis, S. Severini Diſcipul. urſo viæ duce, iter facit. 109.
Meginfredus, Caroli M. cubicularius, & dux adverſus Hunnos. 149.
Megingaudus Trevir. Archi-Ep. 287.
Megingaudus, Aichſtet. Epiſc. qui S. Colomannum M. terræ mandaſſe legitur. 308.
Megingotus, Wilhelmi Marchionis, ut videtur, filius, in Arrabone perit. 205.
Meginhelmus, Comes in Auſtria inferiori, erga Tegernſeenſe Cœnobium admodum beneficus. 281. n.
Meinhardus, Pſeudo-Epiſcopus Wirzburgi intruſus. 409.
Mellicium Hungaris ereptum. 274. converſum aliqua ſui parte in Collegium Canonic. ſæcularium. 275. ſedes Marchionum. 278. 307. n. Salomon, Andreæ R. Hungar. filius, ſecuritatis ergo Mellicium cum Matre mittitur. 361. Erneſtus Marchio IV. prædium Wickendorff Mellicenſibus donat. 378. Mutatur in Cœnobium Ordin. S. Benedicti. 405. 406. eximitur a jurisdictione Epiſcopi. 455. S. Leopoldus, a cujus Majoribus conditum eſt, 380. ejusque in Auſtria ſucceſſores Principes *Advocati* conſtituuntur. 455. Baſilica ejus ab Udalrico I. Paſſav. Ep. conſecratur: Cœnobium ipſum ampliſſima dote a S. Leopoldo augetur. 457. Ejus jura a miniſterialibus Henrici Marchionis, filii S. Leopoldi; ab Ulrico Berenkirchio, & Reginmaro Paſſav. Epiſc. impetuntur, & vindicantur. 474.
Michael, Ratisbon. Ep. in prælio adverſus Hungaros mirabiliter ſervatus. 257.
Miniſterialium in Auſtria prima mentio. 379.

Miſſi Dominici ſub Carolo M. 184.
Moravia vaſtatur ab Hungaris. 213. olim protenſa per ſuperiorem Hungariam. 216. a Bohemis, & Bojariis direpta. 220. n.
Moravi, alias Marahenſes, a Leopoldo Comite victi. 217. Archi-Epiſcopum Joannem, cum duobus Epp. Benedicto & Daniele a Rom. Pontifice impetrant. 222. eorum querelæ, & criminationes in Bajoarios, ab his refutantur, & in Moravos retorquentur. 223. Moravi pacem per Legatos orant. 225.
Moymarus ſenior, Dux Moravorum, Privinam Moravia ejicit. 178.
Moymarus junior, Zwentibaldi I. Ducis Morav. filius. 216. cum Zwentibaldo II. fratre diſcors. 217. fratrem obſidet. 218. criminatur apud Rom. Pontificem Bajoarios: Archi-Epiſcopum genti ſuæ poſtulat. 222. ejus calumniis reſpondent Hatto Mogunt. & Bajoariæ Epp. 223.
Municipium Rom. quid, & qua re a Colonia differat: quibus legibus & magiſtratibus ſit uſum. 28. n.
Münchdorff, Mönchdorff, Cœnobio S. Crucis donatum. 558.
Mutheim, inſula, Gottwicenſi Cœnobio data. 449. n.

N.

NAiſſum, hodie Niſſa in Servia. 99.
Narſes, a Sophia Aug. offenſus, Longobardos in Italiam vocat. 124. n.
Neuburgenſis Canonicorum Collegii exordia. Eccleſia erigi eo loco a S. Leopoldo cœpta, ubi repertum conjugis Agnetis flammeolum, tamdiu illæſum. 457. Præpoſitus loco, Otto, S. Leopoldi filius, cum ejus Vicario Opoldo. 461. Otto Reliquias SS. Pariſiis affert, loci Baſilicæ inferendas. ibid. Canonicis Sæcularibus, Regulares S. Auguſtini ſubſtituuntur, Præpoſito B. Hartmanno, Brixinenſi poſtea Epiſcopo. 471. Clauſtro-Neoburgum in fidem Roman. Pontificis, ac tutelam ſuſcipitur. 472. abſoluto ædificio, Fundationis literis a S. Leopoldo ad perpetuitatem firmatur. 477. & ejus S. Corpore, Conjugisque Agnetis ibi condito honoratur. 487. 494.
S. Nicolai Collegium Canonicorum prope Paſſavium a B. Altmanno abſolvitur. 387. conſtituto prædiorum ejus, & fundorum per Auſtriam Patrono Leopoldo Pulchro Marchione: a S. Leopoldo, ejus filio, Schwarzacenſi prædio, & vineis ad Ibſeburg donatur. 465. n.
Nobiles Sæc. XI. cognomen a caſtris ſuis ad nomen adſcribere incipiunt. 379.
Noradinus, Sanguini Soldani filius, Edeſſam capit proditione civium. 549. Conradi III. R. exercitum, in inſidias pertractum, magna clade afficit. 550.
Norici populi Iſtriam incurſant. 6. in poteſtatem Romanorum veniunt. 7. 8. n.
Norici limes. 1. 2. n. 8. n. Noricum olim Regnum ſub Vocione R. 2. a Romanis ſubactum. 6. 7. 8. an contra Romanos rebellaverit. 22. Noricum Imperat. ipſi per Procuratores, & Præſides regebant. 28. ejus regendi forma ſub Romanis. 28. 29. Bello Vitelliano partes Salvii Othonis tenuit: inde ad Veſpaſianum tranſit. 35. Norici juventus Rom. militiæ adjungitur. 36. Norici Procuratores & Præſides: Petronius Urbicus, Tib. Jul. Candidus, T. Priſernius, Pætus Memmius, Baſſæus Rufus, Polemius Sebennus. 50. 51. Eulaſius. 58. Aquilinus. 64. Noricum ſub Diocletiano in Noricum Ripenſe, & Mediterraneum dividitur. 38. 60. Noricum ſub Galerio Maximiano SS. Martyrum ferax. 64. ſub Licinio, deinde ſub Conſtantino M. 71. Noricum ſub Præfecto Prætorii primum Illyrici; poſtea Italiæ. 73. Sub quo Præſes Norici Ripenſis Officium habebat, quod conſtabat Principe Officii, Corniculario, Commentarienſi, Tabulariis. 73. Noricum ſub Conſtante Aug. 74. ſub Conſtantio ejus fratre, qui Arianam peſtem in Noricum invexit. 75. Noricum ſub Theodoſio M. 80. ſub Honorio a Scythis Radagaiſo Duce. 82. a Gothis Alarico Rege, qui ſibi Noricum poſtulabat, vexatum. 83. 84. Servatum a Generido Romano Præſide. 85. ſub Valentiniano II. & III. Augg. ab Hunnis, Alemannisque incurſatur. 86. 97. Norici Ripenſis ſtatus ſub tempora S. Severini. 116. an Theodorico Italiæ Regi paruerit. 117. inſeſſum a Longobardis 121. Hunnis traditum. 125. Hunnis a Carolo M. ereptum. 151. ab Hungaris iterum magna ſui parte oppreſſum. 234. iidem Norico exacti ſub Leopoldo I. Auſtriæ Marchione. 274.
Noricum urbs, quid rei. 121.
Normannorum in Germaniam irruptio. 201.

O.

OCtavianus Cæſar Pannoniam primus aggreditur. 5. Metulum urbem obſidet: ejus periculum. 5. n.
Odoacer, Herulorum Rex in Italiam tranſit, ſalutato Favianæ S. Severino. 99. a quo Regnum Italiæ illi prædicitur. 100. Ejecto Auguſtulo, Italiam ſibi vendicat. 100. Rugos in Auſtria opprimit: Feletheum R. captivum abducit: Romanos ex Norico in Italiam traducit. 112. Theodoricum Goth. Regem adverſarium nactus,

ætus, vincitur, & Veronæ ſe includit. 113. expletur S. Severini de eo oraculum, partito Italiæ dominatu occiditur. 114.

Odoacrus, ſeu Audacrus, Dux adverſus Hunnos. 147.

Omunteſpergæ in Pannonia conventus Arnulphi R. cum Zwentibaldo. 212.

Opoldus, Eccleſiæ Neuburgenſis Vicarius pro Ottone, S. Leopoldi filio, Præpoſitus. 461.

Oppius Sabinus a Decebalo cæſus. 36.

Opportunus, Mannſeenſis Abbas I. 135. n.

Oreſtes, Protector Cæſareanus. 100. n.

Orthulphus Com. de Hochenwart in Palæſtinam peregrinatur. 365.

Ortilo, quis fuerit. 270. n.

Ortliebus, Baſilienſis Ep. 565.

Ortomagus, Bulgar. Dux in Pannoniam irruit. 175.

Oſtentum Arnolfo Vohburgico in Pannoniæ aditu objectum. 326.

Oſtrogothi in Pannonia. 89. Noricum mediterraneum invadunt. 97. Suevos ad lacum Pelſodis cædunt: eorum terras populantur. 97. ex Pannonia digrediuntur. 99.

S. Othmari Ædes Puppingæ. 293. Sancti hujus Vaticinium S. Wolfgango factum. ibid.

Otkarius Com. Reliquias S. Hippolyti in Auſtriam inferiorem defert. 136.

Otto M. fit Rex Germaniæ. 243. Eberhardo ejecto, Bertholfum ejus patruum Bavaris Ducem dat: 245. eo defuncto, Henricum fratrem ſuum. 248. Ottonis M. res cum Luidolpho filio, & ejus fœderatis. 248. Hungaros ab iis evocatos ad internecionem delet. 253. S. Wolfgangum ad Ratisbon. Epiſcopatum promovet. 258. moritur. 260.

Otto II. Imp. 61. turbata Imperii ejus initia: Henricum II. Bavar. Ducum in cuſtodiam dat. 61. elapſum, obſeſſumque Trajectum in exilium mittit. 262. Piligrinum Laureac. & S. Wolfgangum Ratisbon. Ep. beneficiis auget. 263. Bellum in Gallia, 263. & in Apulia geſtum. 265. victus a Græcis, captusque elabitur. 265. renunciato ſucceſſore filio Ottone III. Romæ moritur. 265.

Otto III. puer admodum Imperator acclamatur. 265. Warino Colon. Archi-Ep. & Tutori ab Henrico II. Bavariæ Duce eripitur. 266. moritur. 299.

Otto, Dux Saxon. Henrici Aucupis pater, oblatum ſibi Regnum recuſat. 236.

Otto, Luidolphi filius, nepos Ottonis M. Dux Sueviæ, Henrico II. Duci Bavariæ exuli ſufficitur. 262.

Otto, Carinthiæ Dux, cum Erneſto, Leopoldi Marchionis filio in Italiam miſſus. 299.

Otto Dux Alemanniæ. 345.

Otto Northemius, Dux Bavariæ, 363. Tutor Henrici IV. R. 364. ab eo per calumniam dignitate motus. 368.

Otto, Ratisbon. Ep. in Palæſtinam movet. 365. in Leopoldum Pulchrum Auſtriæ Marchionem V. cum Bohemis fœderatus. 397. & Henrici IV. partibus addictus. 401.

Otto, Friſing. Ep. S. Leopoldi Auſtr. filius. Vide Ind. I.

Otto de Witelſpach, Com. Palatinus Bavariæ, Leopoldo Auſtrio, Bavariæ Duci, turbas ciet Ratisbonæ. 506. Advocati Eccleſiarum munere, dato obſide filio, abdicare ſe cogitur. 560.

Otto & Conradus Comites Dachavii & Phalejæ Leopoldo Auſtrio, Bavar. Duci, ſe opponunt. 503.

Otto, Præpoſitus Gottwici. 405.

Otto, minoris Eccleſiæ Neuburgi Præpoſitus. 457.

Otto de Machland, Fundator Paumbgartenberg. & Erlahenſis Cœnobii. 509. 514.

Otto de Mazaut, Miniſterialis Henrici Marchionis, filii S. Leopoldi. 475.

Ottocarus III. Marchio Styr. initium quoddam Garſtenſi poſtea Cœnobio dat. 402.

Ottocarus IV. Marchio Styrenſis Fundator Garſtenſis Cœnobii Eliſabethæ Auſtr. filiæ Leopoldi Pulchri maritus. 446. Clericos exeſſe Garſtena jubet, & Ordinem S. Benedicti ibidem introducit, Vaſallis Clericis ad idem inſtitutum adactis. 447. 448.

P.

PAnnoniæ antiquæ ſtatus. 3. 19. urbes Pannoniæ ante adventum Romanorum. 20. in ſuperiorem, & inferiorem diviſa. 38. a Germanis vaſtatur. 52. a Quadis, & Sarmatis. 56. Pannoniæ Præfecti Valerius Meſſalinus. 29. Ælius Verus, Septimius Severus poſtea Imp. 50. Dio Caſſius. 19. Amantius. 69. Vites in Pannonia excoli permiſſæ a Probo Imp. 58. Pannonia Savia, & Pannonia Valeria diſtinctæ. 60. 61. Carpi in Pannoniam traducti. 61. Pannoniarum vices ſub Hunnis, 87. 88. Gothis, 89. Langobardis. 121. Hunni eo redeunt. 125. Pannonia ſuperior a Carolo M. occupatur. 151. Hungarorum in eam adventus. 210.

Pannonii qui, & unde dicti. 19. diſtincti a Pœonibus: eorum mores, indoles, vitæ ratio. 19. a Romanis ſubacti. 6. 7. 22.

Paſſavienſis Eccleſiæ Epiſcopi: Vivolus. 134. Baldericus. 157. 162. Urolphus, Hatto. 162. Reginherus. 171. 172. 180.

Richarius. 225. Burchardus. 232. Gerhardus. 244. Adalbertus. 248. Piligrinus. 256. 260. 262. n. 263. n. 276. 282. Chriſtianus. 282. 302. Berngerus, ſeu Benno. 312. 316. 318. 328. Engelbertus. 346. 355. B. Altmannus. 366. &c. Udalricus I. 418. 456. Regimarus. 471. 474. Reginbertus. 497.

Paulinus, Noricus, Tiburniæ Epiſcopus abſens electus. 116.

Paumgartenbergenſe Cœnobium ab Otzone de Machland erectum: Ciſtercienſibus ex S. Cruce eo deductis traditur. 514. n.

Pechlariæ, olim Arelape, Lex a Valentiniano I. ſcripta. 77.

Peregrinus, Aquilejenſis Patriarcha. 565. n.

Perhardus ad S. Florianum ſua legat. 225.

Perngerus Comes. 434.

Petovium in Norico. 88. captum a Maximo tyranno. 80. Hungarorum clade notum. 333. n.

Petronella, Auſtriæ oppidum. 41. 514. 539. n.

Petrus, Rex Hungariæ. 329. ejus ortus. 331. inviſus Hungaris, in Giſelam Reginam injurius. 329. Auſtriam populatur. 330. fugit ad Adalbertum Marchionem Auſtriæ, affinem ſuum: a quo Henrico III. Regi Germ. commendatus, 331. ſolio reſtituitur. 339. 342. ad ingenium reverſus oculis orbatur, & moritur. 342.

Pientius turbat clamore ſuo vim mirificam S. Severini. 109.

Pierius Comes Romanos ex Norico in Italiam traducit. 113.

Piligrinus, Laureac. Archi-Epiſc. jura ſibi confirmari per Auſtriam poſtulat. 256. Fridericum Salisburg. Archi-Epiſcopum nactus æmulum. ibid. ad 5000. hominum in Pannonia ſacro fonte per ſuos tingit. 259. S. Wolfgangum, Apoſtolici operis adjutorem, Cæſari commendat. 257. Pallium a Benedicto VII. PP. obtinet. 260. n.

Pipara Salonina, Attali Marcomannorum Regis filia, Gallieni Aug. conjux. 56.

Pippinus Rex Taſſilonem ſibi ſuſpectum habet: moritur. 138.

Pippinus, Caroli M. filius, copias ex Italia adverſus Hunnos ducit, cumque iis proſpere pugnat. 149. Hunnos, capta illorum regia ultra Tibiſcum removet. 156. in partitione Regnorum præter Italiam, Burgundiam & Alemanniam, Bajoaria, Noricum, Pannonia illi addicitur: ejus mors. 164.

S. Pirminii opera in condendis Cœnobiis. 135.

Pluvia ſalutaris M. Aur. Antonino precibus Chriſtianorum militum impetrata. 45.

Polheimius Gumpoldus ex Optim. Auſtr. in Palæſtinam proficiſcitur. 543.

Pollenii Seveni, Norico Præfecti, caſtigata ſævitia. 51.

Pompejanus Dux adverſus Marcomannos. 43.

Pons navalis in uſus belli Hunnici. 154.

Poppo, Trevir. Archi-Epiſc. S. Leopoldi filius. Vide Ind. I.

Portius Septimius Rhætiæ oppoſitus. 36.

Poſonium a Germanis, duce Rapoldo, captum. 532. pretio ab Hungaris redemptum. 533.

Præfectus Prætorio, quid. 72. quatuor ſub Conſtantino M. 72.

Præfectus Claſſis Arlapenſis & Maginenſis. 73. Præfectus claſſis Hiſtricæ Carnunti, ac poſtea Vindomanæ. ibid. Præfectus claſſis Lauriacenſis. 73. n.

Præfectus Legionis X. Vindomanæ. Præfectus Legion. XIV. Geminæ. Carnunti. Præfectus Legionis II. Lauriaci. Præfectus Leg. Italicæ partis inferioris Lentiæ. 73. n.

Præſides Norici Prætorio jure uſi: eorum comitatus & officium. 29.

Praga ab Henrico Aucupe R. capta. 241.

Primutus, Norici Comes. 88.

Priſca, Conjux Diocletiani Aug. incertum an Chriſtiana, idolis immolare juſſa. 64.

Privina, Moravus, Treiſmæ baptizatus. 178. Profugus ad Ratimarum, & Salachonem Com. ibid. Caſtrum Mosburg condit. 179.

Procula, Favianæ dives vidua a S. Severino reprehenſa. 94.

Procurator Provinciæ, idem ac Præſes. 29.

Procuratores Silvæ in Auſtria. 509.

Publius Silius Pannonios domat. 6.

Pugna Roman. cum Marcomannis in glacie Danubii. 45.

Pulſzi, Hungarorum regulus, Ratisbonæ ſuſpenſus. 253. n.

Putina, urbs olim famoſa adverſus Hungaros. 407.

Q.

QUadi in Moravia, & Auſtria Transdanubiana. 10. unde iis nomen. 15. intra Marum, & Cuſum fl. collocati. 32. pacem ab Aur. Antonino poſcunt, & impetrant, quibus legibus. 47. fugam ad Semnones parant, ſed impediti. 48. bellum inſtaurant, & vincuntur. 48. Pax cum Aur. Commodo, quas in leges. 49. Pannoniæ, 57. & Norico infeſti ſunt. 77. 78.

Quintanis (Küntzen) metas Danubio figit S. Severinus. 109.

Quintilius Cardianus. 48.

Quintilius Maximus. 48.

Quintilius Varus cæditur: ejus caput Maroboduo mittitur. 30.

INDEX III.

S. Quirinus, Siſcienſis Ep. M. 68. vinctus Carnuntum, vel Vindobonam mittitur: ubi inter hoſpitales epulas catenæ illi ultro decidunt: Sabariam miſſus, Sibari fl. mergitur: 69. aquæ diu una cum molari ſaxo vivus ſupernatat. 70.

R.

RAdagaiſus irrumpit in Italiam. 81. captus cæditur. 82.
Rapoldus Poſonium occupat. 532. capitur. 537. n.
Raſtices, Dux Moravorum Auſtriam populatur. 184. in Regem inſurgit. 190. fugatur a Carolomanno. 191. a Zwentibaldo capitur: oculis orbatur. 193. Raſticis urbs antiqua. 193.
Ratbodus, Pannonici limitis Præfectus. 152. 153. Privinam, Moravum, Treiſmæ baptiſmo tingi curat. 178. ob perfidiam exauthoratur. 185.
Rathfredus, Favianenſis Epiſcopus. 180.
Ratimarus, Dux Sclavorum ad Dravum. 178.
Ratisbonenſes in Leopoldum Auſtrium, Bavariæ Ducem inſurgunt. 506. mulctati graviter ad officium revocantur. 506.
Regenbertus de Hagenau, olim Canonicus ad S. Hippolyti, poſt Epiſc. Paſſav. 497. in communi clade Cruceſignatorum perit. 551.
Regenbertus, Seittenſtetenſis Cœnobii alter fundator, cum conjuge, & filia Monaſticum ibi habitum induit. 451. n.
Regerendarius, quid. 73. n.
Regila Com. mater Adalberonis Wirzburg. Ep. 406.
Reginherus Paſſav. Ep. jura ſua recuperat. 173. Kirchbacho donatur. 180.
Reginmarus Paſſav. Epiſc. decimas alias ſibi vendicat; alias Neuburgenſibus donat. 474.
Reginwaldus, ex ſorore S. Udalrici natus, adverſus Hungaros cadit. 254.
Reinoldus, Dux Burgundiæ Palæſtinam petit. 440.
Religio per Auſtriam tempore S. Severini. 115. 116.
Rhætia a Romanis ſubacta. 7.
Rheni, Danubiique conjunctio fruſtra tentata. 154.
Richarda, ſeu Richeza, Conjux Leopoldi Auſtr. March. I. Vide Ind. I.
Richarda, filia Leopoldi Pulchri Auſtriæ March. V. Vide Ind. I.
Richardis, Virgo, Reinberti de Hagenau filia. 451. 497. n.
Richarius, Paſſav. Ep. in Hungaros feliciter pugnat. 221. Anaſſiburgum Cellæ S. Floriani impetrat: mittitur ad Moravos Regi ſacramento adigendos. 225.
Richerus de Seebach. 509.
Richlindis Com. ruina Beſenbeugi oppreſſa. 341.
Ringus Hunnorum capitur. 156. 157. n.
Robertus Wirzburg. Ep. 442. ab Henrico IV. ejectus. 443. n.
Rodburga, venefica e patibulo ſuſpenſa. 219.
Romanorum primus in Pannoniam, & Noricum adventus. 5. 7. 8. in Trans-danubiana Auſtria ad terrorem locati. 47. in Norico ad ſummam paucitatem redacti. 99. ex Norico revocantur. 113.
Romanus, Gurcenſis Ep. 471.
Romulus Auguſtulus ab Odoacro R. cedere Italia coactus. 100.
Romulus Comes in Norico. 88.
Rudigerus de Pechlarn, Auſtriæ Marchio, quo tempore. 233. 234. 255. laus ejus a virtute militari. 234.
Rudolphus, Dux Sueviæ, adverſus Henricum IV. Rex electus. 390. Wirzburgum incaſſum obſidet, Alemannis, & Franconibus ei adverſantibus. 392. anceps cum Henrico IV. prælium ad Struvam fl. 393. felicius ad Elſtram, niſi quod ex vulnere extinctus ſit. 395.
Rudolphus de Perge ex Optim. Auſtr. 379.
Rugi, qui & quales 90. unde in Auſtriam delati. 91.
Rugilandia, in Auſtria ulteriori. 112. 113. 117. 122. n.
S. Rupertus in Bajoariam venit. 132. ad fines Pannoniæ inferioris deſcendit. 132. n. Laureacum redit: ibid. ſtructa ad lacum Walarium S. Petri Æde, Salisburg. Epiſcopatui initium dat. 133.

S.

SAbaria in Pannonia. 69. 79.
Sacella S. Petri, Pancratii, & Ruperti Favianæ. 539. n.
Sacrificium ſuperſtitioſum ex Leonibus in Danubium miſſis. 44.
Salomon Rex Hung. Sponſus Sophiæ, Henrici III. Imp. filiæ. 260. Mellicium profugus. 360. a S. Gregorio VII. PP. reprehenſus. 374.
Salaſſi Romanis tributarii & rebelles. 4. 5. a Val. Meſſala victi. 6.
Salisburgenſis Diœceſis limites in Pannonia. 157. 158. n.
Salisburgenſ. Epiſcopatus exordium a S. Ruperto. 133. fit Archi-Epiſcopatus. 157. 158.
Samo Rex Vinidorum 127. offenſus a Francis: victus, victorque colonias Slavicas in Auſtriam ſuperiorem mittit. 128. magnis incommodis Francos afficit. 129.
Sanguinus, Soldanus, Ithæ Auſtriacæ perperam tributus filius. 439. Edeſſam capit

pit cum immani ſtrage civium. 549. moritur. 549.
Sarola, aliis Giſela, Geiſæ Hung. Ducis filia, Wilhelmo Burgundico nupta, & mater Petri Regis. 331.
Saroltha, Geiſæ Conjux, aliis Beleknegini, maritum Chriſtianis conciliat: militari alias indole femina. 258.
Saxones pacem accipiunt a Carolo M. quibus conditionibus. 161. a Moravis turpiter cæſi. 193. ab Henrico IV. offenſi. 374. ancipiti pugna victi. 375. a Conrado III. reconciliati. 512.
Sciri. 91.
Sclagamarus Presbyter a Moravis ad Principatum adactus. 192.
Scordiſci 4. Pannonias debellant pro Romanis. 7.
Scotenſis Cœnobii Viennæ exordium, Scotis S. Benedicti Sodalibus Ratisbona excitis. 565.
Seittenſtetenſis Cœnobii Origo ab Udiſcalco de Stille, & Reginberto de Hagenau. 451. Locus primo in augia S. Viti Canonicis Sæcularibus; poſtea D. Benedicti Sodalibus in Seittenſteten datus: ibid. donatur Tulbingenſi, & Grünenpachenſi prædio: Fundatores ipſi cum ſorore & filia DEO ſe ibi conſecrant: Templum conſecratur ab Udalrico I. Paſſav. Epiſc. Udiſcalci fratre uterino: additur ad dotem Parochia Aſpachii, & Eccleſiæ in Allertsberg, Biberbach, Chrenſtetten, cum decimis in utraque Ibſæ fl. ripa: dotem auxerunt Wichmannus, Magdeburg. Archi-Ep. Reinbertus Paſſav. Ep. & Helena, Udiſcalci ſoror. 452. Leopoldus, primus loci Abbas, Gottwico accitus. ibid.
Septimius Severus, Carnunti in Auſtria Imperator acclamatur. 51.
Servatus Dux Rhætiæ. 117.
S. Severinus, Noricorum Apoſtolus, in Auſtriam venit. 91. Auſturi, Comagenis, Favianæ, Laureaci, Bojoduri degit. 92. Auſturis cladem prædicit. 92. Comagenas divinitus conſervat. 93. Favianam invitatus 94. Proculæ viduæ avaritiam reprehendit, famem depellit. 95. Burgum, & ad Vineas precandi cauſa ſecedit. 96. Favianæ Monaſterium, majus ceteris, condit. 96. Flaccitheum, Regem Rugorum, periculi ſecurum a Gothis præſtat. 97. arcanas prædonum inſidias detegit. 98. Odoacro Regnum Italiæ, adjecto annorum certo numero, prædicit. 100. Giſam, Favæ, ſeu Felethei Regis conjugem, injecto divinitus terrore, corrigit. 101. Bojodurenſes in Alemannos pugnantes ſervat. 102. Laureacum deducit: quam urbem ipſam ſuis meritis indemnem præſtat. 103. Feletheum R. a conſilio abducendi Laureacenſes avocat: 105. Favianam ſe ipſe recipit: diem ſibi ſupremum prædicit. 105. 106. Suprema ejus ad Feletheum R. ejusque Conjugem, & fratrem monita, ac Vaticinia. 106. 107. Sancta ejus mors. 107. Sanctitatis fama. 108. Vaticinia 108. Prodigia Laureaci, Quintanis, Cucullis, Juvavi patrata: oleum divinitus auget: candelas ſine igne accendit: Danubio metas figit: locuſtas, & rubiginem a ſatis arcet: Silvinum, Presbyterum, ad vitam revocat, & volenti mortem donat 109. Silveſtrem urſum ad viam Maximo Noricenſi monſtrandam evocat. 109. Ejus in morbos, ac dæmones imperium. 110. Vitæ aſperitas, humilitas, & charitas. 111. Corpus ſancti, tabis expers, in Italiam deportatum. 113.
Sextilius Felix. 36.
Sicharius, Legatus Francorum ad Samonem Slavum. 128.
Sicko, Albertum Skivam, Trevirenſibus infeſtum, aſtu opprimit. 289.
Sigefridus, Mogunt. Archi-Ep. in Palæſtinam movet. 365.
Sigefridus Marchio, ex Com. de Blejen, agrum inter Fiſcham, Leythamque ab Henrico III. accipit. 342.
Sighardus, Patriarcha Aquilejenſis, ex Com. de Blejen, fundos quosdam in Auſtria B. Altmanno, Paſſav. Ep. vendit. 367.
Sighardus Com. de Scala, captus ſub Henrico IV. & occiſus. 515.
Sighardus Com. de Scalah, maritus poſterior Sophiæ Auſtr. Leopoldi Pulchri filiæ. 427. Cœnobio S. Petri Salisburgi donationem facit ad Alſam fluviolum prope Dornberg. 473. moritur. 515.
Sigoveſus, Celtarum & Bojorum Dux in Bojohæmiam. 2.
Sirmium, prima Pannoniæ ab Ortu civitas. 20. n.
Siſcia, ab Octaviano Cæſare capta, Romanos arce expellit, & rurſum capitur. 6. S. Quirino loci Epiſc. & M. glorioſa. 68. capta a Maximo tyranno. 80.
Sobieslaus, Dux Bohemiæ, ſocer Leopoldi Largi, S. Leopoldi filii. 497.
Sontius fl. pugna inter Odoacrum, & Theodoricum Reges clarus. 113.
Sophia, Henrici III. Imp. filia, Salomonis, Hung. Regis Conjux. 360.
Sophia, filia Leopoldi Pulchri March. Auſtr. V. Vide Ind. I.
Speculunenſis Epiſcopatus Laureacenſi Metropoli ſubjectus. 162.
Steinenkirchium in Auſtriam deducta a S. Wolfgango colonia. 264.
S. Stephanus, Rex Hungar. I. 297. a quo baptizatus. ibid. n. c. pro fide Chriſti ſtre-

ſtrenue certat. 298. Conjux ejus, ſoror S. Henrici Imp. 298. coronam Regiam a Silveſtro II. PP. cum Apoſtolici titulo, juribusque ſingularibus accipit. 298. Epiſcopatus X. cum Strigonienſi Metropoli erigit. ibid. Eximia ejus in peregrinos benignitas. 319. Wernherum tamen, Argentin. Ep. Conradi II. Imp. Conſtantinopolim Legatum, tranſitu Hungariæ prohibet. 320. in Auſtriam copias immittit, qua de cauſa. 321. S. Colomanni Corpus pia importunitate obtinet, ſed brevi in Auſtriam remittit. ibid. Intentati a Conrado II. Imp. belli periculum repente diſcuſſum. 322. 323. S. Emericum filium ante ſe in cœlum præmittit. 324. moritur. 328.

Stiliconis fraudes, mors. 83.

Sturmio Abbas Fuld. Caduceator Caroli M. ad Taſſilonem Bav. Ducem. 139.

Styria, a Comitibus de Styra nomen trahit. 359. Marchiones Styriæ Ottocarus III. 402. Ottocarus IV. 440. Leopoldus Fortis. 466. Ottocarus V. 565. n.

Styri cum Auſtriacis bello colliſi. 531.

Suanehildis, neptis Utilonis Bavariæ Ducis. 134.

Suanehildis, Conjux Erneſti Auſtr. March. IV. Vide Ind. I.

Suevi Semnones. 10. Suevi in Pannoniam penetrant, vincuntur a Gothis. 97.

SS. Syrus, & Eventius, an Laureaci Legem Chriſti annunciarint. 33.

T.

TAgmoni, familiari ſuo S. Wolfgangus Epiſcopatum vaticinatur. 294.

Tarrunius Paternus Quados, & Marcomannos cædit. 48.

Taſſilo I. Dux Bavariæ Slavos vincit. 126. n.

Taſſilo II. naſcitur. 135. fit Dux Bavariæ. 138. Paſſavium ædificiis auget. 140. a Francis averſus, ad officium revocatur ſemel iterumque. 139. 141. a Roman. Pontifice abſterritus. 142. Defectionem tertio parat, iterum abſterretur. 143. fidem rurſus violat: accuſatur ab ipſis etiam Bojis, & condemnatur. 144. exauthoratus, miſeratione propinqui ſanguinis, in Monaſterium detruditur. 145. ſepultura. 146. Liberi Theodo & Theodebertus. 144. 146. n.

Tato, Rex Longobardorum, eos in campos patentes (Affelden) deducit. 122.

Tauriſci, ubi. 4. a Dacis deleti. 4. 5. alii tributa negant Romanis. 4. 5. gens erant Celtica. 18.

Tegernſeenſe Cœnobium prædiis in Auſtria donatur. 316.

Teraſſa, arx Adalberti Com. Babenberg. 229. in Cœnobium verſa. 231. n.

Teſſera militaris in prælio contra Hungaros: Κύριε. 242.

Thaculfus, Dux Sorabici limitis. 184. n.

Theobaldus, S. Udalrici frater, eum ab obſidione liberat. 249. cadit in pugna contra Hungaros. 254.

Theobaldus Marchio, Henricum V. R. ab Henrico IV. patre abſtrahere nititur. 442.

Theodebertus, Rex Auſtraſiæ, Alemannos in Rhætia ſibi ſubjicit. 123.

Theodebertus, Theodonis II. Bavariæ Ducis filius. 133.

Theodemirus, Rex Oſtrogothorum in Pannonia. 89. in terras Suevorum irrumpit. 97. in Orientem migrat. 97.

Theodo I. Dux Bavariæ, S. Emmeramum invitat. 130.

Theodo II. Dux Bavariæ, S. Rupertum Ratisbonæ ſuſcipit. 131. amplos eidem fundos in Salzburgenſi tractu tribuit. 132. Bavariam cum filiis partitur: Romam peregrinatur: moritur. 133.

Theodora, Conjux II. Henrici March. Auſtriæ VIII. Vide Ind. I.

Theodoricus Rex Oſtrogothorum in Italiam movet: 113. ejus cum Odoacro R. ad Sontium fl. & Veronam pugna. 113. 114. dominatum Italiæ cum eo partitur: paulo poſt eundem occidit. 114. Rex Italiæ factus, Pannoniæ, Rhætiæ, Dalmatiæ Præſides conſtituit. 117. Fridericum, Felethei R. Rugorum filium opprimit. 118. moritur. 121.

Theodoricus Rex Auſtraſiæ, Thuringos, & Saxones ſubigit. 122. Leges Bajoariis dediſſe creditur. 122.

Theodoricus, Dux in Hunnos. 149. ejus copiæ a Saxonibus cæſæ. 154.

Theodoricus Saxo Com. ab Henrico IV. bello appetitur. 442.

Theodoricus Ep. ab Arnone Salzburg. Archi-Ep. & Geroldo Com. in Carentaniam deducitur. 158.

Theodorus, Laureacenſis. 117. Pallium a Rom. Pontifice accipit. 120. 121.

Theodorus, Hunnorum Caganus, Chriſtianus, ſedem inter Carnuntum, & Sabariam a Carolo M. impetrat. 163.

Thietmarus, alias Thyemo, Salisburgenſ. Archi-Epiſc. in Palæſtinam proficiſcitur. 435. in odium fidei a Saracenis occiditur. 440.

Thietmarus, Pſeudo-Epiſcopus Paſſav. in inferiore Auſtria non receptus. 416.

Thuringi, Bojodurenſibus infeſti, & Laureacenſibus. 103. 105. n.

Tiberius Cæſar, Rhætiam, ac Noricum ſubigit. 7. Pannoniam Scordiſcorum opera in Provinciam redigit. 7. ejus res in Germania. 20. Judicium de Maroboduo. 20. 21. a Carnunto in Marcomannos mo-

movere cogitat. 22. Arcus triumphalis poſt bellum Pannonicum Tiberio erectus. 24.
S. Titus, Pauli Apoſtoli Diſcipulus, in Dalmatia. 34.
Tolbiacenſe cum Alemannis prælium, & victoria Clodoveo R. Franc. divinitus conceſſa. 119.
Toxo, Hungarorum Dux, Auſtriam populatur. 255.
Trajanus Aug. Decebali victor. 37.
Tribunus cohortis Auſturis. 73. n. Tribunus cohortis Bojoduro: ibid. Tribunus gentis Marcomannorum. 73. n.
Tudun, Hunnorum princeps baptizatur: & a Fide iterum deficit. 156.
Tulnæ Conventus Principum. 275. Huſonum, ſeu Eſocum piſcatus prope Tulnam. 275. Tulnenſes ab Hungaris, ipſis Bacchanalibus oppreſſi. 332.
Tyranni in Pannonia: Ingenuus, Regillianus, Aureolus. 56.

V.

VAlentinianus I. Aug. Leges in Auſtria condit. 77. munitionibus in Auſtria Trans-danubiana excitatis Quados concitat. 78. Carnunti bellum in Quados apparat: moritur. 79.
S. Valentinus, Rhætiarum Ep. 115.
Valeria Aug. Diocletiani Aug. filia, Conjux Galerii Maximiani, Pannoniæ Valeriæ nomen dat. 61. incertum an Chriſtiana, ſacrificio idolorum polluitur. 64.
Valerianus, Rhætiæ & Norico Præfectus, Imperator, & Auguſtus acclamatur. 54. n.
Valerius Meſſalinus, Præfectus Pannoniæ ſub Auguſto. 29.
Vandali per Gallias in Hiſpaniam ſe infundunt. 82.
Vannius Rex Quadorum. 32.
S. Udalricus, Auguſt. Ep. obſidetur a factioſis. 249. Luidolphum Ottonis M. filium a bello in patrem abſterret. 250. Auguſtam Vindel. adverſus Hungaros defendit. 251.
Udalricus I. Paſſav. Ep. Gottwicum Benedictinis tradit. 418. Collegium Canonicorum (Ducumburgum poſtea translatum) in inſula Danubii condit. 456.
Udalricus Ratisbon. Epiſc. ab Henrico IV. promotus. 443.
Udalricus, Boleslai Ducis Bohem. frater, a quo fumo pene enectus erat. 303. e fuga redux, Jaromirum, fratrem etiam ſuum, principatu dejicit. 304.
Udalricus Com. cum Richario Paſſav. Ep. ad Moravos mittitur. 226.
Udalricus de Cosheim, anathemate percuſſus. 383. 384. n.
Udalricus de Wolinſtein, in Palæſtinam peregrinatur. 434.
Udalricus de Berenkirchen in jus vocatur. 475.
Udalricus de Perneck a B. Bertholdo correctus. 526.
Udalricus Abbas ad S. Lambertum in Styria ex Garſten aſſumptus. 448. n.
Udalricus Abbas Glunicenſis ex Garſtenſibus aſſumptus. 448. n.
Udiſcalcus de Stilla, Fundat. Cœnob. Seittenſtet. in quod ſe ipſe, abdicatis rebus omnibus, abdidit. 451.
Vendi populi in Norico, unde Vendo nomen, Germanine, an Slavici fuerint generis. 40.
Vendum oppidum, a Vindobona diverſum. 40. n.
Vibilius, Dux Hermundurorum Catualdam regno pellit. 32.
S. Victorinus, Petovionenſis in Styria Ep. & Martyr. 70.
Vienna ſub Henrico, Marchione Auſtriæ VIII. inſtauratur. 511. 540. ejus prima mentio ſub hoc nomine. 537. olim enim Vindobona; ſæculo poſtea V. Faviana dicebatur, unde nomen *Viennæ* urbi factum. 542. Quæ urbis prima magnitudo, quis murorum ambitus: quæ fora urbi incluſa. 541. Templum primarium, ſub honore & nomine S. Stephani conſecratur. 544. alia Sacella jam olim ibi erecta. 539. Palatium Principum per id tempus exſtrui cœptum, in foro, cui ab Aula hodiedum nomen eſt. 544.
Vienna fluviolus. 542.
M. Vindex cæſus a Marcomannis cum 20000. Romanorum. 45.
Vindobona, alias Vindomina, & Vindomana, ſub M. Aurel. Antonino Aug. condita, vel inſtaurata. 39. fit Municipium Romanum: unde nomen Vindobonæ 39. 40. n. a Vendo oppido diſtinguenda. 40. n. ejus ſplendor, & amplitudo: ſtatio claſſis Iſtricæ. 40. M. Aur. Antoninus Aug. Vindobonæ moritur. 49. Faviana poſtea, 94. 538. & tandem Vienna dicta. ibid.
Vites in Pannonia, ſub Probo Aug. plantari cœptæ. 58.
Vivolus, alias Vivilo, Paſſav. Ep. a Gregorio III. PP. conſecratus. 134. apud Utilonem Bav. Ducem receptum habuit. ibid.
Unuguri ex gente Hunnorum. 209.
Vocio, Rex Norici, Arioviſto Regi conjugem dat ſororem ſuam. 2. Julium Cæſarem bello civili juvat. 3.
Urolphus, Lauriacenſis. 162. fit Archi-Ep. & Vicarius Apoſtolicus: & 4. Epiſcopatus inſtaurat. 173.

Urſus, S. Severini merito, ejus Diſcipulo viam ſternit. 109.
Uta, Regina Arnulphi Imp. Conjux. 212.
Utilo, alias Odilo, Dux Bavariæ, Hildetrudem Caroli Martelli filiam ducit conjugem, ex qua Taſſilonem II. ſuſtulit filium: Mannſeenſe Cœnobium condit: a Francis vincitur. 135.
Uto, Friſing. Epiſc. bello Hungarico perit. 232.

W.

WAidhofium ad Ibſam fl. olim Nivanhovæ nomine acceptum, & Friſing. Eccleſiæ ab Ottone III. Imp. collatum: 296. unde Bavaricum appelletur. ibid.
Waldericus, Paſſav. Ep. a Carolo M. multis beneficiis auctus. 157. 162.
Waldhuſii Collegium Canon. ab Ottone, & Walchuno de Machland erectum. 555. a Wernhero, Gottwic. Abbate ſibi vendicatum. 557.
Walemirus, Rex Oſtrogoth. in Pannonia 89. in pugna adverſus Sciros cadit. 99.
Walterus de Tobel. 509.
Warmannus, Conſtantienſis Ep. Erneſtum II. Alemanniæ Ducem ſepelit: Hermannum ejus fratrem ſub tutela habet. 326.
Wecilo, alias Wernherus Comes. 325.
Weihenſtephanenſe Cœnobium partem inſulæ Sachſingang in Auſtria obtinet. 316.
Weinſperga oppidum a Conrado III. R. capitur: mulierum ejus loci in maritos fides. 505.
Welfo, Dux Bavariæ, ex Suevia eo translatus. 368. in Saxones ſtrenue pugnat. 376. ab Henrici IV. partibus recedit. 381. pacis author per Germaniam: cum Henrico IV. Cæſare in gratiam redit: 421. in Palæſtinam tendit. 435. Saracenorum impetum fuga vix evadit. 438. Hieroſolymis luſtratis, in Cypro obit. 440.
Welfo, patruus, & tutor Henrici Leonis, poſtea Bavariæ Ducis, Leopoldum Auſtrium, Ducem Bavariæ, ab obſidione Phalejæ rejicit: cladem viciſſim a Friderico Hohenſtauffio, & Conrado III. R. paſſus. 504. 505. Bavariam iterum hoſtiliter incurrit. 512. Henrico Auſtrio, Bavariæ Duci infeſtus. 532. a Rogerio Siculo adverſus Conradum III. pretio emptus, ad Flobergam tamen pugna fractus, minari deſinit. 559.
Welfo, Dux Carinthiæ, 340. Beſenbeugum ambit. ibidem. adverſus Hungaros mittitur. 349. ſuſpectæ in Cæſarem fidei, in flore ætatis extinguitur. 354.
Welſenſes Com. Arnoldus, & Wilhelmus. 280. n.
Werinharius Com. Lauriaci prævidere juſſus. 148. n. Pannonici limitis Præfectus. 152. n. Copias in Bohemanos ducit. 163.
Werinharius, Engelſcalci March. filius dire excruciatus. 203.
Wernherus, Argentin. Epiſc. Conſtantinopolim Legatus, Pannoniæ aditu prohibetur. 320. per Italiam eo iter facit. 321.
Wernherus, Gottwic. Abbas S. Joannis Ædem ſacram Waldhuſii ſibi vendicat: a malevolis occiditur. 557.
Wetteravienſium Comitum cum Babenberg. diſſidia, mutuæque clades. 228.
S. Wiborada, Recluſa ad S. Gallum, ab Hungaris interfecta. 240. n.
Wichmannus, Magdeburg. Archi-Ep. in Cœnobium Seittenſtet. munificus. 452.
Widemirus Rex Oſtrogoth. in Pannonia. 89. in Italiam migrat. 99.
Wilhelmus, Traject. Epiſc. in Palæſtinam abit. 365.
Wilhelmus, Burgundicus, Geyſæ Ducis gener, pater Petri Hungar. Regis. 331. ſocer Adalberti Auſtriæ Marchionis III. ejus familiæ Majores. 331. n.
Wilhelmus, Thuringiæ Marchio, adverſus Hungaros miſſus ſtrenue rem gerit. 361. fame ad deditionem adactus, Geyſæ Regis ſororem ſibi deſpondet: & moritur. 362.
Wilhelmus, Pictav. Com. Bulgarorum Ducem in itinere capit. 436. adverſus Saracenos pugnat. 437.
Wilhelmus Montisferrati Marchio, maritus Juthæ, S. Leopoldi filiæ. 492. 493. n.
Wilhelmi, & Engelſcalci fratrum, & Marchionum filii in Arbonem Marchionem inſurgunt. 202. crudeliter mulctantur. 203. 205.
Wilhelmus II. Wilhelmi I., ut videtur, filius, majeſtatis damnatus in Moraviam fugit: a Zwentibaldo cum fratre ſuo interficitur. 214. n.
Wilburgis, Ottocari Marchion. Styrenſis, Romæ defuncti conjux, ſilvam Tannenberg donat Garſtenſibus. 403.
Winidi, Vindi, Slavi. 129. n.
Winili, poſtea Longobardi dicti. 121.
Wirnto, Gottwico Garſtenam mittitur. 453. electus Abbas Formbachium abit: aſpera corporis tractatio, orandi ſtudium, liberalitas in egentes, novis ſemper opibus divinitus remunerata: res ejus prodigiis non abſimiles. 454. Pueri jam extincti cadaver caſtigari jubet. 454.
Wladislaus, Dux Bohem. gener S. Leopoldi. 498. exagitatus a ſuis, a Conrado III. Rege Principatui reſtituitur. 516.
Wladislaus, Dux Sileſ. gener item S. Leopoldi. 492. n.

Digitized by Google

INDEX III.

Wlodowejus, Dux Bohem. potator inſignis. 304.

S. Wolfgangus, ex ſilva Hercinia, ad converſionem Hungarorum, in Auſtriam, & Pannoniam deſcendit. 257. revocatur a Piligrino Laureac. & ad Ratisbonenſem Epiſcopatum evehitur. ibid. in montem Falconium ſeceſſiſſe ſcribitur, multaque de eo mira narrantur. 261. 262. Ottonem II. Imp. in bellum Gallicum aſſectatur. 263. Axonam fl. imbribus auctum primus tranſit. 264. Steinenkirchium colonos mittit: Wiſelburgenſe caſtrum munit. 264. n. Puppingam in Auſtriam delatus, moritur. 293. ſupremum ejus vaticinium. 294. Exequiæ ab Hartwico, Salisburg. Archi-Ep. habitæ: corpus Ratisbonam revectum. 295.

Wolframus de Bubenkirchen, Orator a S. Leopoldo ad Innocentium II. PP. miſſus. 472.

Wonomirus, Slavus Dux, Dravi accola, Carolo M. fidus. 155.

Wratislaus, Dux Bohem. in Saxones pugnat. 376. item in Leopoldum Pulchrum, Auſtr. Marchionem V.: vincit ad Maurbergam. 397. 398. rejicitur ex Auſtria. 399. 402.

Z.

ZAcharias, Brixinenſis Ep. ab Hungaris cæſus. 232.

Zobor mons. 215. n.

Zwentibaldus I. (alias Zwentopluchus) Moravorum Dux, Raſticis ex fratre nepos vincitur a Carolomanno. 190. Raſticem patruum capit. 191. in vincula datus, ſtatim libertati redditur. 192. 193. Marchiones fraudulenter opprimit. 193. Milites ad Danubium cædit. 194. pacem impetrat. 196. Zwentibaldi ſæva conſilia in Wilhelmi, & Engelſcalci Marchionum familiam: 203. & in evaſtata Pannonia. 204. ejus cum Carolo Craſſo Imp. prope Tulnam colloquium. 205. in gratiam Arnulphi R. obrepit. 212. Bohemiæ principatum ab eo accipit. ibid. Fit perduellis, & dira Moraviæ populatione ad officium revocatur. 213. ſuſpectus iterum, novo bello opprimitur: incertus ejus exitus. 215. Moymarum, & Zwentibaldum II. filios poſt ſe relinquit.

Zwentibaldus II. Zwentibaldi I. filius. 216. Moymarum fratrem, ac Ducem Moravorum, ope Arbonis Marchionis, acriter premit. 217. obſidetur a Moymaro, & a Leopoldo Marchione liberatur. 218.

Zwetlenſis Cœnobii origo. 500. Fundatore Hadmaro de Cuopharn, ducta eo Ciſtercienſium ex S. Cruce colonia, 501. locus auſpicato deſignatur. 501. ampla dos adjecta. 502.

Zwislburg, hodie Wiſelburgum, a S. Wolfgango in Auſtria conſtructum. 264. n.

Menda ſic Corrigenda.

p. 62. Nar ſeque	lin. 5.	Narſeque.
p. 136. Strſſawalch	not. a.	Straſſwalch.
p. 147. Hibaſe	not. a.	Hiboſe.
p. 233. Snelperong	not. c.	Snelperone.
p. 244. Occeanum	lin. 4.	Oceanum.
p. 343. Poppo Auſtriæ	in marg.	Poppo Auſtr.
p. 405. Benedictionis	in marg.	Benedictinis.
p. 425. IV. Id. Octob.	ex not. e.	VI. Id. Octob.
p. 450. Sæcuta	in marg.	ſecuta.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google